





اشعار الحماسة

HAMASAE CARMINA

CUM TEBRISII SCHOLIIS INTEGRIS EDITA

VERSIONE LATINA COMMENTARIOQUE ILLUSTRAVIT

ET INDICIBUS INSTRUXIT

GEORG. GUIL. FREYTAG *Dr.*

PROFESSOR LINGUARUM ORIENTALIUM IN UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILIELMIA.

PARS POSTERIOR

CONTINENS

VERSIONEM LATINAM, COMMENTARIUM ET INDICES

BONNAE

IN OFFICINA LECHNERI

VENDITUR APUD MARCUM

MDCCCXLVII.

Viris doctis

S. P. D.

G. G. Freytag.

Hamâsae nomen a primo libri capite tam carminum copiâ maximo, quam argumento gravissimo insigni toti operi inditum esse, in octava praefationis Latinae textui Arabico praemissae pagina monuimus. Primam autem operis colligendi occasionem fuisse in itinere, quod poeta Abu-Tammâm in Chorasanam, illius provinciae principem, Ahbd-Allahum, Thaheri filium, laudaturus suscepisset (conf. p. IX.); nam quum inde redux Hamadâni magnâ nivis copiâ apud Abu-l'Wefam, Salamahi filium, retineretur, otium, quo frueretur, in causa fuisse videtur, cur in bibliotheca illius viri, poetarum operibus abundante, occupatus Hamâsae opus conficeret, quod non dubito, quin in manibus Abu-l'Wefae gratum ob hospitalitatem animum significaturus reliquerit. Quantum temporis spatium ibi egerit, quamquam neque Tebrisius neque alii istam rem tractantes scriptores narraverunt, tum ex operum numero, sunt enim praeter Hamâsam quatuor, tum e magnitudine haud parvum fuisse videre licet, quae enim potest esse viri et diligentia et scribendi studium, ut unius hiemis spatio tot tantaque opera perficiat. Tempus, quo Abu-Tammamus e Chorasâna rediens, in oppido Hamadan opus Hamâsae confecerit, quum opus Abu-Becri Alzuli اخبار ابى تمام الطائى inscriptum, cuius in opere Ebn-Challicani No. 793 mentio facta est, mihi inspicere haud licuerit, nonnisi coniecturis quodammodo a me definiri potest.

Abu-Tammâmus (Habib b. Aus) anno 192 natus, e gente Thai oriundus, adolescens in oppido Emessa (Himz) apud familiam Ahbd-Alcarimi, quae eiusdem gentis esset, commorabatur, quippe quam contra Ahtabahum, filium Abu-Ahzimi, qui familiam versibus perstrinxisset, carminibus laudans defendere studeret. Inde in Aegyptum profectus poesi excolendae operam navavit. Ibi Ahjjaschum, filium Lohaiahi Hadhramitam, carminibus celebrans, quum carminum praemio potitus non esset, in eundem mortuum, qui haud multo post exspiraverat, versibus invectus est. Ex Aegypto Damascum venit et Abu-l'Moghitsum Musam b. Ibrahim Rafëihtam ingratum expertus eodem modo punivit. Damasci Mamunum, summum imperatorem, in Syria versari certior factus, duobus in eius laudem carminibus compositis, adeundi occasionem quaesivit; sed non impetravit. Spe deiectus Mosulam venit. Regnante Almohtazimo, qui anno 218 imperium nactus erat, in Iracam venisse ibique mansisse dicitur. Hisce igitur rebus diligenter perpensis, quis est, qui ante annum 220 poetam in Chorasanam profectum putet? Quid, quod Ahbd-Allahus, filius Thaheri, anno 214 a Mamuno provinciam obtinuisset (Abulfed. Annal. T. II. p. 150), quid, quod nonnisi pluribus annis in provincia peractis tantam liberalitatis laudem erga poetas mereri posset, quae ad aures Abu-Tammami veniens hunc ad longinquum molestumque iter suscipiendum moveret. In Hamasae opere (p. 391.) mors filii Saihdi, qui si de viri aetate recte iudico, anno 217 diem supremum obierat, carmine deploratur. Num brevi tempore post viri mortem carmen in bibliothecam Hamadani intrasse putandum est, ex qua ab Abu-Tammamo in Hamasae opus translatum sit? Abu-Tammamus, quem in Iracam rediisse, haud retulerint scriptores, in via, ut mihi videtur, anno 228 occubuit (Abulfed. ann. T. II. p. 178. Ebn-Challik. Nr. 146.). Hamâsae igitur

*

opus non multis annis ante mortem auctoris compositum esse, qui statuat, eum a vero non multum aberrare putaverim.

Hamâsae opus, de quo breviter dicturus sum, ex carminibus tum poetarum ante Islami tempus viventium, tum poetarum tam ante Islamum quam post Islami initium degentium, tum denique poetarum nonnisi tempore Islami florentium (دواوين الشعراء جاهليهم ومخضرميهم واسلاميهم) collectis compositum est. Quibus quamquam Mersukius poetarum opera, quos nomine مولد appellavit, addit, in Hamâsae tamen opere nil nisi unum carmen p. 588. a grammatico Abu-Rijasch isto nomine insignitum invenimus. Qua voce quum Arabes haud genuini, ut in Meidanii opere T. III. P. 2. p. 5. ostendimus, designantur, tum poetae, qui tempore post primos Islami poetas floruerunt; in Kamusi enim Turcici opere sub radice ولد poetae in quatuor classes dividuntur, quarum prima poetas ante Islamum, secunda poetas ante Islamum et post Islami initium, tertia hos excipientes (مولدون) et quarta denique hosce sequentes (محدثون) complectitur. Quorum secundae classi Caahb b. Sohair et Hassan b. Tsabet, tertiae Farasdak et Djerir et quartae Ebn-Alrumi et Moahrri adnumerantur. Priorem autem loquendi usum, quin grammaticus Abu-Rijasch, posteriorem Mersukius secutus sit, nullus dubito. Ex illorum poetarum operibus quum Abu-Tammâmus aut fragmenta aut maximam partem breviora carmina in suum opus transtulerit, Tebrisius Hamâsae carmina (praef. p. 2. l. 2.) nomine مقطعات appellavit, quo vocabulo parva quoque carmina significari silentio praetermittendum non est. Praeter fragmenta auctorem carmina integra haud reiecisse, sub oculos cadit, nam quis est, qui carminum argumenta omnibus numeris absoluta sentiens ea integra esse, neget? Qua de re qui dubitat, is capitis primi primum carmen, tum carmina p. 218. 264. 344. 347. text. Ar.; secundi carmina p. 377. 382. text. Ar.; tertii carmen p. 529 text.; quarti carmen p. 609. text.; quinti libri p. 660 infr. sqq. et p. 662 accurate ac cum diligentia examinet. Arabum veteres poetae quum paucos saepissime versus ex tempore occasione oblata dicere solerent, multos inter illos versus, qui nobis fragmentorum speciem praebere videntur, fragmenta non esse, certum videtur. Quae autem est poetarum in carminibus componendis modus, carmen integrum esse neque affirmari neque negari semper potest. Fragmenta tum ex initio carminis, id quod aut ex ipsis initii verbis aut ex homoioteleuto prioris primi versus hemistichii (conf. p. 60. 140.) cognoscere licet aut e medio carmine aut fine desumta esse invenimus (conf. Ham. p. 34. v. 2. 45. v. 1. 74. v. 2. p. 723. v. 1. v. 6 sqq. 732. v. 3 sqq.

Tam fragmenta quam carmina integra si comparatione instituta perleguntur, auctorem in eligendo pulchritudinem locorum potissimum ante oculos habuisse adparet, ut nonnisi pulchros versus electurus rarissime versus ipsi minus placentes admitteret (conf. Ham. p. 341 adnot. init. et p. 558.), qua in re causa quaerenda est, cur interdum locos eiusdem auctoris, in quibus argumenta diversa et capiti haud congruentia tractarentur, si ipsi arriderent, in suum opus insereret. Mersukius hac de re agens protulit haec: فالقول فيه ان ابا تمام كان يختار ما يختاره لجودته لا غير فاختطف منها الارواح دون الاشباح واخرف الاثمار دون الاكمام وجمع ما يوافق نظمه ويخالفه لان ضروب الاختيار لم تخف عليه وطرق الاحسان والاحسان لم تستتر عنه. Mersukius Hamâsam Abu-Tammami cum Bohtarii Hamâsa (conf. praefat. ad textum Arab. p. VIII.) comparans, quod ille in eligendo nonnisi pulchri sensum animo innatum secutus, quae ipsi placerent, sive cum suo dicendi modo consentirent sive ab eo abhorrerent, adsumserit, huic autem nulla, quae cum sua versus dicendi ratione consentanea non invenirentur, placuerint, illum huic multum praestare dicit; sic enim legitur: وعلى ذلك كان البحترى لانه فيما حكى عنه كان لا يعجبه من الشعر الا ما وافق طبعه ومعناه ولفظه وحكى الصولى انه سمع المبرد يقول سمعت الحسن بن رجا يقول ما رايت احدا قط اعلم بجيد الشعر قديمه وحديثه من ابى تمام وحكى عنه انه مر بشعر ابى عيينة فيما

.كان يختاره من شعر المحدثين فقال هذا كله مختار وشعره ابعد الاشياء من شعره وهذا واضح
Idem grammaticus, Abu-Tammamum pulchri sensu innato commotum in versibus poetarum, ita ut voces aptiores in minus aptorum locum substitueret, plura commutasse, auctor est. Illuc spectant haec: وطرق الاحسان لم تستتر عنه حتى انه تراه ينتهي الى البيت الجيد فيه لفظة تشينه فيجبر نقيصته من عنده ويبدل الكلمة باختها في نقده وهذا تبين لمن رجع الى دواوينهم فقابل بين ما في اختياره بها. Quae autem mutandi libertas, cuius Mersukii quoque aequalis Abu-l'Fadhl Alahmid, ad Hamasae p. 448 versum secundum loquens de verbis: فليات نسوتنا mentionem fecit, quamquam a grammaticis Arabicis probatur, nobis damnanda videtur. Veram rem esse, ex variis legendi modis in Hamasae poetarumque operibus, unde Hamasae opus haustum sit, obviis quomodo cernatur, non video. Mersukius, qui illo diverso legendi modo tanquam argumento nitatur, errare potest. Quid, quod poetarum carmina ante Islami tempus et ipsis post Islamum temporibus non tam arte scribendi quam memoriae mandata posteris conservarentur? Varios legendi modos tum memoriâ fallente tum litteris Cuficis haud distinctis, quibus puncta necessaria deessent, in carmina irrepsisse, nemo non rei haud prorsus ignarus scit. Fieri igitur potuit, ut tum in codicibus, e quibus Abu-Tammamus hauserit, tum in iis, quos Mersukius inspexerit, varii legendi modi invenirentur et spatio ducentorum annorum inter Abu-Tammamum Mersukiumque praeterlapso novi legendi modi orirentur.

Versus collectos argumenti ratione habita ab Abu-Tammamo in decem capita dispositos esse, pagina nona praefationis textui Arabico praemissae diximus. Singulorum capitum ordine perlustrato, auctorem capite et gravissimo et omnium maximo totius libri initium fecisse, capite autem omnium, ut mihi videtur, minimi momenti, quippe quod in mulieribus vituperandis versetur, toti libro finem imposuisse, ita ut inter utrumque capitibus aut minus aut magis gravibus locum daret, quis non videt? Singula libri capita magnitudine tam diversa sunt, ut alia ex. gr. primum, secundum, quartum, sextum permagna, alia, ut septimum octavumque parva inveniantur; primum enim caput paene dimidium totius operis spatium complectitur, septimum nonnisi quinque, octavum octo paginis continetur. Singulorum capitum argumentum titulis, quorum octo simplices, duo duplices sunt, auctor definivit. Singulorum capitum carmina cui argumenti ratione habita ordine disponere in animo est, ei, quo maior in capitibus carminum numerus invenitur, eo maior disponendi difficultas oritur; quae difficultas eo valde augetur, quod auctor in carminibus colligendis, ut a commentatoribus et re ipsa docemur, titulorum argumenti non semper rationem habuit.

Primum omnium caput, ut diximus, الحماسة inscriptum est. Quae vox quum duri fortisque animi conditionem designet, totius libri argumentum aut ipsam illam animi conditionem tractet aut illam spectet aut cum ea sive laxiore sive arctiore nexu quodammodo cohaereat, necesse videtur. Illa animi conditio in pugna belloque, in molestiis belli fortiter ferendis cernitur, ut maior igitur carminum pars fortitudinem in bello, mortem contemnendam, (conf. Ham. p. 44 242. 341.) resque cum illis coniunctas describat p. 4. 9. 12. 19. 21. 27. 28. etc. Calamitates in bello p. 119. 222. 224. describuntur, equus in bello utilis p. 308. laudatur, arma equusque p. 358. depinguntur. Potentia cum animi fortitudine cohaerens p. 293. 296. tractatur. Equus autem quum in bello tantae utilitati sit, quod poeta in lacte distribuendo hunc familiae praetulerit, se excusat p. 171. Fortitudini contraria fuga defenditur p. 88. 89. 306. 311; sed vituperatur quoque p. 330. Quod in bellum profectus non sit, poeta excusatione utitur p. 363. Ne quis ignaviae se tradat, monetur p. 60. Ultio necati, quae exigitur, cum animi fortitudine coniuncta est p. 85. 106. 160. 174., ultio laudatur et ad eam instigatur p. 102. 104. 106. 119. Qui ultionem haud exigit, vituperatur p. 335, interdum ultio negligitur p. 97. 100, quum vir parvi habeatur p. 121. Auxilii aliis lati

p. 90. 126. 148. 193. 231. 247. 288. 291. 312 332, quo vir niti potest et quod sibi comparare debet, p. 308. 314. 327, quo autem vir destituitur, p. 259 mentio facta est. Exspectatio falsa vituperatur p. 288. Ex fortitudine animi minae oriuntur p. 67. 78. 153. 255. 315, fortitudine repelluntur p. 120. aut non timentur p. 59. 63. 159. 181. Inimicitia, qualis inter Arabes esse solet, quum ex animi fortitudine nascatur, in hoc quoque capite tractatur p. 195. 310. Inimicitia vetus excitanda non est p. 110. et inimicitia ob puteum vituperanda p. 122. Poeta aliorum inimicitiam negligit, a quibus contra ipsi infestiores auxilium speret p. 112. et inimicos, ne ultra modum procedant, hortatur, p. 196. Fortis quoque animi est, odium invidiamque aliorum non curare p. 108. 198. 205. Vilium odium honestatem nostram probat p. 119. et invidia auctoritatem nostram auget p. 109. Fortis animus superbiam arrogantiamque repellit p. 116. 117. 121. Cum ista arrogantia quodammodo cohaerere potest, quod poeta vitam inter peregrinos peractam vituperat et vitam in sua gente laudat p. 174. 175. Modestia in viro magni habenda superbiae opposita p. 118. describitur. Fortis animus iniurias sibi illatas non fert; sed repellit p. 113. 296. 326; qua de causa cognati aut occiduntur p. 94. 96. aut relinquuntur p. 146. 147. 320. Ne paupertas quidem virum, ut se abiiciat, cogere debet p. 207. Hac in re causa quaerenda est, cur poeta contra vituperationem iniustam se defendat p. 115. et calumnias refutet p. 68. 129. Durities fortitudoque animi in rixa quoque cernitur, quae filio cum patris uxore est p. 131. 132. 139. et in duro modo, quo ipsum patrem tractat p. 354. 355., in vi, qua rem inceptam peragimus p. 334., in eo, quod potentis voluntati nos non submittimus p. 101. 239. Hanc ob causam, quod Merwani iudicio se non subiiciat, poeta se excusat p. 159. Cernitur quoque animi fortitudo in sermone, quo rem acriter defendimus p. 287., in desiderio, quo in bellum proficiscens poeta optat, ut amicae relictae recordatio animum non occupet p. 316. aut optat, ut uxor ipso occiso forti generosoque nubat p. 172. Eadem se ostendit in eo, quod paupertate non opprimimur; sed periculosa molestaque itinera, in quibus opibus potiamur, suscipiamus p. 156. 227. Hanc ob causam itinera commendantur p. 150. Molestias ferre fortis animi est p. 140. 152. Pauper, qui, quominus iter ingrediatur, impeditus est, excusatione utitur p. 141. Vituperatio ob iter interruptum refellitur p. 152 et crassum corpus ob continua itinera ortum dicit p. 158. Patientia quoque constantiaque fortis animi indicia quum sint, in carminibus laudantur p. 125. 198. Patientia in calamitatibus p. 169 236. 362., in carcere p. 22., in morte amicorum p. 81., in separatione amicorum tum describitur tum laudatur p. 135. 136. 137.

In disponendis carminibus, in quibus varium argumentum tractatur, eius potissimum ratio habenda est, quod cum duritie animique fortitudine cohaeret. Singulos locos cum capitis argumento nonnisi levissimo quodam nexu cohaerere, nemo non videt. Quidam loci inveniuntur, qui nonnisi quandam ob argumenti similitudinem, quae ipsis cum proxime antecedente est, locum obtinuerint p. 26. 36., aliis autem nulla prorsus argumenti similitudo intercedere videtur. Quae enim est cum capitis argumento similitudo in loco p. 157., in quo senectutem iuventuti praeferendam esse docet, aut p. 342., ubi de factis tempore iuventutis senex loquitur aut denique p. 151., quo in carmine poeta, quod versus non amplius componat, se excusat? Abu-Tammamo si argumenti diligens ratio fuisset, quin nonnullis carminibus in aliis capitibus locum dedisset, non dubito. In carmine p. 127. quum poeta de Ohjainahi calamitate loquatur, id secundo capiti adnumerandum fuit. Eidem capiti argumentum p. 210. consentaneum est. Carmini p. 149., in quo liberalitas celebratur, locus in capite de hospitalitate et laude convenit. Versus p. 121. inter satyras recenseri oportuit. Eadem ratio versibus p 154. 155. est, in quibus vilitas a patre translata vituperatur, nec non in versibus p. 175. 329. cernitur, qui omnes satyrici argumenti sunt.

Secundum libri caput المراثى i. e. carmina quibus defuncti deflentur et laudantur,

inscriptum est. Maiore carminum parte, quorum plura integra sunt ut p. 377. 382. 390. 412., mors cognatorum, amicorum, virorum nobilium generosorumque deploratur. In nonnullis de plurium virorum morte simul agitur. Poetae deplorantes quum laude mortuum ornant tum duas inter Arabes maxime laudatas virtutes fortitudinem liberalitatemque, raro alias conf. p. 473. 476. describunt. In pluribus poetam optantem, ut Deus sepulcrum larga nubis pluvia irriget aut mortuum misericordia beet, audimus. Inter carmina funebria illa immixta invenimus, quae ad argumentum aut propius accedant aut ab eo longius absint. In versibus p. 424. puella a noverca male tractata matris mortem queritur. Vir quidam p. 462. fratre defuncto curas filiorum eius sibi impositas describit. In versibus p. 453. pater quaerit, unum filii ipsius mortem deploraturi sint. In versibus p. 405. poeta communem hominibus moriendi sortem esse, p. 497. omni tempore mortem advenire, p. 455. tempus omnes res perdere explicat. In versibus p. 419. 429. de viri captivitate queritur, in versibus p. 438. viri laudem describit, qui utrum mortuus sit nec ne, haud liquet. Quae autem versuum p. 459. et capitis argumenti communio sit, re vera dici non potest.

Tertio libri capiti الادب titulus est, qua voce morum civilitas i. e. prudens civilisque agendi ratio, qua in verbis factisque aliis placemus, designatur. Quam vocem si recte definivimus, omnis tum hominis conditio, tum cogitandi ratio, tum virtus excluditur. Quae argumenti ratio in causa esse videtur, cur caput maximam partem minoribus fragmentis constet, ut p. 520. nonnisi unus versus sit. In carminibus, quae ut p. 513. 517. 524. 529 sq. 533. pluribus versibus composita sunt, plures simul res varii argumenti tractantur, ita ut res quoque ab argumento capitis alienas contineant. Capitis autem argumentum quum omnem hominis statum, in quo et prudentiam agendi et morum civilitatem ostendat, complectatur, eius singula carmina et fragmenta ita disponi non possunt, ut nexus sub unum adspectum cadat. Qui versus viri mores describunt ex. gr. p. 498., in quibus vir amicorum secreta varia se servare dicit, ii viri laudem praedicant. Singulorum autem locorum variis argumentis diligenter disquisitis, Abu-Tammamum vocis الادب fines, etsi ampli sint, transgressum esse, nemo non videt. Exemplo sint quae sequuntur loca. In versibus p. 514. seni vitae longum spatium sperandum non esse legimus. In versibus p. 533. iuventus in rerum abundantia laudatur, paupertas contemnitur, fortunae autem vicissitudines p. 534. vituperantur. Viri dignitatem in divitiis non esse p. 511. neque magno corpore consistere p. 525. legimus. In calamitatibus poeta spem non abiiciens in tempore futuro spem ponit p. 520. Vita paucis contenta, dum aliis beneficia non debemus, praeferenda est p. 532. Annum infelicem pro felicis recordatione dare poeta non dubitat p. 536. Poeta honorem ut conservet, habendi cupidinem cavet p. 515. Pudorem ne in augustia rerum quidem abiiciendum esse p. 516. dicit, ut nulla in re honoris immemor sit p. 516. Liberalitatem erga orphanos uxoris vituperationem non curans laudat poeta p. 522.

Quarti libri titulum النسيب Abu-Tammamus scripsit. Commentarii auctor huius vocis vocisque الغزل discrimen (sunt enim voces rei significatione cognatae), exponere necesse habuit. Quae argumenti similitudo causa est, cur versus p. 538. speciei الغزل appellatae ab alio auctore adnumerati sint. Vox الغزل carmina designat, quibus mulierum amores divulgantur et amois conditio, quo quis re vera mulieri deditus est, describitur, ut proprie dicta carmina erotica nomen complectatur; vox النسيب autem versus designat, quibus feminarum pulchritudo amorisque conditiones depinguntur. Versibus talibus veteres poetae carmina maiora incipiebant, qui mos, prima rei occasione ab Abu-Nowaso data, a poeta Motenabbio vituperatus ac neglectus fuit. In capite nostro pulchritudo corporisque conditio perfecta, cuius adspectu amor oritur, raro depingitur p. 579. 595. 624., modus, quo amor nascitur p. 566. 600. amor ipse p. 522. 576. 577. 585. 602. describitur. Amantis conditio quum varia sit, felicitatis, qua fruitur,

raro, dolorum saepe mentio facta est. Non tam amantium coniunctio quam separatio descripta invenitur p. 552. 556. 582. 591. 609. 619. 620. 623. et inde querimoniae p. 572. 590., accusationes p. 604. 605., minae p. 583. Agendi ratio aliorum erga amantes silentio praetermissa non est p. 598. 603. 607. Quod in maioribus carminibus plures res tractatae sint, non est, quod miremur. In carmine p. 613. poeta demum in versu vicesimo primo mentione puellae facta ad capitis argumentum accedit. Cum versibus amorem tractantibus alii argumento similes cohaerent. Sic in versibus p. 548. 571. 599. de amantium et amicorum separatione sermo est. In versibus p. 616., in quibus de amore, quo gentem patriamque amplectitur, sermo esse videtur, mulier contra aliarum vituperationes se defendit. In versibus duobus p. 559. 561. de vino poeta loquitur, ut quidam argumenti nexus inveniri possit; at vero, quum Djahfari fortitudo descripta sit, versus p. 621. argumenti ratione habita cum capite primo potius cohaerent.

Quod si recte iudicamus, satyram الهجاء, de qua liber quintus agit, vituperationem non tam apertam quam occultam et magis verbis lenibus quam duris, magis verbis deridentibus quam calumniis pronuntiare, in multis capitis quinti locis loquendi modum ab illo discrepare, quippe in quibus poeta vituperatione aperta, verbis duris calumniisque et interdum foedo sermone utatur p. 648. 650. 655. 675., negari non potest Quae res Arabum cogitandi et loquendi modo a nostro diverso, a nostris quoque abhorrentibus moribus tribuenda est; loquendi enim modus ipsis gratus nostrae sentiendi rationi saepe contrarius invenitur. In versibus p. 680. satyram proprie dictam video. Sunt quoque loci, in quibus quum sit cum vituperatione alterius laus coniuncta, qui satyris haud bene accenseri possint p. 637. 640. 675. In versibus p. 682. vituperatio occulta est; sed in loco p. 628. nonnisi de satyra, qua poeta uti non vult, sermo est. In loco p. 642. poeta mulieri, ne virum apud ipsum vituperatione laedat, suadet et p. 649. versus alius satyricos poeta repellit. In versibus p. 675. poeta, quod alii, quibus noxam intulerit, ipsum odio habeant, non esse dicit, quod mirum videatur. Talis quibus sensus insit, versus in satyrarum numero habendos non esse patet. Sunt quaedam capitis partes, quae sensu inter se coniunctae sunt ut p. 638. (Nr. 15. 16.) Trium carminum p. 660—662. (Nr. 43. 44. 45.) primum secundi causam indicat et in tertio contra secundum se defendit auctor. Maior satyrarum pars singulos homines, aliae familiam unam aut plures spectant p. 677.; interdum poeta satyra generaliter perstringit p. 674. 675. Satyrae argumentum aut ex factis aut ex hominis indolibus derivari potest p. 673; sed satyrae in Hamâsae libro ad unam omnes tum ex factis improbandis tum ex officiis neglectis originem duxisse videntur. Ex rebus autem, quas in satyris Arabes tractandas sibi sumsere, Arabum cogitandi ratio et quid fugiendum sit, quid colendum, cognoscitur. Non omnes res in capite, sed gravissimas tantum recensere operae pretium est. In versibus p. 629. 670. 678. generis origo; p. 636. superbia ob genus praeclarum vituperatur. In versibus p. 653. 670. superbia et falsa gloriatio; p. 626. 633. 641. 670. dignitatis internae defectus et ignavia in vituperationem cadit; p. 627. quod vir nonnisi aliorum voluntatem sequitur; p. 644. fuga timorque; p. 659. 665. ignavia p. 645. perfidiaque vituperatione digna habentur. Vituperationem quoque meretur erga vicinos vicinasque agendi ratio et p. 666. negligentia in defendendo; p. 631. 683. ultio omissa; p. 680. avaritia; p. 651. 669. avaritia perfidiaque; p. 677. hospitalitas neglecta; p. 627. 633. 656. 658. 659. iniustitia et ingratus animus; p. 646. 673. sui amor vituperantur. Versus sunt, qui calumnias p. 631. 642., obtrectationem occultam p. 632., satyram immeritam p. 643. 646. 651. 654. acerbe perstringant. Qui autem loci Omajjadarum agendi rationem accusant, ut p. 656. 658. 659., eorum argumentum tanquam historicum maioris momenti est.

Caput sextum hospites et laus inscriptum est. Cuius tituli neque talis ratio est, ut prior capitis pars de hospitibus, posterior de laude agat, nam utriusque rei argumentum in una alteraque tractatur,

neque talis, ut versus, in quibus de hospitibus sermo sit, non simul laudem contineant; etenim poeta modum suum, quo hospites excipiat, describens laude se ornat. Partes decem priores hospitalitatem celebrant, tum partes sequuntur, quae liberalitatis, beneficentiae aliarumque virtutum laudes praedicant, inter quas partes ut Nr. 47. 48. 49. 60. 69. 76—82. 86. 87. 90. 91. 110. 120. de hospitalitate loquentes inspersae sunt. Hospitalitas in eo maxime cernitur, quod vesperâ in loco elato ignis accenditur p. 669., ut via advenienti ostendatur p. 739., canis advenientem molesto modo adlatrans revocatur p. 744., adveniens laeto vultu exceptus quaestionibus non fatigatur; sed statim camelus pinguis mactatur p. 740., domus usus ei conceditur p. 750., ahenum igni imponitur p. 720. 742. 744. 750. Domus possessor in cibo sumendo se continet p. 747., hospiti optimum cibi offert p. 740., eius curam habet, si quieti se dare vult p. 763. et si apud ipsum manere in animo est, locum benigne concedit, sin abire, honoribus eum dimittit. Maior versuum laudem tractantium pars liberalitatem beneficentiamque celebrat. Quod liberalitati opera datur, dum opes parvae (p. 695.) sunt aut tempus angustum (p. 699.), id maiori laudi habetur. Cum liberalitatis laude aliae quoque laudes coniunctae sunt p. 704—706. et interdum alia viri indoles laude ornatur p. 705. Laus tum singulas personas tum gentem spectat p. 700. Quae personae aut familiae dignitate pollent, ut historia earum nomina et res gestas memoriae nostrae tradiderit, earum laus, quippe cuius lux in historiam redundet, maioris momenti est p. 703. 710. 713. 774. 779. Poetae laudaturi eo interdum incipiunt, quod feminae vituperationem refellunt p. 723. 732. 748. Fit interdum, ut poeta laudem haud recta via; sed per ambages pronuntiet. Sic poeta res haereditate acceptas, equum, gladium p. 778., lanceam describens liberalem se fortemque praedicare vult, qui caetera omnia liberalitate prodiga perdens res forti necessarias sibi conservarit. Reperiuntur loci, qui sensu inter se cohaereant Nr. 11. 12. 95. Alii versus, qui aut ad hospitalitatem aut ad laudem parum respiciunt, sunt Nr. 38. 49. 61. 107. 115. Versibus, qui p. 701. 706. inveniuntur, in secundo capite locus convenit, quippe in quibus mortui laus celebretur et versibus Nr. 70., quibus avaritia vituperatur, inter satyras potius capitis quinti locus est.

Septimum caput الصفات descriptiones inscriptum tribus nonnisi partibus (septemdecim versibus) constat, quarum prima de itinere in camelo meridiei tempore facto agit, altera serpentem seu virum sub serpentis imagine, tertia tempestatem cum tonitru fulmineque noctis tempore ortam describit.

Octavum caput titulum itineris et somnolentiae habens novem partibus continetur, in quarum quinque partibus iter et cum eo coniuncta somnolentia tractatur. Sunt quoque nonnullae, quae argumento cum titulo capitis parum cohaereant. Sexta filium patrem penuriâ pressum reliquisse et in oppidum transmigrasse docet, vitam campestrem vitae urbanae praeferendam esse probat. Octava et nona noctem quum describant, ab argumento capitis magis alienae sunt. Septimae parti quum poetam aegrotum consilium datum, ut lac non bibat, sequi nolle narret, cur hoc in capite locus sit, equidem non video causam.

Caput nonum, facetiarum الملح titulum Abu-Tammamus scripsit, tam diversas res pluresque complectitur, quam ut ordine in classes disponi possint. Illa carmina, quae facetiae dictae sunt nostrae tam sentiendi quam loquendi rationi repugnant, ut in aliis acumen desideremus, in aliis loquendi modum reprobemus. Non tam facetiarum, quam obscoenorum sordidorumque dictorum nomen interdum merentur.

Decimum caput vituperationes, in quas mulieres cadunt inscriptum argumento satyris simile est. Vituperatio aut a corporis natura p. 815. aut ab aetate provectiore p. 816., raro a moribus et agendi ratione desumta est p. 816. Vir uxorem aut quod cum ea coniunctus

nfelicem se sentiat p. 813. 814. 816. 817. aut ob causas nobis ignotas vituperat p. 815. 816. In locis Nro. 17. 18. se e somno expergefactum describit, ut ex versibus, quomodo argumento capitis congrui sint, non adpareat. Cogitari quidem potest, poetam corpus uxoris macilentum durumque tangentem e somno excitatum esse; sed Mersukius iis in capite descriptionum potius locum dandum fuisse contendit. In locis Nro. 12. 13. 14. quum viri parvi foedique descripti sint, titulo libri consentanei non sunt.

Decem capitum argumentum dispositionemque memoria repetentes Abu-Tammamum titulorum anxiâ curâ abiectâ cum argumento aut parum aut prorsus non cohaerentes versus recepisse, sive, quod ei multum placerent, sive aliis causis adductum videmus, tum in libri argumento disponendo suam rationem secutum esse, ita ut ordo modusque ab eo, quem Ahlius b. Abu-l'Faradj Bazrensis in libro suo: الحماسة البصرية inscripto, anno 647. composito exposuit, nec non ab eo, cuius in libro meo: »Darstellung d. Arab. Verskunst« p. 381. sq. mentionem feci, discrepet. Ahlius ille tres res نعت, وصف et ملح coniunxit, noster duas illas res الصفات et الملح separavit. Ex serioribus, qui varii, quod in poesi tractatur, argumenti mentionem fecerint, aut iter somnolentiamque aut vituperationem, in quam mulieres cadant, in poesis argumento commemorasse, nullum scio. Hisce autem de rebus in capite Hamâsae octavo decimoque tractatur. Ut septimi et octavi capitis argumentum ad descriptiones proprie pertinet, sic decimi libri argumentum satyricum est. Descriptiones quum in poesi Arabica tam variae tamque numerosae sint, ut totius poesis fundamentum maxime in descriptionibus sit, quod Abu-Tammamus nonnisi tres locos receperit, mirum videtur. Libros poetarum, e quibus hauserit, descriptionibus abundare oportuit et non tam in descriptionum inopia, quam in copia, cur tam paucos collegerit, causa quaerenda videtur. Rerum descriptiones quum in poesi Arabica frequentes tritaeque sint, paucas a recepto describendi modo recedentes, quae ipsi placerent, invenisse videtur. Quid, quod Abu-Tammamus locos, in quibus amores modo الغزل adpellato, tractarentur, neglexerit? Modo illo النسيب appellato in carminibus veteribus frequenter adhibito et exculto, illo autem الغزل appellato, quod veteribus Arabibus non placeret, neglecto, quid mirum, quod hunc Abu-Tammamus neglexerit, illum sumserit. Carmina religiosa ab Arabicis زهد adpellata, ex quibus seriore tempore carmina mystica prodiere, ab Abu-Tammamo omissa videntur, propterea quod serius si non orta at exculta sunt.

In singulorum capitum ordine disponendo, ut a capitibus gravioris momenti maioribusque incipiens ad leviora et minora procederet, spectavit. Difficilius autem dictu est, cur in disponendis singulis locis talem sequeretur ordinem. Locis tum capitum titulis omnino aptis, tum ipsi maxime placentibus initium faciens locos minus aptos aut serius in oculos ipsi incurrentes addidit. Rationem, quae in ordine singulorum ipsi semper ante oculos esset, neque habuisse neque secutus esse videtur. Quamquam enim loci simile argumentum tractantes p. 19 sqq. 93 sqq. 104 sqq. 135 sqq., ad eandem rem pertinentes p. 162 sqq., easdem aut cognatas personas spectantes, ab iisdem poetis compositi aut ad eandem personam referendi p. 53 sqq. 179 sqq. 214 sqq. 292 sqq. 306 sqq. 493. aut ex eadem familia et gente prodeuntes p. 75. 110 sqq. 274 sqq. 292 sqq. aut versus a feminis compositi p. 779 sqq. eodem loco collecti inveniantur, tamen quum carmina eiusdem auctoris idemque argumentum tractantia locis variis p. 44 et 60. p. 19 et 174. p. 96 et 210. p. 177 et 179 et 493 et 495., nec non carmina temporis magno spatio disiuncta p. 59. 60. 62. 70. 72. eodem loco collecta inveniantur, disponendi causa in fontium, e quibus hauserit, ratione quaerenda est; saepe enim eiusdem auctoris carmina in variis capitibus eodem loco allata videmus conf. 314 sqq. 655 sqq.

De Hamasae libro ab Abu-Tammamo collecto dicturus, auctorem tum eosdem versus, tum eadem carmina diversis locis recepisse, silentio praetermittere non possum. Sic quatuor versus

p. 79. adlati eodem in capite eidem quoque poetae adiudicati p. 314. repetuntur. In libro secundo qui duo versus p. 306. exsistunt, iidem p. 463. cum aliis alii auctori tributis versibus coniuncti inveniuntur. ita ut prioris hemistichium prius mutatum sit. Sic duo versus p. 406. sq. iterum p. 480. leguntur. Duo versus p. 417. occurrentes in carmine alius auctoris p. 469. iterum locum habent. quorum alter in Mersukii editione priore loco desideratur. Duo denique versus p. 438. ordine in verso eidem auctori adscripti p. 474. sq. repetiti sunt.

Veterum poetarum versus a poetis aequalibus memoriae mandatos et posteris traditos esse scimus. (conf. Darstellung d. Arab. Verskunst p. 393.) Quod quum nonnisi poetarum celebrium versibus contingeret, ut cum versibus nomen auctoris memoria servaretur, aliorum aut minus notorum aut minus celebrium nomina versibus in ore hominum viventibus temporis lapsu oblivioni tradita esse, mirum non est. Qua in re causa quaerenda est, cur multorum in Hamâsa occurrentium versuum auctores aut omnino ignoti aut dubii essent. Neque autem omnium versuum, quibus auctoris nomen inscriptum non sit, auctores celebres fuisse negamus neque omnium versuum, quorum auctoris nomen notum sit, auctores celebres fuisse contendimus; fieri enim potuit, ut ob causas nobis ignotas auctoris obscuri nomen conservaretur aut celebris nomen in oblivionem veniret. Argumentum in versibus tractatum et tractandi modus eo homines adducere poterant, ut auctoris nomen memoriâ tenerent. In libro nonodecimoque, quod argumenti ratio talis non esset, ut auctorum nomina memoria continerentur, ea maximam partem neglecta invenimus. Carminum tituli pro maiore aut minore, quam auctoris haberent, notitia varii sunt. Auctore omnino ignoto a l i u s q u i d a m d i x i t p. 797. 805. aut m u l i e r d i x i t p. 801. 808. aut a l i a q u a e d a m d i x i t p. 809. verbis versus inscripti sunt. Parum notus si auctor erat et A r a b s c a m p e s t e r d i x i t aut familiae gentisque nomine addito p. 466. 780. 781. 789. scribebant. Poetae nomine ignoto aut patris nomen p. 59. aut matris p. 681. aut filii p. 546. addebant aut s o r o r e m c u i u s d a m f u i s s e (p. 778.) dicebant. Sunt quoque in titulis cognomine patris aut filii auctores insigniti, quod cognomine quam nomine notiores essent. Nomen auctoris aut modo simplici superscriptum est p. 624. 647. addita familia genteque p. 150. 293. 746. Nec vero eadem persona eodem semper modo carminibus inscripta est p. 541. 546. 556. 569. In aliis de auctore p. 333. 487. 678., in aliis de nomine dubitatur p. 410. 608. Plures quoque sunt loci, in quibus tum res tum personae, quae versibus ansam dederint, additae sint aut titulo carmini posito aut rebus post versus narratis p. 85. 93. 95. 100. 148. 297. 368. 397.

Singulorum carminum tempus definire quum res maximi momenti utilissimaque tum difficillima est. Tempore accurate definito tum poesis temporibus variis variam conditionem et mutationem, nam poesis aut progreditur aut retrocedit, tum, quippe ex poesi Arabum cogitandi ratio optime cognoscatur, diversis temporibus Arabum diversam sentiendi et cogitandi modum cognoscere possumus. Difficultas autem rei inde oritur, quod temporis ante Mohammedem tenebris antiquitatis obscurati partes vix accurate definiri possunt, et ipsis Arabum scriptoribus de tempore, quo carmina dicta sint, saepe dubitantibus aut rei ignaris auxilio omni ad definiendum necessario destituti sumus. Accedit, ut ad fontes librorum, e quibus hauriendum sit, aditus saepe non pateat. Sed viros doctos monemus, ne difficultatibus ab initio faciendo deterreantur, sperare enim licet fore, ut si initio facto tantum. quantum in potestate quisque habeat, ad rem illustrandam adferat, pluribus re occupatis et fortuna adiuvante nova scientiarum luce tenebrae dispergantur. In Hamâsae carminibus temporis definiendi ratio varia est. Sunt, in quibus annus, quo carmen compositum sit, accurate definiri possit: sed rem nonnisi in carminibus post Islami initium compositis locum habere, nemo non videt. Aut re gesta, quae in historiae monumentis narrata est aut morte viri celebris, cuius in annalibus mentio facta est, in viam

rectam duci possumus. Sic in Hamâsa p. 178. carmen cum proelio, quod anno undecimo Hedjrae fuit, cohaeret, sic carmina p. 70. 317. 319. ad proelium anno 64. commissum referenda inveniuntur. Sic p. 429. Jacobi captivitatem poetà queritur, quam annales retulerunt. In Hamâsa p. 368. mors poetae Dsu-l'Rommah cognominati, qui anno 117. obiit et p. 425. mors Mahni, qui anno 151. decessit, carminibus deploratur. In aliis quamquam annus accurate definiri non potest, tamen tempus, in quod incidit, breviore spatio circumscribere licet. Huiusce rei exempla in carminibus p. 302. 315., quae inter annum 126. et 132. cadere videntur, cernuntur. Carmen autem p. 437. post annum 61., carmen p. 372. post annum 132. compositum videtur. Nonnulla inveniuntur carmina, quorum etsi auctor ignotus sit, tamen e versibus tempus praeter propter cognosci possit. In loco p. 155. v. 2. poeta Hadjdjadjum alloquitur; carmen igitur Hadjdjadji tempore dictum sit, necesse est. In loco p. 158. v. 3. poetriae Chansa adpellatae mentio facta est. In carminibus, quorum auctor notus est, maximam partem nil nisi tempus generaliter definire licet. Poetae, cuius tam tempus quo natus, quam tempus, quo mortuus sit, notum est, si res specialiores ad definiendum desunt, carmina inter utrumque tempus cadunt. Si unum aut alterum latet, generaliori modo temporis, quo natus aut mortuus sit, ratione habita definiendum est p. 67. Sunt quoque carmina, quae in ipsum mortis annum cadant. Ne autem haec a nobis dicta inania putentur, nos in tali definiendi modo scriptores Arabicos imitari dicimus, qui tempus minus accurate definientes, poetam ante aut post Islamum, tum ante et post Islamum, tum tempore Omajjadarum aut Ahbbasidarum, denique tempore Omajjadarum et Ahbbasidarum floruisse dixerint conf. p. 26. De tempore ante Islamum difficilius dictu est. Qnum Mohammedem aetatis anno quadragesimo prophetam se confessum esse, notum sit, carmina quidem aetatis Mohammedis ratione habita definiri possunt; sed quadraginta annorum spatium tantum est et hoc tempus tam obscurum, ut inde accurata definitio vix peti possit. Carmen in tempus ante Islamum cadere ex more scriptorum Arabicorum dicere praestat conf. p. 33.; etenim ex. gr. vetus poeta Taabbata-Scharran cognominatus, quem ante Islamum floruisse constet, quo anno ante Mohammedem aut post Mohammedem natum carmen dixerit, quis pro certo adfirmare ausus sit. Alios ante Islami initium vixisse (conf. p. 57.), dubio caret. Poetarum nomina etsi in tempore definiendo magno adiumento sint, tamen quod breviore interdum modo explicata sint, difficultatem parant conf. p. 624. 627. Plures enim quum sint poetae eodem nomine utentes, quem ante oculos habuerit auctor, saepe non liquet. Accidit quoque, ut aut de auctore aut de auctoris nomine scriptores Arabici dubitent conf. p. 158. 314. 678. In carminibus, quorum neque causae neque auctores noti sint, neque ex argumento causa tempusque cognosci possint, interdum ex cogitandi ratione p. 125. v. 4. aut ex loquendi modo p. 55. v. 1. p. 101. aut si auctoris noti quidem tempus lateat, ex ipsius poetae nomine, utrum ante an post Islamum vixerit, coniectura definire tentavi. Quibus ex praemissis quem definiendum modum secutus sim, cognoscere licet ita, ut quemlibet difficultatum haud immemorem, quae in librorum copia quum magnae sunt, tum in defectu etiam maiores, ubi erraverim, iudicem aequum benignumque futurum esse sperem.

Hamâsae carmina in tempus ante Islamum et tempus post Islamum cadunt. Tempus post Islamum a) in tempus Mohammedis eiusque quatuor successorum ab anno 1. usque ad annum 40. b) in tempus Omajjadarum ab anno 40. usque ad annum 132. et c) in tempus Ahbbasidarum usque ad annum 217. (conf. p. 392. v. 1.) dividitur. Abu-Tammamum, qui circiter anno 228. diem obierit, carmina serioris temporis recepisse dubito. Tempus ante Islamum omnia vetera Hamâsae carmina complectitur; annum autem, usque ad quem carmina ante Islamum adscendant, accuratius definire haud queo. Carminibus Hamâsae antiquissimis ea, quae p. 162. 165. 166. 167. occurunt, a Schultensio in libro »Monumenta vetustiora Arabiae« p. 15. sqq. edita adnumeranda

sunt, quae, num tantam antiquitatem, quantam iis tribuerit vir doctissimus, adtingant, dubitare licet. Multa carmina, quae altius in tempus regum Hirensium et supra regis Amru-l'Kaisi b. Ahmru b. Ahmru b. Ahdi (conf. Ebn-Kotaib. p. 187.) adscendant, inveniri non putaverim, quippe carminum illorum ratio modusque similiores sint, quam ut singulis longum temporis spatium interiacere possit. In tempus ante Islamum non pauca carmina tam eorum, quorum auctores noti sunt, quam eorum, quorum neque auctoris neque causae notitiam habemus, cadunt. Primum Islami tempus, tum quod Mohammedis doctrina et singulorum successorum animus severus illi occupationi contrarii erant, tum quod bella gesta Arabum animos omnino occupabant, poesi minus favebat. Qua in re potissimum causam video, cur pauca tantum illius temporis carmina in Hamâsa inveniantur. Omajjadarum tempus, quo bellis paulum quiescentibus divitiis otioque fruentes Arabes ad illas sibi caras poesis occupationes reverterentur, maiorem carminum partem protulit. Huc accedit, quod plures e gente Omajjadarum oriundi principes prioris temporis mores imitantes, quo carminibus laudati principes donis largis poetas cumulaverant, praemiis munificentissime datis poesis studia excitabant. Ahbbasidarum temporis carmina in Hamâsae libro rariora sunt non tam, quod isto tempore carmina pauca composita erant, quam quod carminum ratio talis non erat, quae Abu-Tammamo placeret. Istius enim temporis poetae quum veterum carminum modum paulatim relinquerent et a veteris poesis natura magis magisque recederent, non poterat non Abu-Tammamus, qui veterum carminum modum in colligendo ante oculos semper haberet, multa sibi obvia carmina reiicere. Non igitur plura, quae scio, quam sexdecim carmina in illud tempus cadunt, quorum novissima tempore Abu-Tammami (p. 391. 540. 565. 660.) composita esse censeo.

In plurium carminum titulis familiam aut gentem, e qua poeta oriundus esset, indicatam esse videmus. Res haud parvi momenti est. Gentes quum diversas et saepe longinquas regiones incolentes diversam vivendi rationem sequerentur, alius religionis cultui deditae essent et dialecto linguae alia uterentur, in diversis gentibus simili quidem, quippe eiusdem stirpis essent; sed diverso modo poesin excoli oportuit. Illarum diversarum gentium diversa quaedam cogitandi ratio, diversus comparandi et loquendi modus in poesi exsistat, necesse est. Dialectorum plurium quaedam diversitas, quum Koraischitarum dialectus in Alcorani libro, quam in hominum animos haberet, vi caeteras omnes, quippe quae in illam tanquam surculi in arborem insitae essent, in se recepisset, quamquam aut omnino deleta aut antiquitatis velo ita tecta est, ut vix cognosci possit; tamen in nonnullis, ut in gente Thai, propria quaedam, quae mutationi repugnarent, remansere. Cogitandi autem ratio comparandique proprius modus nullam prorsus mutationem subire poterat. Quarum rerum accurata cognitio quum ad rectum de poesi Arabica iudicium ferendum multum faciat, diversarum gentium carmina inter se conferre operae pretium est. Ut viri docti hanc in rem animum adtendant, enixe rogamus, speramus enim fore, ut si diversarum gentium carmina; quorum libri, ut Hodsailitarum, exsistunt, edita fuerint, doctorum studio poesi nova lux oriatur In Hamâsae opere singularum gentium, ut gentium Ahbs, Asad, Cilab, Dhabbah, Hanifah, Morrah, Thai multa carmina inveniuntur.

Non est in animo de poesis Arabicae natura ac indole multis disserere, ita ut eius pulchritudinem describam aut eius vitia detegam aut quae ei propria sint, explicem. Quarum enim rerum quum talis sit ratio, ut magis sentiri, quam verbis describi possint, quis quaeso tentaturus impedire potest, quominus a nonnullis haud recte intelligatur; facturo autem mihi non tam argumenti copia deesset, quam argumenti copiae breve praefationis spatium non sufficeret. Qui autem de poesi Arabum recte iudicare vult, ei ne Graecorum poesin, qua tanquam perfecto exemplo omnia metiri solimus, in diiudicando ante oculos habeat, cavendum est; sed temporis, quo vixerint, terrae, quam incoluerint, conditionis, qua usi sint, morum, quos sumserint, cogitandi sentiendi-

que modi, quem proprium sibi habuerint et denique litteris aut artibus haud exculti animi status ratione habita iudicium fiat. Hisce rebus diligenter perpensis, gentem in poesi magna praestasse, nemo negabit. Quae hisce dictis adiicio, ea quamquam neque viris doctis prorsus nova neque omnibus numeris absoluta sunt, tamen Hamâsae carmina legenti utilitati futura esse confido.

Poesis Arabica, quae ex animo gentis prodierit, cum animi natura intime coniuncta ut fructus arborem sic gentis naturam referat, necesse est. Arabes naturae instinctu quodam impulsi quum in sermone vulgari versus saepe dicerent, poesis in morem venit, ut, cui animi dotes natura haud denegasset, ad altiora tendens, quippe quae in honorem adduceret et auctoritatem augeret, poesin cum studio coleret. Arabum veterum poesis ex animi natura prodiens, arte non producta omni arte carebat, id quod tum in argumento disponendo, tum in rebus explicandis cernitur, in quibus nil quaesitum, nil artificiosum invenimus. Carminis initium simplex et arte destitutum esse solet. Carminis initium faciens poeta duos saepe amicos alloquitur, ut verba sua perferant p. 121. v. 5. 129. inf. 181. v. 1., aut certiorem facit audientem de modo, quo rei, quam carmine tractaturus est, notitiam acceperit p. 199. v. 2. 641. v. 4. aut amatae vel amicae mentionem faciens p. 45. v. 1. p. 57. v. 5, p. 72. v. 2. etc. aut verbis generalibus ad argumentum speciale audientem ducit p. 12. 33. v. 1. aut statim ad rem venit p. 19. In carminibus veteribus, quibus maximam partem res gestae, conditiones hominum rerumque argumento sint, res quae describuntur, haud inventae; sed gestae sunt. Descriptiones, in quibus tanquam fundamento poesis aedificium exstructum est, maximam partem fictae non sunt aut artificio, quod tum in ordine disponendo, tum in ornamentis sermonis cernitur, excultae. Poeta res aut conditionem descripturus modo, quo in oculos ipsi incurrunt aut in mentem veniunt, sermone producit. Res, quae in describendi rationem cadunt, notitiae fines, quam poeta, sive campester sive oppidi incola sit, oculorum intuitu consecutus est, non transgrediuntur. Res autem descriptae naturae, plantarum, bestiarum, quum paucarum tantum rerum Arabs notitiam habeat, neque numerosae neque longius petitae sunt. Pro regionum diversitate, quas poetae singuli incolebant, descriptionum natura diversa est. Qui in dissitas regiones iter fecerant aut in oppidis et in principis aula vitam degerant, eorum descriptiones tum plures tum luxus splendorisque res spectantes, quales apud divites principesque reperiuntur, adtingere mirum non est. Qui neque mare neque montes oculis vidit poeta, eum hisce rebus describendis operam daturum esse, vix credibile est. Poetae gentis Thai quum montanam regionem incolerent, montium mentionem saepe fecerunt. Arabis campestris est, desertum, plantas arboresque in deserto crescentes bestiasque ibi viventes describere; sed quum desertum neque varietate aut pulchritudine regionum, neque bestiarum aut plantarum multitudine insigne sit, describendi ratio simplex est. Quae res in causa quoque est, cur pulchrarum regionum descriptiones rarissime inveniantur. Quem enim poetam naturae instinctus ducit, ei, ut ad res describendas excitetur, easdem ante oculos versatas esse oportet. In describendo una serie res interdum producuntur p. 23. v. 1. Describendi modus amplus interdum abundansque est. Sic in se laudando poeta p. 37. v. 2. a tempore ante partum incipiens per plures vitae status rem perducit. In re describenda vocibus cumulatis perspicuitatem descriptionis et vim sermonis augentes modum rectum non semper tenuere, quam rem ex. gr. p. 11. v. 1. in vocibus توهير، وتخضيع واقران videre licet. Vocibus sensu oppositis, ut claritas et vis sermonis cresceret, effecere. Sic p. 5. in vocibus خشن et لانا p. 6. in vocibus وحدانا et زرافات conf. p. 7. v. 1. 2. p. 8. v. 2. 3., p. 13. v. 2., p. 21. v. 2.. p. 22. v. 1., p. 34. v. 2. Personis loquentibus, quae introducuntur p. 34. v. 2., p. 45. v. 1., p. 74. v. 2. eo, quod poeta absentes personas alloquitur, interrogat iisque responsum dat, sermoni alacritas ac vis adduntur. conf. p. 19. v. 2. sqq. 23. v. 2. Quae descriptiones in poesi quum imaginibus rerumque comparationibus potissimum nitantur,

poesis partes hae maximi momenti habendae sunt. De metaphoris in poesi Arabum frequentibus, quae cum illis quodammodo cohaereant, pluribus disserere opus non est. Imagines comparationesque a natura desumtae coelum terramque cum sole, luna sideribusque complectuntur, nec non genera animalium plantarumque quot Arabibus nota sint. Ex animalibus plantisque poetae tum sibi notiora, tum sibi utiliora, ut leonem, equum, camelum etc. palmamque etc. elegerunt et quo notior res poetae, eo melior accuratiorque comparandi modus est. Utensilia et instrumenta nota ut gladius, lancea ad comparandum saepius adhibita sunt; rarius hominis partes, agendi rationes situsque c nf. p. 42. v. 3., 137. v. 3., 200. v. 3., 345. v. 1., 390. v. 2., 480. v. 1., rarius mores ususque p. 207. v. 5., 273 v. 2., 344. v. 5.; res ex antiqua fabula historiaque p. 97. v. 5.. 174. v. 2.. 182. v. 2., 285., 291. v. 1., 296. v. 1., 316. v. 6., 322. v. 3.. 351. v. 3. Comparationes quamquam numero rerum comparandarum multae non sunt, tamen vario comparandi modo variae inveniuntur et comparandi modi, etsi a nostro comparandi modo saepe abhorrent, tamen comparationes haud aptas verasve esse dicere non possumus. Neque hoc, quod proprium est poesi Arabum silentio praetermittendum est, comparationes istas propriis verbis non semper depingi; sed interdum singula voce nutu quasi indicari. Sic, ut exemplo utar, lancea cum camelo bibente comparatur; sed ista comparatio p. 26. v. 1. nonnisi verbi نهلت significatione indicatur. Bellum cum igne saepe comparatum invenimus; sed p. 13. v. 3. 77. v. 1. istam comparationem nonnisi ex verbo صلا adhibito cognoscimus. De comparationibus in poesi Arabica hoc loco pluribus disputare operae pretium esset, nisi index comparationum in Hamâsae carminibus obviarum, quem operi adiungere in animo est, maiorem aliis carminibus explicandis utilitatem adferre videretur. Prosopopoeiae modus poesi Arabicae proprius silentio omnino praetermitti non potest. Gladius tanquam persona sensibus praedita et cogitans descripta est. Cum pugnante consentit p. 47. v. 5., iudicium fert et contentus est p. 55. v. 2., cum gladio foedus initur p. 161. v. 1. Idem feminae interroganti responsum dat p. 80. v. 3. carne vescitur p. 381. v. 3., potum matutinum sumit p. 137. v. 2.. poculum mortis aliis porrigit p. 335. v. 3., testis est p. 143. v. 1. etc. Ictus quoque, quem varios mortis modos coniungere dicat poeta, persona est p. 14 conf p. 20. v. 1. Mors oculis observat, ut vulneratum accipiat; sed fallitur p. 35. v. 3., ridet p. 43. v 2., 335. v. 3, videt p. 720. infr. et odore percipitur p. 88. v. 2. Fortis mortem cibo hospitis excipit p. 445. v. 5. Vilitas camelum, quo vehitur, in gente decumbere sinit p. 674. v. 3., beneficentia mortua est p. 425. v. 4. Haec nobis prosopoeia exempla, ex quibus proprius modus cognoscatur, sufficiant.

De loquendi modo poesi Arabicae carminibusque Hamâsae proprio quamquam multa disputari possunt, ne legentes fatigem, breviter dicturus sum, qua in re nil volo, nisi ut quas ad res animum legentes adtendant, ostendam. Poesin veterum Arabum, quae ex animi indole sine industria prodiret et saepe loco sermonis vulgaris esset, minore a prosa oratione discrimine distinctam esse, quam poesin posteriorum temporum, quibus poesis ars facta, non tam quodam instinctu ex animo efflaretur, quam labore et arte comparata ex ore exprimeretur, certum est. Qua de causa in vetere poesi non tam multae voces rarae difficilesque et ab usu vulgari recedentes dictiones, quam in carminibus recentium poetarum ex. gr. Motenabbii, Olmari b. Faredh, Abu'-Ahlae aliorumque, qui arti operam dederint, inveniuntur. Sed in Hamâsae carminibus multas quoque poesi proprias voces et ab usu vulgari recedentes dictiones reperiri haud nego. Ut paucis tantum exemplis utar, voces المنيا p. 13. v. 1. المنون p. 14. مرزء p. 21. v. 1. et جؤجؤ p. 35. v. 2. et formae participii passivi loco nominum actionum positae ut مشفق pro اشفق p. 178. infr. et مقدما pro اقداما p. 183. v. 3. ex mea sententia poesi propriae sunt. Construendi modum p. 90. v. 2. in verbis نصرت بد من خمسه loco accusativi conf. p. 444. et p. 482

praeteritum كان loco futuri et p. 613. v. 1, verba لم ينسنى pro ما انسانى et p. 442. v. 5. in voce ذووها suffixum cum voce ذو coniunctum poesi proprios loquendi modos esse non dubito. In verbis انبئه et انك p. 90. v. 3. construendi modum inceptum relictum esse et p. 93. in vocibus بمرهفة صقال unum adiectivum in singulari, alterum in plurali positum videmus. Adiectiva loco substantivorum posita in poesi vetere frequentissime observamus. Sic p. 29. v. 2. الد hostem, p. 189. v. 1. مطرد loricam, p. 306. v. 4. البوارق arma, p. 384. v. 4. ماض gladium, p. 391. v. 2. حنانة nubem designat. Contra quoque adiectiva substantivis adhibitis indicantur. Exempli gratia p. 29. v. 2. voces ذو حنق hostilem, p. 31. v. 4. voces اخو الغمرات fortem, p. 33. v. 2. voces اخو الحزم prudentem, p. 144. voces بنو الموت fortes audacesque designant. Poesis est plura adiectiva quam sensus ratio necessario requirit, sermonis exornandi causa adhiberi. Id quod p. 26. v. 1. in vocibus الخطى, المثقفة et السمر et p. 154. v. 1. in vocibus هريت الشدق اشوس اغلب cernitur. Primitus poesi proprium loquendi modum esse puto, quod adiectiva ante substantiva ponuntur. Sic p. 31. v. 1. voces باقى المذمة pro المذمة الباقية, v. 4. مقطع الامر pro الامر المقطع et p. 63. v. 2. بالعضب الحسام pro بالحسام العضب positae sunt. Sunt nonnulli poesi proprii loquendi modi, ut p. 38. ليلة مزوودة nox territa pro nox, quae terrorem incutit et نام ليل البوجل dormivit nox segnis pro nox, qua segnis dormivit et p. 256. حل فى المجد بيته habitavit in gloria eius domus pro in gloriae domo habitavit. Quod nomen loco pronominis repetitur (conf. p. 10. v. 3. p. 11. v. 2.), ut sermonis vis augeatur, poesi proprium videtur. Voces ad sensum constituendum phrasi omnino non necessariae si inseruntur, ut vox فاعلم p. 81. v. 1., rei causam in metro, ut expleatur, video. Eandem quoque causam habet ordo verborum grammatice construendi modo contrarius. Sic p. 23. v. 2. من الموت افرق pro افرق من الموت est, et p. 401. v. 4. obiectum ماجدا ante verbum regens locum habet. Idem ordo inversus p. 406. v. 5. in verbis عن الدهر فاسفح invenitur. Vox التى p. 197. v. 2. ante locum grammatice construendi modo ipsi convenientem posita est et p. 226. v. 2. verba يكب فيعثر contra ordinem, quem sensus ratio postulat, locum obtinuere conf. p. 374. v. 3. p. 457. v. 1. In loco p. 491. v. 3. voces بعير et تحسرا separatae sunt conf. p. 653. Voces contra formarum regulas metri causa breviores redditae saepe inveniuntur. Loco p. 34. v. 2. vox خطتا pro خطتان, p. 351. v. 3. الذا pro الذان, p. 484. v. 1. اخوا pro اخوان posita aut cum voce من coniungenda est. Hunc construendi modum qui praefert, is voces فى الحرب interpositas esse inveniet. Loco p. 197. v. 3. vox رجالك pro رجالكن, p. 199. v. 2. vox يجدونى pro يجدوننى, p. 36. v. 1. p. 228. v. 2. vox يك pro يكن, p. 613. v. 1. voces لم يبل pro لم يبال, p. 632. v. 1. vox تشى pro تشئ leguntur. Voces in pronunciando diverso modo contractas coniunctasque esse invenimus. Sic p. 237. v. 2. مل مال pro من المال, p. 384. مل حبيبى pro من الحبيبى, p. 594. infr. مل اشياء pro من الاشياء legimus. P. 612. v. 3. أخى pro أخى pronunciatur et p. 406. v. 3. Hamsa in verbis هل آنت abiecta est. E contrario poetae contra regulas grammatices pronuntiando prolongant. Sic p. 803. v. 4. ان ترى pro ان تر p. 181. v. 4. احاديثا pro احاديث ; p. 447. v. 4. حواسرا pro حواسر scriptum invenimus. In poetica oratione ellipses praesertim nominis, praepositionis, particulae frequenter invenimus. In verbis eas rariores esse, e verbi natura oritur. Sic in loco p. 80. v. 2. verba كاسد الشرى pro كاقدام اسد الشرى, p. 189. v. 5. vox الود pro

مراعاة الود, p. 457. vox عرسه pro مفارقة عرسه, p. 148. v 2. vox نيران pro نيران ضمانة; p. 171. l. 5. vox لقحة pro لبن لقحة sunt. In loco p. 189. v. 2. vox, quamquam antea eius mentio facta non erat, omissa est, nam in verbis وان كان يوما vox الوقت vel اليوم supplenda est. In loco p. 224. v. 1. nomen, ad quod suffixum pertinet, omissum est. In loco p. 189. v. 5. suffixum cum praepositione منه post vocem احزم omissum; p. 191. v. 1. praepositio deest, nam vox عداوتي pro من عداوتي est. conf. p. 465. In loco p. 578. infr. particula ان omissa est, nam verba عن يشقيك pro عن ان يشقيك sunt et p. 438. v. 2. vox بان deest. In iurando negandi particulam saepius omissam videmus. Sic p. 268. اثقف pro لا اثقف dictum est conf. p. 694. et aliis in locis, nam p. 744. v. 4. verba ان يهر pro ان لا يهر dicta sunt. Rariores pleonasmi sunt, qui maximam partem in particulis locum habent. Particula ان frequenter modo pleonasmi adhibetur. Sic in verbis ما ان جزعت conf. p. 153. v. 2. 173. v. 3. 437. v. 2. Particula ما saepius pleonastice ponitur. Sic p. 85. v. 2. in verbis كل ما ذلك conf. p. 432. v. 2. p. 414. v. 3. et p. 178. infr. et p. 319. v. 1. in voce لما pro لم et p. 201. v. 1. in voce اما pro ان ما. In loco p. 60. v. 2. in verbis من عن يميني vox عن; p. 146. v. 3. particula ان post vocem لما conf. p. 167. v. 3. et p. 717. v. 5. particula ك in voce كمثل superflua est. In poesi vetere verborum lusum sono simili productum, ut p. 58. v. 3. اذا لم اجن كنت مجن جان; p. 417. v. 2. in verbis قد قد et جد عند الجد et p. 431. v. 5. in verbis من نشرها منشور raro inveniri, silentio praetermitti non potest.

Poesis Arabicae formam variam regulisque definitam et seriore tempore arte maiore confectam esse, in libro nostro: Darstellung der Arab. Verskunst etc Bonn 1830. ostendimus multisque exemplis satis superque explicavimus. Ex isto libro videre licet, veteris recentisque poesis discrimen in eo potissimum esse, quod recentioris aevi poetae veterum poetarum metra diverso modo adhibuerint, magis excoluerint et cum arte coniunxerint. In Hamâsae opere nonnisi veterum poetarum metra adhibita sunt, quorum notitia perfecta ex libri citati fonte hauriri potest; sed illius libri studium, ut metrorum ratio in Hamâsae opere obviorum et quae ad ea explicanda scholiastes adtulerit, accurate intelligantur, cuilibet legenti necessarium est. De rebus huiusce argumenti tum specialibus tum generalibus pluribus agere a fine, quem in re tractanda mihi proposui, prorsus alienum est. Nonnulla adnotare, quae legentibus utilitatem adferant, operae pretium erit. Ex quindecim metrorum generibus, quibus alia serius detecta accensenda sunt, alia frequentius, alia rarius in Hamâsae opere inveniuntur. Quae poetis saepissime adhibita sunt, ea poetarum sensui aptiora aut faciliora compositu fuisse, concludimus. Quindecim illorum generum nonnisi duodecim in Hamâsae opere invenimus, trium, quibus poetae rarissime usi sint, metrorum المضارع, المقتضب, المجتث appellatorum omnino nulla ibi exempla exsistunt. Illorum duodecim, quorum diversae species sunt, non omnes species, ut ex tabula metrorum, quam operi adiungemus, cognoscere licet, in Hamâsae opere sunt. Metra rariora, quippe quae a norma consueta recedant, tria p. 414. 506. 780. legenti in oculos incurrunt. Praeterea in loco p. 84, sive in fine versuum vocem cum vocali pronunties, sive ea destituas, duplex metrum adparet.

Maior metrorum pars in duo hemistichia مصراع adpellata dividuntur. Prioris hemistichii postremus pes عروض, posterioris postremus ضرب adpellatus est, qui uterque syllabarum quantitate par non est. Postremi pedis prioris hemistichii ratione habita a rei metricae peritis genus metri, posterioris finis ratione habita species appellatur. Inde sequitur, eum, qui metrum accurate constituere velit, tam unius quam alterius notitiâ carere non posse. In Hamâsae scholiis autem

accurata utriusque rei definitio perraro invenitur. Scholiastes metrum ratione habita postremi pedis posterioris hemistichii, ne voce ضرب quidem semper usus definiri satis habuit. Exempli gratia p. 90. الاول من الوافر „prima (species) metri Wafir", ubi الضرب الاول dicendum erat et p. 84. من الرمل الاول scripsit. Magna inde metri cognoscendi difficultas non oritur, nam in metris (ex. gr. طويل), quorum nonnisi unum sic dictum عروض invenitur, vocem عروض addi superfluum est aut si illud ضرب ad primum sic dictum عروض pertinet, nil dubii esse potest aut denique, re aliter se habente si quis ab initio sic dicta ضرب percurrit, in suum a scholiaste numero definitum necessario incidit. In metris كامل et سريع adpellatis Tebrisius sic dicti عروض simul cum altero ضرب adpellato mentionem fecit. Sic p. 60. secundum ضرب primi عروض, p. 703. primum ضرب secundi عروض et p. 97. 455. 471. 565. 680. 695. secundum ضرب secundi عروض adnotatum est. Rei causa in eo quaerenda est, quod in metro كامل singulo عروض plura ضرب sunt, ut error, illo neglecto, oriri possit. In metro سريع conf. p. 795. 675. 801. nonnisi dictum عروض adnotavit, quod singulis عروض nonnisi unum ضرب est. Ab hac consuetudine recedens p. 141. من الضرب الثالث من السريع scripsit. Raro scholiastes metrum generali modo definivit ut p. 495. من الرمل. In circiter sexaginta carminibus autem metrum indicare neglexit. Unde Tebrisius metrorum definitiones sumserit, non patet. Qui quum ipse libri metra tractantis auctor sit, e suo ingenio metrorum definitionem addidisse aut, quum Abu-l'Ahlae discipulus esset, metra, in quae ille magnam curam diligentiamque adhibuisset, ab illo sumsisse potest. Sive unum sive alterum sit, Abu-l'Ahlam, qui omnia metra Hamâsae numero accurate definivisset conf. Ham. p. 824. metra neglexisse cogitari non potest; sed Tebrisium, quae eius et incuria et negligentia esset, rem negligenter egisse, a vero alienum non videtur. Semel metrum p. 308. falso modo definitum esse (conf. p. 332.), dubio non caret.

Praeter metrum versus Arabici homoioteleuto قافية appellato distincti sunt. Quo singulari modo rei metricae periti homoioteleuton descripserint, in libro meo: Darstellung der Arab. Verskunst p. 299 sqq. pluribus dictum est. Qui Arabum modum sequuntur, quinque homoioteleuti species vident, quorum tertia et quarta saepius, secunda et quinta rarius, prima nunquam in Hamâsae opere occurrit (sed confer p. 563.). Causa, cur una homoioteleuti species frequentior quam altera sit, et una rarissime inveniatur, in vocum Arabicarum structura cernitur. Initio operis Hamâsae scholiastes generaliore modo homoioteleuti speciem indicavit, post a pagina 62. additis vocibus technicis speciem accuratius definire studuit, quo in modo singulis locis exceptis (conf. p. 245. 247.) usque ad paginam 252. perrexit, inde autem ad generalem modum rediit. Interdum si homoioteleuton idem ac in proxime antecedente fuit, scholiastes nil nisi litteram ك definiendi causa adposuit, qua, ni fallor, vocem كالاولى „ut prius" exprimere in animo erat conf. p. 525. 533. 582. 591. Nonnullis in locis (conf. p. 525. 533.) quum homoioteleuton prorsus non idem sit, errorem commissum puto. Homoioteleuti autem definiendi Arabibus talis ratio est, ut in eodem carmine duplex, imo triplex homoioteleuton exsistere possit. Duplex homoioteleuton p. 495. cernitur, triplicem p. 763. scholiastes videt, sed rarissimum illud المتكاوس appellatum homoioteleuton frustra ibi quaesivi. Ut metra multis in locis a scholiaste neglecta esse invenimus, sic pluribus in locis homoioteleuti definitionem omissam esse videmus, cuius rei causam nullam nisi scholiastis negligentiam esse puto. In versibus, qui in scholiis occurrunt, neque metrum neque homoioteleuton scholiastes definivit. Scholiastes interdum metrum quodammodo definiens poetam (الراجز) metro Redjes usum esse dixit; sed hosce versus, si accurate inquirimus, ad metrum Sarih referendos esse, haud raro detegimus, id quod facile accidere potest, quod utriusque metri

ratio similis est. Brevitati studens in scholiis metra generaliore modo definivi, quippe ex metrorum tabula, quam operi adiuncturus sim, metri species facile cognoscatur. Versibus, qui ex aliis operibus in scholia a me inserti sunt, ne in Hamasae scholiis frustra quaererentur, litteras a d n. addidi et hemistichia, quorum metrum accuratius definiri non poterat, separato loco in tabula enumeravi.

De Hamasae autem editionibus commentariisque loqui supersedere non possum.

Hamâsae opus ab Abu-Tammamo collectum, postea mutatum esse dubio caret. Qui Hamâsae editiones a Mersukio Tebrisioque prolatas, inter quas centum circiter annorum spatium iacet, cum diligentia comparavit, is tum ordinem tam singularum carminum quam versuum mutatum, tum plures versus additos esse inveniet. Quem et mutatum ordinem et additos versus suo semper loco adnotavi. Ad ordinem carminum mutatum explicandum, qui neque saepo occurrit neque magni momenti est, sola uti possumus coniectura. Diversus carminum ordo in alia editione, quam a Mersukio in usum adhibita fuisse videtur; nam cur Tebrisius sua voluntate ordinem, quem in Mersukii editione ante oculos haberet, mutaverit, causam nullam video. Singulos autem versus, sive quod in Hamâsae alia editione sive in poetarum operibus, e quibus Abu-Tammamus excerpserit, ita dispositos invenerit, talem in ordinem redigere potuit. Veterem illum ordinem, quem apud Mersukium invenimus, recentiori Tebrisii multis in locis praeferendum esse censeo. Qui autem in Tebrisii editione additi sunt versus, ii et numerosiores illis esse videmus et maioris momenti putamus. In primo capite 66 versus, in secundo 28, in tertio 15, in quarto 22, in quinto 14, in sexto 17 in nono 6, in decimo 1 versus additi sint, quibus 169 versuum summa conficitur. Inter hos integrae partes carminum ut p. 310. 638. 694 (conf. 752) inveniuntur. Singulorum versuum maior pars in fine locorum est, dum alii in initio, alii in medio additi sunt. Qui additi versus si cum prioribus comparantur, illos tum sensu cum his non cohaerere, tum pulchritudine his saepe inferiores esse adparet. Ex partibus integris autem sunt, quarum argumenta titulis capitum minus respondent. Hisce autem in rebus causa quaerenda est, cur Abu-Tammamus eos neglexerit; eos ab Abu-Tammamo in librum receptos a posteris, quibus non placerent, omissos esse a vero abhorret. In Tebrisii editione aliquot loci quoque repetiti occurrunt. Sic, ut exemplum adferam, p. 765. in libro de hospitibus et laude quatuor versus, qui p. 379 sq. in libro epicediorum leguntur, repetiti sunt. Qui locus quum in Mersukii editione desideretur, quin postea additus sit, dubitari non potest. De versibus ab Abu-Tammamo repetitis antea dictum est.

Unde autem versus additi sumti et a quonam in librum inserti sunt? In loco p. 160. se ab Abu-l'Ahla magistro suo versus tres audivisse dicit et p. 523. Abu-Rijaschum auctorem appellat. In caeteris autem locis quum de auctoribus taceat, eum aut ex editione a Mersukii editione diversa aut ex ipsis poetarum operibus, versus repetiisse, duplex sententia proferri potest. Tebrisius si ex editionibus commentariis instructis ex. gr. Ebn-Djinnii versus desumsisset, nonne eum ut in illis locis, sic in his auctoris mentionem fecisse verisimile est? Accedit, quod versus additi maximam partem commentario aut careant aut parvo tantum instructi sint. Mirum est, quod in loco p. ۳۹۵ v. 2. a scholiaste adnotatum legamus, versum quartum اقرت ab Abu-Tammamo quamquam in Tebrisii editione inveniatur, receptum non esse. Additis pluribus versibus, qui in Mersukii editione non leguntur, Tebrisius p. ۳۹۷ tertium versum nonnisi in quodam exemplari inveniri adnotavit. Tebrisius autem, quum veterum auctorum commentarios exscripserit, in illis versibus commentarios, si quos haberet, prorsus neglexisse, vix putandus est. Quae hisce adderet scholia aut in poetarum operibus adscripta aut in grammaticorum operibus, quae inspiceret, exstitisse coniicio, nam de suis perpauca eum adiecisse video. Sed in loco p. 810. ver-

sus libri partem non esse i. e. ab Abu-Tammamo in Hamasae opus receptos non esse, legimus. Quod si verum est, Tebrisius negligentiae accusandus non est, quod caeteris additis versibus adnotationes necessarias addere, neglexerit; sed partes integras, si non omnes singulos additos versus, in Hamasae editione quadam ante Tebrisium exstitisse, concludere licet.

In praefatione Latina textui Arabico praemissa viginti Hamasae commentarios exstitisse dixi. Inter veteres Hamasae interpretes insignem locum occupat Abu-Rijasch, in Hamasae commentario Alrijaschi (Rijaschita) quoque adpellatus. Nomen viri ab Ebn-Challikano Nro. 320. Abu-l'Fadhl Alahbbas b. Alfaradj Alrijaschi grammaticus, lexicographus, Bazrensis scribitur. Nomen Rijasch ab avo viri e gente Djodsam oriundi, cuius servus pater grammatici nostri erat, ortum est. Bazrensis adpellatus est, tum quod in oppido Bazra habitaverat, tum quod grammaticorum Bazrensium doctrinae adhaerescebat. Magistris Alazmäiho, Abu-Ohbaidaho aliisque usus est. Inter discipulos eius, qui plures erant, gloria auctoritateque Ebn-Doraidus insignis erat (conf. Ham. 588. l. 7. et praefat. ad Ebn-Doraidi Makzuram). Rerum notitiis abundans fide dignissimus habebatur. Ebn-Challikanus, eum anno 257, quo Aethiopes*) in urbe Bazra rapinis et caede grassarentur, necatum esse auctor est; sed Abulfeda in Annalibus (T. II. p. 240.) eum anno 258. mortuum esse retulit. Ebn-Challikanus viri opera haud recensuit; sed ex Hamasae loco p. 412. l. 9., eum commentarium, quo Hamasae opus explicaret, scripsisse cognoscimus. Multis quoque e locis, opus illud rebus de auctoribus carminum ansisque narratis excelluisse, patet.

Optimis Hamasae interpretibus sine dubio grammaticus cognomine Ebn-Djinni notus accensendus est. In Hamasae commentario nomine Abu-l'Fath saepe citatur. Nomen Ohtsman b. Djinni gerens ante annum 330 in oppido Mosul natus est. Grammatici celeberrimi Abu-Ahli Alfaresi discipulus anno 392 in urbe Bagdad diem supremum obiit. In grammatica et re metrica doctrinae copia excellens multis operibus compositis magnam gloriam nactus est. Inter opera ab Ebn-Challikano Nro. 423. recensita quamquam Hamasae commentarius locum non obtinuit, tamen tum e locis, quos beatus de Sacyus ex Ebn-Djinnii commentario exemplari Hamasae adscripsit, tum e pluribus in Tebrisii commentario locis occurrentibus auctorem Hamasae commentarium scripsisse certum est. Commentarium grammatica interpretandi ratione, cui auctor praecipuam operam daret, excelluisse, e locis illis sole clarius est.

Paululum seriore tempore interpres Hamasae vehementer laudandus Schehab-Aldinus Ahmed b. Mohammed b. Alhasan b. Ahli Alizpahani Almersuki grammaticus vixit, cuius in Ebn-Challikani opere nulla prorsus mentio facta est. Cognomen Marsuki quum in opere Taalebi syntagma inscripto, quod vir doctissimus Valeton Lugduni Batavorum anno 1844 edidit, explicatum non sit, quod de eo proferam, certi nil habeo. Virorum nomen Mersuk fuisse invenimus; quapropter grammaticus noster sic appellati viri aut cliens aut libertus fuisse videtur. Discipulum grammatici celeberrimi Abu-Ahlii Alfaresi eum fuisse, post cuius mortem commentarium in Hamasae opus scripserit, e nonnullis locis commentarii concludimus et scholae grammaticorum Bazrensium addictum eum fuisse haud dubitamus. Plurium librorum, ut كتاب الازمنة, كتاب عنوان الاديب et شرح الفصيح inscriptorum auctorem eum fuisse, quippe qui in commentario citati sint, invenimus. Praeter hosce libros commentarium in carmina المفضليات appellata (conf. p. 3.)

1) Anno 255 vir quidam Ahli b. Mohammed adpellatus, qui regionem apud Bazram incolentium magnum numerum Aethiopum secum coniunxerat, turbas movit. Se prophetam esse et Ahlii illius celebris partibus favere inter homines divulgaverat. Haec res in causa est, cur ab historicis صاحب الزنج »Aethiopum dux« cognominetur. Agmine suo praesertim in provincia Bahrain aucto anno 257 Bazram occupavit, qua in urbe per plures dies rapinae fiebant caedesque. Per plures quam quatuordecim annos in isto agendi modo pergebat, donec anno 270 occidebatur conf. Abulf. Ann. T. II. p. 228. 234. 238. 258.

eum composuisse dubio caret. Quod opus quum sit maximi momenti, in quod viri docti animum intendant, dignissimum est. Ex verbis, quae Hamasae commentario subcripta sunt, eum anno 421 obiisse videmus. Mersukii commentarius in optimis habendus fons doctrina abundans erat, e quo Tebrisius adnotationes hauriret. De locis versibusque, qui in Mersukii editione desiderantur, antea pluribus dictum est. Mersukii editionem multis in locis diverso legendi modo a Tebrisii editione discrepare, neminem Hamasae opus legentem latebit. In loco p. 599. Mersukius versus alii auctori, quam Tebrisius tribuit et p. 341. versum a Mersukio in textum receptum invenimus, cuius Tebrisius nonnisi in scholiis mentionem fecit. In praefatione commentario praemissa de modo ac ratione poesis, de eo, quod in poesi poetae naturae indolique, quod arti tribuendum sit, de modo, quo Abu-Tammamus Hamasae opus collegerit, de prosa et poesi nec non de causis, cur illi haec postponenda sit, sermone rhythmico et homoioteleuto distincto pluribus agit et denique Hamasae nomen explicat. Versibus ope grammatices et lexicographiae interpretandis praesertim operam dans multa laude dignus est. Commentarius in interpretandi modo et copia a capite ad calcem eandem fere rationem sequitur, ut versus finem, quamquam auctor priore parte niti posset, ad versus recte intelligendos necessariae adnotationes omissae non sint. E quibus fontibus adnotationes haustae sint, auctore tacente et auctoribus in adnotationibus haud saepe citatis, pro certo semper dici non potest. Quos autem prae aliis secutus fuit citatos auctores, eos bonos fuisse, ex ipsis commentarii adnotationibus videmus. Inter fontes unum fuisse oratione rhythmica et cum homoioteleuto coniunctum, e pluribus commentarii locis concludere possumus.

Codex, quo usus sum, Nr. 569 insignitus in bibliotheca Lugdunensi Batavorum asservatur. Mense Dsul-Kahdah anni 704 Hedjrae a viro quodam Ahmede b. Mohammed b. Jacob b. Abi-l'Badr Alhafits Alserawi absolutus est. Scriba charta xylina usus octavam formam magnam libro dedit. Scriptura bona; sed versus finem minus diligens multis punctis diacriticis caret. Unum tantum folium ab alia manu scriptum insertum est. In margine multae glossae ex Ebn-Djinnii Tebrisiique commentariis aliisque grammaticis adscriptae sunt. Vetustate codicem nonnullis in locis laesum esse, valde dolendum est. Beati Weyersi liberalisque eius successoris benignitati amicitiaeque huius codicis usum debeo, quo si quid tum in textu Tebrisii emendando tum in commentario Tebrisii supplendo et exornando boni praestiterim, pro eo viris illis de litteris optime meritis gratias unice referendas esse, ingenue fateor.

Et in Hispania viros doctos Hamasae operi interpretando operam navasse legimus. Vir doctus Alhafiths Abu-l'Hasan Ahli b. Ismäil, notus cognomine Ebn-Sida Murciensis, qui aut anno 458 aut anno 448 diem obiisse dicitur, Hamasae opus sex voluminibus, quibus titulus est كتاب الانيق, interpretatus est conf. Ebn-Challik Nr. 460.

Alter quidam Alhadjdjadj b. Jusuf b. Solaiman Alahlam Alschantamri, qui ab oppido Hispaniae شنتمرية appellato cognomen acceperat, et anno 476 mortuus est, Hamasae commentarium conscripsit conf. Abulf. Annal. T. III. p. 250.

Grammaticum Abu-l'Ahlam Maahrrensem, qui anno 363 natus anno 449 obiit, in Hamasae opere multum desudasse, ex verbis in Tebrisii commentario citatis cognoscimus. Reiskius in prologo ad Tarafam p. VIII. dixit: rarus, inquam, et miraculosus naturae foetus, linguae suae et antiquitatis peritissimus Abuola discipulo suo Tebrizio in lectionibus privatis dictaverat commentarium in proprium suum S e k d et in Hamasam et multos alios vates.« Neque in vita Abu-l'Ahlae apud Challikanum Nr. 46. neque in vita Tebrisii apud eundem auctorem Nr. 810. commentarii ab Abu-l'Ahla scripti aut commentarii, quem discipulo Tebrisio dictaverit, mentio quum

facta sit, de iis, quae Reiskius retulerit, num accurata sint, quodammodo dubitare licet. Tebrisium, Abu-l'Ahla magistro audiente, Hamasae carmina legisse, extra omne dubium positum est.

Post ipsius Tebrisii tempus viros doctos Hamâsae opere interpretando occupatos fuisse, scimus. Vir doctus Abu-l'Bâka Ocbarita Bagdadi anno 538 natus ibique anno 616 mortuus Hamâsae opus grammatice interpretatus est.

Sed de ipsius Tebrisii persona commentarioque pluribus disserere, supersedere haud possum. Abu-Sicrijjah Jahja b. Ahli b. Mohammed b. Alhasan b. Bistham e gente Schaiban oriundus in oppido Tebris anno 421 natus, postea cognomine honorifico Alchathib (concionator) notus grammatices doctrinâ clarus erat. In grammatica magistris celeberrimis Abu-l'Ahla Maahrrensi, Abu-l'Kasem Ohbaid-Allaho Raccensi et Abu-Mohammede Aldahhan (الدهان oleum vendens) lexicographo; in traditionum scientia in oppido Tyro iurisconsulto Abu-l'Fatho Solaiman b. Jjjub Alrasi (e loco Ras-Aihn oriundo); Abu-l'Kasimo Ahbd-Alcarim b. Mohammed b. Ahbd-Allah b. Jusuf Alsajjari (السيارى) Bagdadensi et Abu-l'Kasemo Ohbaid-Allah Ebn-Ahli b. Ohbaid-Allah Raccensi aliisque magistris usus est. Multis celeberrimisque discipulis gavisus multa opera composuit, quae sequentia Ebn Challikanus enumeravit 1) Commentarium in Hamâsae opus triplicem a) minorem b) medium c) maiorem 2) Commentarium in carmina Motenabbii 3) Commentarium in carmina Abu-l'Ahlae سقط الزند inscripta 4) Commentarium in septem carmina Moallakat appellata 5) Commentarium in carmina المفضليات inscripta 6) Librum inscriptum تهذيب غريب الحديث 7) Librum inscriptum تهذيب اصلاح المنطق 8) Praefationem in grammaticam (مقدمة فى النحو), in qua artis grammaticae secreta detexisse dicitur 9) Librum de re metrica الكافى فى علم العروض والقوافى inscriptum 10) Librum de grammatica (اعراب) Corani (الملخص) quatuor tomis constantem aliosque. Magnum discendi studium, quo flagraret, probaturi, Tebrisium, quum libro inscripto التهذيب فى اللغة, cuius auctor Abu-Mansur Alashari est, potitus optaret, ut in libri argumentum inquireret, ab oppido Tebris Maahrram, quo in loco Abu-l'Ahlam consuleret, pedibus incedentem, quod iumenti emendi pretium non haberet, migrasse auctores narrarunt. Quo in itinere quantas molestias perpessus sit, ex eo adparere, quod viri sudore intrante libri color ita mutatus fuerit, ut in aquam immersus videretur. Huncce librum autem Bagdadi in bibliotheca publico usui donata asservari, Ebn-Challikanus de re relata dubitans, Tebrisium, qui iuvenis in Aegyptum venisset, doctorem Abu-l'Hasanum Thaher b. Rabschads grammaticum lexicographiam docuisse et inde profectum Bagdadi usque ad mortem, quam anno 502 occubuerit, habitasse narravit. Idem Nr. 810 plures ab eo dictos versus adlegavit.

In praefatione Latina textui Arabico praemissa commentarium Tebrisii inter caeteros insignem locum occupare diximus. Quod iudicium verbis Tebrisii, quibus Hamâsae commentario p. 824. finem imposuit, nititur dicentis: »Quae de orgine nominum poetarum tradita, quae ope grammatices et lexicographiae interpretandi rationes ab aliis adlatae, quae de versuum auctoribus occasionibusque relata sunt, ea collegi, ut quae commentariis prioribus dispersa inveniantur, in meo congregata sint«. Ex hisce verbis videmus, Tebrisium non tam novas interpretandi rationes gloriari, quam studium diligentiamque in iis colligendis, quae alii auctores protulerint, sibi adsumere. In praefatione Hamâsae praemissa p. 2. prioribus interpretibus aut breviores in interpretando fuisse aut aliarum rerum in interpretando rationem habentes alias omisisse obiecit, ita ut aut res ab historicis traditas adferentes sensum versuum negligerent aut sensum explicantes grammatice interpretandi rationis immemores res quoque ab historicis relatas omitterent. Quibus ex verbis, qua ratione Tebrisii commentarius perfectus appellandus sit, patet.

Ebn-Challikanus Tebrisium tres commentarios in Hamâsae opus composuisse narravit et in

praefatione Latina textui praeposita a me editum Tebrisii commentarium illarum medium esse dixi. Quae mea sententia verbis Tebrisii, in quibus in praefatione de duobus commentariis sermo est, adiuvatur. Tebrisius, se primum carmina singulis versibus in interpretando haud separatis modo generali explicasse, post auditoribus rogantibus versus singulos speciatim interpretatum esse scripsit. Duae autem res cogitari possunt, aut priorem generalem fuisse maiorem, ex quo noster commentarius oriretur, ita ut ex eo minor etiam excerperetur aut priorem fuisse minorem, ex quo amplificando et accuratius interpretando noster fieret, ita ut ex nostro additis rebus maior etiam prodiret. Noster autem commentarius, sive unum sive alterum acciderit, medius habendus est.

Tebrisii commentarius in quatuor partes dividi potest, in quarum una nomina in Hamâsa obvia explicantur, in altera ope grammatices et lexicographiae voces dictionesque illustrantur, in tertia res, quae intelligendis versibus inservire possunt, ex historia adferuntur, in quarta denique metrum homoioteleutumque indicantur. In prima parte nomina in Hamasa occurrentia modo ethymologico explicantur, quam partem quin Tebrisius praesertim ex Ebn-Djinnii opere, cuius Ebn-Challikanus No. 423 sub titulo: المنهج في اشتقاق اسماء شعراء الحماسة mentionem fecit, quaedam, quum Abu-l'Ahlam audivisset, addens hauserit, non dubito. Tebrisium opus Ebn-Djinnii, antequam Abu-l'Ahlam Hamâsae carmina interpretantem audivisset, in usum adhibuisse, ex eo coniicio, quod p. 195 textus modo, quo Ebn-Djinnius nomen explicaverit, praemisso, altero loco p. 628 textus eiusdem nominis explicandi ratio, qualis Abu-l'Ahlae erat, sequitur. Quae pars quamquam ostendit, quanti fecerint Hamâsae carmina, ut ipsis nominibus auctorum explicandis operam darent, tamen, quum rarissime ad iudicium de auctoris tempore ferendum faciant, parvi momenti videtur. Rarissime eam ad iudicium ferendum facere dixi, nam nonnisi ex nomine Musa, quod ante Islami tempus non inveniatur, carminis auctorem post Islami initium vixisse, concludi potest. In altera commentarii parte versus, qui ab Abu-Tammamo profecti duplici loco inveniantur, a Tebrisio haud animadvertente duplici interpretatione instructos esse, silentio praetermitti non potest. Unum locum quatuor versuum, qui p. 379 text. in secundo libro inveniatur, in sexto libro p. 765 text. repetitum explicare omisit. Quorum in altero loco in Mersukii editione quum explicatio desideretur, eos post Abu-Tammamum Mersukiumque additos esse dubio caret. Interpretandi ratio initio libri quam versus finem amplior prolixiorque est. In interpretando auctor talem rationem secutus est, ut quo loco ipsi necessarium videretur, sensum exposuerit additis aliorum poetarum versibus, quibus illustraretur; sed sensus explicandi ratio maxime in posteriore commentarii parte non semper is est, ut modus, quo singuli versus sensu cohaereant, adpareat. In grammatice interpretandi ratione, quae tum materiae copia tum accurata descriptione excellit, quod et ipse et auctores, ex quorum commentariis hausit, illi addicti erant, scholam Bazrensem sequitur; nihilominus vero, quum scholae Cufensis (conf. p. ٣٨٤, ٤٠٤, ٤٧٠, ٥٥٤, ٦٠٠, ٦٥٠, ٧٢٩, ٨٠٤ text. in commentario nostro) rationem habuerit et diversas singulorum grammaticorum sententias adnotaverit (conf. p. ٤١٤ text. in commentario nostro), nec non grammaticorum Bagdadensium, qui seriore tempore in interpretandis singulis versibus a prioribus recederent, mentionem fecerit, ad accuratum de singulis sententiis iudicium ferendum non solum utriusque scholae, verum etiam singularum sententiarum accuratior notitia, quam in operum grammaticorum, quae inspiciantur, defectu comparari potest, necessaria est. Qui, ex quibus fontibus Tebrisius commentarium hauserit, quaerit, is, quum tot tam veteres quam recentes grammaticos in commentario citatos invenerit, opinionem, Tebrisium ex istorum grammaticorum operibus omnia sumsisse, facile concipere potest; sed modo, quo Tebrisius unum Mersukii commentarium exscripsit, cognito, opinionem tanquam falsam abiiciet, nam hosce grammaticos maximam partem aut in isto Mersukii commentario aut in aliis commentariis iam in usum adhibitos esse, vix dubitari potest. Veteres autem Hamâsae interpretes aut grammaticorum operibus, in quibus Hamâsae versus citati invenirentur aut animad-

versionibus, quae versibus poetarum, e quorum operibus Abu-Tammamus collegerit, additae essent, usos esse, extra dubium positum videtur, talis quum esset isto tempore scribendi ratio. Qui grammatici quum ante tempus, quo Abu-Tammamus opus composuerit, vixerint, ut Sibawaihi mortuus anno 180 aut 177, Iunus mortuus anno 183, Chalil mortuus anno 190 aut 175., Alnadhr b. Schomail mortuus anno 204, Calbita mortuus anno 204, eorum grammatica opera aut quae carminibus poetarum adiecerint, in interpretandis Hâmasae carminibus adhibita esse, certum habemus. In praefatione Hamâsae Arabica p. 2., familiam Salamahi Hamâsae opus anxie apud se retinuisse, ut in aliorum manus non venerit, legimus. Quod si verum est, sequitur, nonnisi magno temporis spatio peracto ad grammaticos perlatum opus adnotationibus illustratum fuisse, ut statim post Hamâsae opus collectum viventes grammaticos ei interpretando operam dedisse, cogitare non possumus.

Fons praecipuus, e quo Tebrisius commentarium hauserit, Mersukii commentarius laudandus est, qua in re auctor, qui illum tum argumenti copia, tum accurata et perspicua explicandi ratione insignem tanquam fundamentum suo componendo subiecerit, vituperatione dignus non est. Quod vero nonnisi locis singulis, qui rarissimi sunt, in quibus aut refellendus aut vituperandus videretur (conf. Ham. p. ١٣٣. v. 2. l. 6. schol. et p. ٤٨٥ l. 7.), Mersukii mentionem fecit, id vituperandum est, quippe omnia, quae ex Mersukio verbotenus exscripserit, tanquam sua sibi arrogasse videatur. Sed ne quis rem ita se habere dubitet, de modo, quo Tebrisius Mersukii commentarium adhibuerit, dicendum est. Quid autem hac in re aut convenientius aut utilius esse potest, quam commentarium carminis primi utriusque auctoris inter se comparari? Silentio autem praetermitti non potest, hoc in carmine interpretando Mersukium, carmine satyram contra gentem Banu-Masen prolatam haud contineri, probare velle. Initio commentarii Tebrisius maiorem diligentiam curamque adhibuit et plura nova addidit. Postea Tebrisium commentarium ex Mersukii commentario paucis mutatis et multis, quae ipsi minus necessaria viderentur, saepe omissis exscripsisse invenimus. In explicanda voce الحماسة p. 2. l. 6. incipimus. Mersukius sequentia habet: الحماسة الشجاعة والفعل حمس ورجل احمس وكانت العرب تسمى قريشا حمسا لتشددهم فى احوالهم دينا ودنيا وتسمى بنى عامر الاحامس وكانهم ذهبوا فى واحد حمس الى انه صفة فجمعوه جمع الصفات كما يقال احمر وحمر واشقر وشقر وذهبوا فى واحد الاحامس الى انه اسم فجمعوه جمع الاسماء كما يقال احمد واحامد واجدل واجادل وهم يخرجون الاسماء الى باب الصفات كثيرا فيقولون بنو فلان الذوايب لا الذنايب والمراد هم الاعالى لا الاسافل كما يخرجون الصفات الى باب الاسماء كثيرا وعلى هذا ساود (الاساود .l) الحيات والاداهم القيود (قال اوعدنى بالسجن والاداهم) والاباطح جمع الابطح وكل ذلك صفات فى الاصل اخرجت الى باب الاسماء قال الدريدى حمس الشر اشتد والحمس قريش وكنانة وخزاعة تحمسوا فى دينهم وبنو احامس قبيلة من العرب وكذلك بنو حميس. Iam vocis بلعنبر explicatio sequitur omissis et non explicatis nominibus قريط et انيف hisce verbis: وقوله قال بعض شعراء بلعنبر المراد به بنى العنبر ولهذا وجب ان لا يصحب الكسرة التى فى الراء التنوين وانما حذف النون من بنى لاجتماعه مع اللام من العنبر وتقاربهما فى المخرج وذاك لانه لما تعذر الادغام فيه جعل الحذف بدلا من الادغام وانما تعذر الادغام لان الاول متحرك والثانى ساكن سكونا لازما فلما كان شرط المدغم تحريك الثانى اذا ادغم الاول فيه وكان لام التعريف ساكنا سكونا لازما جعل الحذف لكونه موديا الى التخفيف المطلوب من الادغام بدلا منه لما تعذر هو ولا يلزم على هذا ان يحذف النون من بنى النجار لان اللام قد ادغم فى النون التى بعده فلا يمكن تقدير ادغام النون التى قبله فيه حتى اذا تعذر جعل الحذف بدلا من الادغام بدلالة ان ثلثة اشياء لا يصح ادغام بعضها فى بعض ومما يشبه هذا من

اجتماع المتجانسين من كلمتين واستعمال الحذف فى احدهما بدلا من الادغام قولهم علما بنو فلان
والمعنى على الماء ومما يشبه لكنهما التقيا فى كلمة واحدة قولهم ظللت ومسست يقال فيهما ظلت
ومست وان شئت ظلت ومست يلتقى حركة المحذوف على فاء الفعل قال الله عز وجل فظلتم تفكهون
وانما تعذر الادغام هاهنا لان لام الفعل فى مثل هذا المكان اذا اتصل به ضمير الفاعل يسكن البتة فلما
لزمه السكون لم يصح ادغام العين فيه فلذلك حذف والعنبر فى اللغة الترس والطيب وعنبرة الشتاء
شدته وعنبرة القوم خلوص انسابهم ويقال رايته بهذا البلد عنبريا يضرب به مثلا فى الهداية وبنو العنبر
احدى قوم ويمكن تقدير النون زايدة فيه فيكون فنعلا من عبرت كانه يحسن تاتيه الاهتداء بعبر
الطرق ومنه قيل فى البعير هو عبر اسفار

Versum primum explicans verbis مازن بن مالك بن عمرو بن تميم هو بنو اخى العنبر etc. singulis vocibus paulum mutatis et singulis omissis, in Tebrisii commentario p. 6. l. 6 sqq. incipit. Linea decima post verba من اعدايه Mersukius sequentia habet: ومهتضميهم وتهبيجهم (تهييجهم)
وهزوهم لا الى ذمهم وكيف بذمهم ووبال الذم راجع اليه لكنه فى هذا المعنى سالك طريقة كبشة
اخت عمرو بن معدى كرب فى قولها ارسل عبد الله اذ حان يومه الى قومه لا تعقلوا لهم دمى الا
ترى انها قالت فى جملة الابيات ودع عنك عمرا ان عمرا مسالم وهل بطن عمرو غير شبر لمطعم
فلا يجوز ان يتوهم متوهم انها كانت تهجو اخاها عمرا وتنسبه الى العجز والتقصير فى طلب ثار
اخيه وعمرو هو الذى كان يعد بالف فارس ولكن مرادها بعثه وتهيجه (تهييجه) وهذا كما يقول
العبد لمولاه والغلام لصاحبه وقد لحقتهما هضيمة من اجنبى لو كنا فى خدمة فلان عمك او اخيك
لما جسر هذا ان ينالنا بمكروه ولا يجوز ان يقال انهما هجوا سيديهما او فضلا غيرهما عليهما لكن
المراد تحريكهما لهما واذا كان الامر على هذا فمن الظاهر بطلان قول من يذهب الى ان هذا الشاعر
هجا قومه ومدح بنى مازن ومما يوكد ما قلته قوله يجزون من ظلم اهل الظلم مغفرة ومن اساءة
اهل السوء احسانا لانه لا يقال لمن امسك عاجزا عن الانتصار انه غفر ولا لمن لا يقدر على جزاء الاساءة
انه اختار الاحسان فان قيل البيس قد قال ليسوا من الشر فى شى وان هانا وقال ايضا فليت لى بهم
قوما اذا ركبوا شنوا الاغارة فرسانا وركبانا قلت ليس يزيد شى مما قاله على قول كبشة ودع عنك عمرا
ان عمرا مسالم واذا كانت ابياتها باتفاق من اصحاب المعانى لا يكون هجوا فكذلك ابيات العنبرى
ومما يشهد للطريقة التى سلكناها ويويدها ان فى جملة الابيات التى وصف قومه فيها يحبون نيرانهم
حتى اذا خمدت شبوا لموقد نار الحرب نيرانا وهذا المعنى هو مثل ما افتخر به غيره فى صفات نفسه
وقال افر من الشر فى رخوه فكيف الفرار اذا ما اقترب بل الذى ذكره العنبرى ازيد لانه وصفهم بلاحتمال
والصبر ما امكن فاذا احتاجوا ازادوا على كل هايج الا ترى انه قال شبوا لموقد نار الحرب نيرانا ومعنى
البيت لو كنت مازنيا لم يغز بنو اللقيطة على ابلى ولقيطة (conf. p. ٤ l. 4.) الحق بها الهاء وان
كان فعيلا فى معنى مفعولة لانه افرد عن الموصوف به وجعل اسما وهذا كما يقال النسيكة والذبيحة والبانية
فى الكعبة فاما الاستباحة (conf. p. ٤ l. 2 infr.) فقد قيل هى فى معنى الاباحة وقد قيل ان الاباحة هى
التخلية بين الشى وبين طالبه والاستباحة اتخاذ الشى مباحا للنفس وكان الاصل فى الاباحة اظهار الشى
للناظر ليتناوله من شاء ومنه باح بسره بوحا وبووحا والمازن (p. ٤ l. 1.) فى اللغة بيض النمل ويقال
هو يتمزن على اصحابه كانه يتفضل عليهم وذهل (p. ٤. l. 21.) من ذهلت عن الشى

Secundum versum Mersukius explicare incipit verbis واللام فى لقام in Tebrisii commentario linea 5. et paucis tantum verbis mutatis usque ad vocem الاحرار incl. l. 10. pergit. In linea 6. اذن scripsit et vocem كنت ante vocem قلت omisit, loco vocis انه linea 7. ان هذا posuit. Linea 9. ويكون ايضا l. 10. loco vocis تقول scripsit يقال et postea اذن. Tum Mersukii scholion verbis وقوله ان ذو لوثة لانا l. 15. incipiens usque ad vocem واللفظ l. 18. paucis mutatis pergit.

Mutata sunt l. 15. ويرتفع به et l. 16. والفعل et والتقدير pro وتقديره et l. 18. اللفظ او التقدير.
In Mersukii commentario tum sequentia leguntur: وليس هذا موضع الكلام على من يجعل ذو بعد ان وما اشبهه مبتداء ومعنى البيت اذن والله لقام بنصرى (l. 18.) اى تكفل به وهو القايم والقيّم وقم بالقسط والعدل فى الرعية وقام عليه اى اساسه ووليه ومنه القيوم والقيام فى صفات الله تعالى ذكره وقوله الا ما دمت عليه قايما اى قاعدا واقمت الرمح فقام بمعنى قومته فتقوم وقوله ان ذو لوثة تعريض منه بقومه ليغضبوا ويهتاجوا لنصرته وهو فى البعث والتحريض احسن من التصريح كما انه فى الذم والهجو كذلك وهذا بعض الناس رواه ان ذو لوثة وزعم ان ذو لوثة ليس بجيد لان الضعيف ابدا مهين والواجب ان يقال ان القوى لان واللوثة القوة والرواية الصحيحة هى ضم اللام من اللوثة والفائدة ما ذكرت من التعريض بقومه ولان يكون طرفا البيت متناسبين متناولين لمعنيين متقابلين احسن من ان يكونا مفيدين لمعنى واحد والمعشر اسم للجماعة لا واحد له من لفظه وقال الخليل هو اسم للجماعة امرهم واحد ويقال جاوا معشرا معشرا اى عشرة عشرة وخشن جمع خشن واخشن والحفيظة الخصلة التى يحفظ لها اى يغضب وقيل هى الحمية وفى المثل الحفايظ تحلل الاحقاد وقيل ايضا اهل الحفايظ اهل الحفاظ وذاك ان ذا الانف يحترس من العار فلا يزال يتحفظ ويحافظ حتى يسلم منه وكان الاصل فى الكل الحفظ الذى هو نقيض النسيان وقد طابق الخشونة باللين فظهرت الصنعة به وجاد البيت له كانه قل معشر خشنون عند الحفيظة ان كان ذوو اللوثة لينين عندها. Tertium versum Mersukius sequentibus verbis interpretatus est: اراد ان يصف بنى مازن بما يهتاج له قومه فينصرونه فقال هم قوم اذا ظهر ليم الشر واشتد سارعوا اليه غير متوقعين لتجمّع ولا معرّجين على تاعب لكنهم يتبادرون افرادا وثبات اشتاتا وجماعات وابداء الناجذ وهو ضرس الحلم مثل لاشتداد الشر ومثله قول الاخر فمن يك معزال اليدين مكانه اذا كشرت عن نابها الحرب خامل واما قول عنترة اذ تقلص الشفتان عن وضح الفم وقول الاعشى سعة الشدق عن الناب كالح وقول الاخر وقد اسلم الشفتان الفما فانما هو صفة المصطلى بنار الحرب عند اشتداد الامر عليه ومثله لبعض البلغاء صار الاكس كالاروق والمحتال كالاحمق وذو البصيرة كالاخرق ويقال (conf. l. 9.) عض على ناجذيه اذا صبر على الامر ونجّذته الامور احكمته قل ونجذنى مداورة الشوون ويقول الرجل (schol. l. 9.) للرجل اذا اراد انه يتشدد على صاحبه لارينك ناجذى والمعنى انه يكشر له ويكلح فى وجهه حتى يبدو ناجذه ويقولون خلته لعبوسه يتبسم ولاقدامه يتهاجم وقال بعضهم النواجذ (schol. l. 4.) الضواحك واحتج بحديث النبى عليه السلم انه ضحك حتى بدت نواجذه قل واقاصى الاسنان لا يبديها الضحك والصحيح الاول فاما الخبر فمحموله على المبالغة وان لم تبد النواجذ وجواب اذا طاروا (schol. l. 10.) ووحدانا جمع واحد وواحد صفة كصاحب وصحبان وراع ورعيان ويقال طرت (schol. l. 10.) الى كذى اسرعت اليه وطرت بكذى اى سبقت به والزرافات (p. 7. l. 1.) الجماعات واشتقاقه من الزرف وهو الزيادة على الشى يقال زرفت القوم قدامى اى اى قدمتهم فرقا وحكى فى الزرافة تشديد الفاء يقال جاء القوم بزرافتهم اى بجماعتهم وهو غريب والمعنى انهم لحرصهم على القتال وجراتهم لا ينتظر بعضهم بعضا لكن كل منهم يعتقد ان الاجابة تعينت عليه اذا تشدد الشر لهم وفى طريقته قول بعض الشعراء قوم اذا هتف الصريخ رايتهم من بين ملجم مهره او سافع سافع آخذ بناصية فرسه ومنه قوله عز وجل لنسفعن بالناصية وقول الاخر وكنت اذا جارى دعا لمضوفة اشمر حتى نصف الساق ميزرى
Scholion, quo quartus versus explicatur, initio cum Tebrisii scholio paene consentiens hoc est: الاصل فى الندبة وان اشتهرت ببكاء الاموات وقولهم عنده وا فلاناه للدعاء وتوسعوا فيه وقالوا ندب فلان لكذا اذا نصب له ورشح للقيام به ويقولون تكلم فلان فانتدب له فلان اذا عارضه والشاعر يقول هولاء القوم يعنى بنى مازن لحسن محافظتهم وقوة تناعيهم فى نصرة المنتسب اليهم والمعلق حبله بحبلهم

لا يسئلون الواحد منهم اذا دعاهم حجة على دعواه ولا يراجعونه فى كيفية ما الجاه اليهم لكنهم
يعجلون الاغاثة وهذا تعريض منه بما لحقه من قومه او راه من عادتهم عند الاستغاثة بهم ويقول العرب
يا اخا قريش والمعنى يا واحدا منهم ومثله اذا استنجدوا لم يسالوا من دعاهم لاية حرب ام باى مكان
وقد وصف بنى مازن غير واحد من الشعراء بمثل ما وصفهم هذا الشاعر فمن ذلك قول بعضهم نفسى
فداء لبنى مازن من شمس فى الحرب ابطال وقول الاخر فهلا سعيتم سعى عصبة مازن

Scholion, quod quintum versum sequitur tale est: رجع الى صفة قومه بما يانفون منه عنده ويتداخلهم
من الحمية عند الاصغاء اليه وليس قصده ذمهم فقال لكن قومى وان كان فيهم كثرة عدد وعدة
ليسوا من دفع الشر وانكاره وقصده وارتكابه فى شى وان كان فيه خفة وقلة وقد قابل (schol. l. 1.)
الشرط بالشرط فى الصدر والعجز وطابق العدد والكثرة بالهون والخفة فى هذا الكلام ويريد ان يصفهم
(schol. l. 1.) بانهم يوثرون السلامة والعفو والتقوى عن الجناة ما امكن ولو ارادوا الانتقام لقدروا
بعددهم وعدتهم ولكن المراقبة تدعوهم الى ايثار الحسنى

Sextus versus scholion sequens habet: روى (schol. l. 1.) بعضهم من ظلم اهل الظلم بالفتح
المصدر وبالضم الاسم وهذه الرواية عندى احسن وقد بينت ما فى المغفرة والاحسان من الدلالة على
انهم كانوا يقدرون على الشر ضدهما والظلم (schol. l. 2.) انتقاص الحظ والنصيب وقيل هو وضع
الشى فى غير موضعه ونقيضه العدل وينتصب احسانا بيجزون مصدرا كانه قال ويجزون من الاساءة احسانا
وجاز حذفه لان الفعل قبله يدل عليه

Septimi versus scholion sequens est: الخشى (schol. l. 1.) الخشية والمخشاة مصدر خشى
ويقولون هذا المكان اخشى من ذلك وهو نادر لان المكان يخشى فيه فهو مفعول ورجل خشيان وامراة
خشيانة وقوله سواهم من جميع الناس انسانا هو استثناء مقدم ولو وقع موقعه لكان الكلام لم يخلق
لخشيته انسانا سواهم وكان يجوز سواهم البدل والاستثناء والصفة فلما قدم بطل ان تكون بدلا وصفة
لانهما لا يتقدمان على الموصوف والمبدل منه فبقى ان يكون استثناء وقد نبه بهذا الكلام على ان احتمالهم
لاحتساب الاجر على زعمهم وابقاءهم فى الانتقام لخشية فوات الدهر فى دعواهم وكانّ الله لم يخلق
لخوفه غيرهم

Octavus versus in Mersukii codice desideratur. Hisce ex commentario Mersukii exscriptis nonnullas adnotationes addam: 1) Tebrisium multa ex commentario Mersukii exscripsisse adparet 2) Tebrisius singulas commentarii partes ordine mutato sumsit 3) Ex commentario Mersukii tum minores tum maiores partes omisit 4) Nonnulla ex aliis operibus addidit. Ut hisce unum exemplum tum ordinis mutati, tum nonnullorum mutatorum nec non additorum omissorumque addam, commentarium Mersukii, quo secundus versus p. ٣۴ in Tebrisii commentario illustratur, exscribam: وقوله كما كنت القى منك الاجود ان يكون ما موصوفة غير موصولة لانك اذا جعلتها موصولة
كانت معرفة وفى تقدير الذى والقصد الى تشبيه صبابة مجهولة بمثلها فالتقدير عرت صبابة تشبه صبابة
كنت اكابدها فيك فى ذلك الوقت كانه شبه حالة فيها بعد ما منى به بحالة من قبل ومفعول القى
محذوف تخفيفا اراد كما كنت القاه منك ويقال عراه واعتراه بمعنى واحد ومنه عرآ الدار وعروتها بفتح
العين اى حيث تعرى منه اى تونى بقول ونكى يعرونى فى الهوى رقة شوق وجيد صبابة كما كنت
اقاسيه منك وفيك حين كنت مطلقا ومخلى والفعل من الصبابة صببت بكسر الباء والصفة صب وقوله اذ
انا مطلق الجملة فى موضع جر بالاضافة وقد شرح بها اذ كانه قال وقت اطلاقى

In iis, quae Tebrisius ex Mersukii scholiis sumsit, commentarius Tebrisii textui versuum

Arabicorum interdum aptus non est, quod in scholiis alius legendi modus, quam in textu Arabico reperitur, explicatus est. Sic p. 43. v. 1. text. Ar. vox باتكى, nulla vocis صايكى, quae in textu est, ratione habita, explicatur. Pag. 131. v. 2. text. vox جفاء, quae in Mersukii textu est, neglecta voce غثاء, pagina 348. v. 4. vox الهمر pro voce الموت, quae in textu est, pagina 357. v. 5. vox بالبلاد pro voce بالفلاة in textu et pagina 469. v. 1. vox واباجله loco vocis وباادله explicata est. Talibus in locis aut Tebrisium alium textum ante oculos habuisse aut alium textum scholiis postea adscriptum esse, ut textum diversum esse a textu in scholiis explicato scribens non videret, cogitari vix potest; sed Tebrisii potius negligentiae atque incuriae, quae aliis quoque in rebus adparet, id tribuendum est. Primum enim Tebrisius Mersukii textum tanquam varium legendi modum pluribus locis adnotavit. Sic p. 151. v. 3. vocem ساجى pro فاتر, p. 158. v. 2. vocem المرخى; p. 227. vocem صاحبكم adnotavit. Tum aliis in locis Tebrisius textum suum, qualis nunc reperitur, Mersukii vario legendi modo neglecto, explicavit. Sic pag. 170 v. 4. vox رجال voce اناس, quae in Mersukii textu est, neglecta; p. 202. vox الالة, vocis حالة ratione nulla habita, explicata est. Nonnullis denique locis, ni fallor, Mersukii scholion, ut textui suo aptior fieret, Tebrisius mutavit. Exempli gratia p. 31. v. 4. in textu Mersukii مقطع, in textu Tebrisii مفظع est. Ut igitur Mersukii scholion aptum esset, p. 32. scholii voces ويروى من omittendae erant, ut scholion nonnisi verba مفظع الامر haberet.

Ex scholiis Mersukii plura a Tebrisio omissa esse dixi. Quae paucis verbis continentur, ea quamquam maximam partem nullius momenti sunt, alia tamen inveniuntur, quae sine damno omitti non possint. Quorum quum in adnotationibus suo semper loco mentionem fecerim, hoc in loco nonnisi pauca, ut exemplis sint, adferam. Sic pag. 502. versus omissus est, ad quem verba scholii 1. 2. ويبزى يكون مستقبلا وابزى جميعا referenda sunt. Sic p. 508. versus finem plura verba ad sensum necessaria (confer adnott.) omissa sunt; sic p. 558. in linea tertia post verba كما يقال quaedam omissa sunt, ut voces تلفت نفسه cum prioribus non cohaereant. In locis autem omissis, qui multis verbis continentur, utilia interdum esse, quae addi operae pretium fuisset, ex iis, quae ad primum carmen, ut textus Tebrisii cum Mersukii textu conferretur, exscripsimus, cognoscere licet.

Alia, quae in scholiis Tebrisii diligenter perquirenti occurrunt, silentio praetermittenda non sunt. Tebrisium Mersukii scholia interdum vitiose exscripsisse invenimus. Sic pag. 469. v. 5. in prima linea فانتصب متبسما على الحال pro على الحال et pag. 472. v. 4. على ظهر الارض pro على ظهر scribendum erat. Tebrisium interdum de industria Mersukii textum mutasse dubio caret in loco p. 599. v. 3. in verbis والمعنى احسان etc. Interdum quoque verba haud bene notata cognoscimus conf. pag. 767. v. 4. Sic quoque pag. 612. v. 2. in prima linea in verbis سيور القد لشدة سيرها negligentiam videmus. Quod p. 351. et 402. in scholiis, quamquam carmen feminae tributum est, masculinum genus semper adhibetur, id negligentiae est et p. 563. quae res in libris Arabicis rarissime locum habet, in ipsius Corani loco citando Tebrisius negligentiae accusandus est.

Quod Tebrisius commentarium hunc ex priore, in quo carminum versus coniunctim explicati essent, non dicam, excerpsit; sed composuit, in eo causa quaerenda est, cur interpretandi ratio interdum impedita et haud clara sit conf. p. 467. infr., cur in unius versus commentario res reperiantur, quibus in alterius commentario locus esse debeat conf. p. 495. v. 2. Nec non p. 636.

v. 4. l. 5. infr. et p. 701. v. 1. scholii pars sequentem versum spectat. In locis p. 639. v. 3. 641. v. 1. 2. p. 718. v. 2. pars scholii ad priorem versum pertinet.

Quamquam Mersukii commentarius fons praecipuus est, ex quo Tebrisius hausit, eum tamen aliorum quoque virorum doctrinam in usum adhibuisse, non sum, qui negem. Ex operibus Ebn-Djinnii, cuius in commentario nomine Abu-l'Fath quoque mentio fit, eum plura sumsisse, et eorum, quae ex Abu-l'Ahla audivisset, plura grammaticam interpretandi rationem spectantia in suum usum convertisse, iam ex primi carminis commentario collato cum Mersukii commentario patet conf. quoque p. 160. v. 5 sqq. 358. v. 3. text. Interdum Tebrisium carminis aut versuum commentario absoluto, res, quasi antea neglectae sint aut quasi rerum notitia postea ad ipsum pervenerit, adfert conf. pag. 185. 196, 221. 386 et 478. v. 1. Quam rem quum praecipue in rebus, quas ab Abu-l'Ahla edoctus esset, factam videamus (conf. q. ۴۸۵ in fine carminis), Tebrisius, eorum, quae ex Abu-l'Ahla audiverat, plura absoluto commentario addidisse videtur. Neque vero dubitamus, quin ex aliis operibus tum grammaticorum tum lexicographorum plura in commentarium suum inseruerit. Num omnium in scholiis citatorum scriptorum opera ipse inspexerit, an ex aliorum operibus, in quibus eorum mentio facta esset, dicta sumserit, quis dicere potest? Qui doctores Tebrisii tempore vixerint, ut Abu-Mohammedes Aldahhan, Abu-Becrus b. Tsabet Alchathib, Ebn-Barhamus et Abu-l'Ahla, eorum non tam scriptis, quam voce Tebrisium edoctum esse putamus. In rebus historicis, quae intelligendis versibus inserviant, eum Abu-Rijaschum, qui nomine Alrijaschi quoque in scholiis occurrit, potissimum secutum esse invenimus.

Tebrisium qui opus de re metrica et homoioteleuto composuerit conf. praef. p. XX, ex sua quam haberet, rei notitia versuum in Hamâsa occurrentium metra definire potuisse, dubio obnoxium esse non potest. Tebrisium in commentario metra addidisse dicerem, nisi ipsius adnotatione, in fine commentarii adiecta, quantam curam diligentiamque ad metra definienda Abu-l'Ahla adhibuerit edoctus essem, ita ut hac quoque in re Abu-l'Ahla tanquam magistro usus videatur. Hac de re antea dictis hoc loco addendum est, eum accurate definiendi via non semper incessisse. Initio commentarii quae dixit, ea non tam accurata sunt, quam p. 62 sqq. prolata, dum quae post retulit, minus accurata quoque reperiuntur. Iam pag. 45. tam metri quam homoioteleuti definitionem deesse videmus, quae res, ita ut homoioteleuti definitio frequentius desideretur, quum postea saepissime inveniatur, nulli rei nisi scriptoris incuriae atque negligentiae tribuenda videtur.

Praefationi finem impositurus de consilio meo in hocce libro componendo et ratione, quam secutus sim, non possum non paucis disserere. Atque primum quidem id egi, ut Hamâsae textum commentariumque legentibus faciliorem redderem. Arabibus ipsis Hamâsae carmina intellectu difficilia fuisse ex eo cognoscimus, quod tot tantisque commentariis ea illustrari operae pretium videretur. Arabum grammatici quum in illis carminibus interpretandis nonnisi terminis grammaticae technicis usi essent (qua re Hamasae commentarius prae aliis, conf. Susenii commentarium in carmina Moallakat adpellata, insignis est), difficiles versus, proverbia, Corani locos tanquam exempla adnotassent, nullos nisi doctos Arabes ante oculos habuisse eos videmus. Qua re factum est, ut commentarius difficultate versus saepe superaret, atque in eo legendo minus docti auxilio egerent.

In versibus latine vertendis duplex quiddam spectavi, unum, ut minus doctos in versibus verbotenus interpretandis adiuvarem, alterum, ut linguae Arabicae ignaris, quod argumentum

poetae Arabici tractarent quamque in tractando rationem sequerentur, ante oculos ponerem. Illud ut assequerer, neque ab ordine verborum neque a loquendi modo Arabibus proprio nimis recedendum erat, ut hoc potirer, ne verbis Arabicis nimis adhaererem, quo sensus obscurus omnino fieret, cavendum. Ut igitur in hoc strictus verborum sensus ordoque fugiendi erant, sic in illo elegantia, quam nonnulli in vertendo adfectant, evitanda. Versuum sensus autem quum non solum verbis, verum etiam modo, quo cum aliis versibus sensu cohaererent, clarus fieret, modum, quo cum aliis versus connexi essent, si ab interpretibus Arabicis res neglecta esset, explicavi. Poesis denique quum tempore, quo carmen compositum sit, auctore, a quo profectum sit et rebus, quae ei argumento sint, lucem accipiat, quantum in me erat et quantum librorum defectus permittebat, hisce rebus ut lucem adferrem, operam dedi.

Scholia Hamâsae Arabica duplicem adferre possunt legentibus utilitatem, unam, dum illis legendis Arabicae linguae studiosi linguae et grammaticorum Arabicorum perfectiorem cognitionem sibi comparant, quam ad rem nescio an ulla scholia quam Hamâsae aptiora sint, alteram, dum ad sensum versuum melius intelligendum perveniunt. Linguae Arabicae studiosis ut ad scholia legenda viam aperirem et in legendis scholiis intellectu difficilibus auxilium praestarem, centum scholiorum paginas ad verbum latine verti. In reliqua scholiorum parte quum locorum intellectu difficilium rationem habuerim, ita ut ea aut adnotationibus illustrarem aut latine redderem, centum scholiorum paginae exercendis studiosis sufficere videbantur. Ne autem studiosi vires exercendi commodo privarentur et libri moles nimis accresceret, verendum erat et quae in commentario Arabico multis saepe verbis dicta sunt, eadem paucis non minus bene illustrari possunt. Centum autem paginis si aut necessarium aut utile videbatur, adnotationes in margine addidi; post paginam centesimam a verborum sensu paulatim recessi, ita ut commentarium in explicando versuum sensu consulens quidem tantum tamen aberat, ut eum semper sequerer, ut interdum ab eo recederem.

In versus grammatice explicandi ratione difficultatem adferunt termini technici, quibus grammatici Arabici usi sunt, quippe qui neque verbis eundem sensum offerentibus verti neque dilucide et breviter latino sermone explicari possint, qua in re ut legentibus non deessem, ad praeclarum opus grammaticum beati de Sacyi remittere satius existimavi. Quo opere tum legendo tum evolvendo qui in legendis grammaticis Arabicis supersedere posse putat, is errore sibi valde noxio labitur.

Maximam autem legentibus difficultatem versus in commentario citati adferunt, quum enim difficile est versuum sensum commentario instructorum recte percipere, tum difficilius etiam iudicandum, si singuli versus contextu aliorum carentes adlati sunt. Qua de causa si quis aut ingenio meliore instructus aut commentarium inspiciens in vertendo erratum esse detexerit, aequo modo iudicium ferens me excuset.

Corani locos, qui in commentario saepe citati occurrunt, nec non proverbia, ubi in Meidanii opere reperiuntur, indicavi. Quae proverbia quum in Meidanii opere satis superque explicata sint, in commentario illustrari supervacaneum erat.

Locos, qui a Tebrisio e Mersukii commentario exscripti sint, saepe mutatos esse dixi. In quibus si mutandi ratio gravior esset, ut a me indicari operae pretium esset, eos indicavi; sin minus, eos neglexi.

Occasione oblata rebus ad historiam, antiquitates, vitam moresque Arabum spectantibus ex-

plicandis operam dedi, qua in re etsi nonnullis fortasse minus necessaria adtulisse videar, mihi boni interpretis, cui nulla occasio, qua scientiae tenebris lucem adferat, praetermittenda est, officio functus videor. Adnotationes autem meas adnotationibus, quae ex Arabum scholiis desumseram, maximam partem inserens, nonnullas tantum, quarum ratio postulare videretur, in margine posui.

In scholiis latine vertendis non tam elegantiae verborum, quippe quam ullus vix assequi possit, studere, quam omnibus tam clare ac dilucide, quam in tali argumento fieri potest, loqui volui. Interpretandi ratio, quam secutus sum adnotationesque, quas adieci, fieri potest, ut doctis nimis longae, indoctis nimis breves videantur; qua autem in re quam difficile sit, omnibus rectum modum tenere, neminem latet. Repetitiones quamquam in opere tam longo omnino evitari neque possunt neque debent, (nam si in posteriore operis parte plura, quae in priore explicata essent, omisissem, ne singulae operis partes obscurae essent lecturis, verendum erat) tamen quas operis ratio permitteret, cavi.

Nomina propria quidem talia sunt, ut plura, quibus explicentur, sine legentium damno omitti possint; nihilominus vero, quae versuum citatorum in illis locis ratio esset, ut illis omissis versuum illorum causa non cognosceretur, quominus semper facerem, impeditus fui. Ut repetitiones in iisdem metrorum homoioteleutorumque speciebus indicandis evitarem, tam in versibus Hamâsae, quam in versibus in commentario citatis neglecta metri homoioteleutique speciali definitione operi tabulam metrorum, ita ut locum libri mei: *Darstellung der Arabischen Verskunst etc. Bonn 1830*, in quo tam metri quam homoioteleuti modus explicatus esset, adscriberem, addidi, quae tabula omnibus, quibus harum rerum accuratam cognitionem sibi comparare in animo est, utilitati erit.

Iudicium beati de Sacyi tum de verborum sensu tum de modo legendi aliisve rebus multis in locis me adtulisse, nemini non commentarium meum diligenter perquirenti sub oculos cadet. Cuius rei causam si silentio praetermitterem praefationi finem impositurus et grati animi officio, quo manibus viri immortalis obstrictus semper ero, deessem et viris, quorum benignitas usum libri de Sacyani summa cum liberalitate mihi concessit, debitas gratias haud persolverem. Beatus de Sacyus quum Hamâsae librum, quo in scholis Arabicis ad exercendos linguae Arabicae studiosos uti solebat, absolvisset, quo erga me erat paterno benevoloque semper animo, litteris certiorem me fecit, se exemplari suo Hamâsae plures adnotationes adscripsisse, quas, si vellem, in meum usum describendas curaret. Me summa cum voluptate ista verba legentem haud cunctanter viro immortali desiderium meum patefecisse, non est quod dicam; sperabam enim fore, ut illae adnotationes, quas ex more suo locis difficilioribus librorum adspergere soleret, quum in scholiorum locis obscuris tum maxime in versibus poetarum in scholiis citatis dubitanti mihi magno adiumento sint; sed, proh dolor! quominus desiderio meo ardenti satisfieret, mors superveniens impedivit. Ut autem ista calamitate, qua vix unquam litterae maiore adflictae sunt, tanto auxilio in libro hocce edendo haud prorsus destitutus essem, quum bibliothecae Regiae, quae Parisiis floret, liber iste testamento legatus esset, a viro mihi amicissimo, patriae suae decore et tanti viri dignissimo successore Reinaud petii, ut apud viros, quos precibus aditurus essem, auctoritate sua optatis meis viam aperiret. Amicus quum virorum, quibus bibliothecae Regiae summa cura commissa est, animos desiderio meo faventes vidisset, si modo viam tali in re a legibus praescriptam inirem, quin libri usum apud penates obtinerem, se haud dubitare rescripsit. Et spes me non fefellit. Liber, quo per aliquod tempus libere uterer, a

viris illis mihi transmissus est. Quamquam autem adnotationes tales non erant, quales futuras esse speraveram (inveni enim praeter multos Mersukii locos, cuius commentarium e codice Lugdunensi totum paene ipse exscripseram, locos ex Ebn-Djinnii commentario desumtos, nec non adnotationes varii argumenti doctissimos; sed perrarae erant adnotationes de versibus difficilibus in commentario Tebrisii citatis); tamen quae ex isto libro in usum meum converterim, libro meo ornamento esse confido; cuius rei autem, omnes enim istos locos indicavi, testes sint viri illarum rerum peritissimi, doctissimi! Viris autem summe venerandis, bibliothecae Regiae Parisiis curatoribus, quibus tanto beneficio obstrictus sum, non possum non meritas debitasque gratias ex animo persolvere.

Scripsi Bonnae ad Rhenum Calendis Octob. anni MDCCCXLVII.

TEBRISII PRAEFATIO.

Nomine Dei misericordis, clementis. Dixit Schaich (doctor[1]) Abu Zacharias (pater Zachariae) Jahja filius Ahlii, concionator[2]) Altebrisi (Tebrisensis), quem Deus misericordia sua excipiat![3])

Laude Dei praemissa, cuius attributa describentes non assequuntur et cuius veram conditionem cognoscentes mente non adtingunt (sic incipio). Lumine suo tenebras dispergat et sperantis spem ope sua impleat! Ad obsequium ipsi praestandum et gloriam tribuendam nos ducat et ad veniam suam ac condonationem, quarum participes nos reddat, nos secundet! Laudem pulchram prophetae suo Mohammedi tribuat, qui ad verum verbum vocavit et argumentis perspicuis diremit, nec non eius genti bonae et familiae electae; nam viri literati per eum in gradibus suis se distinguunt et in classibus suis de eo inter se gloriantur, quoniam omnium scientiarum praestantissima libri (Corani) et dictorum factorumque Mohammedis (Alsonnae) scientia est. Utraque res omnis scientiae axis omnisque intelligentiae fundamentum est; ut enim via, quae ad cognitionem creatoris, qui magnificat et ad gratias pro eius beneficiis referendas ducit, sic semita ad obtinendam beatitudinem et assequendum paradisum est. Utriusque autem accurata cognitio nonnisi scientiâ grammatices contingit, quae falsum a recto distinguendum nobis indicat et scientiâ lexicographiae, quae veras vocum significationes ostendit et cuiuslibet generis metaphoras explicat, nec non scientia poesis[4]), quippe ex qua ad explicandum Dei librum (Coranum) et ad illustrandas voces obscuras[5]) in iis, quae de Mohammede tradita sunt, tanquam testimonia adducantur. De propheta, quem laude sua Deus

---

1) Vox proprie senem, tum principem familiae et seriore tempore doctum honorifico hoc nomine appellatum designat.

2) Vox Alchathib eum proprie designat, qui die Veneris sermonem post preces publicas apud populum habet. Tebrisio titulus datus videtur non quod munus tale ei esset; sed quod insignis orator haberetur.

3) Haecce verba auctori ipsi tribuenda non sunt; sed eius esse videntur, qui commentarium descripsit, verba enim رحمه الله de vivo usurpari non solent.

4) Abhinc stylus rhythmicus interruptus est.

5) Si vox غريب de traditionibus Mohammedis adhibetur, eae significantur, quae non ad Mohammedem tanquam primum verborum auctorem referuntur; sed unum e sociis aut sociorum sociis primum auctorem habent.

ornet eiusque sociis, quos misericordia sua beet, quaedam, quibus poesis excellentia significatur, ut desiderio eius impleamur et ad eam cognoscendam incitemur, relata sunt. Iis accensenda sunt, quae auctore Ahbd-Allaho b. Ahbbas [1]) tradita sunt. Prophetam Arabi campestri, qui ad eum veniens clara protulisset verba, dixisse: Claro cuidam sermoni vis magica est et cuidam poesi iudicium (aut quemadmodum alii referunt: sapientia) [2]). Ahb-Allahus b. Sohair [3]) nixus patris auctoritate retulit: Alahlae b. Alhadhremi [4]) venienti prophetam dixisse: Num quaedam Corani verba recitas [5])? Alterum, sane! respondentem recitasse caput verbis عبس وتولى incipiens (Sur. 80, 1); sed quum de suis addidisset: »et is est, qui gravidis produxit spiritum, qui inter costarum cartilagines et viscera currit,« prophetam inclamasse eum ac dixisse: »abstine, nam caput sibi sufficit!« Porro prophetam dixisse: num versus dicere potes? et respondenti, se posse, ut recitaret, imperasse. Alterum igitur dixisse sequentes versus: »Odio impletos saluta, ut eorum animos in potestatem redigas, quemadmodum benefaciens salutatur; nam interdum solea reparatur [6]), et si clam rem ingratam tibi inferunt, re ingrata abstine [7]); et si tecum sermonem conferre nolunt, ne interroges, nam quod audis, tibi nocet, quod vero post tergum tuum dixerunt, dictum non fuit [8]).« Tum propheta dixit: »Quaedam poesis iudicium est et quidam clarus sermo incantatio« (Meid. 1, 1.). Quod autem ad versus verba attinet وان دحسوا, voci دحس significatio est: quaerere rem invito animo seu cum molestia, quae derivata est ab eo, quod vir inter cutem ovis peritonaeumque ad cutem detrahendam manum immittit; nec non rem corrumpere significat. Versus autem sensus est: Quod si sermoni tuo se immiscent, veniam da neque aegre fer et si sermonem ad te directum abrumpunt, ne causam, cur abruptus sit, eos interroges! »Saihdum b. Djobair [9]) narrasse referunt: Ahbd-Allahum b. Ahbbas [10]) interrogatum de Corani loco respondisse: ei talis sensus est, nonne poetam tali modo dicentem

---

1) Natus triennio ante fugam Mohammedis anno 68 diem obiit vir doctrina celeber. Abulf. An. T. I. p. 416.

2) De hisce verbis, quae in proverbii consuetudinem venerunt conf. Meid. 1, 1.

3) Forte Sobair, nam Sohairi filius Ahbd-Allahi notus non est; sed Sobairi filius Ahbd-Allahi, qui anno 73 ab Hedjdjadjo Meccae victus et vita privatus est. Fieri tamen potest, ut unus filiorum Sohairi tale cognomen habeat; nam in codice super voce scriptum est صح rectum.

4) A Mohammede provinciae Bahrain praefectus et ab Abu-Becro inde haud remotus anno 14 aut 21 mortuus est. conf. librum. cl. Wustenfeldi كتاب تهذيب الاسماء inscriptum p. ۴۳۲.

5) Hoc in loco verbo قرأ e memoria recitandi significatio tribuenda est. Attamen vero vox adhibita indicare videtur, Mohammedis effata scripta inter Arabes campestres haud ignota fuisse; sed eum non revera legisse, ex eo videmus, quod de suis addiderat.

6) Dicit fieri posse, ut benignitate adhibita inimicitia tollatur, quemadmodum solea rupta reparari possit. Vox النعل ob versum est; nam نَعْل enunciatur.

7) Beatus de Sacyus ex coniectura فاعف »condona« legendum putavit. Litteram deletam serior manus ح scripsit.

8) Metrum est secunda species metri Thawil prima syllaba omissa (ثرم).conf. Darstellung d. Arab. Verskunst. p. 170.

9) Anno 94 ab Hadjdjadjo occisus est.

10) Viri huius auctoritate utitur; celeberrimus enim erat Corani interpres, qua de causa doctoris الحبر cognomen acciperet. Tempore, quo Mohammedes mortuus est, tredecim aut decem aut quindecim annos natus erat. Anno 68 aut 69 aut 70 in oppido Thajef diem obiit. conf. Citab Tahdsibi-l'Asmai p. 351.

audivistis.« Iherimahus[1]) quoque dixisse narratur, se Ebn-Ahbbasum Corani versum explicantem non audivisse, nisi versu poetae simul adlegato, dum dicere soleret: si versum libri Dei interpretari non valetis, in poesi explicandi rationem quaerite, nam (poesis) Arabum codex est[2]).« Quae hunc sensum referunt, multa adlata sunt. Praestantissima autem gens ea habenda est, quae in ea ingeniosissima invenitur et cuius in ea portio amplissima est. Arabum autem talis est, quae in poesi tamquam in codice facta generosa et merita a maioribus accepta conservarit et dies celebres pugnarum virtutesque deposuerit. Signa honoris poesis ope perpetua reddunt et satyrae notas duraturas efficiunt, quippe in qua pugnarum contra hostes mentionem tradant et memoriam beneficiorum in amicos collatorum deponant. Sensum autem hunc Habib b. Aus (mort. 228.) significare voluit verbis sequentibus (metr. Camel): »V e r s u s e t f a c t a p r a e c l a r a n o n c e s s a n t e s s e i n s t a r f u n i c u l i (quo margaritae coniunguntur), q u u m g e m m a m p r e t i o s a m o b t i n g i t. S p a r s a e g e m m a e s u n t, q u a e s i p o e s i c o n i u n g i s, t o r q u e s[3]) e t m o n i l i a c o l l i f i u n t. I n q u o l i b e t p u g n a e l o c o e t c o n s e s s u a b e a (poesi) s p o n s i o n e m e t c l i e n t e l a s a c c i p i u n t. E t s i c a r m i n a e o r u m (factorum) p a t r o n i n o n e s s e n t, t u e o r u m p r o b a t u m t e s t i m o n i u m n o n h a b e r e s. H u i u s a u t e m r e i c a u s a A r a- **(p. 2.)** b e s v e t e r e s p r i n c i p a t u m f e l i c e m e a m a p p e l l a b a n t. A u f u g i u n t i n t e r e o s g e n e r o s a e a c t i o n e s p r a e t e r e a s[4]), q u i b u s f u n e s v e r s u u m t a n q u a m v i n c u l a p a r a t i s u n t.« Poesis autem eorum multa est et optima eius pars est, quam principes sermonis et docti artis poeticae elegerunt. Et optimis eorum, quae elegerunt tam carminum Mofadhdhalicorum[5]) quam parvorum, liber Hamasae accensendus est, in cuius versibus eligendis Abu-Tammamum meliorem se poetam ostendisse, quam versibus suis componendis contendunt. Causa, cur Abu-Tammamus librum Hamasae collegerit, talis narratur: Abu-Tammamus Ahbd-Allahum b. Thaher[6]) tum temporis in Chorasana versantem adiens carmine laudaverat. Ahbd-Allahus pro more suo nulli poetae adeundi veniam dabat nisi iudicio Abu-l'Ahmaitsali[7]) et Abu-Säihdi caeci[8]) comprobato. Abu-Tammamus illos duos adiens carmen suum sic incipiens recitavit: »E a e (m u l i e r e s) c o n v e r-

---

1) Cliens Ebn-Ahbbasi erat mortuus anno 104 aut 105 aut 106 aut 107. conf. Meidan. app. et كتاب تهذيب الاسماء p. ۴۳۱ edid. clar. Wustenfeld. et Ham. ۵۱۴ infr. nec non Ebn-Challik. Nr. 132.

2) Hoc in loco ad stylum rhythmicum, quem interruperat, scholiastes redit. Post iterum interrumpitur.

3) Vox قلايدا metri causa pro قلايد est.

4) Ne quis putet, vocales vocis على vitiosas esse, silentio praetermittendum non est, sic in codice vetere, optimo semper inveniri.

5) Abu-l'Ahbbas Mofadhdhal etc. Cufae natus iubente Mahdio carmina Arabica vetera numero 128 collegit, quae ab eo cognomen acceperunt. Auctor anno 168 diem obiit. Grammatici Ebn-Alahrabi et Mersuki carmina illa commentario instruxerunt. c o n f De Slane Diw. Amru-l'Kaisi not. p. 117 et praefationem meam.

6) Chorasanae praefectus mortuus est anno 230 (c o n f. Mirchondi historia priorum regum Persarum. Viennae 1782 p. 8 sqq.) Abulf. An. T. II. p. 151. 179.

7) Scriba Ahbd-Allahi b. Thaher anno 240 diem obiit. Ebn-Challik Nr. 351. Narrant Abu-l'Ahmaitsalum Abu-Tammamo hoc carmen recitanti dixisse: cur non dicis, quod intelligitur? poetam responsi loco dixisse: cur non intelligis, quod dicitur?

8) Nisaburensis socius Alazmaihi (grammaticus). (conf. Ham. p. ۱۵۳.)

tunt Iosephum ad id quo pervenit eiusque sociae sunt; sed animi proposito et praecedendo petens id quod petit, assequitur[1]).« Ambo hoc initio audito carmen reprobarunt. Rogavit autem eos, ut totum inspicerent. Re concessa quum ad versus: »et[2]) quoties vehentium manus instar extremitatum cuspidum substiterunt super tali, dum tenebrae noctis incurrebant, propter rem, cuius primae partis perficiendae officium iis impositum erat, et non iis impositum erat, ut postremae partes eius perficerentur[3])« venissent, placuerunt hi et versus eiusdem carminis sequentes: Et eius (cameli) cor Chorasanae distantia commovit; ego autem dixi: tranquillus sis! pratorum pulcherrima pars est remota, ad eum tendens, qui tyranno urbem capitalem suam eripit, dum qui in eo spem ponit, mane veniens eum diripit. Carmen igitur Ahbd-Allaho offerentes mille denarios, ut dono poetae darent, acceperunt. Ille autem ex Chorasana rediens in Iracam iter tetendit. Quo in itinere quum urbem Hamadan[4]) intrasset, Abu l'Wefa filius Salamahi eo potitus est. Virum hospitio excepit et in honore habuit. Die quodam quum magna nivis copia mane decidens vias difficiles reddidisset et viatores ab itinere impedivisset, res Abu-Tammamum tristitia, Abu-l'Wefam autem gaudio adfecit. Dixit igitur hic alteri: Tranquille hoc in loco mane, nam nix nisi post aliquod tempus cessabit. Eumque in bibliothecam suam duxit, ubi perlustrandis libris occupatus quinque libros ad poesin pertinentes composuit, e quorum numero liber Hamasae[5]) et liber inscriptus Alwahschijjat, in quo longa carmina collegit. Liber autem Hamasae in bibliothecis gentis Salamah remansit, dum eius usum aliis non concedebant, vix eum ostendebant, donec gentis conditio mutata fuit. Tum quidam oppidi Dinaweri[6]) incola, nomine Abu-l'Ahwadsil, Hamadanum veniens librum in potestatem suam redegit et inde Izpahanum[7]) portavit. Ibi viri docti eo occupati caeteros eiusdem argumenti libros neglexerunt, ita ut inter ipsos et postea inter eos, qui illos subsecuti sint, celeber evaderet. Plures ei explicando operam dantes aut brevitati studebant, aut quorundam locorum grammaticae rationi incumbebant, sensum totius autem non adferebant.

---

1) Doctissimus Dozyus sequens scholion e commentario Lugduncusi mecum communicavit: يقول النساء اللواتى عذلننى فى سفرى ليس لهن راى وعن عوادى يوسف اى صوارف يوسف الى ما صار اليه يقول فاتركهن وامض على عزمك.

2) Hi versus in opere Ebu-Challikani in vita Ahbd-Allahi etc. Nr. 350 leguntur.

3) I. e. Viris altiora petenda sunt; sed ea assequendi officium impositum iis esse non potest, quum res interdum maiores sint, quam ut vires eorum sufficiant et ipsi, quid fortuna adlatura sit, nesciant.

4) Conf. Abulfed. Geograph. p. ٤١٦.

5) In libro Ebu-Challikani Nr. 350 videmus Abu-Tammamum in bibliotheca viri illius plures libros, in quibus carmina poetarum collecta erant, invenisse. Ex hisce versus illos, quibus Hamasam composuit, excerpsisse dicitur. In libro inscripto Almookhtusur Calcutt. 1813 p. 21. voces كلمة وحشية explicantur verbis غير ظاهرة المعنى ولا مانوسة الاستعمال. Non igitur fieri non potest, ut carmina significentur, quorum sensus haud clarus sit et quorum modus ab usu abhorreat.

6) Oppidum provinciae Irac-Alahdjam ab oppido Hamadan versus occidentem et quadraginta pharasangas a Mosula et Meragha distans. Abulfed. Geogr. p. 415.

7) Abulfed. Geogr. p. 423. In finibus meridionalibus provinciae Irac-Alahdjam urbs sita est.

Erant quoque, qui historias cum versibus cohaerentes adferrent sensum negligentes, aut sensum explicarent grammatices et historiarum nulla prorsus ratione habita. Ego autem librum modo perfecto explicaveram ita tamen, ut totam cuiusvis poesis partem adferens generali modo interpretarer singulis versibus interpretandi ratione non separatis. Maiorem autem eorum partem, qui me duce librum legebant quum optantes viderem, ut quemlibet versum suus interpretandi modus sequeretur, quo obscurum in quolibet versu facilius cognoscentes eo explicato poetae intentionem melius intelligerent, Deum auxilium rogans ab initio usque ad calcem singulos versus, quemadmodum sequerentur, modo iusto interpretari institui, nec non dilucidare derivandi rationem in nominibus poetarum in Hamasae libro aliorumque virorum, quorum in libro mentio facta est [1]). Explicare praeterea in animo est res rariores, grammatices rationem sensumque, neque silentio praeterire doctorum diversas de singulis locis opiniones aut historias suo loco adnotandas, si Deus vult. Sed in Deo, cuius tam in initio quam in fine operis auxilium rogo, fiduciam pono.

Caput Hamasae. Vocabulum Hamasah vehementiam in re significat. Vir dicitur حَمِسَ in re, cum futuro يَحْمَسُ et nomine actionis حمس et حماسة (conf. Gram. Ar. T. I. p. 285.), quum vehemens in ea est; adiectivum autem est احمس et حميس (ibid. p. 320 sq.). Gens Koraisch, gens Cinanah et Chosaah, nec non pars gentis Banu-Ahmir ben-Zahzaah Homs حمس vocabantur, quod in rebus suis tam religionem quam mundum spectantibus vehementes, durosque se gererent. Solebant autem, quum mense sacro degebant, lac اقط appellatum non parare et butyrum non purgare remota spuma, quae res سلأ appellatur, neque crines evellere aut pilos molles. Homines ante religionis Mohammedicae tempus nonnullas res illicitas putabant et per portam in domus non intrabant; sed a posteriore eius parte aut tecto. Vir autem mense sacro ante peregrinationem sacram degens, si oppidanus esset, in tecto domus foramen parare solebat, per quod et intraret et exiret, per portam neque intrans neque exiens; sed scalam sibi comparans cuius ope adscenderet et descenderet; sin vero scenita esset, a posteriore tentorii parte intravit exceptis iis, qui cognomen حمس Homs audibant. Accidit vero, ut propheta Dei mense sacro per **(p. 3.)** portam exstructam intraret. Quem quum vir Kothbah b. Ahmir appellatus e gente Banu-Salimah [2]), qui ex eorum numero non esset, quibus Homs cognomen, eodem modo intrans sequeretur, eum hac de re reprehendit dicens: »Recede a me, nam tu mense sacro degens per portam intrasti!« Dixit autem alter: O legate Dei! et tu mense sacro degis. Tum ille: »At ego ad eos pertineo, qui حمس sunt« Tum ei vir dixit: »Si tu ex eorum numero es, qui حمس appellantur, ego quoque ex iis sum; ductum enim tuum, legemque tuam ac religionem secutus sum.« Tum versus hic demissus est: Pietas eo non consistit, quod in domos per tecta intratis etc. [3]) Sur. II, 185. A voce حمس, plurali vocis احمس,

1) Grammaticus Ebn-Djinni (mort. ann. 392) nomina propria poetarum in Hamasae libro occurrentia explicavit in opere, cuius titulus est: المنهج فى اشتقاق اسماء الشعراء (conf. Ebn-Challik. Nr. 423). Hoc opus Tebrisium in usum suum convertisse puto.

2) Gens Banu Salimah nomen gentis Mediuensis erat. Kam.

3) Vox الاية, ante quam اقرا lege supplendum est, nostrum et caetera significat.

vox احمسی derivatur, quemadmodum a voce فرایض vox فرضی provenit. Dicitur de malo حمس (hamisa) nec non de bello vehemente. Dixit poeta (Metr. Thawil): »Fugit Abu-l'Zahba quum bellum vehemens esset et loricas (s. corpora) armorum proiecit et se eripuit; et si illa fuisset passer, tu eam putasses camelam libere pascentem, quae servos et aurem amputatam habentem admissarium vocat[1]).« Latius autem patuit significatio, ut ipsa fortitudo nomine حماسة appellaretur; siquidem fortis in pugna contra adversarium vehementem durumque se ostendit. Duae gentes ex Arabibus Banu-Himas et Banu-Homais appellantur. Gens autem Banu-Ahmir nomen الاحامس gerunt; ac si singularis vocis حمس Homs adiectivum sit, ut modo adiectivorum pluralis formatus sit, quemadmodum a vocibus احمر et اصفر voces حمر et صفر formantur. Singularem vocis الاحامس nomen esse voluerunt, pluralem modo nominum formantes, sicut a voce احمد pluralis احامد fit[2]). Saepe autem fit, ut nomina loco adjectivorum ponantur, quemadmodum in hisce verbis: »Quidam sunt capronae, non caudae« id est: supremi, non infimi, sicut adiectiva loco nominum adhibent, ut اسود niger pro voce حية serpens, ادهم multum fuscus pro voce قيد vinculum, ابطح »late expansus« pro vocibus رمل منبطح على وجه الارض »arena in terrae superficie expansa« dicitur. Haec autem origine adiectiva in nomina translata esse, scias!

I.

Dixit poeta gentis Banu-l'Ahnbar[3]), cuius nomen Koraith ben-Onaif[4]) est.

Voci Koraith forma deminutivi a voce Korth et voci Onaif forma deminutivi a voce Anf derivandi est. Vox Anf cuiuslibet rei prostans, prior pars est. Arabes dicunt, Balahnbar et Banu-l'Ahnbar. Et sic faciunt in vocibus, quibus litterae Alef et Lam (articulus) sunt, si littera Lam sequenti assimilari non potest. Dicunt igitur Baladjlan (pro بنو العجلان) et Balharets (pro بنو الحارث) ben-Cahb; sin vero articulus (littera Lam) sequenti litterae assimilatur, ut in voce النمر aliave huiusmodi, litteram Nun vocis بنو non abiiciunt. Res autem sic explicatur: Dicere volentes Banu-l'Ahnbar, litteram Ja, quod quiescat (i. e. enunciando vocalem sequentem non accipiat), simul cum littera Lam abiiciunt. Tum litteram Nun ob duas causas abiiciunt, quarum una est, quod multus est eius usus; altera, quod littera Nun litterae Lam similis sit, ita ut abiiciatur, quemadmodum una duarum similium (litterarum) abiiciatur ex. gr. in verbis Ahasta (pro Ahsasta) et Thsalta (pro Thsalilta). In loquendi modo Bal-Ahnbar rem sic se habere, quemadmodum diximus,

---

1) Apud vocem سلما videtur vox نفسه supplenda. De posteriore versu dubito, nescio enim, quaenam significatio voci عصفورة conveniat et quomodo vox cum praecedentibus cohaereat. Num fortasse generosa camela significatur, quippe quum vox عصفور nomen admissarii nobilis Nohmani esset.

2) Conf. Gram. Arab. T. I. p. 374.

3) Est pars gentis Tamim conf. Ebn-Kotaibah p. 89 tab.

4) De tempore, quo poeta vixerit, nil certi definire possum; sed carminis modus mihi talis videtur, ut carminibus ante Islamum compositis accenseri possit.

ex eo cognosci potest, quod enunciatio litterae Nun in fine vocis non invenitur [1]). Littera Nun autem vocis Bani nonnisi abiecta est, quod cum littera Lam in voce Alanbahr coniungitur, siquidem litterae in enunciandi loco inter se propinquae sunt; quae enim littera difficile alteri assimilari potest, ea abiicitur; difficile autem assimilatur, cuius priore mota (i. e. sua vocali sequente enunciata) altera necessario quiescit. Nulla autem littera alteri assimilari potest nisi posteriore mota. Posterior autem Lam (littera articuli) necessario quiescit. Haec autem causa est, cur littera haud assimilanda abiecta sit, littera enim abiecta quum enunciatio levior fiat, res eorum voluntati congrua est. Quae quum ita se habeant, littera Nun e vocibus بنى النجار necessario non abiicitur, quoniam littera Lam litterae Nun sequenti assimilata est. At vero litteram Nun praecedentem, quum difficile assimiletur, abiici cogitari non potest, quoniam in tribus litteris unam alteri assimilari non licet. Huic simili modo in duabus vocibus disiunctis litterae duae eiusdem ordinis coniunctae reperiuntur, dum una, quod assimilari non potuerat, abiecta est in versu (metr. Thawil) Katharijji b. Alfodjaah [2]). »Matutino tempore, quo gens Beer b. Wajel super aqua (علماء est pro على الماء) innatavit et pectora equorum versus gentem Tamim deflexímus.« Similis autem res, etsi duae litterae in una voce occurrunt, in vocibus ظللت et مسست observatur, pro quo ظَلْتُ et مَسْتُ, aut, si vis, ظِلْتُ et مِسْتُ dicere licet, ita ut vocalis litterae abiectae in primam litteram radicalem transferatur. Vox عنبر in lingua et clypeum et odoramentum Ahnbar appellatum designat, voces autem عنبرة الشتاء vehementiam hyemis significant. Genti Banu-l'Ahnbar in proverbio ductum viarum adscribi [3]) dicunt. Quod si ita est, littera Nun in voce عنبر superflua esse potest, ut eius norma فنعل a verbo عبر sit, ac si, dum viis incedit, dispositionem suam ad ducendum pulchre ostendit [4]). Inde camelus itineribus idoneus عبر اسفار appellatur.

1. Si e gente Masen [5]) fuissem, filii Lakithae e gente Dsohl ben-Schaiban [6]) camelos **(p. 4.)** *meos sibi licitos non putassent.*

Secundae speciei [7]) metri بسيط appellati cum homoioteleuto متواتر est. Vox مازن in lingua ova formicarum designat, nec non in terram abeuntem, ut nullum eius vestigium

---

1) Si vox بلعنبر unum tantum verbum esset, in genitivo Balahnbarin enunciandum fuit; qui vero enunciandi modus quum non inveniatur, necesse est, ex duabus vocibus nomen sit compositum.

2) De hoc poeta conf. p. ٤٤ et Ebn-Challik. Nr. 555.

3) In proverbiis hoc adnotatum non inveni. Sensus est, eam gentem vias in desertis optime nosse, ut optimi viae duces sint. conf. doct Wolfii carminum Abulfaragii Babbaghae specimen p. XIII.

4) Locus hic legenti molestiam parat. De Sacyus تحسن legendum putavit; sed in Mersukii codice vox illa, quae punctis diacriticis caret, vocali Dhamma super littera Nun insignita est, ut verbi forma esse videatur. In codice Tebrisii quidam تُحسن corrigere voluisse videtur.

5) P. Masen filius Malici b. Ahmru b. Tamim erat. Sunt, qui dicant, Alahnbarum fratrem Malici fuisse.

6) Dsohl b. Schaiban est auctor gentis, de qua conf. Ebn-Kotaib. p. 124 tabul.

7) Metrum carminis, cuius nulla pars ab Abu-Tammamo omissa videtur, docti بسيط appellarunt. conf. lib. m. Darstell. p. 159. Tres عروض et sex ضرب habet ib. p. 159. Est igitur primi generis (عروض) secunda species.

cognoscatur. Verbum مزن cum nomine actionis مزون viri faciem splendere significat. Inde مزّنت فلانا »quendam praetuli« et يتمزن على اصحابه »sociis suis praeferendus est« dicitur. Quatuor autem sunt Arabum gentes, quibus مازن nomen est, nempe gens Kaisi, gens Arabiae felicis (Jemen), gens Rabiah et gens Tamim. In versu familia gentis Tamim significatur. Voci لقيطة forma فعيلة est, quae participii passivi significationem مفعولة (Gram. Arab. T. II. p. 321) habet. Littera ة addita est, quia substantivum poeta significare voluit. Quod si adiectivum esse vis, littera ة non additur, quemadmodum جارية لقيط »puella proiecticia« [1]) dicitur. Significatio autem vocis cohaeret cum loquendi modo التقطت الشى »rem quam proiectam invenis, e terra sustulisti.« Res autem لقيط non appellatur nisi eam capis; quamdiu in terra manet, منبوذ »proiecta« dicitur. Est ac si (poeta) iis obiiciat, matrem ipsorum servae filiam in terra inventam, tum educatam esse, sicut in filio spurio accidere solet. Alii dicunt, vocem اللقيطة genus designantem contumeliae causa dictam non esse. Abu-Mohammedes Alahrabi [2]) dixit, referri بنو الشقيقة »filii Schakikae« et Schakikam esse filiam Ahbbadi b. Said b. Ahmru b. Dsohl b. Schaiban et matrem Sajjari, Somairi, Ahbd-Allahi et Ahmrui, filiorum Asahdi b. Hammam b. Morrah b. Dsohl b. Schaiban. Hos autem fuisse latrones audaces, qui omnes res, quas aggrederentur, perderent. Feminam اللقيطة appellatam huic loco non convenire, quum mater Hizni b. Hodsaifah eiusque fratrum, quinque numero, esset. Hanc nomen habuisse Nodhairah et filiam fuisse Ohzaimi b. Merwan b. Wahb b. Baghidh b. Malec b. Sahd b. Ahdi b. Fesarah. Nomen ei impositum fuisse, quod pater nullam praeter eam prolem habuerit. Arabes quum isto tempore filias vivas sepelire consuevissent [3]), eius patrem, cui videnti puella placeret, misericordia commotum, ut ad lactandum cuidam tradita ab hominibus occultaretur, matri imperasse. Eam vivere primus opinatus est et cognovit Hamalus b. Badr [4]). Qui quum fratri suo ex patre nato Hodsaifaho, qui nonnisi ex uxore Alohdsrijjah filium Moshirum, ex quo cognomen acceperat, haberet, dixisset: Quid est, quod, altera in matrimonium non ducta, pluribus uxoribus non gaudeas, ut adiutores ex te accipiamus? respondit: Unde uxores mihi convenientes et mei similes sunt? scis enim, quae mihi ex uxore Alohdsrijjah a me ducta contigerint. Tum alter dixit: Ego in uxorem, quae tibi placebit et tibi conveniet, incidi. Dixit ille: quaenam est? tum alter: filia Ohzaimi b. Merwan b. Wahb est. Tum ille: revera igitur ei filia est? Alter autem quum diceret: certe! ille interrogavit: quid est, quod eam exsistere non audiverim? Tum respondit: occultata erat; sed ego eam comperui. Deinde ille,

---

(ضرب). Nulla autem generis عروض, nonnisi speciei ضرب ratio habita est. Homoioteleuti ratio in libro nostro p. 305 describitur. Duabus litteris motis (Ba et Nun), inter quas una quiescens (Elif) est, efficitur.

1) Adiectiva enim formae فعيل generis communis sunt. Gram. Arab. T. I. p. 356.

2) Abu Mohammedes Alahrabi idem est, quam grammaticus ab aliis Ebn-Alahrabi appellatus. Mersukius enim ad p. ۴۰۲ sup. eundem versum ab Ebn-Alahrabio prolatum citat. Natus 150 diem supremum obiit anno 231.

3) Causam, cur filias recens natas sepelirent, in inopia et paupertate, nec non in ignominia videmus, quippe multas filias habere turpe haberetur. Mos autem iste apud veteres frequentior tempore Mohammedis non nisi in gente Tamim erat. Plura proverbia hunc morem spectant. conf. Meid. C. 3, 61. et 15, 50. Mohammedes in Corano Sur. 81, 8. morem vituperavit. conf. Pocock. specim. hist. Arab. p. 323 ed. alt.

4) Vixit tempore Kaisi ben-Sohair.

tu matrimonii conciliator ad Obzaimum eas! Ad quem quum venisset, eam illi in matrimonium dedit. Hanc ob causam nomen Lakithah accepit. Ista mater est Hizni, Malici, Moahwijahi, Wardi et Schoraici filiorum Hodsaifahi, quos Sabbauus b. Sajjar verbis suis significavit: (metr. Camel) Paravi eam filiis Allakithae; super ea lancea et gladius secans, et evaginatus est. Vox دحل in lingua partem noctis designat, quae ita vocata est, quod somnus in ea homines in oblivionem rerum adducit. Eandem quoque significationem vox دحل cum vocali Fatha enuncianda habet. Dixit poeta camelam describens: (metr. Basith.) Abiit noctis pars, dum (camela) sola erat, ac si avis in deserto terrore excitata esset. Voci شيبان forma est فعلان a verbo شاب cum futuro يشيب derivanda. Sunt, qui dicant, eam a verbo شاب cum futuro يشوب derivari posse, ut ex شيّبان cum Teschdido orta sit, quemadmodum رجل هيّبان h. e. vir timidus dixerint, tum litteram Ja, abiecto Teschdido, enunciatam esse, quemadmodum ريحان raihan dixerint, quod a روح derivandum. Dici quoque ريح ربدانة »ventus leniter flans,« quae vox a راد futuro يرود derivanda sit, quemadmodum vox عيدان »procerae palmae« a voce عود derivetur necesse sit, ex عيّدان orta signo Teschdidi cum vocali abiecto, ut enunciatio levior fieret. Dicenti: si vox شيبان a radice شاب cum futuro يشوب miscuit orta fuisset, شوبان facta esset, sicut خوذان et خولان formarunt, respondendum est, formam فيعلان esse posse, modo vocis قيّبان et تيّحان, ut ex voce شيوبان orta sit. Litteris enim و et ى in una voce coniunctis, dum una earum quiescens praecessisset, litteram و in litteram ى mutatam esse et tum una littera in alteram duplicando inserta, formam شيّبان ortam esse. Media littera radicali 1) abiecta, ut enunciatio levis fieret, quemadmodum in vocibus هيّن et ميت factum sit, شْيبان remansisse. Alii dicunt, decimam verbi formam استباح eandem significationem ac quartam اباح habere, alii discrimen statuunt tale, ut decima forma significet, »capere rem tanquam licitam«; quarta autem »rem alteri volenti licitam declarare«. Dicitur: ابحته لك فاستبحته »id licitum tibi esse declaravi et tu id tanquam licitum cepisti«. Simili ratione dicitur: انخت البعير فاستناخ »procumbere iussi camelum et tum procubuit« et امررت الشى فاستمر »transire feci rem et tum transiit.« Primaria verbi ابح significatio esse videtur »videntibus rem ostendere, ut eam volens capiat«, et inde dicitur: باح بسره »manifestavit secretum suum« cum nomine actionis (infinitivo) بوح et بووح. In verbis autem لو كنت من مازن particula لو indicat, rem unam locum non habere, quod altera locum non habeat. Quod si dicitur: quid impeditum est 2) in verbis لو كنت من مازن لم تستبح ابلى, dum res tanquam licitae captae sunt, respondendum est: Verba لم تستبح negarunt, res tanquam licitas captas esse et hac negatione impedita fit, ut res tanquam licitae capi possint. Sunt igitur res nonnisi eam ob causam tanquam licitae captae, quod poeta e gente Masen non erat.

1) Arabum grammatici, qui verbum فعل caeteris formandis tanquam normam constituerint, ad primam, secundam, tertiam verborum radicalem designandam tribus litteris illius verbi utuntur.

2) Hoc referendum est ad grammaticorum quorundam sententiam, qua illa particulae لو definitio negatur. conf. De Sacy Anthol. gr. p. ٨٥.

2. Tunc, profecto! agmen asperum in defendendo iure, si segnis lenis est[1]*, auxilium mihi tulisset.*

Particula اذا ex particularum numero est, quae necessario verbum exigunt et subiunctivum post se habent[2]). Ista particula cum futuro verbi et forma praeteriti futuri significationem habente cohaeret ex. gr. in verbis versus اذا لقام et poetae Nabeghahi verbis[3]): (metr. Basith) »Tunc manus mea ad me scuticam meam non tollet.« Tam in initio sermonis quam in medio et fine locum habet; quae si initio est, necessario in verbum vim habet (ut forma Nasbata ponatur) et tum cum littera Alif اذا, tum cum littera Nun اذن scribitur. Grammaticus Alferra (mortuus 207 conf. Meidan. T. III. P. II. p. 209) dixit: Si in verbum vim habet (futurum Nasbatum regens), littera Alif scribi potest, propterea quod ob istam suam vim cum particula temporis اذا quum non confunditur; sin vero vim non habet, cum littera Nun scribenda est, ne cum illa particula commutetur. Vocabula حفيظة et حفظة iram in re, quae necessario custodienda est designant. Verba autem اذا لقام بنصرى. sunt responsum (sermo consequens) post interrogationem sermonis omissi et littera ل in verbo لقام est responsum iuramenti mente addendi, nam sermo sic constituendus est: اذا والله لقام. Si interrogatur: ubinam responsum (consequens[4])) verborum لوكنت? respondendum est: in verbis لم تستبح. Utilitas autem vocis اذن eo consistit, quod efficit, ut secundus versus prodeat tanquam responsum dicenti datum: Si (hostes) tanquam sibi licitos rapuissent (camelos), quid gens Banu-Masen faceret? Tunc (sic respondetur) sane ad auxilium meum surrexisset agmen asperum. Grammaticus Sibawaihi[5]) dixit: Vocabulum اذا responsum (i. e. sermo consequens post interrogationem) et retributio (i. e. sermo consequens post conditionem) est. Quae res si ita est, hic versus responsum est datum huic interroganti et retributio, quae sequitur factum eius, qui camelos tanquam sibi licitos rapuit. Fieri quoque potest, ut verbis اذا لقام responsum vocis لو contineatur, ac si duo responsa data sint, quemadmodum dici potest: Si ingenuus fuisses, profecto! id, quod servi agunt, turpe putasses, tum sane pulchrum putasses id, quod ingenui agunt. Grammaticus Ebn-Djinni[6]) statuit, vocem اذا esse appositionem[7]) verborum لم تستبح in versu praecedente. Voci لُوثة significatio debilitatis, secundum alios mollitiei, lenitatis et laxitatis inest. Inde dicitur: هو ملتاث »is laxus, tardus est« et رجل الوث »vir laxus, tardus,« femina لوثاء laxa est. Sed vox لَوْث roboris, crassitiei

---

1) Et in hoc versu verba ذو لوثة vim particulae إن in praeteritum verbi لان tollere videntur, ut vertendum sit: »si segnis lenis fuit«; nam res ad praeteritum tempus referri potest.

2) Quomodo res se habeat, vide De Sacy Gram. Ar. T. II. p. 29.

3) Duo praesertim viri cognomine Nabeghah celebres sunt, unus Dsobjanita tempore Nohmani b. Almondsir vivens, alter Djahdita tempore paganismi et Islamismi degens. De illo veteriore, qui, ni fallor, simplici cognomine Nabeghah significatur, conferas De Sacy Chrest. T. III. p. 48 sqq. et indic. Meidanii.

4) De significatione vocis جواب in grammatica conferas De Sacy Gr. Ar. T. II, p. 597. 612.

5) Mortuus est anno 180 aut 177. conf. Meidan. T. III. P. II. p. 214.

6) Natus anno 330 mortuus 392. Meidan. T. III. P. II. p. 208.

7) Observandum est, apud grammaticos Arabicos appositionis بدل significationem latius patere, quam apud Latinos. conf. De Sacy Gr. Ar. T. II. plur. locis.

significationem habet; dicitur enim camela ذات لوث robusta, crassa. Cecinit poeta Alahschai[1]): (metr. Basith) In camela robusta, forti (tanquam daemone), quae si caespitat, potius perire vult, quam ut لعا (a lapsu resurgas) dicam[2]).« Voci autem عفرنة robustae significatio convenit et inde leo ليث ob roborem et crassitiem appellatur. Vox autem ليّث origine erat, tum abiecto Teschdido enunciatio lenita est, quemadmedum ex نيف ortum est نيّف phantasma seu spectrum, haec enim vox ex verbo طاف cum futuro يطوف, media littera و derivanda est. Verbi لوث primaria significatio est, rem unam super alteram congestam esse, et hine in cidarì obvolvenda circum caput verbum adhibetur. Est autem grammaticorum solertium sententia, nominativum vocis ذو ex verbo omisso, quod verbo (leg. melius وانفعل) sequente explicetur, nempe ex verbo لان pendere, ut sic verba constituenda sint: »si lenis est robore praeditus, lenis est[3]) ان لان ذو لوثة لانا.« Sic autem statuerunt, quoniam particulae ان, cui conditionis significatio sit, verbum maxime convenit, dum ipsa particula futurum apocopatum regit, neque fieri potest, ut forma recta sive modum, quo verba constituenda sint, sive voces (leg. او اللفظ) ipsas respicias, ab ea (particula) separetur. Quod vero ad poetae verba لقام بنصري attinet, verbo قام, quod ope praepositionis ب cum re coniungitur, significatio verbi تكفل sponsor fuit est; adiectiva autem inde derivata قايم et قيم sunt; sed verbo قام cum praepositione على coniuncto dirigendi et regendi significatio convenit, e quo derivata قيّوم et قيّام inter Dei attributa sunt. Vox autem قوم populus viros exceptis mulieribus significare dicitur, ut proprie pluralis vocis قايم esse videatur, quoniam viri negotii sponsores sunt. Poeta Sohairus[4]) mulieres a populo قوم distinxit dicens: (metr. Wafir) Ego nescio, sed puto me sciturum esse, utrum familia Hizni viri (قوم) sint an mulieres; et si mulieres custodia asservatae sunt, tum omnem pudicam puellam ad sponsum deduci oportet[5]). Vox معشر nomen collectivum est, quo agmen hominum significatur; singulus huius agminis homo per eandem vocem designari non potest; vox خشن autem pluralis vocis اخشن est, quae vox comparatione[6]) significat, virum repudiare iniuriam sibi illatam et latus (honorem) suum defendere. Dicit: »Si non fuissem e gente Banu-l'Ahnbar; sed e gente Banu-Masen fuissem, tum a filiis Allakithae malum mihi supervenisset, quo camelos meos tanquam sibi licitos raperent, profecto! inter illos fuissent, qui mihi auxilio venientes ab illis ereptum reddidis-

1) Cognomen poetae, cui nomen Maimun b. Kais b. Djandal erat, conf. Meidan. app.

2) Versus hic a de Sacyo Harir. p. ٣٧۴ citatus est. Ibi loco vocis فالتعس legitur فالنعش et de Sacyus in adnotationibus, quas exemplari Hamasae suo adscripsit, hunc legendi modum praetulit vertens: »Citius adsurgit, quam ut liceret mihi dicere, fausta ipsi precando, adsit tibi Deus!«; sed alter legendi modus, qui et in scholiis ad Ebu-Doraidi Makzurah (v. 31) reperitur, multum mihi praeferendus videtur.

3) Verba autem non sic intelligenda sunt, quasi verbum posterius لان sententiam consequentem conditionis praemissae efficeret; hoc enim tam sensui quam construendi modo, quippe particula ان nonnisi in unum, (et quidem posterius verbum) vim exerceat, contrarium esset. (conf. Ham. p. ٢٨٧ v. 4. schol. et adnott.)

4) Tempore paganismi poetarum princeps. conf. Meidan. app. et Sohair. Moall. p. IX.

5) Vox حداء mihi vocis احداء significationem habere videtur.

6) Comparatio in eo est, quod vox اخشن asperum designat; asperum autem alii taugere metuunt.

sent et fortitudine me defendissent, quum infirmus debilisque lenis est neque iniuriam repellens neque rectum defendens. Qui vocem لَوثَة vocali Fatha enunciat, verbis sensum tribuit: quum robustus lenis est. Cui, quamquam eloquentius dictum est, rectus enunciandi modus cum vocali Dhamma repugnat. Effecit autem (poeta), ut asperitas cum lenitate congrueret, **(p. 6.)** quasi dixerit: agmen asperum in defendendo honore, si debiles in eo defendendo lenes sunt. Gentem Banu-Masen tanquam fortem; suam autem tanquam timidam atque periculum fugientem descripsit. Diversitas attributorum unum descriptorum ab altero diversum esse indicavit. Fuere, qui dicerent, istum poetam, ad gentem Masen pertinentem, suos vituperasse, quod, auxilio ab ipsis non praestito, cameli sui direpti essent et dixisse: si ex eorum numero fuissem, mihi auxilium praestitissent, eadem ratione, qua vir filio suo dicat: si pater tuus fuissem, mihi obsecutus esses, i. e. tu erga me, quemadmodum erga patrem decet, te non gerebas. Prior autem interpretandi modus rectus est. Qui alterum interpretandi modum admittit, dicit: gens Masen b. Malec b. Ahmru b. Tamim filii fratris Alahnbar b. Ahmru b. Tamim sunt. Quae res si ita se habet, laus, qua poeta eos ornavit, locum gloriationis ob ipsos tenet; in gente Banu-Masen autem vehemens amor suorum erat, ob quem nota laude aucta est. Hanc ob causam quidam poeta alios graviter perstringens dixit: (metr. Thawil) »C u r m o d o a g m i n i s M a s e n i t a r u m n o n e g i s t i s, e t n u m s p o n s o r e s m e i i n f i d e a e q u a l e s s u n t; e s t a c s i d e n a r i i s u p e r f a c i e b u s e o r u m s i n t[1]), e t s i h o s t i s o c c u r s u s f a c i e s e m a c i a v i t (conf. Ham. ٦٣٠).« Poeta autem hisce versibus gentem suam excitare voluit, ut ipsum ab hostibus vindicaret, vituperare autem eam noluit. Verbis autem eadem ratio est, quae sororis Ahmrui b. Mahdicarib (conf. Meidan app.) dicentis: »M i s i t A h b d - A l l a h u s, q u u m d i e s m o r t i s a d v e n i s s e t, a d g e n t e m s u a m d i c e n s: N e p r e t i u m s a n g u i n i s m e i a b i i s a c c i p i t e!«[2]) eam (gentem) enim excitare vult, ut mortem fratris sui ulciscatur, eam vituperare non vult. Et responsum (phrasis consequens) verborum ان ذو لوثة لانا omissum est; quale sit, vox خشن indicat; nempe s i d e b i l i s l e n i s e s t, خشنو هم i i d u r i s u n t. Vox autem singula خشن (d u r a) sententiam, quae verbo خشنو et يخشنون inest (i i d u r i s u n t) indicat, quod nomen agentis (participium) et voces huiusmodi sententiae similia sunt ob pronomen in iis latens. Ex. gr. in verbis مررت برجل محسن اذا سئل »t r a n s i v i a d v i r u m b e n e f a c i e n t e m, q u u m r o g a t u r«, participium محسن (b e n e f a c i e n s), eundem sensum praebet, quam verbum احسن »q u i b e n e f a c i t[3]).«

3. Populus qui ad malum (bellum) ipsi dentes molares ostendens catervatim et singulatim advolat[4]);

Vox ناجذ d e n t e m m o l a r e m i n t e l l i g e n t i a e designat, qui extremus dentium est. Sunt autem quatuor, quorum in utroque oris latere tam supra quam infra unus reperitur, et

1) I. e. Facies eorum hilaritate splendent, quasi nummis aureis tectae.

2) Metrum Thawil initio versus syllaba abjecta ثرم conf. Darstell. d. Arab, Versk. p. 170. conf. Ham. ١٠٩

3) Sic igitur participium محسن, quum voci احسن sensu simile sit, sententiam (جملة) refert.

4) Scribendi ratio est codici propria post litteram Waw pluralis signum, litteram Alif otiosam omittere.

qui post tempus, quo adolescens invenis evadit, nascentes dentes intelligentiae appellati sunt. Inde vir experientiis edoctus منجذ audit. Dixit poeta Sohaim[1]): (met. Wafir) »Quid est, quod poetae meam dignitatem deminuant[2]), quum terminum quadraginta annorum transgressus sim quinquaginta annos natus, omnes vires meas possidens et rerum tractandarum experientia edoctus sim.« Sunt, qui dicant, vocem النواجذ significare dentes, qui ridendo nudentur الضواحك: argumenti loco quae de propheta traduntur, adferentes, eum risisse, donec dentes نواجذ appellati apparuerint et dicentes, extremos in ore dentes inter risum non apparere. Simul relatum esse, risum prophetae lenem fuisse. Prius autem rectum est et quae narrata sunt hyperbolam redolent, etsi dentes extremi non apparent. Quod malum autem dentes extremos ostendere dicit, in hoc compararatio est, qua eius vehementia et impetus significatur, nam fera impetum faciens aut vehementer se gerens dentes denudat. Malum autem in vehementia sua cum ea comparavit. Sic quoque homo, impetum in hostem faciens interdum dentes denudat, ut dentes anteriores appareant. Malum autem vehemens ac durum cum ea comparavit. Et dicitur: »dentes molares suos momordit«, quum rem patienter fert et unus alteri dicit: tibi dentes molares meos ostendam, quum se ei durum praebere vult, quasi ei dentes denudans et torvum vultum ostendens. Vocis اذا quum responsum (sermo consequens) in verbo طاروا (volant) est. Dicunt: طرت الى كذا »ad id volavi« i. e. ad id festinavi et طرت به »cum eo volavi« i. e. cum eo praecessi (celeriter id perfeci). Pluralis وحدان a singularis forma واحد derivatus est et واحد adiectivum est ut صاحب, cuius pluralis صحبان et راكب, cuius pluralis ركبان est. Significationem vocis فرد (unicus) ei tribuenti sic tibi dicendum est, nam tum eius vi mutata a primaria significatione vocem removes. Arabes autem vocem cum significatione unici adhibuisse invenimus; sic enim poeta Nabeghah in versu: (metr. Thawil) »Tibi bonum (sit), si te unicum terra celat et fortuna hominum pedem impingens claudicat[3]).« Et tempore ante Mohammedis religionem repudii formula erat, انت واحدة »tu separata es, marito carens«. Nil autem impedit, quominus dicatur: احدان pluralis est vocis وحد (solus), sic ut رجل وحد vir solus dicitur. Ebn-Doraidus (mort. an. 317 conf. Meid. T. III. P. 2. p. 208) adnotavit رجل وحد vir solus cum plurali احدان. In versu quoque vox احدان relata est ex وحدان orta, littera Waw in litteram Hamzam (Alif) ob vocalem Dhamma mutata, sicut nonnulli اجوه et أقتت dicunt. Vox زرافات agmina designat (p. ٢٠) cum singulari زرافة, ut littera ز vocalem Fatha habeat. Nec non litteram فاء cum Teschdido enunciari retulerunt, ut in sequentibus جاء القوم بزرافّتهم »Gens agmen suum adduxit«, ut ei significatio vocis جمعة sit. Vox autem derivanda est a voce زرف collectio, auctio in re. Inde dicitur mentienti: زرّف فلان في حديثه, quod eam (narrationem) auxit eique res alienas adiunxit. Dicitur quoque: زرّفت القوم قدامى »Gentem ante me in varia ag-

1) Ohtsmani et seriore tempore vixit. In proelio Wakba eius mentio facta est. Ham. p. ١٦.

2) Vox أدرى demisit mihi eandem significationem habere videtur, quam وضع c. من habet.

3) Te mortuo homines, quam bonus fueris, cognoscent.

mina dispersi«. Versus sensus est[1]): Ob pugnandi cupiditatem unum eorum alterum non exspectare; sed unum quemque putare, sibi invitationi necessario satisfaciendum. Quum belli mentionem audiunt, ad id properant tam congregati quam dispersi. Huic similis versus poetae est: (metr. Camel) Gens, quorum viros, quum opem rogans clamorem tollit, vides equos suos aut fraeno instruentes aut eorum capronas tenentes.« Vox سافع autem eum designat, qui equi capronam tenet, ut in Corani verbis: (Sur. 96, 15) »profecto! capronam tenebimus!«

4. Dum ex fratre suo in calamitatibus ipsum vocante dicti nullus eorum argumentum quaerit.

Verbum eius يندبهم significat: »advocat eos« et primaria vocis ندبة significatio est vocatio, etsi de deplorando mortuo et de verbis, quibus in deplorando utuntur, وافلاناه »vae quidam mortuus est!« maxime adhibetur. Significationem latiorem admittentes dixerunt: ندب فلان لكذا i. e. positus est et educatus ad id administrandum. Dicunt quoque: ندبته للامر »ad rem eum vocavi et انتدب له ad rem suscipiendam paratus vocanti annuit. Vir autem, qui vocatus ad res suscipiendas, promtus est, ندب appellatur. Dicunt porro: Loquenti cuidam alter انتدب i. e. ei adversatus est. Vox برهان argumentum designat. Quidam grammaticus dixit, vocis برهان formam esse فعلان a verbo بره scindere, amputare derivandam. Grammaticus Abu-l'Fath dixit: ex nostra sententia voci برهان est forma فعلال, ut voci قرطاس et قرناس, ita ut vocis littera ن addita non sit. Rem ita se habere, loquendi modus برهنت له على كذا »hac in re ei argumentum protuli« probat. Huic aequalis forma invenitur in voce دهقان, quae فعلال est, quoniam تدهقنت dicunt; nam in lingua Arabica forma تفعلن non existit. Regulae analogiae consentaneum esset, dicere, litteram ن in vocibus برهان et دهقان additam esse, quae res in pluribus vocibus reperiatur; sed usus linguae res adtulit, quae effecerunt, ut regulam (s. analogiam) non sequerentur et hanc ob causam relicta est. Versus sensus est: Ad bellum vocati festinant, non interrogantes, qui vocarint et belli causam non inquirentes, quoniam timidus in hoc saepe praetextum invenit ad moram in bello suscipiendo trahendam. Similem sensum expressit poeta Salâmah b. Djandal dicens: (metr. Basith) Quotiescunque ad nos auxilium petens, timidus venit, sonus, quo ei auxilium fertur, percussio tibiarum est.[2]). Dicit: quum ad auxilium ipsi praestandum nos provocat, precibus annuimus diligentiam et studium adhibentes. Vox ظنبوب os cruris (tibiam) designat. Dicitur: قرع لهذا الامر ظنبوبه »Cruris sui os huic rei percussit«, i. e. diligentiam in ea adhibuit[3]).

---

1) Gentem Masen describit eo consilio, ut hanc laudet, suam autem ad auxilium ipsi praestandum excitet. Gens Banu-Masen a poetis fortitudinis laude saepius ornata est. Sic in Hamasa p. ٣٣٢ infr. et p ٦٤٠.

2) Dicere vult, auxilium ei statim ferimus, dum equos nostros, quibus vehimur, tibia incitamus, ut sonus audiatur. In Haririi scholio p. ٢٠٢ legimus, sensum verborum esse, eum scutica crus ocreae percutere ad equum instigandum.

3) Hic loquendi modus in proverbii consuetudinem venit et simili sensu قرع له ساقه dicitur. conf. Meid. 21, 11. ubi idem versus adnotatus est.

5. *At gens mea, etsi numerosa est*[1], *tamen in ipso levi malo (ad auxilium vocanti) nulli utilitati est.*

Vox عدد formam فَعَل habet, cui significatio participii passivi معدود „numerati" convenit, sicuti vox قبض idem quod مقبوض et حسب idem quod مَحسوب significat. Tales eos descripsit, quales incolumitatem praeferrent et veniam, quamdiu fieri posset, iniustis concedendam. Si vindicare se voluissent, tam pugnantium numero quam belli apparatu potuissent. Sic nobis interpretandum est, si posteriorem sententiam (conf. p. 12), eum gentem suam satyra non perstrinxisse, in sensu constituendo sequimur; at vero priore sensu admisso (poeta) eam satyra perstringit timiditatem hoc in versu obiiciens. Poeta autem conditionem conditioni in initio fineque versus opposuit, et modo congruente numerum multitudinemque cum lenitate et facilitate composuit.

6. *Rependunt enim hominibus iniustitiae deditis iniurias illatas venia data et pravorum facta benefaciendo.*

Vox ظلم tam cum vocali Fatha quam cum vocali Dhamma litterae ظ effertur; praeferenda autem est vocalis Fatha, quoniam vox cum Fatha nominis actionis, cum Dhamma nominis forma est. Voce ظلم autem sortis et portionis violatio significatur. Sunt qui dicant, vocem significare, »ponere rem alieno loco.« Vox احسانا accusativi casum obtinuit ob verbum يجزون mente supplendum, quasi poeta dixerit: ويجزون من الاساءة احسانا »malefaciendi rationem beneficentia pensant.« Verbum omitti licitum est, quod verbum antecedens, quale sit, indicat.

7. *Quasi dominus tuus (Deus) ad ipsum timendum ex omnibus hominibus neminem* **(p. 8.)** *nisi hos crearerit.*

Voces خشية, خَشي et مَخشاة nomina actionis (infinitiva) verbi خشي sunt. Dicunt: hic locus اخشى »magis timendus« est. Talis loquendi modus rarus est, quia locus est, in quo timor concipitur (legas يخشى فيه); participii igitur passivi significationem habet; vir autem dicitur خشيان »timidus« et femina خشيانة »timida«. Verbis autem سواهم من جميع الناس exceptio praemissa inest; quae si locum ipsi convenientem obtinuisset, poetae dicendum fuit: لم يخلق لخشيته انسانا سواهم »non creaverit ad timorem suum hominem praeter eos.« Statuere autem licet, vocem سواهم esse aut appositionem aut exceptionem aut adjectivum (i. e. loco adjectivi positam). Quoniam autem vox hoc in loco praemissa est, neque appositio neque adiectivum esse potest, quippe utrumque nomini aut nomini, cui appositioni inservit, non praemittitur. Nil igitur restat, nisi ut exceptio sit. Quod gentem suam tanquam Deum timentes descripsit, id ad ludibrium et ad deridendum factum est (i. e. descriptio satyrica est).

8. *Sed utinam mihi illorum loco gens sit, quae tum equis tum camelis vehens vehementer in hostium terram incurrit*[2].

Loco verborum شدوا الاغارة refertur شنوا الاغارة i. e. »incursionem in varias partes

1) In Tebrisii codice voci عدد tanquam alter legendi modus vox حسب superscripta est; sed male.

2) Hic versus in Mersukii codice non legitur. De constructione vocis ليت cum accusativo conf. Gram. Ar. T. I, 535. II, 61. et Ham. ٣١٣.

fecerunt.« Dicitur: شن عليهم الغارة »dispersit contra eos incursionem equitum«, cum littera ش punctis insuper notata et سن عليه درعه »loricam suam ei induit« cum littera س sine punctis. Sic quoque dicitur: سن الماء على وجهه »effudit aquam super eius faciem«. Quod si شدو الاغارة legitur, vox الاغارة accusativus obiecti e verbo pendens non est (Conf. De Sacy Gram. Ar. T. II, p. 114. plur. locis); sed est accusativus obiecti, quo propositum significatur (ibid. T. II, p. 114.) i. e. Currunt ad impetum faciendum, quemadmodum dicis: حملو للاغارة فرسانا وركبانا »Impetum fecerunt ad incursionem tam equis quam camelis vehentes« i. e. hoc in statu. Hoc verbis alius (poetae) simile est: (Metr. Wafir) »Una vice impetum fecimus, tum ex iis ego occidi«, in quo verba شدو شدة eodem modo dicta sunt, quo verba حملو حملة. Hoc vero in loco verbum شد significationem transitivam 1) non habet; quam si quis proferre vult, praepositionem على ad coniungendum obiectum adhibeat, necesse est. Dixit poeta: (metr. Wafir) »In turmam incurro non curans, num mors mea in ea sit an alia res.« Dicit: (Hamasae poeta) Gens mea etsi eius numerus magnus est, hostibus noxam inferre non cupit, utinam igitur Deus eius loco mihi dedisset gentem, cui fortitudo et robur est, quae vehitur et tum incursionem facit. Verba فرسانا وركبانا significant, eos tam in equis quam in camelis pugnare. In hunc modum sunt, quae de die pugnae Kadesiae 2) retulerunt, Ohmarum nempe Sahdum b. Abi-Wakaz interrogasse dicentem: Mihi nuntia, quinam eques fuerit fortior, quinam camelo vehens maiorem incurrens utilitatem praestiterit, et quinam pedes constantior fuerit. Tum illum ita ut singulos distingueret, eorum mentionem fecisse.

Narratio ad versus hosce pertinens. Dixit Abu-Ohbaidah Mahmar b. Almotsanna Taimita (Grammaticus natus anno 110 mortuus 209. conf. Meidan. T. III. P. 2 p. 203), ad Taim-Koraisch 3) pertinens, cuius gentis cliens erat. Viri gentis Banu-Schaiban viro ad gentem Balahnbar pertinenti, cui nomen Koraith b. Onaif erat, incursione facta triginta camelos abduxerant. A sociis suis auxilium, quod rogaverat, non accipiens quum gentem Banu-Masen opem implorans adiisset, nonnulli cum eo vehentes centum Schaibanitarum camelos abduxerunt et Koraithum, camelis traditis, usque ad gentem suam comitati sunt. Koraithus autem hosce versus dixit, quibus eum gentem Banu-Masen laudasse, suam gentem vituperasse, res narratae ostendunt, quemadmodum ante dictum fuit.

II.

Dixit Alfindus Simmanita bellum Basus 4) dictum spectans.

Is Schahl b. Schaiban b. Rabiah b. Simman b. Malec b. Zahb b. Ahli b. Becr b. Wajel

---

1) Observandum est, significationem transitivi verbi hic latius patere conf. Gram. Arab. T. I. p. 470.

2) Erat anno Hedjrae decimo quinto. conf. Abulf Annal. T. I. p. 230. et lib. m. Locmani fab. p. ٣٩ sqq.

3) Distinguit familiam Taim cognomine Koraisch, plures enim huius nominis familiae erant in diversis gentibus, de quibus vid. Kam.

4) Bellum Basus dictum ob caedem Colaibi ortum erat. Colaibi autem soror mater Amru-l'Kaisi fuisse dicitur. Quod si autem Amru-l'Kaisus ante annum 565 p. Chr. ad imperatorem Graecum fugit, Findus circa dimidium saeculi sexti vixisse videtur.

est. In Arabibus vero praeter hunc Schahlum (cum littera Schin punctis super notata) neminem esse, (grammatici) monuere. Dixit Abu-Mohammed Alahrabi: in gente Badjilah eiusdem nominis vir reperitur. Coram Abu-l'Neda in libro جمهرة النسب[1]) inscripto, referente Heschamo b. Mohammed b. Assâjeb Alcalbi, legi: In gente Badjilah vir est Schahl b. Anmar b. Irasch b. Alghauts b. Nabt b. Malec b. Said b. Cahlan b. Saba b. Jaschhob b. Jahrob b. Kahthan eiusque frater Aschhal b. Anmar. Dixit (Ebn-Alahrabi): huiusce rei mentionem feci, ne in errorem inducaris, quod sunt, qui dixerint, in Arabibus Schahlum cum littera Schin punctis insignita praeter hunc non esse, ut, si invenires nomen in genealogia gentis Badjilah, in legendo errorem committeres enuncians Sahl b. Anmar cum littera Sin sine punctis; hoc igitur percipe! Inter eos, qui Mohammedis socios viderunt (التابعون) vir Abu-Schahlah est et inter Mohammedis adiutores (الانصار) vir Abd-Alaschhal adpellatus reperitur[2]). Vox فند magnam montis partem designans, pluralem افناد habet. Virum ita cognominatum ob magnum corpus esse dicunt (est Ebn-Doraidi sententia), alii autem, quod sociis die pugnae dixerit: »ad me concurrite![3]) nam ego vobis فند sum«. Sunt denique, qui dicant, eum فند cognominatum esse, quia, quum gens Becr b. Wajel ad gentem Hanifah tempore belli (p. 9.) Basus auxilium petitura misisset, hunc virum acceperit auxilio (familia autem Banu-Simman genti Banu-Hanifah adnumeratur). Qui quum ad gentem Becr, grandaevus venisset, ita ut magnum annorum numerum ei tribuant, dicentes eum isto tempore plures quam trecentos annos habuisse, dixerunt: Cui nobis utilitati hic senex grandaevus erit? Ille autem respondit: Nonne vobis gratum est, quod vobis فند (petra) sim, ad quam vos recipiatis? Vox autem عشبة et عشمة senem grandaevum designat. Quod vero ad vocem شهل attinet, dicunt: امراة شهلة كهلة »mulier provectae aetatis canescere incipiens«, dum singulas voces una ab altera separata vix adhibent. Dixit poeta: (Metr. Sarih) »Noctu situlas suas ad saltum movebat, quemadmodum mulier provectae aetatis puerum, ut saltet, movet«; ad virum autem provectae aetatis designandum vocem شهل non adhibent; licet accidere potuit, ut nomen شهل tanquam masculinum interdum adhibitum audiretur et tum translatum nomen fieret[4]) aut littera Ha, quum vox fieret nomen proprium, abiiceretur. Etenim si, dum vox articulo caret, مالك dicunt ut in versu (Metr. Ramal) »Perfer de me Alnohmano nuntium!« littera Ha vocis مالكة abiecta, in nomine proprio vocis شهلة maiori iure abiici licet. Dixit Abul'Fath (Ebn-Djinni) grammaticus: vocem شهل e numero nominum propriorum esse, quae مرتجلة appellentur (i. e. quae ab alia voce derivata non sunt; sed tanquam nomina propria inventa Gr. Arab. T. I. p. 268. 437.), non contendo, quoniam شهلة dixerunt. Vox autem شهل a voce شهلة nonnisi littera ها differt; in qua littera ea explicandi ratio admitti potest, quam praemisimus. Vox شيبان nomen proprium inventum est, non derivatum; neque enim nomen

1) Hescham Alcalbi auctor libri est mortuus an. 204 (Meid. prov. T. III. P. 2. p. 205.).

2) Alaschhal autem idoli nomen est.

3) Praefero legendi modum اشتدوا, currite!, qui in Mersukii scholiis reperitur, nam ex Mersukii scholiis verbotenus locus desumtus est. Sed quoque استندوا nitamini! bonum sensum offert.

4) I. e. Erat nomen appellativum et iam factum est nomen proprium. De Sacy سمي به legendum putat.

appellativum (Gr. Ar. 1, 435), quocum cohaereat, novi. Formam فعلان a radice شاب cum futuro يشيب aut فيعلان a radice شاب cum futuro يشوب habet, cuius mentio antea facta est. A voce شبانة forma فيعال derivari non potest, nam hoc admisso nomen declinabile [1]) sit, necesse. est. Quod ad vocem زمان attinet, forma فعلان esse potest a radice زم »camelum fune زمام instruxit«, aut فعال a radice زمن aut فعمال, quemadmodum grammaticus Alazmäih [2]) in explicanda voce هرماس adtulit, a radice هرس, »contudit« derivanda. Primum autem praeferendum videtur, consentaneum regulae, quam grammaticus Sibawaihi [3]) proposuit. Docet, in vocibus, in quibus sint duae litterae, quarum posterior duplicata [4]), hasce sequentes litteras Alif et Nun additas esse, ut in vocibus زمّان et حمّان, si derivandi modus ignoratur. Sin vero is notus sit, rem tanquam indubitatam diiudicari posse. Vox زمّان autem ad unam personam designandam (تعريف conf. Gr. Ar. I, 413 sq.) inventa est et non derivata, ut حَمْدان et عمران. Dixit Abu-l'Fath: Vox زمان inter nomina appellativa nota mihi non est.

1. Genti Banu-Dsohl veniam dedimus et diximus: gens fratres sunt.

Prima species metri هزج appellati est et homoioteleuton متواتر [5]). Legitur quoque (in versu) صفحنا عن بنى هند. Hinda autem est filia Morri filii Odd, soror Tamimi [6]), mater Becri et Taghlebi filiorum Wajeli. Dicit poeta: Genti Banu-Taghleb veniam dedimus, quod fratres nostri sunt. Vinculum cognationis iis nos propensos reddidit. Vox صفح veniam significat. Dicitur: اعرضت عن هذا الامر صفحا »Averti ab hac re latus«, quum eam reliquisti et dicitur: اصفحت عنه »ab eo [7]) me averti«, quemadmodum اضربت عنه dicitur. Et dicit: ابدى لى صفحته »Latus suum mihi ostendit«, si quis sui copiam tibi facit. Dicit (poeta): Ab iis nos avertimus et ad eos (صفحة) latus collorum nostrorum et faciei nostrae convertimus, (vox صفحة autem eorum latus est [8])) eosque ob id, quod commiserant, non punivimus.

2. Fieri enim potest, ut dies gentem reducant (talem), qualis olim erat [9]).

Voci قوما articulum (poeta) non dedit, quod eundem sensum habet ac si articulo instructa sit. Nonne vides, nil interesse inter verba a te sic prolata sine articulo: عفوت عن زيد فلعل ترد الايام رجلا مثل الذى كان »Saido veniam dedi, nam fortasse reducent dies virum instar eius, qui fuit« et verba (aliter prolata cum articulo) فلعل الايام ترد الرجل كالذى كان, quoniam

1) Vox مصروف eandem quam vox منصرف significationem habet. Gr. Ar. I, 397. 404.

2) Natus 122 mortuus anno 216. conf. Meid. T. III. P. 2. p. 205.

3) Mortuus anno 180 Meid. T. III. P. 2. p. 214.

4) Loco vocis بينهما cum Mersukio ثانيهما lego.

5) Conf. libr. meum. Darstellung d. Arab. Verskunst etc. Bonn 1830. p. 226. Verba من الهزج الاول sunt loco verborum الضرب الاول من الهزج.

6) Conf. Ebu-Kotaib. p. 89 tabul.

7) Adduxit verbi صفح explicandi modum, ut probet, veniae significationem ab avertendo ductam esse.

8) Pro voce جوانبها cum Mersukii codice جانبها, quae vox ad vocem صفحة spectet, lego.

9) Versus hic sensus similitudinem habet cum Ebn-Doraidi (Makzur.) v. 20.

utroque loco verbis الرجل aut رجلا unum eundemque virum significare vis. Sensus est: Id fecimus sperantes fore, ut dies ad statum pristinum eos reducant. Verbum عسى ad verba pertinet, quae افعال المقاربة Verba adpropinquationis (conf. De Sacy Gram. Ar. T. II. p. 213.) appellantur, verba autem ان يرجعن locum praedicati verbi عسى tenent [1]). Si dixisset: عسى ان ترجع الايام قوما, verba ان ترجع locum subiecti (De Sacy gr. Ar. T. II., 519.) verbi عسى haberent, et hoc ei sufficeret, quoniam [2]) vox عسى adpropinquationem verbi designat; verbum autem subiecto carere non potest. Si verbum cum particula ان praecedit et subiectum sequitur, res ab ipso desideratae (eique necessariae) adsunt; sin vero nomen, nulla re interposita, sequitur, verbum iam desiderat. Et si illud nomen nominativi casum habet, tum verbo sequenti cum ان eadem ratio est, quae praedicato verbi كان post nomen verbi كان (Gram. Ar. T. II., 576.). Vox يرجعن idem **(p. 10.)** significat, quod يردن »reducent«: Verbum رجع ex verborum numero est, quae intransitiva sunt et simul transitiva (ut obiectum regant). Dicitur cum sensu intransitivo رجع (rediit) et nominibus actionis رجوع, مرجع, رُجْعَى et رجعان et cum sensu transitivo رجع cum accusativo obiecti (reduxit) et nomine actionis رَجْع [3]). Praedicatum verbi كان abiectum est (Gr. Ar. II., 347 sq.), quasi dixerit كانوه i. e. modo, quo antea vivebant coniunctionis (nobiscum) et consensus. Quod pronomen in verbo كانوه ostendimus, eo enunciatum pronomine relativo الذى incipiens (صلة appellatum), integrum fit (Gram. Ar. T. II., p. 261), quoniam pronomini relativo (الذى) in enunciato suo, quod inducit, pronomen necessarium est, ad quod referatur, quum nomen est [4]). Ad pronomen الذى autem nil in verbo كانو redit nisi pronomen, quod ostendimus. Qui autem permissum esse putat abiici in enunciato, quod adiectivi locum tenet (صفة Gram. Ar. T. II., 598.), praepositionem et nomen in genitivo ab eo rectum (Gram. Ar. II., 112.), ut in Corani loco (Sur. 2., 45.) واتقو يوما لا تجزى نفس عن نفس شيا »et timete diem, quo (ut post verbum تجزى vox فيه omissa putetur), una anima pro altera nullo modo satisfacit,« ei idem in enunciato, quod pronomine relativo (الذى) incipit, admittere non licet. Quae res si ita se habet, sententia يرجعن قوما كالذى دنو explicari non potest omissa voce عليه post verbum كانو, quia talis vox in enunciato, pronomine relativo incipiente (صلة), omitti non potest. Non enim dicis: الذى دخلت جالس »qui intravi sedens (erat)«, dum dicere vis: الذى دخلت عليه جالس »qui intravi ad eum sedens (erat). Talia proferunt, qui contendunt, Corani verba idem valere quam واتقو يوما لا تجزيه

---

1) Saepe fit, ut phrasis vocis singulae locum in sermone teneat. Quae res si accidit, grammatici istam phrasin, nomine singulae illius vocis appellantes secundum rationem, quae singulae voci in grammatica conveniat, explicant. Id quod in legendis hisce scholiis ante oculos semper habendum est. (conf. Gr. Ar. T. II. p. 531 Nro. 959 et 955.)

2) Praefero دن, quod in Mersukii commentario est.

3) Mersukius in commentario suo hic addit, vocem قوما esse pro امر قوم rem gentis: يرددن بامرهم امر قوم وبايتلافهم ايتلاف قوم.

4) Quod additur »quum nomen est«, id ea de causa adlatum est, ne, quum verba, a grammaticis موصول appellata, duplicis generis حرفى et اسمى sint, priora dicta quis putet. conf. Gram. Ar. T. I. p. 443.

نفس عن نفس شيا 1), dicentes, enunciatum صفة appellatum eandem rationem habere ac enunciatum صلة dictum. Ut licitum non est, omitti vocem فيه et huic similem in enunciato, cui صلة nomen, sic quoque in enunciato صفة appellato non licet. Hoc sciendum est. Nil autem impedit, quominus sensus sit كالذين كانو, ut littera ن a voce كالذين levioris enunciationis causa abiecta putetur[2]). Sensus igitur est: يرجعن (بهم addidit Mersuk.) قوما كالذين كانوهم من قبل »Reducunt gentem, quales ipsi antea erant.« Hoc interpretandi modo admisso fieri potest, ut vox الذى genus designet. Sic in verbis Dei in Corano (Sur. 39, 34.): والذى جاء بالصدق وصدّق به »Et qui veritatem adfert et qui rectam eam putat«, nam vox الايك (ii) sequitur. Discrimen autem inter hunc interpretandi modum et priorem sic statuendum est. In priore modo speravit, fore, ut, venia ipsis data, dies correctis iis eundem mutui amoris statum reducerent, qualis antea fuisset; in altero autem fore, ut venia data dies ipsos reducerent, quomodo spoponderant, in integritate animorum et nobilitate foederum[3]).

3 *Sed quum malum detectum esset; tum nudum factum esset.*

Vox لما nomen (علم)[4]) est significationem adverbii temporis quum (ظرف) habens. Adhibetur ad significandum, rem unam locum habuisse, ut altera locum haberet, quae res in causa est, cur responsum (enunciatum consequens) ei necessarium sit. In versu quoque فاضحى وهو عريان adfertur. Verba autem اصبح, امسى et ظل hoc loco eandem vim, quam verbum صار, si eorum loco adhibitum fuisset, habent. Nonne vides in verbis Corani (Sur. 16, 60.) واذا بشر احدهم بالانثى ظل وجهه مسودا »Quum unus eorum, ipsi filiam natam esse, nuncium accipit, facies eius nigra fit«, nuntium filiae natae tam interdiu quam noctu venire posse. Sic ibidem legimus (Sur. 5, 58.) فاصبحوخاسرين »Iacturam patientes facti sunt« et امسو نادمين »Poenitentes facti sunt« 5) et si omni tempore ista conditione adfecti sunt. Dicitur صرّح الشى detexit, manifestum fecit (sensu transitivo[6]) et صرح »manifesta fuit« (sensu intransitivo), quemadmodum بين الشىء »perspicuam reddidit rem« et بين »perspicua fuit«[7]). Quod vero فعّل (forma secunda verbi) significationem formae quintae تفعل habet, huiusce rei usus latius patet; dicitur enim وجّه cum eadem significatione quam توجه et قدّم pro تقدم et نبه

1) Id est: pronomen ه verbo تجزى addendum esse.

2) Ut in versu quem Mersukius adnotavit: ان الذى حانت بفلج دماوهم هم القوم كل القوم يا ام خالد »Utique ii, quorum sanguis in loco Faldj perit, populus, re vera populus, o mater Chalidi (Metrum Thawil est. Faldj autem nomen loci inter Bazram et Aldharijjah.).«

3) Explicat modum inter الذى et الذين.

4) In Grammatica vox علم proprie nomina propria significans, et adverbia temporis ظرف complectitur. conf. Gram. Ar. T. I. p. 268. 430.

5) Haec verba in Corani libro non occurrunt; sed verba فاصبحوا نادمين, Sur. 26, 157. In Mersukii commentario eadem, quae in nostro leguntur.

6) Hic Mersukius habet كشف عنه واظهره.

7) Sic in proverbiali loquendi modo (Mers.) قد بين الصبح لذى عينين »Aurora duos oculos habenti apparuit.« Meid. 21, 34.

pro تنبه et ندب pro تنكب. Dicunt vocem صرح in versu vocis خلص purus fuit significationem offerre, ut id (malum) cum lacte puro (صريح) contulerit. Lac purum autem esse, cuius spuma disparuerit, et spuma remota lac nudum esse. Verba poetae فمسى وهو عريان, eum detectum et non occultum esse, significant[1]).

4. *Et nil nisi iniustitia remansisset, prout nobis fecerant, ita erga eos egimus.*

Vox عدوان iniustitiam significat. Dicitur عدا cum futuro يعدو et اعتدى cum futuro يعتدى »a recto deflexit et iniustus fuit«. Primaria vocis significatio est »transire terminum«. Dicitur vir: عدا الشى cum futuro يعدو (ut obiectum accusativi casum habeat), quum rem transgreditur. Responsum (sententia consequens) verborum لما صرح »quum detectum esset« in versu antecedente, verbo دناهم »egimus erga eos« (quemadmodum erga nos egerant) in hoc versu inest. Verbi autem دناهم sensus est: egimus erga eos sicut erga nos fecerant. Vox autem دين plures significationes complectitur ex. gr. retributionis, obsequii et computationis. Hoc in versu retributionis significatio convenit. In proverbio est: (Meid. C. 22, 113.) كما تدين تدان »Ut erga alios agis, ita erga te agent.« In hoc priori voci retributionis significatio non convenit; sed retributio appellatur, quoniam voci retributionis vicina est. Homines proverbiali modo dicunt: الجزاء بالجزاء والبادى اظلم »Retributio pro retributione (par pari); sed incipiens iniustior est.« Vox دين religionis quoque et consuetudinis significationem habet. Dicitur من دان نفسه ربح i. e. qui a se rationem exigit, lucratur et verba يوم الدين (in Corano Sur. 1, 3.) diem computationis designare dicuntur. Poeta autem hunc sensum expressit dicens: Veniam dantes a bello contra ipsos gerendo destitimus et cognationis, qua cum iis coniuncti sumus, memores putavimus, eorum statum ad bonam gerendi rationem rediturum. Sed quum nil nisi malum voluissent, id iis intulimus.

5. *Incessimus modo leonis tempore matutino, dum leo (ob famem) iratus est.*

In versu quoque legitur: شددنا شدة الليث »impetum fecimus modo leonis«. **(p. 11.)** Vocem الليث (leo) in versu repetivit, nec vero pronomen adtulit, ut vim sententiae augeret[2]) et terrorem incuteret; id quod in nominibus appellativis nominibusque propriis facere consueverunt. Dixit poeta Ahdijj ben-Said (conf. Meid. prov. T. III, 231.) metr. Chafif: Non puto, ullam rem praevertere mortem; mors enim et diviti et pauperi vitam turbavit«. Sensus versus est: Ad eos tetendimus modo leonis matutino tempore, dum esuriens est. Loco famis metonymice iram dixit[3]), quod haec cum illa coniuncta est. Qui autem in versu عدا legit, ut ab irruendo (عدوان) derivetur, is legendi modum pulchrum non elegit, quod leo irruendi consuetudinem habet. Vox الليث unum ex leonis nominibus est. Dicitur vir استليث, quum vehemens et robustus est.

---

1) Mersukius versus sensum verbosius explicans in voce عريان nudum comparandi modum, quo malum appareat, inesse addidit.

2) De voce تفخيم in arte rhetorica conf. Almookthusur p. 101.

3) Hoc in loco e codice Mersukii totum folium desideratur.

6. Percutientes ictibus, qui debilitant, opprimunt et membra laxa reddunt.

Vox توهين nomen actionis secundae formae a radice وهن derivatum est, quae debilitatem significat. Vox تخضيع nomen actionis secundae formae a radice خضع cum nomine actionis خضوع »humilis fuit«, cuius primaria significatio est »depressus fuit«. Struthiocamelus mas, cuius collum depressum est اخضع, femina خضعاء dicitur. Vir si erga mulieres lenia verba profert, verborum formis prima et quarta خضع et اخضع utuntur. In iis, quae nobis tradita sunt, Mohammedes vetuit, ne vir erga aliam, quam suam uxorem lenibus verbis uteretur et ibi verbum يخضع loco verbi يلين occurrit. Vox الاقران lenitatem et mollitiem designat. Furunculus, si mollis et ad dirumpendum maturus est, اقرن et استقرن dicitur. Praepositio ب in voce بضرب cum voce مشينا cohaeret i. e. Incedentes adferimus ictum, quo percussus debilitatus et depressus fit. Sunt, qui dicant, istum describendi modum bonum non esse. Bene dici: بضرب يفلق الهام ويتر العظم »ictu medium caput diffindente, et, ut os tinniret efficiente«. Sic alius quidam dixit: (metr. Thawil) Ictu, qui caput a sua basi aufert et e virorum capitibus potu satiat (gladium). Quod vero dicit ictum, qui debilitat et laxum reddit, levissimum ictum hoc efficere scimus. Licet quoque sensum hunc admittere: eo (ictu) debilitatur et sonus in scindendo excitatur et ossa franguntur. Vox اقران significationem vocis اطاقة habet. Hoc admisso vox تخضيع significationem accepit a voce خضعة et خيضعة, qua mixtus in pugna clamor significatur. Sic poeta dixit (metr. Redjes): »Sub mixto pugnae clamore capita percutientes. Grammaticus Alazmäih dixit, scuticam خضعة appellari; se autem nescire, num a sono an a scindendo significatio desumta sit. Alii dicunt, vocem اقران significationem vocis غلبة victoriae habere, alii eidem significationem continuationis, in qua remissio non sit, tribuunt. Cum hac significatione loquen li modus اقرنت الشاة »Ovis merdam cohaerentem excrevit« cohaeret. Refertur quoque in versu تخذيع, cui voci secandi significatio est, nec non بضرب فيه تفجيع وتاييم وارنان i. e. fratrem per fratrem adfligit et filium per patrem (correctum est vox بالولد »per filium« in codice). Voci autem تاييم occisionis coniugum significatio est. Dicitur: ايمت المراة »maritum feminae occidisti«; ipsa ايم »vidua« facta est. Vox ارنان autem a voce رنين, quae vociferationem cum ploratu designat, derivanda est. Dicitur ارن; sed رن alter loquendi modus (s. dialectus) est.

7. Confodientes amplo vulnere instar oris utris fluentis, dum uter plenus est.

Vox غذا cum littera ذ puncto notata significationem fluxit habet et غذوان idem est, quod سيلان. Haec autem vox loco accusativi est, modo, quem Arabum grammatici حال statum appellant [1]). Praefero autem vocem قد ante illam suppleri (conf. Gram. Ar. T. II. p. 383. num. 664 et 665.). Confossionem tanquam amplam descripsit et sanguinem e loco vulneris profluere dixit, sicut aqua ex orificio utris fluit [2]), quomodo poeta dixit (metr. Wafir):

---

1) Ad intelligendum, quid verba loco accusativi velint, cogites غذا pro غاذيا esse; sed conf. Gram. Ar. T. II. p 383 sq.

2) Sed mihi potius, ut similitudo maior sit, de utre, e quo vinum rubrum fluit, verba intelligenda videntur et vocabulum زق de utre, in quo vinum reconditur, adhibetur.

»Quum eos penetrat, iterum iis vulnera infligit similia ori utris aquarii maioris«. Vox الخبور[1]) est pluralis vocis خبر, quae vox utrem aquarium maiorem designat.

8. Quaedam enim clementia in alterius insipientia obsequium vilitati praestitum est.

Dicitur اذعن cum praepositione ل obiecti »se ei submittit« et الاعن cum praepositione ب obiecti »rem confessus est«. Dicunt hunc versum modo pravo compositum sensum praebere sequentem: quum mitis es erga insipientem, tibi vim infert, ut ignominia adficiaris. Pulchrum alius quidam poeta huiusmodi sensum expressit »(metr. Thawil) Quum intelligentia (clementia) tibi non prodest; at insipientia magis provida est« et alter »(metr. Thawil) Abstinui contumeliis in gentem proferendis, quod patrem meum a contumeliis in ipsos prolatis ante me se retinentem videram; intelligens, quotiescunque intelligentia maiestati[2]) est et interdum insipidus sum, quum insipientiam meam petunt.«

9. Et in malo liberatio est, quando benefactum te non liberat.

Voluit exprimere في دفع الشر »in repellendo malo« et abiiciens vocem ante- **(p. 12.)** cedentem (conf. Gram. Ar. T. I. p. 47 et 525.) vocem cum ea coniunctam eius loco posuit (conf. p. 157 sq). Nil vero obstat, quin significare voluerit: وفي عمل الشر نجاة »et in inferendo malo effugium est«, quasi dicere voluerit: et in malefaciendo deliberatio est, quum benefaciendi ratio te non liberat[3]). Hoc admisso sententia eius refellitur, qui contendit, fieri posse, ut poeta dicat: et in malo est liberatio quum bonum te non liberat aut in malefaciendo liberatio est, quando benefaciendi ratio te non liberat, quoniam poetae verba ad hunc sensum redeunt. Historiam autem cum his versibus aliisque cohaerentem postea, si Deus permittit, adferam.

III.
Dixit Abu-l'Ghul Thohawita.

Poeta tempore Islami vixit[4]). Vox غول in sermone eorum (Arabum) omne id, quod غال i. e. »perdidit«, designat. Proverbium est (Meid. C. 19, 24.): الغضب غول الحلم »Ira intelligentiam perdit«. Dixit poeta Obaihah ben-Aldjolah[5]): (metr. Wafir) Ab amore ad sanam mentem redii et lusus est Ghul (i. e. perdit) et viri anima interdum paucae aquae est.« Vox مكول a loquendi modo بئر مكول i. e. puteus paucae aquae desumta est. Id est:

---

1) In textu Arabico الخبور repetendum videtur.

2) جلالة in lexicis maiestatis significationem non obtinuit; sed vix aliam in versu habere potest.

3) Hic interpretandi modus multum praeferendus est ob voces شر et احسان in versu oppositas; sed vocem عمل suppleri minime necessarium videtur, quippe in versu شر nomen actionis malefaciendi, ut احسان benefaciendi significationem habere possit.

4) Carmen tempore Ohtsmani, qui ab initio anni vicesimi quinti usque ad finem anni tricesimi quinti circiter undecim annos regnavit, dictum est.

5) Vixit tempore Amru-l'Kaisi b. Hodjr. Meid. III, P. 2. 299. conf. Citab-Alaghani.

viri anima interdum pauci boni est. Serpentem Ghul appellarunt, siquidem eius venenum يغول i. e. perdit. De Ghulis ab Arabibus commemoratis, quos animalibus accensendos esse nonnulli contendunt, magna dissensio est. Dicunt esse rebelles Genios et verba poetae Amru-l'Kaisi [1]: ومسنونة زرق كانياب اغوال »et acutae caeruleae (cuspides?) ut dentes Ghulorum« ita interpretantur, ut vox الاغوال pluralis vocis غول sit, quo genii fascinatores significentur. Sunt, qui hanc interpretandi rationem vitiosam indicent, dicentes, Ghulum rem esse, quae re vera non existat. Alii dicunt, poetam plurali vocis غول animalia illa significare, quae in terra Arabum apparentia quovis anni tempore colorem mutent; id quod poeta Caahbus b. Sohair [2]) verbis sequentibus dicere voluerit: (metr. Basith) »Et non perseverat in coniunctione, qua tenetur, sicut in vestibus suis externam formam mutant Ghuli.« Statuunt autem re vera Arabes, daemones Ghul formas mulierum habere, ut quidam vir, se talem mulierem in matrimonium duxisse praetenderit. Quae autem in carminibus his consentanea aliaque de daemonibus inveniuntur, hoc loco adferre, a re alienum est [3]). Cum voce الغول eodem modo, quo cum nominibus Abu-l'Ahbbas et Abu-l'Kâsim articulus coniunctus est. Articulus autem nonnisi nominibus propriis, quae proprie adiectiva sunt, additur. Quamquam vox الغول re vera adiectivum non est, tamen, quia cum ingratitudine et pravitate cohaeret [4]), modum adiectivi sequitur, eadem ratione, qua qui ex Arabum grammaticis (conf. Gramm. Ar. T. I. p. 408) vocem افعى indeclinabilem esse dixerunt, eo quod adiectivum sit, nixi sunt ratione sensus, non ratione litterarum (formae) [5]) habita. Nonne vides, vocem غول apud eos turpitudinem et ingratitudinem designare, tum pro turpi et ingrato adhiberi, modo quo cum voce الفند articulus coniunctus est, quippe cui quaedam adiectivi significatio insit? (conf. Ham. p. ٨.). Est enim (vir) cum parte petrae comparatus, quasi crassus aut magnus sit. Quod ad vocem الطهوى adtinet, ea a nomine طهية, quae mater gentis Arabicae est, modo adiectivi relativi (اسم منسوب) (conf. Gram. Ar. T. I, 331 sqq.) derivata est. Ab isto nomine adiectivum relativum طُهَوى et طُهْوى et طَهْوى for-

---

1) Metrum Thawil. conf. Diwan Amru-l'Kaisi p. ٣٩ v. 14. ed. illust. de Slane. De eo quod poeta in comparando dentes daemonum adhibuit, conferas Almookhtusur p. 410.

2) Est versus uctavus carminis in laudem Mohammedis dicti.

3) Domairius in articulo de geniis جن inter alia haec de daemonibus Ghul appellatis refert. Speciem geniorum et Satanarum esse, nempe fascinatores dixit, sine dubio significaturus, eos formas suas mutare posse. Djeuharium dixisse, eos ad daemones السعالى appellatos pertinere. Omnes Arabes putare, hos daemones in desertis habitantes hominibus apparere, eosque in errorem ducere et occidere. Alios autem Corani auctoritate nisos daemonum horum existentiam negare, modo quo poeta in versu dixerit: (metr. Basith) الجود والغول والعنقاء ثالثة أسمآء اشياء لم توجد ولم تكن »Liberalitas, daemones, avis Ahuka tria sunt nomina rerum, quae neque inveniebantur neque erant (conf. Caahb b. Schair carm. v. 8 sch.); alios autem in Corani loco existentiam haud negatam esse putare. Nomen السعالى genus illorum daemonum complecti videtur, qui formas mutant. Mares eorum nomine قطرب, feminae maxime غول appellari videntur. Equi graciles cum daemonibus comparati sunt. confer. Ham. p. ٣٨.

4) I. e. Cui daemon (غول) nominatur, ei ingrati et pravi in mentem venit, ut Ghul idem sit ac pravus.

5) Quoad litteras seu formam vox افعى ut اجدل proprie nomen esse potest declinabile.

matur, ex quibus prima forma regulis convenit; secunda vero et tertia rara est [1]). Vox طبية est deminutivi forma a طاحية derivanda; vox autem الطاحى coquum designat. Dicitur: طبوت اللحم »coxi carnem« cum nomine actionis طبو. Quum viro Abu-Horairah [2]) cognominato diceretur: num a legato Dei, cui Deus faveat, eam audivisti, respondit: فما كان طبوى i.e. quanam ego re occupatus eram et quod opus meum erat? Deminutivi forma regulis consentanea طويبية a voce طاحية derivatur; at vero formam deminutivi, cui contemtus inest, abiecta littera, ut pronunciandi modus levior fieret, constituit, ut in versu poetae Alahscha (conf. Meid. Tom. III, p. 2. 233 (metr. Thawil) Veni ad parvum (despectum) Haritsum post intervallum eum visitans, sed parvus Haritsus avarus erat, ut mihi donum non daret«. Dixit grammaticus Abu-l'Ahla, Thohajjah filiam esse Ahbd-Schamsi b. Sahd b. Said Manat, quae tres gentes (gentium auctores) pepererit, nempe Auhfum, Abu-Sudum et Djoschaischum b. Malec b. Hentselah. Hos ad matrem in genealogia relatos esse. Vocem طبية autem aut a verbo طبا (coxit carnem) aut a طبا (abierunt cameli per terram recta via nullius rationem habentes) aut a nomine طباء, quo nubes tenuis significetur, derivandum esse.

1. Utinam anima mea et quod dextera mea possidet, equites liberet, qui opinionem, quam de iis habebam, veram esse probarunt!

Metrum est prima species eius, quod Wafir [3]) appellatur et homoioteleuton متواتر est. Verba فدت نفسى, si formam spectas, narrationem continent, sin sensum, invocationem (i. e. forma praeteriti optativi sensum habet). Et legitur in versu: صدقو فيهم ظنونى, ut vox صدقو locum adiectivi ad vocem فوارس pertinentis occupet et vox ظنونى eius obiectum sit (Gram. Ar. p. 114.); nec non legitur صدقت فيهم ظنونى, ut voci ظنونى casus nominativus **(p. 13.)** (Gram. Ar. T. I. p. 397.) sit e verbo صدقت pendens. Admisso legendi modo صدقت فيهم ظنونى, forma verbi secunda multiplicationem facti indicat [4]) et voci ظنونى casus nominativus est e verbo pendens. Quod vero adtinet ad verba صدقت فيهم ظنونى, poesis ars صدقو requirit, quoniam pronomen masculinum pluralis, nempe هم in voce فيهم, ad eos relatum est, et si pronomen verbo صدقت consentaneum esset, فيها foret [5]). Quod vero manum dexteram in verbis وما ملكت يمينى »et quod dextra mea possidet«, peculiariter nominavit, id ob praestantiam eius et roborem in usu eius libero factum est. Solent enim partem rei loco totius ponere et huic res et attributa saepe adscribere. Ad hunc modum Corani verba sunt (Sur.

---

1) In Kamusi opere legimus, et Thohawijj et Thahawijj pronunciari.

2) Socius Mohammedis, qui anno 59 obiit.

3) Quod iam antea monuimus hic repetendum est, commentarii auctorem, nulla ultimi pedis prioris hemistichii (عروض) ratione habita, nonnisi ultimum pedem posterioris hemistichii (ضرب) spectare, ut من الوافر الاول sit, pro من الضرب الاول etc. conf. lib. m. p. 203.

4) Secunda verba forma saepius eandem significationem quam prima offert, nisi quod cum ea quaedam vis coniuncta est. conf. Gram. Ar. T. I. p. 131.

5) Commentarii auctor contendit non bene factum esse a poeta, quod genus in verbo et sequente pronomine non idem fecerit, nam, quum pronomen masculini generis sequatur, idem genus verbo tribuendum fuit.

26, 3.). „Eorum colla ei se submiserunt“ et loquendi modus: عذت بحقو فلان „Ad cuiusdam mediam corporis partem (حقو) confugi et هو عبد المقذ „is servus loci in occipite (مقذ) est“ et هو حر الوجه „is ingenuus faciei est.“ Pluralis autem فوارس rarus est ex sententia grammatici Sibawaihi appellati, siquidem forma pluralis فواعل nonnisi a singulari formae فاعلة in adiectivis ratione praeditorum, minime a forma فاعل, proveniunt. Hanc autem sententiam correxerunt adjectivum هالك, a quo pluralis هوالك derivatur et verba poetae Ferasdak (metr. Camel. conf. Meid. III. P. 2. p. 264.): „Quum viri Iasidum vident, eos conspicis depressis cervicibus et demissis oculis“, et versus poetae Ohtaibah (metr. Wafir): „Et mei similes in vestris absentibus pauci sunt“ et vox خارج, cuius pluralis خوارج est. Grammaticus Almobarred[1], in plurali eius formando rem proprie sic se habere, at in poesi illum formandi modum licitum esse dixit. Versus sensus est: Ii probarunt opinionem, strenuos ipsos esse et uxores defendere, quam habebam eamque rem certam esse fecerunt.

2. *Equites a morte non abhorrentes, quum belli mola vehementer pulsans circumvertitur.*

Dicitur مللت cum accusativo rei, dum futurum املّه et nomen actionis مَلال, مَلالة et مَلَل est, eodem sensu, quo سئمته »taedio eius captus sum« adhibent[2]. In voce فوارس nominativi casum admittere licet, ut praedicatum subiecti omissi sit (Gram. Ar. II, 98), quasi dixerit هم فوارس »ii equites sunt.« Nil quoque impedit, quominus voci casus accusativi tribuatur, ut priori voci vox فوارس loco adpositionis inserviat[3]). Verba لا يملون locum adiectivi cum voce فوارس coniungendi tenent. Vox زبون eandem significationem ac دفوع retrudens habet et زبّن idem est ac دفّع, a quo الزبانية milites praetoriani nomen acceperunt. Bellum cum camela زبون comparatum illi conveniens adiectivum accepit. Camela ista autem talis est, quae mulgentem pede suo retrudit. Dicitur: ثبت في مرحى الحرب »substitit loco molae belli«, i. e. ubi eius mola circumvertitur. Mola belli autem locum designat, ubi circumvertitur, qui comparatus est cum loco, ubi mola circumvertitur. Sensus utramque significationem in se coniungens hic est, bellum omnino frangere, virosque in bello se circumvertere, quemadmodum mola circumvertatur[4]).

---

1) Natus ann. 210 mortuus 286. conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 211.

2) Mortem cum cibo aut potu (conf. Ham. p. ٧٢ v. 1.) comparavit, cuius si quis nimium capit, fastidio arripitur. Haec autem comparandi ratio nonnisi verbo indicata est. Bellum autem cum mola vehementer pulsante contulit. Homines cum mola comparantur. conf. Ham. p. ٥٣ l. 2. Molae belli quoque in versu tricesimo Moallakae Amrui b. Kelthum mentio facta est. In fine autem versus poeta noster ad aliam comparationem transiit; in voce enim الزبون comparatio cum camelo vehementer percutiente est. Duae autem istae comparationes sic fortasse coniungi possunt, ut statuamus, molam cameli ope circumverti. Camelus pede percutit appropinquantes, nec non mola circumvertendo semper se movens accedentes laedere potest.

3) Mirum est, quod eadem vox alteri eidem appositioni inservire dicatur; sed usus adpositionis apud Arabes latius patet. conf. Gram. Ar. T. II. p. 284 sqq.

4) Comparatur bellum cum mola Sohair. Moall. v. 31. et Ebn-Doraid. Makzur. v. 93.

3. *Qui neque bonum malo pensant neque asperum leni rependunt.*

Vox بَسْىٌ loco vocis بسيّ est, dum poeta omisso Teschdido pronunciationem lenem reddidit, sic ut تيين et لين leniuntur. Refertur quoque in versu: من حسن بسوء, nec non من حسن بسوءى, ut forma فعلى sit. Prior autem referendi modus praeferendus est, quippe qui modo, quo duo vocabula significatione contraria coniungantur, magis conveniat [1]), sermonis enim ratio postulat, ut حسن وسيّى dicatur, neque autem verba حسن وسوءى coniuncta probantur, dum vox السوءى nonnisi voci الحسنى convenit. Sensus est, eos quemlibet facti ratione habita remunerari, si bonum sit bono, sin malum malo. Hoc autem verbis Alahnbaritae contrarium est dicentis: Iniuriam iniustorum venia data remunerantur [2]) etc. [3]).

4. *Et quorum strenuitas usu non atteritur et si belli igne una vice post alteram torrentur* [4]).

De veste dicitur Balija cum futuro Jabla et nomine actionis Balaon et Bilan. Quod si (nomen actionis) in littera Ba vocali Fatha adficis, in fine extendendum est, sin vocali Kesra, breviter pronunciandum [5]). Vox بسالة strenuitatem designat et vir باسل et بسول strenuus dicitur. Vox بَسْل et illicitum et licitum significat, quod strenuus (باسل) contra adversarium defensus est, quasi ei illicitum sit, eundem re ingrata adficere. Dicunt: ابسل الرجل القوم »vir gentem tradidit et exitio exposuit«: Licet quoque significationem strenui ab ista significatione derivari, quod (strenuus) se ipsum locis periculosis tradit. Strenuitate autem tam viri quam leones insigniuntur, ut اسد باسل et بسول »strenuus leo« dicatur [6]). Verba poetae صلو بالحرب significant, eos bellum obire et tolerare. Vox صلاء si vocali Kesre pronunciatur, in fine extenditur, sin vocali Fatha ignis significationem habet. Dicitur صلى بالنار et صلى النار »Igne ustus est« cum nomine actionis صُلِيّ. Hoc in fine breviter pronunciatum tam nomen quam nomen actionis (مصدر) est« (Gram. Ar. T. I. 278.). In Corano (Sur. III, 3.) legitur: »Urentur igne flammas emittente«. Vox صلى et مصلى ustum significat. Arabes autem bellum cum igne, **(p. 14.)** bellatorem cum eo, qui ignem accendit, comparant. Dicunt: „Quidam rutabulum belli est",

---

1) Vox طباق ut مطابقة et تضاد artis rhetoricae terminus technicus est, de quo conferas libr. Almookthusar p. 568. et libr. meum: Darstellung d. Arab. Verskunst p. 5 2.

2) Conf. p. 5. Ante vocem البيت, cui casus accusativus est, verbum اقرا lege! omissum est.

3) In fine huius versus Mersukii commentarius denuo incipit.

4) Scholiastem secutus verti; si torrentur; sed vix dubito, quin rectius vertatur »si torriti sunt«; haec enim est res, quae alteram tempore praecedit et nisi me omnia fallunt, interposita voce ثمر vis coniunctionis ان in verbum sequens tollitur. conf. Ham. ٢٨٧ v. 4.

5) Vox بلى de veste proprie usurpata comparatione instituta in rem, statum, hominemque transfertur; dicitur enim (si paene deleta Mersukii verba recte lego) لبست فلانا وبليته »Quodam tanquam veste usus sum et eum attrivi« i. e. Quodam fruitus sum, ut fastidium sentirem. Poeta autem comparatione, quae verbo inest eos describit tales, qualium strenuitas durante malo et calamitate non diminuatur.

6) Hunc rariorem vocis usum Mersukius Amru-l'Kaisi verbis probat ما غركم بالاسد الباسل »Quid vos ad audaciam contra leonem fortem impulit?« conf. illust. de Slane Diw. Amru-l'Kais. p. ٣v. In Mersukii commentario verba اسد باسل cum antecedentibus melius cohaerent.

quum belli res gerit [1]). Primaria autem vocis حش significatio accendendi est. Sensus autem verborum: لا تبلى بسالتهم est: „debiles non sunt, ut bello excedant, etsi repetitis vicibus contra eos irruit«; nam si res graves repetitis vicibus contra virum irruunt, eum frangunt et debilitant. Qui autem in versu تُبْلَى legit, significationem ab experiendo deducit, a loquendi modo بلوت الشى „rem expertus sum“. Hoc legendi modo admisso voci بسالة aversationis [2]) significatio tribuenda est, ac si dixerit: in eo ipsis aversatio haud noscitur et voci تبلى significatio vocis تعرف „noscitur“ est. Dixit poeta metro Redjes [3]) usus: »Ante hunc diem me parvi habebas; sed nunc ego te (experiendo) novi et tu me cognoscis«, ut verba ابلوك وتبتلينى eandem significationem quam اعرفك وتعرفنى offerant. Qui autem voci بسالة torvi, austeri adspectus عبوس significationem adscribit, dicit, in bello austerum ipsis vultum non esse, quod bellum, cui adsuefacti sint, in levi habeant. Quod si quis dicit: ubinam responsum (consequens) conditionis verborum »et si ipsi bello uruntur« est? ei respondendum est, id praemissum esse, ut ita secundum sensus ordinem verba constituenda sint: ان منو بالحرب لم تخلق شجاعتهم »Si bello tentantur, ipsorum strenuitas non consumitur«. Separavit autem verbum a coniunctione أن interposito pronomine هم, quia in praeterito particulae أن vis abbreviando (الجزم) ut in futuro apocopato, (conf. Gram. Ar. T. I, 155.) non apparet. Si verbi futuri formam habuisset, abbreviationi in eo locus fuisset (ib. T. II, 32. 571.) et multum abest, ut pulchrum habeatur, separari coniunctionem nomine interposito, ut pravum putetur dici: ان زيد ياتنى اكرمه »Si Saidus ad me venit, honore eum adficiam«. Dicere autem licet: ان الله اقدرنى على زيد فعلت به كذا وكذا »Si Deus in Saidum potestatem mihi concedit, sic et sic erga eum agam« [4]). Haec vero res nonnisi in particula أن licita est; in reliquis res fieri non potest; huic enim particulae primaria retributionis جزاء (Gram. Ar. T. II, p. 37. 571.) significatio est, qua nunquam caret [5]).

5. *Ii Wakabae ditionem aliis interdictam ictibus diversos mortis modos coniungentibus defenderunt.*

Vox الحمى locum vetitum et prohibitum designat, qui locus aquae pabulique est. Dicitur احميتُ الموضع quum locum prohibitum declarasti et حميتُه quum eum custodivisti. Vox الوقبى nomen loci [6]) est derivatum a وَقْب, quae vox fere scrobem in petra designat. Dicitur

---

1) Conf. Hamas. p. ١٨٠ v. 1. ٢٨١ v. 2. 3. et Haretsi Moall. v. 60.

2) Hanc aversationis significationem sine dubio cohaerere putarunt cum verbo بسل torvius vultum contraxit.

3) Quod scholiastes metrum Redjes dixit, id potius metrum Sarih esse putaverim (conf. Darstell. der Arab. Verskunst. p. 246.).

4) Huius rei causa in eo cernitur, quod particula أن in praeteritum vim grammaticam non exerceat, in futurum autem quum habeat mutanda forma, verbum interponi non potest, ne illa vis tollatur.

5) Dicere vult, huic particulae primariam ipsi propriam significationem, etsi a verbo separetur, semper manere, aliis particulis non item.

6) In Kamuso الوَقْبى nomen aquae gentis Masen esse legitur. Conferas quae finitis versibus de hoc loco tradita sunt. Alterius loci nomen الوقباء fuit.

وقب الشي »ingressa fuit res«. Ad hanc significationem locus Corani (Sur. 113, 3.) »A malo tenebrosi, quum intrat« spectat. Alii dicunt, noctem significari, quum intrat, alii, lunam quum deficit, alii, serpentem, quum mordet, ut vox غسق dentem significet, siquidem venenum ex eo fluat (يغسق), et dentem eius in locum morsu laesum intret. Sonus, qui in ventre equi incedentis aut currentis auditur, وقيب appellatur. Alii dicunt, voce وقيب sonum significari, qui moto veretro in sacco praeputii oriatur. Res autem in loco Wakaba gestas, finita horum versuum interpretatione, si Deus permittit, narrabimus. Vox اشتات pluralis vocis شت est, cui dispersi significatio. Dicitur شت »dispersus fuit« et اشتته انا »ego eum dispersi«. Quod ad verba autem بضرب يولف adtinet, tam defensio (منع) quam percussio (ضرب), statum praesentem designant, nam si res aliter fuisset, poeta بضرب الف sine dubio dixisset. Gram. Ar. T. II, 188.1). Vox autem يولف loco adiectivi, quo percussio الضرب describitur, est: Sensum autem huiusce verbi vario modo explicant. Dixerunt, poetam significare, percussionem hanc mortes gentis pluribus locis dispersas coniungere, cui si mortes in locis suis (gentis) supervenissent, ad eam dispersae (mortes) venissent; sed quum gens uno loco congregata esset, mortes coniunctas ad eam venisse. Alii dixerunt, sensum esse posse: causas mortis, quae diversae sint, percussione coniunctas esse. Nil quoque impedit, quominus sensus sit: »Percussionem percusso levamen aut moram non concedere, quoniam mortis agmina contineat.

6. Hi autem (ictus) hostium vehementem impetum ab ipsis averterunt, et iis furorem furore sanarunt.

Verbum نكب tanquam transitivum cum duobus obiectis invenitur. Dixit poeta Aus ben-Hadjar[2]): »(metr. Basith) Eam ab aqua eorum diverti, quum ipsos barbis sub naso flavis praeditos vidissem manibus tenentes magnos baculos". Verbis »barbis sub naso flavis praediti« hostes[3]) designat et pluralis بيازير a singulari بيزارة derivandus magnos baculos significat. Usitatius autem est, alterum obiectum ope praepositionis عن cum verbo نكب coniungi. Primaria vocis نكب significatio inclinationis est, unde dicitur: نكبت الاناء „Vas inclinavi", et vox quoque نكباء ventus obliquus inde derivanda est. Sensus est, ictum ab hac gente curvitatem (perversitatem) et hostium dissensionem removisse. Vox درء, cuius primaria significatio retrudendi est, in dissensione adhibetur; quod duo dissentientes se invicem retrudunt[4]). Verba وداوو بالجنون من الجنون significant: „malum malo medicantur", quemadmodum dixerunt: Ferrum ferro finditur[5]). In voce

---

1) Lego cum Mersukio وقد وقع. Mersukius similem loquendi modum in verbis Corani (Sur. 18, 17.) adnotavit: ونقلبهم ذات اليمين وذات الشمال وكلبهم باسط ذراعيه في الوصيد »Et nos eos modo in dexterum modo in sinistrum latus convertimus, dum canis eorum in limine pedes suos anteriores extendit«. Observat porro versu specialiorem post generalem descriptionem contineri.

2) Ante Mohammedem vixit conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 242. et Citab-Alaghani.

3) Quod Graeci crines flavos habentes describuntur, qui Arabibus hostes semper erant

4) Sic in verbis poetae (metr. Camel): قومت عنه دراه فتقوما »Correxi eius dissensionem et tum correcta fuit.«

5) Proverbium est, de quo couferas. Meid. I. 13.

لجنون comparandi modus est, dum significat, eum pertinacem esse in malo et suam in eo voluntatem sequi.

7. *Neque vero, quum subsistunt, in tractibus quietis pascunt neque in terra pacis.* **(p. 15.)**

In versu quoque روض الهدون »prata quietis« legitur (sed alterum legendi modum Mersukius praefert). Vox هوينا deminutivum est vocis هونى, quae feminini forma vocis اهون est. Nil obstat, quominus هونى formae فعلى nomen indeclinabile (Gram. Ar. I, 394 et 402) a voce هينة, quae quietem significat, derivatum sit; ne igitur femininum vocis اهون esse putes. Vox هدون quietem et pacem significat, ut in verbis Mohammedis traditione ad nos delatis invenimus: هدنة على دخن »pax super fumo« i. e. pax in corruptione consilii (odio). Versus autem sensum sic exponunt: Eos propter potentiam suam audaciamque pecora pastum non ducere in regiones, quas et pax cum aliis culta licitas reddidisset et induciae aperuissent; sed in regiones mutuo prohibitas; sic ut Abu-l'Nadjm poeta dixit: (metr. Redjes) Olera quaesitum exiit primo tempore, quo olera quaeruntur, inter lanceas duas gentis Maleci et Nahschali[1]). Secundum hanc interpretandi rationem vox الاكناف re vera regiones significat. Licet quoque dicere, belli statum iis iucundiorem fuisse, quam pacis et quietem ad res eorum non pertinere, ita ut vox اكناف (regiones) metaphorice accipienda sit. Tanquam inclinantes ad malum et cupidos pugnae eos describit.

Res quae de Wakaba traduntur. Inter alia, quae de Wakaba tradita sunt, audimus, Ahbd-Allahum b. Ahmir b. Corais b. Rabiah b. Habib b. Ahbd-Schams b. Ahbd-Manat Bazrae eiusque ditionis praefectum ab Ohtsmano[2]) constitutum locis prohibitis, e quorum numero Wakaba esset, Bischrum b. Hasn b. Cahf Masenitam praefecisse. Hunc cum fratre Chofaf b. Hasn quodam die exeuntem ad locum Wakaba duos ibi puteos Dsat-Alkazr et Aldjaufa appellatos fodisse ad nostrum tempus existentes. Quorum aquam quum attigissent, dulcem eam bonamque instar pluviae matutinae invenerunt. Timentes igitur, ne Ahbd-Allahus b. Ahmir (Bazrae tum temporis praefectus) iis potiretur, eos occultarunt. Re ad Ahbd-Allahum b. Ahmir delata puteos ab iis postulavit. Quos quum tradere nollent, eos ab ipsis extorsit quaerens, quinam ipsis fodiendi veniam dederit. Eum relinquentes fugam ceperunt et camelos Ahbd-Allahi b. Ahmir, ad quos in via transierant, incisis pedum tendinibus vulnerarunt. Ahbd-Allahus autem avunculum suum Masahdah Solamitam puteo largo Abu-Musae, qui nunc puteus gentis Banu-l'Ahnbar appellatur, praefecerat. Tum homines e gentibus Becr b. Wajel ad familias Banu-Schaiban b. Tsahlebah et Kais b. Tsahlebah et Taim-Allat b. Tsahlebah et Ihdjl b. Lodjaim, duce viro e gente Banu-Taim-Allat b. Tsahlebah[3]), cui nomen Schaiban b. Chazafah et altero e gente Kais b. Tsahlebah, cui nomen Kabizah, profecti ad aquam quandam, quae gentis Banu-Nahschal b. Darem in loco Lizafi[4]) venerant. Ibi gentem Banu-Nahschal

---

1) Sic agunt propter pugnandi cupiditatem et ipsis innatam strenuitatem.

2) Initio anni 25 Hedjrae chalifa creatus fine anni 35 occisus est.

3) De genealogia harum gentium et modo, quo a Becro b. Wajel originem duxerant vide Ebn-Kotaib p. 124 tabul.

4) Lizafi et Lazafi nomen montanae regionis gentis Tamim est. Kam. et gentis Banu-Nahschal origo ad gentem

ad aquam pugna vicerunt, nonnullos occiderunt. Postquam ibi aliquot dies manserant, dixerunt: Hic manendi nobis locus non est, nam in media gentis Banu-Tamim ditione versamur. Inde igitur redeuntes ad puteum illum castris positis e receptaculis, quae aquâ plena invenerant, camelis potum praebebant; sed, ut receptacula denuo aqua implerent, aquam haunsturos, adveniens Masahdah, aquae praefectus duro modo tractavit. Prodiens igitur Schaibanus ben Chazafah virum in facie ense percussit, ut prostratus in domum suam transferretur. Homines ad gentem Beer pertinentes quum aliquot dies ad aquam substitissent, dixerunt: In loco Wakaba castra collocanda nobis sunt, qui terrae gentis Beer b. Wajil propinquior sit. Profecti igitur istum locum occupavere. Misit igitur Bischr b. Hasn ad Schaibanum et Kabizahum Becritas: »Si vos et qui vobiscum sunt e gente vestra, per aestatem subsistere[1]) vultis, subsistatis, sin vero aliam rem animo agitatis, certiorem me facite, nam terra et aqua mei iuris sunt«. Hi autem remittentes hisce verbis minitabantur: Quod si te in loco Wakaba conspicimus, vim tibi inferemus. Bischrus igitur eiusque frater Chofaf et Horaits b. Salamah b. Morarah b. Mohaffidh poeta in varias regiones se disperserunt (auxilium quaesituri). Unus ad gentem Banu-l'Ahnbar, alter ad gentem Banu-Jarbuh b. Hentselah, tertius ad gentem Banu-Masen b. Malec iter direxit. Qui auxilium petiturus ad gentem Banu-l'Ahnbar venerat, ei septem personae, e quibus Alahwarus b. Baschâmah, adnuebant. Quidam autem eorum ad gentem Banu-Nahschal auxilium rogans contendit, quos Becritae a loco Lazafi depulerant nonnullis occisis, antequam in loco Wakaba castra posuerant. Gens autem Banu-Nahschal dixit: per Deum! apud nos vobis auxilium non est. Qui ad gentem Banu-Jarbuh auxilii causa abierat, familiae Banu-Rijah occurrit. Haec dicit: Fratres nostri, gens Banu-Tsahlebah **(p. 16.)** ante nos sunt, ut nos ullam sine iis rem non decernamus; ad eam igitur accedite, quam nos secuturi sumus! Gens Banu-Masen profecta ad locum Ahschasch[2]) apud gentem Banu-Tsahlebah pervenit. Id autem factum est, postquam magna copia gentis Banu-Masen cum ea se coniunxerat. Quum apud eos ad aquam locum cepissent, aquae accolae eorum adventum divulgarunt. Tum Abu Molailo Ahbd-Allaho b. Malec, qui cognomine Ammohallaf (Iuramento obstrictus) notus erat, ad familiam Banu-Ahzim b. Ohbaid b. Tsahlebah pertinenti, cui occurrerant, rem suam exposuerunt. Hic dicens: Apud me deversemini, o homines! mactato camelo iuvenco hospitio eos excepit. Vespera autem, quum accolae aquae prodirent, duabus vestibus striatis indutus et odoramento Chaluk appellato imbutus (sic enim facere solebant quum res gravis iis accidisset), lanceam manu tenens in mediam aquam processit et alta voce clamavit: Ad auxilium venite! gens Jarbuh, gens Tsahlebah, gens Ahzim! dum universos et singulos appellabat. Tum homines concurrentes sic allocutus est: Hi filii matris

Tamim referenda est. Confer Ebn-Kotaib. p. 89. ubi in tabula frater Daremi et filius Maleci appellatur; sed ex textu p. 95. videmus tabulam vitiosam esse.

1) De Sacyo vox ذُبات armis confligendi significationem habere videbatur. Mihi verbis hic sensus inesse videtur: Aquae dominus pugnam cum Becritis evitaturus potestatem ibi per aestatem subsistendi concedit; modo ut voluntatem suam ipsi tanquam aquae domino patefaciant.

2) Ahschasch loci nomen in terra gentis Banu-Sahd prope ad Thamijjam est (Thamijjah vero est mons in deserto (البادية) Kam.)

vestrae et patrueles vestri et contra Arabes auxiliatores sunt. (Dixit autem: filii matris vestrae, quoniam mater gentis Jarbuh et Masin b. Malec b. Ahmru erat Djandalah, filia Fihri b. Malec Koraischiticae originis.) Vos autem cum gente Becr b. Wajel firmum habitandi locum non habebitis, si gentis Banu-Masen domus ab iis occupata erit. Cum eo igitur omni equo difficili et domito[1]) vecti sunt, donec cum iis ad gentem Banu-Rijah pervenirent. Gens autem Banu-Rijah iis conspectis se adiunxit. Quum noctis tempore ad depressam vallem noctis spatio a terra Wakaba distantem, cui Hawn-Habna nomen erat, pervenissent, gens Banu-Jarbuh dixit: o gens Banu-Masen! sinite nos, ut pro vobis tanquam speculatores hostes exploremus! Gens Banu-Masen respondit: rectum dixistis. Septem igitur ex iis viri, inter quos Sohaim b. Watsil, Alahwaz b. Ahbd-Allah, ambo poetae, Kahnab b. Ahttab Rijahitae et Abu-Molail cognominatus Almohallaf erant, omnino septem personae abeuntes apud gentem Becr b. Wajel ad aquam pervenerunt. Quum ad aquam advenissent, narrarunt, se servos, qui fuga se ipsis subduxissent, quaerere. Hospitio igitur eos exceperunt, sed vespera appropinquante suspicionem concipientes in eos irruerunt et omnes pilos evulserunt ne unum quidem in barbis eorum relinquentes. Dixerunt autem homines gentis Jarbuh: Nos cibo vestro defensi sumus et hic vester cibus hospitalis in ventribus nostris et hippoperis[2]). Tum illorum protectionem implorantes libere dimissi sunt. Homines autem versus Cufam iter direxerunt ostendentes, se servorum vestigia sequi, sed, quum vesperasceret, ad socios suos rediere. Ibi sic locuti sunt: O gens Masen! Neque nobis neque vobis, per Deum, eos vincendi potestatem esse invenimus. Gens numerosa est. Tum gens inter se a consilio recessit (تكركر). Vox كركرة significationem »a re repulsus fuit« habet. Sed gentis Banu-Jarbuh gentisque Banu-l'Ahnbar ibi praesentes homines dixerunt: Impetum in eorum camelos facite! Eos capiemus, ut loco eius, quod nobis mali illatum est, inserviant. Sed Bischrus b. Hasn adsiliens dixit: Ad me, o Masenitae, accedite! Ne alius quis accedat! Quos ad ipsum accedentes quum produxisset, sic allocutus est: O gens Banu-Masen! Per Deum vos obsecro! num vos gratum habebitis, quod gens Jarbuh et gens Alahnbar impetu facto camelos diripiant; vos autem domo vestra privati sitis? Dixerunt igitur: Quid tibi videtur? Respondit: Censeo, a vobis homines occidi debere[3]); cum hostibus igitur dimidirate! si vincitis, Deus victoriam vobis dedit, sin aliter, in domibus vestris defendendis, id quod excusationi vobis erit, fortes vos ostenderitis. Eius sententiam secuti ad eos, qui ibi erant e gente Banu-Jarbuh et Alahnbar, se converterunt dicentes: Deus vos remuneretur, qui tam boni fratres sitis! Si nos a vobis ad auxilium vocati essemus, vobis obsequium praestaremus; sed a nobis vos advocati estis. Nos igitur hostium iugulis (anteriori parti) obiicite, dum vos pone nos numerum nostrum augetis. Si nos fugimus, vos postremi defensi estis et abitis; sin vero nos vincimus, vestro desiderio satisfactum erit. Iam antea iis, (si locum occuparent) tertiam aquae partem (ea conditione ut auxilium ferrent) concesserant.

---

1) Verba على كل صعب وذلول significant. neminem retromansisse.

2) Quod si vox حقيبة hippoperae significationem hoc in loco habet, ut de hypochondriis intelligenda non sit, hospitibus profecturis commeatum itineris datum esse, putandum est.

3) Hic de Sacyus من تجعلوا الثار fortasse legendum putat; sed codex vocem typis descriptam offert.

Illi autem, se id facturos esse, dixerunt. At gens Banu-Masen et gens Banu-Jarbuh igitur profectae mane in terrae tractu alto super loco elato, unde prospectus in locum Wakaba, versabantur. Gens Banu-Jarbuh in margine regionis erat. Quam videns gens Banu-Becr dixit: Iter facientium cohors vobis imminet. Boraikah autem filia Schaibani Taimitae dixit: Per Deum! iuro, me videre galeas splendentes et cuspides fulgentes. Prodiit igitur eius pater secum vexillum habens et dicens: Dies ut dies agminis gentis Banu-Nahschal. Tum metro Redjes hunc versum recitavit: Nos fodimus et primum initium fecimus et non erimus incolae in alium locum translati[1]). Quidam e gente (leg. رجل من بنى) Banu-Masen, cui nomen Alahdjlan b. Hofaiz equam, qua vehebatur, scutica percussit et contra eos (hostes) incitavit dicens: Deus equos cum camelis currentes dedecore adficiat! Secutus eum est Ohzaimah b. Ahzim b. Djowairijah cognomine Aladjdsam (manu truncatus[2]), camelo vehens et albo indusio supra loricam tectus, qui manu vexillum portabat. Operam hic dedit, ut Masenitas cohiberet, donec congregati essent. Illis nolentibus, dum unus alterum cursu praevertebat, hosti occurrit. Schaibano autem, patri Boraikae, quum obviam ipse veniret, alter alterum confodit. Indusium autem, quo Ohzaimah tectus erat, quum a femoribus retectum esset, **(p. 17.)** hic virum ex Masenitis, nomine Chonais, advocavit dicens: O Chonaise, indusium a femoribus meis demitte[3])! Chonaisus quum veniens indusium a femoribus demittere vellet, a viro e gente Banu-Schaiban percussus et occisus est. Schaibanus tum adveniens in Ohzaimahi b. Ahzim sinistram manum ictum inflixit, quo tres digiti amputarentur; at Ohzaimahus capite percusso eum occidit. Arbadus b. Schaiban hunc versum metro Redjes usus[4]) recitavit. Ecce! hoc hodie est malum congregatum, duo duri, gens Masen et Jarbuh et impetu facto Ohzaimahi dexteram manum abscidit. Gens autem Becr quum clamaret: O gens Banu-Masen! parce, parce![5]) ad pacem se composuere namque gens Banu-Masen neque Chonaisi socii sui caedem, neque quid Ohzaimahi manui contigisset, sciebat. Quam rem quum Ohzaimahus vidisset, manum suam abscissam manica tunicae suae cepit et quum tunica sanguine impleta esset, ora Masenitarum conspersit dicens: Num post hoc parcendum est aut pax? Tum manum ostendit eosque de caede Chonaisi certiores fecit. Posthac vehementer pugnarunt. Chofafus b. Hasn impetu facto Schaibanum b. Chazafah occidit; Horaitsus b. Salamah impetu facto Kabizahi Kaisitae pedem truncavit. Tum gens Becr b. Wajel in apertam fugam se dedit. Vir quidam e gente Banu-Jarbuh Boraikam filiam Schaibani captivam facturus manibus arripuit. At Ohzaimahus dixit: Tempore religionis Mohammedicae captivitas non est. Ego omnes eorum mulieres in clientelam recipio, ne captivae abducantur. Iussit autem mulieres (gentis suae) camelis vehentes eas comitari ac secum portare Schaibanum, patrem

1) I. e. Quum nos puteum effoderimus, maius nobis in puteum ius est, quam his, qui ex alio loco ad puteum accesserunt.

2) Virum nonnisi post praelium cognomen accepisse, e sequentibus coniicere licet.

3) Membra nuda conspici, dedecori erat.

4) Quem scholiastes versum metri Redjes esse dicit, is potius metro Sarih adnumerandus est.

5) Apud vocem ٱلْبَقِيَّةَ, cui casus accusativi est, verbum supplendum est.

Boraikae. Hunc autem loco Karah-Schaiban [1]) (monticulus Schaibani) appellato sepelivere fractis super sepulcro eius olla et scutella. Quum aquam collegissent, gens Banu-Jarbuh iis dixit: Aquae dimidia pars ex pacto nostra est. Gens autem Banu-Masen dixit: nonnisi tertiam partem ea conditione, ut pugnaretis, promisimus, at vos pugnae nullo modo interfuistis. Aqua ab initio nostra erat; abstinete igitur, aut nos lanceas nostras in pectora vestra infigimus. Gens autem Tsahlebah dicens: per Deum! inter nos gentemque Banu-Masen nulla conditio est, quae nobis ius in hanc aquam det, eos reliquit. Sed gente Banu-Rijah nolente Kahnabus et Alahwazus Rijahitae isto die vovebant, se locum Wakaba non accessuros nisi equis fraenatis ad pugnandum. Tempore intermisso genti Banu-Masen de improviso supervenientes camelorum onerariorum, quos mactaverant, cadavera in puteum Wakabae coniecerunt. Quum vero parvus camelorum illorum pullus ablactatus quasi gemens argutum sonum ederet, Alahwazus b.-Ahbd-Allah Rijahita dixit: (metr. Sarih) O pulle parve ablactate adfligens [2]); tu potu satiatus es; sile igitur me non adfligens, nam pullo ablactato foenum cibo sufficit, neque me ipso mihi carior esse velis. Quum vero gens Banu-Masen eos animadvertens cavisset, fugam ceperunt. Quidam autem e familia Banu-Otsatsah ben-Masen eorum vestigia secuti, aquam gentis Banu-Rijah, cui nomen Thalah erat, oppleverunt iniectis simul camelis onerariis asinisque, quemadmodum illi ipsorum aquae fecerant. Postea inter gentes Banu-Masen et Banu-Jarbuh terrae quies erat pace facta, et locus Wakaba gentis Banu-Masen a nemine impugnata possessio erat. Inter carmina, quae in locum Wakaba dicta sunt, id quoque est: فدت نفسى وما ملكت يمينى versusque, quorum antea mentio facta est.

Derivatio nominum difficilium, quorum in iis, quae de loco Wakaba relata sunt, mentio occurrit. De genere Ahbd-Allahi b. Ahmir b. Corais.

Vox كريز deminutivum derivatum est a كرز »saccus parvus« aut »hippopera«. Inde vir nomen كرز accepit. Cum hoc quoque proverbium (Meid. C. 10, 72.) cohaeret. »O interdum cursus in sacco«, cuius origo talis fuit: Pullum equi recens natum quum possessor in sacco secum portaret, quidam dixit: O interdum cursus in sacco i. e. pullus hic, quum plene adolevit, vehementer curret. Vox شد cursum significat. Quae verba in proverbium venerunt in omni re adhibitum, quae futura speratur. Licet quoque admittere, vocem كريز formam deminutivi esse, cuius pronunciatio omissa littera lenior reddita sit, ut a voce كارز contractus, collectus nomen desumtum sit. Dixit poeta Schammach (conf. Meid. append.) metr. Thawil.: Quum aquationis locum vidissent, quem reddiderat inaccessum venenum ad latus loci, ubi bibitur, collectum«, aut deminutivum, cuius pronunciatio littera omissa lenior reddita sit, vocis كريز, qua aut lac اقط appellatum non bene siccatum aut eius species significatur, in qua planta حمصيص appellata posita est. Nil impedit, quominus كريز deminutivi forma, pronunciatione lenior reddita, habeatur a كراز, quae vox arietem designat, cui peram et instrumenta sua portanda pastor imponere solet. Dixit poeta metro

---

1) Non dubito, quin locus post factum demum nomen acceperit. Quod in eius sepulcro ollam et scutellam frangebant, id fecisse videntur, ut iudicarent, virum liberalem mortuum esse.

2) De Sacyus المغنى caneus legendum putat.

Redjes usus: O utinam ego et Sobaia in ovium grege essem, dum eius pera ab ariete cornibus carente portaretur! Quod vero ad vocem كرّاز attinet, qua vulgus vas notum (cantharum) designat, docti quidam, eam Arabicam non esse contendunt. **(p. 18.)** Vox كراز ad exemplar formae فعّال pronuncianda cantharum designans Persica est. Nomina autem Persica, quae addito articulo adhibentur, modum Arabicarum sequuntur. Fieri igitur potest, ut كريز deminutivi forma in pronunciando lenita a voce كراز derivata sit et si rectum est, derivari vocem كريز a loquendi modo كرزت الشى »asservavi rem«, vocem كراز, cui vasis figlini significatio est, ab eadem radice desumi licet; quoniam vas quasi id est, quod aquam asservat 1). Arabes alii in cognomine عبد شمس explicando dicunt, voce شمس solem significari, alii شمس nomen idoli esse putant. Prior interpretandi modus praeferendus est. Genealogiae periti, virum Saba b. Jaschdjob b. Jahrob b. Kahthan primum cognomine عبد شمس appellatum esse perhibent. In explicando viri nomine خفف idem esse quod خفيف dicunt, quippe voces خفيف et خفاف non aliter adhibeantur quam طويل et طوال aut كبير et كبار. Nomen نهشل, viro inditum significare lupum. Vox لصاف Lazafi loci nomen, in quo aqua est. Sunt, qui dicant هذه لصافُ hic Lazaf est (in nominativo) رايت لصافَ »vidi locum Lazaf« (in accusativo) et مررت بلصافَ »ad locum Lazaf transii« (in genitivo) modo eorum nominum, quae Nunnatione carent (Gram. Ar. T. II, 397 adn.), dum alii in tribus casibus vocalem Kesra ut in nominibus indeclinabilibus conservant (ib. p. 394. 430. 432). Vox a loquendi modo لصف الشى »fulsit res« deducta est. Nomen viri حزن a voce حزن الارض »terra salebrosa«, terrae aequali (سهل) opposita, derivatum est. Nomen ثعلبة a vulpe femina desumtum est. Nomen ربيعة sunt, qui ortum dicant a casside ferrea, quae sic appellatur. Nil autem obstat, quin a loquendi modo ربعت القوم »quartus gentis fuisti« aut »quartam opum partem ab ea accepisti« aut a loquendi modo ربعت الحجر والحمل »lapides et onus sustuli« derivetur. Nomini autem مسعدة maxime convenit, derivatum esse a felicitate (سعادة), nec non derivari licet a voce السعدان, quae speciem plantae designat, quoniam litterae Alif et Nun in voce additae sunt, ut vox مسعدة cum forma مفعلة ab ista radice derivata sit. Nomen عصيمة deminutivum aut a loquendi modo فلان عصمتى »quidam tutamen meum« i. e. is, quo defendor, aut a voce عُصمة, dum dicitur فرس اعصم »equus in cuius loco وظيف appellato pedum anteriorum album est«; et capri montani omnes tales (اعصم) sunt i. e. omnes capri montani in pede album habent. In nomine ابو مليل vox مليل a ملل (fastidium) aut a ملال, quae vox febris vim et ardorem significat, quae significatio redit ad loquendi modum مللت القرص فى النار »coxi panem rotundum in igne«. Vox ملّة cinerem calidum designat. Fieri quoque potest, ut vox مليل a loquendi modo مللت الثوب »vestem sutura haud firma consui«, quae significatio voci شل (latiore sutura consuit) similis est, proveniat. Nomen بريقة tanquam deminutivum a voce برقة, feminino a voce برق orto aut a loquendi modo برق طعامه »paulum olei aut paulum butyri cibo suo superinfudit« aut tanquam deminutivum a voce بُرْقة »terra in qua lapides et lutum sunt«

---

1) Hoc formam كرّاز spectat.

derivari potest. Vocem قعنب robustum, durum designare putant nonnulli. Nomen الاحوص cum littera حاء a voce حوص, quae angustiam in exteriore oculi parte designat, derivanda est. Quidam docti virum Anzaritam الاحوص sine puncto appellant, Jarbuihtam vero الاخوص (cum puncto), nempe virum, cuius in rebus de Wakaba relatis mentio fit. Vir autem الاحوص ad gentem Banu-Cilab pertinens semper sine puncto pronunciatur. Quum vir tanquam اخوص describitur, ista voce oculos depressos habens significatur et sic بئر خوصاء dicitur. Verba جو حبناء nomen loci sunt, dum vox جو interiorem vallis partem designat. Vox حبناء autem cohaeret cum verbis مراة حبناء »hydrope laborans mulier«, nam voce حبن hydropisis designatur. Dixit poeta metro Redjes usus: Mater vestra fatua est, imbecillitatem mentis manifestavit; ob multum potum hydrope adfecta est. Vox سحيم deminutivi forma, pronunciatione lenita, a voce اسحم (niger) derivanda est. Vox وتيل aliis a fibris palmae (ليف), aliis a fune ex palmae fibris facto desumta est. Vox مرارة nomen unitatis (ut ita dicam) vocis مرار, qua species plantae designatur, provenit. Dixit poeta Homaid b. Tsaur[1]: (metr. Thawil) Depaverunt plantas Morar nigricantes in valle Tudhih, mense toto Djumada et Almoharrem. Voci عتاب autem esse potest forma فعال ab عتب (ira aut obiurgatione) aut forma فعّال a loquendi modo عتب البعير »camelus tribus pedibus incessit«. Dixit poeta: (metr. Thawil) Quotiescunque gens omnis noctu advenientis curam non habuit, gladium arripiens ad eam (camelam) accessisti, ut tribus pedibus incederet i. e. unus pes eius gladio percutitur, ut tribus incedat. Licet quoque admittere, vocem derivatam esse a loquendi modo عتب القوم فى السير (gens in itinere a via declinavit et loco, quem sibi proposuerat, castra posuit). Dicunt vocem عتبة significare vallis flexum. Vox قبيصة forma فعيلة est a قبصت الشى »Extremis digitis rem cepi«.

IV,

Dixit Djahfar b. Ohlbah Haretsita[2]. (p. 19.)

Vox جعفر flumen aquae abundans significat. Inde vir nomen accepit. Dixit poeta: (metr. Thawil) »Aquae Nabathaeorum magnum flumen non producent.« Nomen Ohlbah a voce علبة »vas capax in quod mulgetur«, est, nempe vas corio confectum ramis tenuibus circumdatum. Dixit poeta: Dahda parte redundante indumenti caput non texit neque Dahda vasa lactis mane apportavit[3]). Quidam Arabs pignore certans, vas lacte recenti plenum, dum sonum in pectore non reciprocaret, (uno tenore) se ebibiturum esse, promiserat. Parte lactis consumta, quum res nimis molesta ipsi esset, dixit: كبش املح »Aries albis nigrisque pilis

---

1) P. ٧٥٣ huic poetae versus tribuuntur.

2) Poeta tempore Omajjadarum et Ahbbasidarum vivens pauper streuuusque erat. Cum omnibus Arabibus bellum gerens, omnes, qui se cum eo coniunxerant, occidebat. Cognomine ابو عازم usus est. Carmen hoc et quae eius carmina sequuntur fine regni Heschami b. Ahb-Almalec, qui anno 125 diem obiit, composita sunt. conf. p. ٣٩ l. 2. et p. ١٧٤.

3) Metrum huius versus Monsarih est (conf. libr. m. p. 255.). Grammatici, ni fallor, versu utuntur ad probandum nomen دعد duplicem declinationis rationem sequi.

variegatus« et monentibus, quid hoc esset, cum sonum in pectore reciprocasse, respondit: »Qui sonum in pectore, reciprocat, desiderio non potitur.«

1. Heu! in loco Korra-Sahbal quum auxilium sibi praestarent contra nos mulieres hostisque strenuus!

Secunda species metri طويل appellati cum homoioteleuto, cui متدارك nomen est. Vox تلهف moerorem ob rem nos fugientem, quum ea potituri essemus, designat et vox الهفى esse potest aut res advocata separatim posita 1), aut res advocata cum pronomine aut alio nomine coniuncta. Quam si vocem منادى مضاف esse statuis, ex voce الهفى aut الهف »o dolor meus!« orta est; sed quum الهفى dixit, est ac si a vocali Kesra, post quam littera Ia est, ad vocalem Fatha confugit. Postea in litteram Alif (يا لَهّفا) mutata est[2]). Sic dicitur: يا غلاما اقبل „O iuvenis mi! accede!“ et sic (in poetae verbis metr. Thawil). Et num tristritia est, si dico: eheu, loco patris mei illi duo sunt (conf. Ham. ۴۸۳ v. 4. sch.); sensus enim verborum وابا باهما est idem, qui verbis وابابى هما „eheu, pater meus illi duo sunt“ et sic pro عَذَارِ dicitur عذارى et pro صحار dicitur صحارى 3), nec non بقَى pro Bakija et رَضَى pro Radhija[4]). Sin vero الهفا vox separatim posita (مفرد) est, littera Alif voci extendendae inservit, quo magis suspirium indicetur. Vox قرى loci nomen est. Si a verbo قر cum futuro يقر derivatur 5), forma omnino فُعْلَى est, sin vero a قرى „excepit hospitem“ aut „collegit aquam in cisternam“, aut a قروت الشى „petivi continenter rem“, voci forma فُعَّل tribuenda est. Vox سحبل vallis nomen est. Omnis res magna et ampla سحبل appellatur sic ut pera et uter lactis. Poeta metro Redjes usus dixit: Misi inter eas (camelas) admissarium libidinosum, qui timide non abstinuit, ex capite simili magnae ollae rem شقشقة[6]) appellatam instar perae amplae emittebat. Dicitur ضب سحبل „lacerta crassa, longa“. Significatio vocis احلبت est „iuvit“. Vox proprie in mulgendo adhibita postea in quodvis auxilium transiit (conf. Ham. p. ۳۷ sch. l. 3.). Voce ولايا, quae pluralis vocis ولية est, qua stragulum sub sella significatur, feminae aut debiles, qui utilitati non sunt, per metonymiam designantur. Virum quoque mollem, debilem cum stragulo illo compararunt, quoniam molle, turgidum est 7).

---

1) Vox مفرد quidem in grammatica singularem designat; sed hoc in loco ob ei quasi oppositum مضاف eam significationem accipiendam non esse puto. مضاف proprie omnis vox est, quacum altera coniuncta est aut potius antecedens duarum coniunctarum. conf. Gram. Ar. T. II. p. 47.

2) Observandum est, in scholiis الهفا explicari, nec vero الهفى, quemadmodum in versu legitur.

3) Praefero scribendi modum in Mersukii commentario صحارى etc. pro صحارِ.

4) Uterque dialecto gentis Thai proprius loquendi modus est.

5) Vox وبابه de Sacyo delenda videtur. Ad sensum constituendum necessaria non est.

6) Cameli admissarii libidine incensi ex ore rem شقشقة appellatam instar pulmonis emittunt.

7) Hunc comparandi modum in matris Tabbatae-Scharran verbis, quibus filium suum deflet videre licet: وابناه ليس بعلفوف حشى من صوف يلفه صوف »Heu! filium meum! senex asper non est, stratum lano farctum, quod stupidus involvit.« Et dicunt: هو كالحلس الملقى »is instar strati proiecti est.«

Alii dicunt, vocem الولايا tribus et gentes significare, quasi vox ولية femininum vocis ولى propinquus sit. In versu quoque اجلبت refertur. Primaria vocis الجلبة significatio est clamoris sublati. Praepositio ب nec non vox حين cum persona [1]), quae voci لهفى inest, cohaeret, neque in ullo verborum duorum pronomen est, quod utrumque cum persona pronominis in verbo apparentis cohaeret, ac si dixerit: اتلهف فى هذا الموضع فى هذا الوقت „doleo hoc loco, hoc tempore." Aliorum autem intepretandi modorum, qui admitti possunt, hic locus non est. Versus sensus est, eum dolorem capere ex rebus ipsis accidentibus, quum hostibus auxilio fuissent mulieres aut debiles, qui ad instar mulierum se defendere non possint; sed defendendi sint. Vox الموالى autem, quae ab aliis in versu legitur, patrueles significat, quorum praecipuam mentionem poeta fecit, quod iniuria ab his ferenda maiore animos dolore adficit [2]). Voce العدو genus hostium significatur et vox المباسل a voce بسالة derivanda modum formae non modum sensus vocis العدو sequitur [3]). In Corano (Sur. 26, 77.) autem legitur: فانهم عدو لى „et ii inimici mihi sunt". Voci مولى plures significationes sunt: servi, domini, patruelis, propinqui (صهر), vicini, foederati, amici, eiusque qui rei convenientior est.

2. *Et dixerunt nobis: inter duas res necessario eligendum est, inter lancearum cuspides directas aut catenas.*

Littera ت in voce ثنتان eidem litterae in voce بنتان similis est; sed ثنت non dixerunt, quemadmodum بنت. In priore voce litteram Hamzam non abiici, magis convenit, quia in dialecto regionis superioris hic loquendi modus usitatus est [4]). Hunc modum secutus poeta Ahntarah [5]) dixit: (metr. Camel) In ea quadraginta duae lacte abundantes camelae nigrae sicut pennae parvae in ala corvi nigri«. Sed alter quoque dicendi modus bonus est. Poeta dixit (metr. Thawil): Filiae Dhamritae, Sainabae post mensem occurri, dum nos sacrati eramus vespera diei decimi mensis decimi (Moharram) (conf. Gram. Ar. II, 340.); tum ei duo oscula dedi, quorum unum nivi simile erat [6]), alterum datum super tabula calidiore prunis (id. est. labiis). l. الجمر). Poeta (Hamasae) voce ثنتان duas proprietates significare voluit, quas verbis صدور رماح »lancearum cuspides« descripsit [7]). Anteriores lancearum partes proprie insignivit, quoniam dimi-

---

1) Vocabulum نفس a grammaticis de persona pronominis personae primae et secundae adhibetur; pronomen autem secundae et primae personae ظاهر apparens appellatum est, quod voces انت et انا in fine aut initio verbi apparent. In tertia persona verbi quum non appareat, غايب absens aut مستكن et مستتر occultum, tectum appellatur.

2) Mersukius hunc versum (metr. Thawil) adnotavit: مخافة جور من امير مسلط ورهطى وما عاداك مثل الاقارب »Timore iniustitiae principis, cui imperium datum est et familiae meae et propinquorum inimicitia maxima est.«

3) I. e. Singularis est, quamquam in voce العدو sensus pluralis est cum forma singularis.

4) Dialectus regionis العالية appellatae diversa est a dialecto regionis Nedjd et gentis Tamim; interdum quoque a dialecto regionis Hidjas. Voce العالية regio appellatur, quae supra regionem Nedjd usque ad regionem Tehamah et regionem ultra urbem Meccam est. Est igitur regio aliter Hidjas appellata. Sed vici quoque extra oppidum Medinah isto nomine appellantur cum plurali العوالى.

5) De hoc poeta conferas Antharae Moallak. ed. Menil.

6) Elipsis est الاولى منهما على الاسنان كالثلج aut الاولى منهما كالثلج.

7) Post vocem قسرهما Mersukius bene vocem بقوله addit.

catio iis fit. Statuere quoque licet, eum totas significaturum nonnisi anteriores lancearum partes memorasse, quemadmodum (poeta) dixit (metr. Camel): Incedentes in anterioribus solearum partibus; quamvis totis tam anterioribus quam posterioribus (soleae) partibus inceditur. Captivitatem autem vinculis per metonymiam significavit. Verbis autem لا بد منهما »effugium ex iis duobus«, vicem utriusque rei, non utramque rem coniunctam esse, expressit, nam, si aliter res se haberet, eligendi copia data non esset, quae in verbis او سلاسل reperitur. Nonne vides, quendam dicentem: »sume denarium aut drachmam«! utrumque nummum coniunctum (in sumendo) non voluisse. Quae res si ita se habet, verborum sensus est: unam rem ex duabus effugi non posse. Arabes duarum rerum mentionem facere solent, dum unam tantum volunt. Sic Corani verba (Sur. 55. 22.) explicant. »Ex duabus prodeunt uniones et margaritae«. Dicere vult ex aqua dulci et salsa, dum uniones nonnisi in aqua salsa, nec vero in dulci, reperiuntur. Et si quis dicit: viris duobus vestem detraxi et gladium iis eripui, uni eorum dicere vult. (Hic يريد loco vocis تريد in codice legendum puto.). Poetae verbum اشرعت significat: directa fuit ad confodiendum. Dicit: si vos constantiam in pugna probatis, vos lanceis excipiemus; sin vero captivos vos traditis, tum in vinculis vos capiemus. Grammaticus Abu-l'Fath dixit: vocem منهما duplici modo explicari posse; aut vocem antecedentem (مضاف) omissam esse, ut pro من احداهما sit, (dum dicit:) nonne enim vides, cum او سلاسل (aut catenas) dixisse, qua voce او aut unam ex rebus duabus necessariam reddit aut sensum externum verborum sequendum esse, ut utraque res evitari non possit [1]). Anteriores lancearum partes ei esse, qui occidatur; vincula autem ei, qui captivus fiat i. e. parti ex nobis hoc et parti ex nobis illud fore, ut accidat. Quod si vero quis obiicit, hoc sensu admisso poetae dicendum fuisse: صدور رماح وسلاسل »anteriores lancearum partes et vincula«, respondeas: quum duas species, occisum et captivum dixerit, cuilibet aut hoc aut illud continget. Inde factum est, ut sensus vocis او aut in sententiam venerit. Hoc admisso phrasis est, in qua sensui conveniens vox adhibita est. (De verbis محمول على معناه conferas p. 21. l. 1.)

3. Iis autem diximus: haec vobis sane erunt post reditum in pugnam, quae prostratos eo statu relinquit, ut volentes cum molestia surgere nequeant.

Dicit: Iis respondentes diximus: تلكم i. e. »Haec vobis eligendi copia«. Voce autem تلكم una illarum duarum rerum significari non potest, quoniam in utraque eligendi facultas ei non est, cuius ratio horum ratio est, nisi phrasis modum derisionis ludibriique sequitur. Sensus est: id locum habebit post incursionem iteratam, quae in causa est, cur pars nostrûm prostrati relinquantur, ut neque surgere neque movere se possint. Vox اذا est responsum et remuneratio (Gram. Ar. T. II, 32.), quae vero in loco abbreviata sunt (Gram. Ar. P. II,

---

1) Mersukius adnotavit, eligendi potestatem esse posse inter pugnam et captivitatem. Ipsos autem pugnam elegisse. Fieri quoque posse, ut vocem تلكم ad captivitatem referatur, quae verbis او سلاسل significetur. Pronomen ها in voce تنوءها ad صرعى referendum esse, cuius loco تنوءهم melius dictum foret. Posterioribus poetae verbis simile esse poetae dictum: (metr. Wafir) ينوء بصدره والرمح فيه Pectus suum extollit, dum in eo lancea est.

p. 29. sq. Anthol. gram. p. ١١٤)[1]). Vox autem كمر in تلكمر nonnisi alloquendo (o vos!) inservit; in explicatione grammaticali locus ei non est (i. e. casus ei tribui non potest (Gram. Ar. T. II, 592.). Participium formae sextae (متخاذل) prae aliis adhibuit, quoniam haec forma iis quae, dum una pars. (In codice Mers. شيا est) alteram sequitur, proveniunt, propria est. Hoc in verbis: تداعى البناء »Aedificium ruinam minatur« (una parte post alteram corruente) reperitur; ac si diversae surgendi partes (una alteram) inter se frustrantur. Vox نوء interdum quoque occasum significat; vox autem تغادر adiectivi loco voci كرة inservit.

4. *Et nescimus, si a morte una vice deflectimur, quamdiu vita duratura est, dum spatium nobis longum videtur.*

Dicitur: جاص et حاص (deflexit et recessit (ab adversario). In verbis كم العمر vox كمر locum vocis, qua tempus significatur[2]), tenet (Gram. Ar. T. II. 70.), ut sensus sit: »Quot dies aut quantum temporis vita manet«. Voci العمر casum nominativi dedit, tanquam subiecto phrasis nomine nixae, verbo carentis (Gram. Ar. II. 98.). Littera و in verbis والمدى متطاول statum (حال ib. p. 383.) exprimit i. e. quot dies vita manet statu, dum spatium eius longum est. Nec vero pronomen voci مدى addidit, quod littera و efficit, ut abesse possit. Nil quoque impedit, quominus status, qui verbis والمدى متطاول indicatur, cum vocibus ان جصنا »si recedimus« coniungatur, ut verba idem valeant, quod verba: لمر ندر ان جصنا ومداانا متطاول كمر العمر باق »nescimus, si recedimus, dum spatium longum videtur, quot dies vita manet i. e. spatium spei nostrae[3]). Admittere quoque licet litteram و copulam coniungentem esse, quasi dixerit: nescimus, quot dies vita manet et quot dies terminus longus sit, si recedimus. Quidam[4]) vocem عمر voce حين tempus explicat et hanc significationem in verbis Corani (Sur. 10, 17.): »Iam versatus sum inter vos aetatem«. Quod si rectum invenitur, ad priorem sententiam redit. Omnes hunc ita retulerunt versum, ut vox ان in verbis ان جصنا من الموت جيصة vocali Kesra adfecta sit excepto Abu-l'Ahla Maahrrensi (nato anno 363 mortuo 449.), qui voci ان vocalem Fatha tribuendam esse statuit. In loco explicando autem sententiam secutus videtur, qua ان cum vocali Kesra rei convenit, quae futura putatur, ان cum Fatha rei praeteritae. Poetam autem narrare rem praeteritam. (p. 21.) Verba أنْ جصنا sic igitur accipienda esse, ut sensum verborum لما جصنا »quum recessissemus« offerant. Sensum verborum esse: Nescivimus, quum recessissemus a pugna, in qua

1) Dicere vult partem phrasis اذن تكون abiectam esse. In Mersukii commentario est ملغا pro محذوف i. e. vim grammaticam in verbum non exercet, dum futurum Nasbatum non sequitur.

2) Vox كمر revera id non est, quod grammatici ظرف appellant.

3) Haec interpretandi ratio Mersukio magis placet. Hanc sententiam Mersukius hisce verbis exposuit: والمعنى لم نعلم ان عدلنا عن الحرب عدلة كم بقى من اعمارنا وغايات العمر ممتدة مبهمة حتى لا ينتهى احد منها الى حد الا وكما يرجو ان يتصل بعده ايضا لا يامن ان ينقطع فكانه قال اذا كان الحال فى الاعمار على هذا ابدا فلا معنى للعدول عن الحرب اذ لا يمتنع مع تطاول المدى فى رجآ العمر ان يقصر فى نفسه وينقطع عن الماموڵ فيه.

4) Hunc seriore tempore vixisse, Mersukius dixit.

mors esset, quot dies nobis superstites futuri essent; quamnam igitur ob causam recedimus, ut dedecus in nos suscipiamus, nam fortasse accidet, ut, si recedamus, nonnisi parvum temporis spatium vivamus [1]).

5. *Quotiescunque ad praelii campum angustum properamus, fulgentes (gladii) quos politores acuerunt, in dexteris nostris locum nobis aperiunt.*

Vox مازق locum angustum in bello significat et forma مفعل a voce ازق (angustia) derivanda est. Dicit (poeta): quum ad locum angustum in bello praecedimus, gladii politi in dexteris nostris eum amplum nobis reddunt. Metaphoram adhibens et ampliore loquendi modo utens gladiis factum [2]) adscripsit. In verbis جلتها الصياقل homoioteleuti necessitas conspicitur, siquidem gladii nonnisi a politoribus (artificibus) poliuntur. Si alii eos polirent, at politorum poliendi modus praestantior esset, hoc in versu eorum mentionis locus esset [3]), sin aliter res se habet, non in sensu, immo vero nonnisi in homoioteleuto constituendo mentionis factae causa quaerenda est. Sic quoque in verbis alius (poetae): (metr. Thawil) Et amplis laciniis instructa (lorica), lenis, ampla, quam balteus meus striatus cinxit. Quod vero balteum striatum esse dixit, eius rei sensus neque ad loricam neque ad gladium referendus est. Si dixisset: politores in poliendo diligentiam adhibuerunt et huic simile quid, pulchrum esset.

6. *Iis die vallis Sahbali [4]) gladii mei cuspis erat, mihi autem pars, quam digiti amplectuntur.*

Legitur quoque: ما ضمت عليه الانامل cum vocali Fatha vocis ضمت. Hoc legendi modo recepto sensus est: quod digiti ceperunt; sed si dicis: ضُمَّت, sensus est: »digiti circa id contracti sunt.« Vox بطحاء femininum vocis ابطح est, quae vox locum, ubi aqua fluit, parvâ glareâ impletum, amplum significat. Sunt duo adiectiva, quae inter nomina relata sunt. Genus femininum et masculinum in utraque voce ad substantiva بلدة, بقعة et بلد, مكان referuntur, nisi quod neque voces مكان ابطح neque بقعة بطحاء in usu sunt. Torrens dicitur تبطح (large fluit). Vox سحبل nomen loci est, quocum tanquam antecedens vox بطحاء coniuncta est, quemadmodum صحراء سحبل »campus Sahbali« dicitur. Lacerta سحبل appellatur, quae amplo ventre est. Nil impedit, quominus locus ab amplitudine nomen acceperit. Hic versus in describendis gladiis verbis poetae similis est: (metr. Motakarib) Eorum (gladiorum) suggestus ventres manuum sunt et eorum vaginae capita regum, etsi in hoc distribuendi modus est, quo (alter versus) cum eo comparatus caret. Sensus est: Ego in iis anteriorem gladii partem adhibeo eandem ab iis non retrahens. Est ac si ea pars iis propria, mihi autem nil nisi capulus eius sit.

---

1) Grammaticus Abu-l'Ahla sine dubio ordine verborum, quia verba لم ندر praemissa erant, commotus istum pronunciandi modum proposuit, sed per licentiam poeticam verba inversa videntur, ut sic transponantur وان جئنا لم ندر. Nec vero particula أن particulae لما significationem offerre posse videtur.

2) Arabum poetae gladiis tanquam personis agendi modum frequenter adscribunt (Ham. p. ۴۸ v. 5. ١٩١ v. 1. ٨٠ v. 3. etc.)

3) Mersukius cum hoc non consentit. Dicit, politores curam in armis reficiendis adhibere; quippe cui rei operam semper dent. Hanc ob causam poetam politores nominasse.

4) Conf. Meid. Prov. III, P. I. p. 5?9.

V.

Idem dixit.

1. Nemo nisi ingenuae filius, qui videns mortis gurgites[1]*) intrat, moerorem depellit.*

Ad speciem secundam metri Thawil appellati pertinet et homioteleuton متدارك appellatum est. Vox غماء cum vocali Fatha litterae primae et longa pronunciatione in fine et vox غمى cum vocali Dhamma et brevi pronunciatione sicut voces علياء et عليا rem gravem, quae unde veniat, nescitur, designat. Primaria significatio in loquendi modo غممت الشى (rem texi) invenitur. Inde orta est vox غمم, qua crinis, qui frontem et occiput tegit, designatur et inde غم moeror in corde appellatus est, quoniam laetitiam ab eo excludit et غمام (nubes coelum tegens). Cum hoc verba Mohammedis ad nos delata cohaerent: »Et si coelum nubibus tectum est (ut lunam videre non possitis) numerum perfectum reddite«! Poeta verbis الا ابن حرة »nisi filius ingenuae« significare vult, ingenuarum filios constantes esse in rebus ingratis ferendis ad gloriam acquirendam et nobilitatem consequendam[2]). Verborum autem يرى الموت (mortem videt) sensus est: tractando eam accurate cognoscit, ut eam oculorum sensu attigisse et vidisse videatur. Si quis interrogat: cur visitandi verbum cum eo, quod mortis gurgites videt, particula (ثم), cui morae significatio inest, coniunxit et cur non dixit, visitationem adspectum statim sequi (adhibita copula و)? respondendum est: particula ثم, etsi, quum singulum verbum cum singulo coniungat, moram denotat, tamen quod phrasin (جملة) phrasi nectit, aliter res se habet. Nonne verba Corani (Sur. 90, 12—16.) »et quid te docet, qui locus montis difficilis sit? (est captivum liberare aut cibare tempore penuriae orphanum tibi cognatum aut pauperem humi iacentem), tum (ثم) ex eorum numero est, qui credunt«, hunc modum sequi vides; neque enim fieri potest, ut fides desistat ab una ex illis rebus, quas enumeravit retulitque. Primaria autem vocis زيارة significatio declinationis est a voce زور, quae inclinationem in uno latere designat. Vox autem يزورها significat, cum ad eam inclinare, ut ad eam veniat. **(p. 22.)**

2. Cum iis modo ipsis pernicioso gladios nostros dividimus: nam nobis capuli, iis acies sunt.

Vocem قسمة loco vocis مقاسمة posuit. Vox غاشية in gladio adhibita partem eius tibi contiguam, dum vox صدر aciem, qua percutitur, designat, interdum vox غاشية vaginae quoque significationem habet. Vox شر accusativi locum obtinuit, quod loco nominis actionis (obiecti absoluti) est (Gram. Arab. II, 113. 128.). Sensus est: Cum iis gladios nostros dividimus, ita ut nobis capuli, illis acies essent. Verbis hisce versus: »Iis anterior pars gladii mei die vallis Sahbal (conf. p. 21. v. 2.) etc. (prop. lege versum) similis est. Verba شر قسمة autem significant, iis esse pessimam partem in distribuendo, optimam nobis.

---

1) De hac mortis cum multis aquis comparatione conferas p. ۴۳ v. 4.

2) Mersukius putat, poetam verba dixisse, ut significaret, se ipsum talem ingenuum esse, puris Arabicis parentibus natum.

VI.
Dixit quoque.

1. Amor meus cum agmine Iemanensium abit ad latus ductus, dum corpus meum in oppido Mecca vinctum est[1]).

Ad speciem secundam metri Thawil appellati pertinet et homoioteleuton متدارك appellatum est. In voce هواى littera ى (pronomen) cum nomine coniuncta secundum primarium pronunciandi modum vocali Fatha adfecta est, haec enim littera ى, quum pronomen nominis esset, una tantum littera constans, in fine vocis additum, eam tanquam quiescentem (i. e. vocali antecedente pronunciatam Gr. Ar. I, 50 sq.), veriti ne detrimento inde adficeretur, pronunciare noluerunt. Hanc ob causam, ut esset primitus vocali mota effecerunt. Quod si littera ei antecedens mota (i. e. vocali sequente pronunciata) est, sicuti in vocibus غلامى et دارى, variae pronunciandi rationes sunt. Aut littera Ja vocali sequente mota est, quae est primaria ratio, aut quiescens redditur pronunciatione lenita aut abiicitur in alloquendo, dum يا غلامِ »o adolescens mi«! dicis, aut, dum antecedens littera vocali Fatha adfecta in litteram Alif mutatur, ut in vocibus وا باباهما et يا غلاما. Si littera ei antecedens et quiescens Waw aut Ja est, ea alteri assimilata et commutata necessario vocali adficitur, ne duae litterae quiescentes concurrant; quam ob rem in plurali Moslemijja et in duali Moslemajja dicitur. Sin vero littera antecedens Alif est, ut in vocibus عصاى et هواى, primarius pronunciandi modus, ut vocali mota fiat, necessarius est, ne duae litterae quiescentes concurrant. Assimilatio hoc in loco fieri non potest, quemadmodum in littera Waw et Ja adhibetur, siquidem neque alteri littera Alif neque altera illi assimilatur; est enim littera ad auram pertinens (i. e. flatu pronunciatur), (legendum هوائية) partibus oris, quibus producitur, haud nixa, nisi in dialecto Hodsailitarum[2]), quippe quae gens litteram Alif in litteram Ja permutatam assimilat. Hunc modum poeta Abu-Dsoaib[3]) in carmine, quo filios deplorat, secutus est: (metr. Camel.) Desiderium meum praecesserunt et ad amorem suum properarunt (leg. اعنقوا. De Sacyus dubitat, num اعتنقوا legatur.); tum perditi sunt et omni tractui locus est, ubi vir prosternatur. Et formis راكب et ركب eadem ratio est, quae formis تاجر et تجر et صاحب et صحب. Vox ركب autem in iis, qui camelis vehuntur, proprie adhibetur. Vox يمانون pluralis vocis يمان est. Littera Ja, qua relatio in voce يمنى designatur, leviore modo pronunciata est (abiecto Teschdido) pro abiecta una littera Ja, littera Alif adsumta, ut يمانِ oriretur, quemadmodum in voce شآم factum est. Vox مصعد idem est ac مبعد et verbum أصعد remotum esse, abire significat. Verbum صعد cum nomine actionis صعود significat »elatus fuit in gradu

1) Mersukius adnotavit, Abu-Tammamum hisce versibus in capite hoc locum dedisse, quoniam pulchram patientiam in calamitatibus perferendis, animum intrepidum morte appropinquante etc. describant. Rebus, quas poeta narrat, moeror indicatur. Fieri potest, ut Abu-Tammamus versus non tam ob animi constantiam, quam describant, quam quod idem ac praemissorum auctor sit, in librum receperit. Sed re vera pulchrum est carmen.

2) Gens Hodsail in provincia Bahrain et in Oriente urbis Meccae sita regione (conf. Meid. 4, 26.) sedes habens dialecto ab aliis diversa utebatur.

3) Duo poetae hoc cognomen gerentes sunt unus Djahdita, alter Hodsailita. Noster nomen Chowailid b. Chaled habebat.

et monte«. In Corano (Sur. 3, 147.) legitur: »Quum abitis neque vos ad quendam revertitis«, quo in loco voci تصعدون eandam significationem, quam voci تبعدون tribuunt. Sunt, qui dicant, verbum صعد cum nomine actionis صعود in gradu et monte adhiberi; verbum autem اصعد in itinere. Referunt, vocem صَعْدة nomen proprium terrae esse, unde nomen الصعيد (nomen superioris Aegypti) desumtum sit. Inde onagros بنات صعدة (filias terrae) [1] cognominatos esse. Quod si verum est, eandem rationem quam in verbis بنات البر (filiae terrae) secuti sunt. Vocem جثمان personam, vocem جسمان corpus significare dicunt. Vox شخص (persona) nonnisi in corpore hominis, quum stat, adhibetur. Haec grammatici Alazmäih sententia est. Grammaticus Chalil autem [2]) dixit, voces جثمان et جسمان idem significare. Vox جنيب [3]) significationem vocis مجنوب (ad latus ducti) ut sequatur habet. Dicit poeta: amor meus cum iis, qui camelis vehuntur, versus regionem Iemen iter facientibus, ductus est, dum corpus meum captivum, Meccae vinctum est [4]).

2. *Ob nocturnum eius adventum admiratione adfectus sum; et quomodo libere ad me accessit, dum carceris porta post me clausa erat?*

In describenda nocturna visione more poetarum ob iter eius admiratione ad- **(p. 23.)** fectus est; poetae enim non aliter de ea, quam de muliere ipsa agunt, ut in ista idem, quod in illa novum esse habeant, si revera in commoda vita, qua utitur (mulier), sic egisset [5]). Voci مسرى est forma مفعل, quae et nomen actionis et nomen loci et tempus designare potest. Versus autem istos modos patitur. Vocis انى significatio est quomodo (كيف) aut unde (من اين). Sic grammaticus Sibawaihi dixit et in versu poetae Alcomait [6]) interpretando soli sententiae adhaesit, vocem ibi significationem quomodo habere. (metr. Monsarih) Quomodo et unde laetitia ad te rediit? Grammaticus Abu-l'Fath dixit, vocem انى in verbis انى تخلصت, genitivi locum tenere non posse, ut cum voce مسراها coniungatur, propterea quod vox انى interrogando inserviat, in quam vocem verba priora vim non exerceant. Si quis opponit, dici بايهم مررت »ad quem eorum transiisti?« et لاى شى فعلت ما فعلت »ob quamnam rem fecisti quod fecisti?« ut in his praepositiones Ba et Lam, quae interrogandi vocem antecedant, vim exerceant et idem fieri in omnibus praepositionibus ex. gr. in verbis

---

1) Sic quoque اولاد صعدة »filii terrae« dicitur. Mers.

2) In opere العين inscripto. De hoc grammatico conf. libr. meum. Darstell. d. Arab. Verskunst p. 25.

3) Mersukius adnotavit, esse, qui loco huius vocis حثيث habeat; sed falsum id esse.

4) Amor quo ipse erga amicam adfectus est, tanquam persona aut camelus cum iter facientibus abductus est. Sed in libro Almookhtusur p. 115. voci هواى vocis مهوى (amata mea) significatio tribuitur. Nostra autem interpretandi ratio cum poetarum mori magis convenit, tum verbis, quippe vox هواى amor meus, (qui in anima sedem habet) corpori poetae opposita est.

5) Mersukius dicit, poetam eam ob causam admiratione adfectum fuisse, quod victis impedimentis tam bene advenerit. Ad sensum versus verba poetae proxime accedunt: (metr. Thawil) وانى اهتدت والدو بينى وبينها وما خلت سارى الليل بالدو يهتدى »Quomodo ad me directa fuit, dum desertum eam a me separabat? non autem putaveram, noctu proficiscentem in deserto viam inventurum esse.«

6) Natus anno 60 mortuus 126. conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 253.

من اين اقبلت »unde advenisti?« et علام ارتحلت »in quanam re equitasti?« et his similibus, ei respondeas, discrimen esse in eo, quod praepositio Lam in voce لمسراها cum verbo عجبت coniuncta sit. In verbis لمن قلت ذاك »cuinam id dixisti?« cum verbo post vocem من eum cohaerere. Praepositionem autem cum sequente ita coniunctam esse, ut pars eius fiat. Fore igitur, ut vox, quae vim in nomen interrogando inserviens exerceat, verbum, nec vero praepositio esse videatur; id quod admitti haud licere. Nonne vides, te dicere non posse aut من ضربت aut من نزلت على; sed dicendum esse: من ضربت et على من نزلت. Tu quoque dicis: بمن مررت, nec vero مررت بمن. Quod si certum est, admitti non potest, vocem انى in verbis انى تخلصت genitivi loco esse, ita ut cum voce لمسراها cohaereat. Quod si fieri non potest, accusativi locum ob vocem تخلصت habere certum est, quemadmodum dicis: انى ارتحلت id est من اين »unde profectus es?«. Est ac si, quum dixisset, عجبت لمسراها »Admiratione ob eius iter nocturnum adfectus sum«, sermone finito alium denuo sermonem ingressus dixerit: وانى تخلصت i. e. »et unde se deliberavit?« Hanc grammatices rationem modumque artis grammatices sequamur necesse est. Accuratum vero sensum si spectas, poeta dixisse videtur: Ob iter eius nocturnum et quod ad me veniens se liberavit, admiratione adfectus sum, quoniam admiratio illas duas res amplectitur. Nemo quoque infitias ire potest, grammatices rationem sensui producto contrariam esse. Nonne dicis: اهلك والليل, quibus verbis hic sensus inest: Ad gentem tuam ante noctem perveni[1]! Grammatica autem diversam rationem sequitur.

3. *Visitans nos salutavit, tum surgens valedixit et quum abiisset, parum abfuit, quin anima celeriter exiret.*

Verbum الم significat »occulte visitavit«[2]) et vox تحية salus dicta est nec non regnum et perpetuitas. Vox محيا faciem hominis denotat, quoniam in salutando eius mentio peculiaris fit, ut dicatur حيا الله وجهك »Deus faciem tuam superstitem esse velit!« etsi phrasi vox quasi obtrusa est[3]). At sunt, qui dicant, vocem تحية aut ab حياة vita aut ab حياء pluvia derivatam esse. Vox محيا in equo locum designat, ubi sub crinibus propendulis frontis caro se separat (cessat?). Vox تزعق »abit, perit« significat. Inde puteus fundum longe remotum habens et desertum longe remotum زاعقة et زعوق appellantur. Verba زعقت الراحلة significant: »camelus ad vecturam idoneus praecessit« et زعق السهم »sagitta celeriter volavit«. Verborum لما تولت (quum abiisset) responsum (phrasin consequentem) verba كدت النفس (parum abfuit quin anima) efficiunt. Vox لما nomen proprium (علم)[4]) tempori significando

1) Proverbium est, de quo vide Meid. I, 209.

2) In Mersukii codice loco vocis الخفية legitur الحقيقة, pro quo الخفيفة, sicut in altero Hamasae loco p. ٣٨٥ et ٨٤٥ in utroque commentario scriptum invenimus, legendum est. Haec autem interpretandi ratio et in nostro loco recta videtur, nam levis visitatio sine dubio breviter duraturam designat. In Tebrisii codice vox haud distincte scripta est. Pro voce ألممت in Mersukii libro أتتنا ad nos venit in versu legimus.

3) Dicere vult, vocem وجه phrasi non convenire, ut ad eam excipiendam quasi coacta sit.

4) Vocem لما proprie nomen esse, vix dubio caret. Nomen proprium autem eam appellasse videtur, quod nominis appellativi tam significatione quam casibus caret. Non puto hoc in loco voci علم signi significationem convenire, quae commentarii rationi contraria sit.

inserviens est. Quae res si ita est, responsum (phrasis consequens) necessario sequi debet, quoniam unam rem propter alteram accidentem accidisse indicat. Vox ترهق loco praedicati vocis كادت est, quoniam verbi كاد eadem quae verbi كان et caeterorum eiusdem generis verborum ratio est. Factum imminere, appropinquare significat. Hanc ob causam particula أن absit, necesse est, dicis enim كاد يفعل ; dicere أن يفعل nonnisi in poesi licitum est. (Gr. Ar. II, 213.) Visionis nocturnae conditionem narrans dicit: Venit ad nos et nos salutavit, tum nonnisi paululum cunctata surrexit et abiit. Et quum abiisset, parum abfuit, quin anima eius vestigia sequeretur [1]).

4. *Ne autem putes, me vobis absentibus ulla re deprimi aut me mortem timere* [2]).

Vox تخشعت significat »submittendi molestiam suscepi.« Vox خشع cum nomine actionis خشوع in visu et voce, quemadmodum خضع cum nomine actionis خضوع in corpore adhibetur. Dicitur اختشع فلان [3]) »quidam caput demisit vultum in terram deprimens«; dicitur خاشع الطرف (vultum demissum habens), خاضع العنق (collum depressum habens). Vox فرق timorem designat. Si quis interrogat: ubi objectum vocis تحسبى est? phrasin انى تخشعت locum duorum **(p. 24.)** obiectorum tenere (Gram. Ar. II. 74. 215.) respondeas. Nonne vides, haec verba idem valere sensu, quam verba لا تحسبينى خاشعا »Ne me submissum putes!« Ut vero duo obiecta exsistunt, dum particula أن non adest, sic intrans particula أن in sermonem (كلام Gr. Ar. II, 509 sq.) cum sequentibus verbis utriusque vicem implet, quoniam duo obiecta verbis proveniunt [4]), etsi in phrasi cum أن coniuncta sunt, siquidem particula أن cum verbo sequente nomen valet. Hoc autem ei simile est, quod dicis: لو انك جئتنى لاكرمتك »Si tu ad me venisses, te honorassem«, verbo cum particula أن coniuncto, etsi dicere non potes: لو مجيئك [5]). Dicit (poeta): »Ne putes, me vobis absentibus ob rem mihi accidentem mei submissionem in me suscepisse aut me mortem timere.« Narrandi modum in rebus mulieris relinquens eam allocutus est, in re consuetudinem poetarum imitatus, qua in sermone libere agunt [6]). Hi autem versus in capite الحماسة inscripto locum obtinuere, quia captivitatem et vincula, quibus adfligebatur, parvi habens patientiam ostendebat. Grammaticus Abu-l'Fath dixit, verbi خشعت formam quintam eandem significationem habere quam formam primam et interdum formam quintam significationem formae primae habere. Sic in verbis Corani الجبار المتكبر (Sur. 59, 24.) vocem المتكبر idem quod الكبير significare et ad hunc modum in versu libri (a grammatico Sibawaihi) [7]) scripti: (metr. Thawil) ولا يشعر الرمح الاصم كعوبه بثروة رهط الابلخ المتظلم Hasta, cuius nodi surdi sunt, multitudinem superbi, iniusti haud novit, vocem المتظلم vocis الظالم sig-

1) Verbis mihi hic sensus esse videtur, eum illa abeunte tanto dolore correptum fuisse, ut parum abesset, quin moreretur.

2) Poeta amicam absentem tanquam praesentem alloquitur. Quandam et sensus et loquendi similitudinem in Ebn-Doraidi Makzur. v. 23. observamus.

3) In Mersukii commentario اخشع est.

4) Pro voce جعل Mersukii commentarius حصل melius habet. Et sic in Tebrisii codice esse video.

5) Hoc addit ad probandum, verbum post أن locum nominis tenere, ubi nomen particulam sequi non potest.

6) I. e. ab uno loquendi modo in alterum transeuntes.

7) Opus Sibawaihii ob celebritatem الكتاب liber appellatur. De hoc grammatico conf. Meid. T. III. p. 214.

nificationem habere. Quidam poeta dixit: (metr. Thawil) Sic mihi iniusto modo ius eripuit et manum meam detorsit; Deus, qui eius victor est, manum eius detorqueat[1]).

5. *Aut me vestris minis adfici et quod vinctus incedam, me deprimi.*

In versu وعيدهم (eorum minae) quoque legunt. Dicunt: زدهاه et ازدهاه eandem significationem, quam استخفه »parvi pendit, despexit, eum despectum reddidit« habere. Vox زهو vani, mendacii et rei in sermone additae significationem habet. Dicis: قال زهوا (dixit mendacium) et de superbia solummodo زهي cum passivi vocalibus adhibetur, vir مزهو superbus appellatur. Primaria vocis significatio levitatis est. Voces وعد et وعيد a radice eadem proveniunt, etsi una in bono, altera in malo adhibetur; sed mutatis formis utraque significatio distinguitur, quemadmodum in vocibus عدل et عديل, quarum una in hominibus (Mers. في غيرهم), altera in rebus adhibetur, factum est. Vox اخرق eum designat, qui rem parum leniter tractat et خرق contrarium vocis رفق (lenitatis, benignitatis) est. In versu autem vox اخرق et cum vocali Dhamma litterae Ra, ut verbum sit et cum vocali Fatha, ut adjectivum sit, pronuntiatur. Dicit: ne putes, vestras minas animam meam despectam reddere aut me incedentem in vinculis animum abiicere Si legendi modus وعيدهم admittitur, pulchrior inde sensus prodit. Significare vult minas eorum, propter quos eum in carcerem coniecerant, dum patientem se in ferenda calamitate, qua adficitur, describit[2]).

6. *Sed ardor amoris tui mihi supervenit, qualem, dum liber eram, experiebar.*

Verbum, a quo vox صبابة derivanda est, intransitivum cum vocali Kesra[3]) est, adiectivi forma صب est. Praestat dicere, vocem ما in voce كما potius esse substantivum (Gram. Ar. I, 267 319.), quam prononomen relativum (ib., p. 445.), quoniam, si pronomen relativum esse statuis, definitum est, et idem quam الذي valet. Vult autem desiderium incognitum cum altero incognito comparare, ut versus verba idem valeant, quod verba sequentia: me invasit desiderium, simile desiderio, quo propter te illo tempore adfectus eram, ac si conditionem suam, postquam ea tentatus erat, cum conditione qua antea utebatur, contulerit (Mers. مني به). Obiectum verbi القى, ut lenior vox fieret, abiectum est; dicere enim vult القاه منك. Voces عراه et اعتراه eundem sensum offerunt significantes, venit ad eum[4]). Inde عرا الدار et عروة الدار[5]) cum vocali Fatha (regio domum circumdans) desumtum est; est enim locus, ex quo in domum intrant. Verba phrasis اذ انا مطلق locum genitivi occupant tanquam cum antecedente coniuncta[6]).

---

1) Confer. Ham. ٦٣٤ v. 2. In hoc versu تظلم, quoniam eius obiectum حقي est, sensum vocis ظلم offert.

2) Ego quoque hunc legendi modum praeferendum puto, nam hic versus cum antecedente melius cohaeret. quamquam alter tanquam negligentia poetae ortus, postea correctus, excusari potest.

3) Regulis et analogiae convenientius cum vocali Dhamma dixisset. (Gram. Ar. I, 285.)

4) In Mersukii codice voces اذا جاءه desunt.

5) Sed Djeuharius nil nisi عراة habet.

6) Haec nonnisi verba انا مطلق spectant, nam vox اذ accusativi locum tanquam ظرف habet.

Hac autem phrasi vox أنْ explicata est, quasi dixerit: وقت اطلاق (tempore libertatis meae). Dicit: in amore servitus desiderii et molestia cupidinis me invasit, qualem propter te experiebar tempore, quo liber eram.

Res narratae, quae Djahfarum b. Ohlbah Haretsitam spectant et causa captivitatis caedisque eius.

Gens Banu-Ohkail b. Cahb quum loco Zaihad[1]) appellato substitisset, quadam vespera iuvenibus ludentibus puellae videndi causa prodiere. Ibi quidam e gente Banu-l'Harits b. Cahb virum e gente Ohkail b. Cahb, nomine Azghar b. Mohammed, qui ad familiam Banu-l'Abraz pertinebat, mulieri e gente Banu-l'Harits clandestina indicia oculis facientem conspiciens, tanta ira exarsit, ut equo conscenso, lanceâ sumptâ Ohkailitam in ore confodiens dentem **(p. 25.)** fregit et gingivam diffidit. Putans, lanceam ad interiora penetrasse, in fugam se dedit. Vir autem ex Ohkailitis fratrem Azghari Ahbbasum b. Mohammed ad vindictam provocavit; qui tamen, quum ad vinditam provocatus esset, (ob timorem) in terram abiens aufugit. Tum quidam e gente Ohkail Haretsitae lumbum sagitta confodit, ut moreretur. Mulier e gente Banu-l'Harets (fugae Ahbbasi alludens) dixit: »Dei promissum verum esse testor et Ahbbasum timidum esse testor« quae verba in proverbium venere. Mos erat apud gentem Banu-l'Harits, mulierem sibi praesente timido faciem velo non tegere. Idem quoque in consilium neque adhibebatur, neque ulla eius ratione habita, ad convivium vocabatur. Tempore longo praetermisso gens Banu-Ohkail ad gentem Banu-l'Harits iudicium in re contulit, quae pretio accepto sanguinem illis remisit. Ohkailitae quoque vulnus sanatum erat. Tempore post,[2] quum homines illius rei obliti essent, accidit, ut adolescentes gentis Banu-l'Harits ob agendi rationem, qua Ohkailitae erga eos usi essent, contumeliis adficerentur. Inter eos duo iuvenes bonis abundantes, amicitia coniuncti erant Ahlijj b. Djohdob b. Ohtajj et Djahfar b. Ohlbah, qui Mohammedi b. Hescham b. Ismaihl b. Hescham b. Alwalid b. Almoghirah b. Ahbd-Allah b. Ohmar b. Machsum filiam Ohlbahi, sororem Djahfari in matrimonium dederant. Haretsitae quum nonnullis ad gentem Ohkail pertinentibus occurrerent, Djahfarus b. Ohlbah Ahlijjusque b. Djohdob, qui inter eos erant, virum igitur e numero Ohkailitarum, nomine Choschainah occiderunt, Hodsaili b. Cilab tendines in pede percusserunt et alium inter barbam superiorem nasumque tanto vulnere adflixerunt, ut nasus amputaretur. Hoc peracto Ohlbaho, patri Djahfari rem nuntiantes, interrogarunt, num ipsis fugiendum esse putaret. Ille ne fugerent suadens dixit: ego generum meum Mohammedem b. Hescham aditurus vos defendam, ne inde quid noxae vos attingat. Missa igitur epistola ad filium Heschami, Ahlijjum b. Djohdob et Djahfarum b. Ohlbah facinus patrasse scribens, quid consilii haberet, interrogavit. Ad eum ille rescripsit: Me defensorem habebunt; ad me igitur veniant! Gens Banu-Ohkail, quae filium Heschami metueret, ipsum Heschamum b. Ahbd-Almalic adiit, ut ultor esset, petens. Hic igitur litteras

1) Locus iuter regiouem Iemen et Hadhramaut situs. Kam.

2) Verbum أبرد a voce بريد seriore tempore post ipsam rem institutam ortum est vocabulum. Moahwijahus primus erat, qui rem cursus publici institueret. conf. lib. m. Selecta ex hist. Halebi p. 87 aduott.

ipsis ad principem Nadjrani 1), qui Ahbd-Allah Tsakefita erat, dedit cum mandato: Si gens Ohkail argumento rem probat, Haretsitas cape et talione puni occisorem utrumque, et quae iis ipsis iure debentur, perfice! Quum ad Tsakefitam venissent, dixit: homines ad cognatum suum, filium Heschami, qui Meccae est, confugerunt; nullam igitur in eos potestatem habeo, nam ad quem se contulerunt, me maior est. Inde igitur ad Heschamum redeuntes dixerunt: Mohammedes b. Hescham impedivit, quominus ab hominibus ius nostrum obtineremus; sunt enim eius cognati. Epistolam igitur ipsis tradidit 2) cum mandato: hominibus ius redde et Deum time! Venientibus autem Ohkailitis, qui sanguinis vindictam petebant, Ebn-Heschamus cognatum suum et Ahlijjum b. Djohdob captos in vincula coniecit, Ohkailitis autem dixit: argumentum proferte! Tum Kasamahus dixit: quomodo argumentum nobis proferendum est, et quomodo, qui testimonium dicant, sistemus, nam sanguinem nostram effusam esse confessi sunt et carminibus evulgarunt. Tum ille: Quod ad caedem attinet, ego eos occisurus non sum; sed pretium sanguinis vobis dabo et sanguinis vestrae et equorum piaculum perfectum concedam. Tertio igitur homines quum Heschamum adiissent, ad illum hic scripsit: Ne ut sanguis impune effundatur, permittas, nam carmina rem narrarunt et ipsi contra se confessi sunt. Ebn-Heschamus igitur ad Heschamum b. Ahbd-Almalec rescripsit: Si ad te venerint, eos ad me remitte, nam cognatorum meorum sanguis iis praestantior est. Quos si in carcerem coniecerim, pretium sanguinis accepturos spero. Quum autem quarto venientes Heschamus ad illum remittere vellet, dixerunt: Ebn-Heschamus erga nos iuste non aget, nunquam autem 3) tecum in fidem inibimus; nobis igitur vindictam debitam sume! Tum Heschamus dixit: litteras vobis ad eum dabo, ut pretio sanguinis dato contentos vos reddat, nam cognatione sua se defendit. Ohkailitae tum dixerunt: minime, nisi, quod illo producto homines videbunt, nos iuris nostri potestatem habuisse. Tum post potestatem concessam abstinentes pretium sanguinis pro eo accipiemus. Ad Ebn-Heschamum igitur istas res perscripsit. Tum autem iureiurando eos obstrinxit dicens: vos fidem servabatis; ego vobis caedis pretium dabo. Illi fecerunt 4). Ohkailitae autem viro ex ipsorum numero, aliis incognito, nomine Rahmah b. Thawwaf dixerunt: Prope a nobis incede et eodem tempore, quo nos (oppidum) intra; sed loco, quo nos deversamur, ne deverseris, neque te Ohkailitam appelles! Sed momento, quo vir prodit, eum capite trunca et te hominibus immisce! Ebn-Heschamus Djahfarum b. Ohlbah vestimento pretioso 5) tectum, pulcherrimum hominem produxit. Contra Ohkailitas autem custodes disposuerat ob metum,

1) De Nadjran vide Abulfed. ٩٣. Est locus terrae Iemanensis in ditione gentis Hamadsan. Anno decimae Hedjrae expugnatus est. Plures autem huius nominis loci sunt. De usu vocis أن conf. Gram. Ar. I, 568.

2) De Sacyus dubitavit, num فكتب له eique scripsit legendum esset.

3) De Sacyus dubitavit, num نجوره cum eo in fidem inibimus legendum esset. Quod si textus legendi modus rectus est, illi dicere videntur; quod si nunc nobis auxilium non praestas, nos postea in te fiduciam non ponemus.

4) Pro ففعل lego ففعلو et sic de Sacyus.

5) De voce حلة conf. Hamas. p. ٨١.

subito rem peragerent, quod perfidiam eorum timebat. Quum Djahfarus prodiisset, Rahmahus irruens eum occidit. Ebn-Heschamus autem eum in carcerem coniectum spe privavit et poena adflixit. Ohkailitis quoque in carcerem coniectis dixit: Profecto! iram vestram excitabo! Virum Rahmah puniebat et fame cruciabat, ut die Veneris moreretur. Heschamo b. Ahbd-Almaleco autem ante diem Veneris proximum mortuo Alwalidus b. Iasid post eum regnans Iosephum b. Ohmar Tsakefitam misit, ut duos Ebn-Heschami filios caperet. Hos **(p. 26.)** tanta poena adflixit ut in carcere morerentur. Djahfarus b. Ohlbah [1]) autem tempore, quo genti Banu-Ohkail occurrebat, hos versus dixerat: (metr. Thawil) Ac si Ohkailitae die, quo iis occurrebam, pulli avium Katha essent obviam venientes accipitri, falconi; sane ego non curabo post diem ad locum Sahbal, quum poena non adfligor, quod mors ventura est. E versuum numero, quos in carcere vinctus dixit, verba sunt: هواى مع الركب اليمانين مصعد etc. (prop. Lege fragmentum). Pater autem eius, dum Djahfarus vinctus erat, hos versus dixit: (metr. Thawil) Per vitam tuam! nox, o mater Chalidi, etsi me quietum reddis, sane longa mihi est; nuntios metuo a gente adlatos, quae iam propinqua est et reditum emaciatorum camelorum, quorum pedes labuntur. Per vitam tuam! filius meus matutino tempore, quo Ohkailitae ab eo se vindicant, quod adiutores remoti sunt, despectus est.

VII.
Dixit Abu-Ahtha Sindita.

Nomen Aflah habebat et cliens Ahnbari b. Simac b. Hozain (gentis Asad) erat. Barbarismo magno laborabat, loco litterae ج litteram ز et loco litterae ش litteram س pronuncians. E numero poetarum gentis Omajjah erat [2]).

1. *Te (o femina!) recordatus sum, dum hastae Chaththaeenses inter nos vibrabantur et iam rectae (lanceae), fuscae [3]) sanguinem nostrum prima vice biberant [4]).*

Ad speciem secundam metri Thawil pertinet, dum homoioteleuton متواتر est. Dixerunt,

1) De hoc poeta conferas librum Citab-Alaghani.

2) Abu-Ahtha viri cognomen (كنية) erat. Filius Baschschari Cufae educatus Omajjadas et gentem Haschem laude celebravit. Ut pater e Sindia oriundus haud bene Arabice locutus erat, sic filius ob vitium linguae haud bene loqui poterat. Puero, qui versus ab ipso compositos recitaret, utebatur. Genti Omajjah quum animo deditus esset, gentem Ahbbasidarum satyra perstrinxit. Fine temporis Manzuri, (anno 137 imperio potitus anno 158 diem obiit), in oppido Waseth obiit. Versibus extempore dictis excellebat. Plura de viro vide in libro Citab-Alaghani.

3) Voces متثقفة et سمر adiectiva sunt, quibus poeta omisso nomine ad lanceas significandas utuntur. Ignis ope lanceae rectae reddebantur. Haec est causa, cur iis fuscus color tribuitur. Voce نهل lanceae cum camelis comparatae sunt, qui una vice et tum post quietem altera vice ad bibendum veniunt. Mersukius monuit, esse, qui loco vocis نهلت legerit نهكت (adflixit morbus), qui legendi modus reiiciendus sit. Eadem comparatio p. ٣٨٥ v. 4. est; similis temporis comparatio p. ٣٧٥ v. 1. invenitur.

4) Hisce in verbis quum recordatio amicae, quae poetam in ipsa pugna haud relinquat, descripta sit, versus nunnisi ob sensus similitudinem, qua cum prioribus cohaerent, in librum recepti videntur.

hasta Chaththaeensi sui ipsius hastam significasse poetam. Alii dicunt, eum non singulam hastam, sed (hastarum) genus intendisse, quod ad Chaththam, littus regionis Bahrain et Ohman refertur. Vox خطيطة (terra pluvia non rigata inter duas pluvia adfectas[1]), inde originem duxisse videtur. Vocis خطر primaria significatio motus est. Verbis قد نيلت منا »iam e nobis prima vice biberunt« significare vult e sanguine nostro. Vox نيل iis adnumeranda est, quibus contrariae sunt significationes, quia et in eo, qui potu satiatus est et in sitiente adhibetur. Vera vocis نيل significatio primi potus est, qui interdum sufficit aut non sufficit. Hanc ob causam vox ناهل in satietate et siti adhibita est. Vocis ذكرتك nomen actionis ذكر cum vocali Dhamma effertur, quoniam Dsocr recordatio animo, Dsicr mentio linguae est. Hoc sermone commonefecit, se bellum parum curare eiusque desiderio plenum esse isto statu, quo lanceae ipsos vario modo confoderent. Dixit grammaticus Abu-l'Fath: verbis poetae وقد نيلت منا المثقفة accusativi locus est, nisi quod adpositio verborum والخطى يخطر بيننا sunt. Haec autem verba accusativi locum habent ob verbum ذكرتك. Licet autem dicere eius esse adpositionem, quoniam altero res magis explicatur quam priore. Nonne vides, hastas Chaththaeenses[2]) inter eos vibrari; sed eas nondum potu rigari, quia invicem obeunt sine mutua confossione. Nil quoque impedit, quominus verba وقد نيلت significent statum (حال) pronominis, cui in voce بيننا genitivus casus est. Hoc admisso antecedentis adpositio non est.

2. Sed, per Deum! nescio (et ego verax sum)[3]), *utrum morbus ex amore erga te ortus me vexaverit an fascinum?*

Per Deum iuravit, notitiam suam in statu utroque, cuius mentionem fecerit, aequalem esse. Littera Alif in verbis اداء عرانى littera aequale reddendi appellatur. Si quis dixerit: ليت شعرى ازيد فى الدار ام عمر »Utinam sciam, utrum Saidus in domo sit an Ahmruus?« littera Alif littera, qua aequale redditur, esset. In vocibus من حَبابك cum vocali Fatha litterae relatus pronunciandi modus est, cui voci sensus maioris et potioris partis amoris tui adscribitur; sed fieri potest, ut vox amoris sensum praebeat. At pluribus tamen vox cum vocali Kesra pronunciatur. Hoc tertiae verbi formae حابَ nomen actionis est[4]). Dixit Abu-Dsoaibus: (metr. Thawil) Cordi meo dixi: o quam bonum est! amor eius in novam mortem te demittet. Aut nomen actionis primae formae aut pluralis vocis حب amor esse potest, ac si diversos status in eo descripturus plurali usus sit. Refertur quoque من جَنابك i. e. a latere, tractu tuo et من جنابك i. e. propter aversationem tuam.

---

1) Mersukius melius وعى ارض habet.

2) Lanceae aut a loco, ut in nostro versu, ubi arundo crescebat aut a personis, quae eas conficiebant et vendebant, Rodainiticarum et Samhariticarum nomen acceperunt. Ham. p. ٣٣٧ v. 2.

3) Mersukius monet, poetam hisce verbis aut veracitatem in narrando aut in iurando religionem suam significare posse, id quod ad unum eundemque sensum redeat.

4) Hoc admisso de mutuo inter utrumque amore sermo est.

3. Si fascinum est, ob amorem excusatum me habe, sin morbus[1]) *alius est, tu excusata eris.*

Fascinum et fucatio[2]) eadem ratione se habent et hanc ob causam in Corano (Sur. 7, 113.) legitur »Oculos hominum fascinarunt i. e. Ostendunt id modo quodam oculis, dum re vera aliter se habet. Vox السحّارة (magia) nomen ludi est, qui illo modo se habere describitur. Capra مسحورة appellatur, quae ubera magna; sed parum lactis habet, terra quoque مسحورة dicitur, quae nullas plantas producit. Dicit poeta: Si res me occupans fascinum est, ego excusandus sum ob amorem tuum, quia fascinatus amat; sin vero morbus, non **(p. 27.)** fascinum, tu excusanda es, quoniam me tibi exponens et de pulchris virtutibus tuis cogitans in eum incidi. Verbum autem فاعذريني locum tenere verborum فلى عذر »tum mihi excusatio est«, eidem opposita verba: فلك عذر »tum tibi excusatio est« probant. Hoc quoque refellit interrogantem, cur dixerit: اعذريني »me excusa«, quum ipsi crimen non esset, siquidem excusationem proferat, nemini nisi peccatori aut ei, qui peccator habeatur, necesse sit. Fieri quoque potest, ut poeta opinetur, sese ab ea pro peccatore haberi ob amorem, quem ostenderit. Ei igitur dixit: si tu me fascinasti pulchritudine tuâ, quam mihi ostendisti, ego excusandus sum, quod fascino succubui[3]), sin vero ego me tibi exposui, tu excusanda es[4]).

VIII.
Dixit Balah b. Kais Cinanita.

Grammaticus Abu-l'Fath quamquam se neque in nominibus appellativis neque in adiectivis nomen بلعا nosse dicit; tamen, nomen ab alia voce deductum esse puto, ut tanquam inventum nonnisi nomini proprio inserviat sicuti nomen عدنان et قحطان et his similia. Quod vero ad nomen قيس attinet, id deductum est a loquendi modo قاس الشى بالشى »rem comparatione instituta cum altera definivit«, cum futuro يقيس, nomine actionis قيس. In versu Ahdjdjadji (est pater Rubahi conf. Meidan. Tom. III. P. 2. p. 233.) »(metr. Redjes) Noctu animo volvit, utrum contortus suus (funis) maxime defensus sit an simplex suus maxime defensus« poeta يقايس (distinxit) voluit, sed inversis litteris يقاسى dixit.

1. Quot equites in mortis mare profundum[5]) *se abdentes, qui si rem ingratam iurantes adfirmant, veraces sunt!*

Species prima metri Basith appellati et homoioteleuton متراكب est. Genitivus vocis فارس e significatione vocis رب pendet, ut sit pro ورب فارس. Morti autem sensu ampliore (i. e. comparatione instituta) verticem tribuit, tum eum (equitem) illo submersum descripsit. Vox غمار pluralis vocis غمرة est. Forma quinta تالى, forma octava ائتلى et quarta آلى eandem significationnem iurandi habent; at vero iuramento ibi locus non est. Nil nisi rem tan-

---

1) Vox داء praedicatum verbi كان est, ut sit pro وان كان ما بى داءًا.

2) Legendum est السحر والتمويه.

3) Tanta enim pulchritudo est, ut omnes vincat.

4) Ego ipse calamitatis meae auctor sum.

5) Conf. p. ٢١ v. 3.

quam certam adfirmare vult. Dicit: quot equitibus intrantibus in calamitates mortis, qui quum rem, quae ab aliis ingrata habetur aut quae ipsis ingrata est, iuramento adfirmant, veraces sunt et non periuri, sic ego feci! In versu quoque على مكروهة legitur, ut sensus sit على خصلة تكره »rem quae ingrata habetur«. Hoc admisso adiectivum a substantivo separatum est. Licet quoque vocem esse nomen actionis, ut مصدوقة et huic similia nomina actionis, quae formas participii passivi induunt. Quod si مكروهه »eius ingratum« legitur, vocem مكروهه cum voce فارس (eques) coniunxit, quoniam ad eum (equitem) pertinet. Vox منغمس eum significat, qui in rem intrat. Dicitur غمسته في الماء (immersi eum in aquam) et alia quoque in re usurpatur. Vir مغامس is est, qui in bella intrat[1]) et in iis ultro citroque it. Voces غمار et غمرات plurales vocis غمرة sunt, quae vox in aqua, bello, malo adhibetur[2]). In omnibus ad primariam tegendi significationem redit. Vir مغامر is est, qui in gurgites irruit[3]). Grammaticus Abu-l'Fath dixit, vocem مكروهة admittere utriusque viri diversam sententiam, grammatici Sibawaihii et Abu-l'Hasani (Alachfasch). Sententia auctoris libri (Sibawaihii) est, esse adiectivum substantivi omissi, quasi dixerit: اذا تالى على حال مكروهة صدق »quum statum ingratum iuramento adfirmat, verax est«; Abu-l'Hasani autem sententia, esse nomen actionis formam participii passivi habens. Sententiae auctoris libri (Sibawaihii)[4]) consentaneum est, esse in eo pronomen nominis omissi; sententiae autem Abu-l'Hasani, non esse in eo pronomen, quemadmodum in vocibus كره, كراهية et كراهة non sit. Femininum autem vocis مكروهة sententiae auctoris libri favere videtur, quoniam genus femininum in adiectivo vulgarius faciliusque est, quam genus femininum in nomine actionis, siquidem nomen actionis genus significat (generalem significationem habet). Quod si vero res ad genus ducit, efficit, ut sententiae vocem indefinitam esse assentiaris; id quod scias.

2. *Dum in agmine bene armato, strenuo erant, gladio inrasi, qui medium caput diffindebat.*

Vocis تغشى et غشى primaria significatio veniendi et induendi est. Inde vox الغشاوة tegumentum designat. Et latiore sensu verbo utuntur, ut dicant: »eos iustitiâ texit aut iniustitiâ« et dicant: غشيته (tegumento eum texi), siculi dicunt: قنعته (calantica eum texi). Vox عضب secantem designat sc. gladium, ac si nomen actionis loco adiectivi positum sit et vox عضب secandi significationem habet. Hanc quoque vocem latiore sensu adhibent dicentes: عضبه عن حاجته (retinuit eum a re ipsi necessaria). Vox سواء medium hoc in loco significat. Sic in Corani loco (Sur. 37, 57.) »in medio igne inferno« et loco nominis actionis ponitur, tum loco adiectivi adhibetur, ut in Corani loco (Sur. 41, 9.) »aequale petentibus«. Vox اصاب

---

1) Mersukius habet مغامس للذى يغشى.

2) Sunt qui vocem غمار cum vocali Dhamma pronuncient, sed vocalis Kesra praeferenda est.

3) Mersukius habet مغامر اذا يلقى.

4) Sibawaihius praeferre videtur مكروهه; Abul-l'Hasan مكروهة. Hoc signum feminini vituperatur in nomine actionis, quippe isto signo ista vox specialis fit, dum tanquam nomen actionis generalis est. Si statuis adiectivum esse, cum eo pronomen coniunctum esse potest; sin vero nomen actionis esse vis, pronomen coniunctum cum eo esse non potest, quod tanquam nomen generis indefinitum esse debet; pronomine autem addito definitum fit.

significationem vocis طلب (petiit) habet et نال (attigit). Dicitur: اصبت الصواب فاخطأته »rectum petii; sed id non inveni«. Vox جأواء turmam viridem (s. obscuram) designans, **(p. 28.)** a voce جؤوة derivatur, qua armorum viridis color significatur. Vox بسالة a بسّل (illicito) provenit, quasi vir, propterea quod defensus est, illicitus habeatur. Vox انفلق eandem significationem habet, quam انشق (diffissus fuit) et فلقته idem est, ac شققته (eum diffidit). Dicit: quot equites ita constitutos, dum in agmine (legas وهو في جيش) perfecte armato erant, cuius occursus aliis ingratus est, ense secante, qui medium caput diffidit, percussi [1]).

3. Ictu non raptim a me inflicto et non festinantur propter timiditatem timoremque.

Vox خلس significat capere rem inopinato. Dicunt formae octavae festinantius capiendi significationem esse, quam primae. Dicitur: هو لك خلسة »is tibi res est, quae rapitur«, ut vox نهزة de occasione data adhibetur. Dicitur: تعجلت الشى »rem suscepi cum festinatione«; dicitur quoque: اعجلته et استعجلته et تعجلته cum eadem significatione. Vox جبنا accusativum casum obtinuit, quia obiectum causae (Gram. Ar. T. II. p. 114. 522) est, quod nomen actionis causae appellatur. Verba لم تكن منى مخالسة contraria sunt verbis alius poetae (metr. Hasadj) Et raptim ictus infligo, ut cuspis mea cruore non inficiatur« [2]), quoniam poeta exprimere vult. se constantia et animi fortitudine adversario suo nocuisse timidi modum non sequens in agendo. Dicit: ego festinationi in percutiendo operam non dedi ob animi mei debilitatem aut timorem ab adversario [3]), nam timidus cum maiori festinatione percutere solet. Sed interdum strenuus voce مخالس et خليس (raptim agens) describitur et sic cum altero colluctans. Dixit grammaticus Abu-l'Fath: Vox بضربة licet esse voci عضبا loco adiectivi, ut verba عضبا بضربة sint pro عضبا ذا ضربة »gladium percutientem«, quemadmodum dicere potes: مررت برجل باخر رمق »transii ad virum cum postremo vitae spiritu«, et ut haec littera B a nomini indefinito (articulo carenti) adiectivo inservire licet, ita eadem nomini definito status (حال) esse potest, quemadmodum in verbis: خرج بثيابه (exiit cum vestibus suis) i. e. exiit, dum vestibus suis vestitus erat. Sic quoque in versu: (metr. Motakarib) Et currens pedibus simul sublatis modo cursus equulei, qui funem cum freno abruperat, nam vox بالمرود pro ومرودة فيه »dum frenum in eo erat« est. Huic autem litterae B a in utroque loco pronomen est, quoniam in utroque cum pronomine omisso cohaeret. Sic in Corani loco (Sur. 28, 79.): »Et exiit contra gentem suam in ornatu suo« i. e. dum ornatus erat, nam sensus verbi est verborum وزينته عليه »et ornatus suus super ipso erat«. Similis quoque versus Hodsailitae est: (metr. Camel) Caespitant confossi acutis cuspidibus, quasi anteriores pedes vestibus striatis gentis Banu-Tasid [4]) tecti essent«

---

1) Mersukius dixit, versum hunc phrasin consequentem verborum antecedentium quot equites esse.

2) Mersukius Hodsailitae versum addidit: (metr. Thawil) وطعنة خلس قد طعنت مرشة »Et confossione raptim facta confodi, sanguinem spargente.«

3) Mersukius habet ولا تخوفي, quod praeferendum puto.

4) Erant panni striis rubris insigniti, qui in ista gente, cuius auctor Tasid b. Holwan erat, conficiebantur Kam. In Djeuharii opere versus hic adnotatus est. Pedes striis sanguinis insigniti istis pannis vestiti poetae videntur.

i. e. lapsant, dum ipsi in cuspidibus sunt, ut في الظبات sint pro كاينات في الظبات. Littera Ba in voce بضربة per pleonasmum posita esse potest, ut idem quam ضربة valeat. Hoc admisso vox ضربة appositio vocis عضبا est. Regula autem postulat, ut ضربة به dicatur, quemadmodum dicis: رأيت رجلا سيفا معه »vidi virum, quocum gladius erat«; sed vocem به omisit, quia locus eius notus est. Dixit Abu-Mohammed Alahrabi ad verba وفارس في غمار الموت, se hunc versum in poesi viri Balah appellati haud nosse; ab alio factum videri. Se autem sequentem versum ab eo factum scire: (metr. Basith) Si lacryma mea se ostendit, eam retineo, nam quot adversarii, ut caput collumque inclinarent, effeci ictu a me haud raptim inflicto etc. Reliqui autem omnes (grammatici) huic sententiae repugnant, quam in refellendo Namirita secutus est.

IX.
Dicit Rabiah b. Makrum Dhabbita [1]).

Vox ربيعة galeam ferream et lapidem quoque, qui roboris experiendi ergo extollitur (يرتبع i. e. يشال) designat. Vox مقروم a loquendi modo قرمت الشى باسنانى »rem dentibus meis dissecui« desumta est. Res ipsa مقروم, quod idem significat quam مقطوع (dissectus) appellatur. Dicitur quoque قرمت البعير »Resecui camelo pellis partem in naso« i. e. quae torquetur. Ibi funis maxillam cingens ponitur, ut mansuetus fiat. Haec cutis قرمة appellatur, camelus autem talis مقروم. Vox مقروم quoque idem significat quod vox ماكول (esus); in agno (بهم), qui primum vorare incipit, verbum قرم adhibent. Vox ضبة unum repagulum ferreum huiusque generis res designat, nec non lacertam feminam cum plurali ضباب aut nomen vicis a verbis ضبت لثته cum futuro تضب (fluxit eius gingiva) derivatum est. Poeta dixit: (metr. Thawil) Gingiva equorum in atriis suis manant et sub pulvere ipsis sonus [2]) auditur.

1. Ego sane die, quo unus in alterum impetum faciebat, sedens in equo sanis pedibus magnoque corpore equitibus interfui.

Species secunda metri كامل appellati et homoioteleuton متدارك est. Voce الخيل equites, non equos designare vult. Nonne vides, eum يوم طرادها (die impetus sui) dixisse, nam vox طراد in equitibus impetum unius in alterum factum significat. Sic quoque in verbis Mohammedis, quae traditione conservata sunt: يا خيل الله اركبى »o equites Dei vehamini!« **(p. 29.)** Verbo اطّرد in aqua, vapore meridiano et sermone utuntur, ut significent, unam partem alteram sequi modo recti et voluntatis [3]). Dicitur جدول مطّرد (rivus in quo aqua recto modo fluit) et بلد طرّاد (terra ampla, in qua vapor meridianus recto modo procedit). Voci شهدت duo interpretandi modi sunt; unus est, quo praesentem esse, significat. Haec significatio in Corani loco

1) Poeta ante Islamum nec non Islami tempore vivens. Per aliquod tempus post Islamum degit. Quum captivus factus esset eiusque pecora abacta essent, a Masuhdo b. Salem b. Laila b. Abi Rabiah b. Abi-Solma liberatus est. Citab-Alaghani et Hamas. p. ٢٧٣ et ٥٠٥.

2) Pronuncies لها أزمّل.

3) In his voces على حد الاستقامة ad aquam et vaporem referenda sunt, vox المراد nonnisi sermonem spectat.

(Sur. 24, 2.) »et ut agmen credentium in poena utriusque praesens sit«. In hoc unum obiectum habet. Alter est, quo scire et intelligere[1]) vox significat. Secundum hunc modum Corani locus (Sur. 3, 16.) est: »Deus scit, non esse Deum nisi ipsum.« Hoc verbum duo obiecta habet. Interdum in iurando adhibetur, quem ad modum et verbum علم (scivit) in iurando adhibetur. Dicitur enim: يشهد الله »Deus iuramento testificatur« sicut dicitur: يعلم الله (Deus scit); sed quod attinet testis testificationem, in ea verba facienda sunt. Vocis هيكل primaria significatio magni aedificii est, tum ea equus (magnus) describitur[2]). Dicit: Adfuisti die, quo lanceis se invicem propellerent, dum ego equo magno, cuius tenuiores pedis partes vitiis liberae erant, insidebam. Vox اوظفة pluralis vocis وظيف est, quae vox pedis partem super ungulâ significat. Cuilibet autem quadrupedi in parte posteriore tres partes sunt فخذ, ساق, وظيف, tum ungula sequitur, quae in diversis speciebus diversa nomina aut حافر aut خف aut ظلف habet, et sic in pede anteriore tres sunt partes عضد, ذراع et وظيف; tum eodem modo aut حافر aut خف aut ظلف sequitur.

2. *Et clamarunt: In campum descendite! Ego autem primus eram, qui descenderet, nam quem in usum eo vehor, nisi descendo?*[3])

Id est: نزال clamarunt[4]). Ab hac significatione (vocis دعا clamavit) modus, quo mulier plangens vocem modulatur, تدعى vocatur. Fieri quoque potest, ut modo ampliore in sensu utentes vocem نزال ipsam rem advocatam fecerint, etsi ad id (descendendum) vocatur. Hunc loquendi modum adhibitum testantur verba poetae: (metr. Camel) Vocatum est نزال et in terrore pertinaces se ostenderunt et Corani verba (Sur. 25, 15.) »Vocant interitum, ne hodie unum interitum vocate, multum interitum vocate!« Vox نزال nomen indeclinabile cum vocali Kesra in fine definitum, habens genus femininum, derivatum forma mutata (Gram. Ar. 1, 408.) pro imperativo انزل est. Littera Alif in voce علاما abiecta est, quoniam in interrogando, si cum praepositione coniungitur, abiecta littera pronunciandi modus levior redditur. Sic مَمَّ, عَمَّ, فيم, لم, بِمَ dicitur; sed cum voce ذا si componitur, بما ذا et لما ذا dicendum est, siquidem vocibus ما et ذا tanquam in unam rem coniunctis, vox ما non mutatur. Dixit (poeta): inter se clamarunt et dixerunt: Descendite! Ego vero primus descendentium eram. Tum ista re se non gloriari ostendens, quum eam rem tanquam officium sibi impositum expleverit, dixit: وعلام اركبه i. e. quam ob rem equo meo vehor, qum non descendo advocatus ad descendendum[5]).

---

1) Loco vocis التبيين in Mersukii commentario التبيّن est, id quod praeferendum puto.

2) Conf, Amru-l'Kais Moall. v. ٥٠.

3) Mersukius hunc Ahschae versum similem adnotavit: قالوا الطراد فقلنا تلك عادتنا او ينزلون فانا معشر نزل »Dixerunt: impetus faciendus est. Tum diximus: haec consuetudo nostra est aut in pugnae campum descendunt: tum nos agmen descendens sumus.« Metrum Basith est.

4) Si proelii campus nimis angustus erat, quam ut equis pugnarent, se invitare solebant, ut pedibus dimicarent.

5) Sensus idem est versui: (metr. Thawil) ولا يحمد القوم الكرام اخاهم العتيد السلاح عنهم ان يمارسا »Gens generosa fratrem suum, cuius arma pro ipsis parata sunt, non laudat, quod conflictatur.« conf. Hamas. ٣٨٤ v. 4. et ad verba proxime accedit versus secundus p. ٧٤.

3. Et quoties vehementer litigantem odio contra me incensum, cuius pectus inimicitia tanquam ahenum bulliebat

Vox ألد vehementem in litigando designat, quasi litigatio ei tanquam medicamentum in os inditum sit; adeo cum eo (viro) litigatum fuit[1]). Hanc ob causam vox لدد rixa tanquam nomen actionis cum forma quarta verbi (medicamentum in os indidit) cohaeret. Alii dicunt, hanc vocem significationem vocis الالدد (acer in litigando) habere[2]). Grammaticus Abu-l'Ahla dixit: voces خصم الد designant adversarium vehementem in litigando, quasi ab eo, quod alter vult, deflectentem, et haec significatio a voce لديد, qua latus colli et latus vallis designatur, desumta est. Vox حنق vehementiam irae significat. Dicitur احنقته (ad vehementem iram eum excitavi) et حنق (vehementer iratus fuit). Nil quoque obstat, quominus a significatione adhaerendi derivatum sit, quasi ira (حنق) pectori eius adhaereat. Inde dicitur: احنقت الدابة (gracile reddidi iumentum). Dicit poeta: Quot adversarios vehementer litigantes ira et indignatione impletos, cuius inimicitia contra me in pectore modo aheni in igne stantis bulliebat, a me repuli. Comparandi autem modus effecit, ut inimicitia, quae sensibus non percipiatur, cum bullitu in olla comparata, appareat[3]), ita ut quasi oculis cernatur. Vocis رب responsum (phrasis consequens) initium versus[4]) sequentis est.

4. A me repuli. Tum vero viam sibi sequendum intellexit, et ego super oculos signum ei inussi.

In versu ارجيته et ارحاته legitur. Forma cum Hamza elegantior est. Legitur quoque اوجيته عنى et ازحيته, sed omnibus vocibus haud multum diversa significatio est. Dicit poeta: Quot adversarios sic constitutos a me repuli et averti, quum rectum sibi propositum iam oculis vidissent. Vox قصد rem designat, in qua modus non exceditur. Quod ad verba كويته فوق النواظر attinet[5]), eorum sensus est: Ego cum ussi in superiore parte super oculos, ut verba idem significent, quam من اعلاه فوق نواظره »in superiore ipsius parte super oculos suos«. In hisce verba anteposita et postposita sunt, quem mutandi modum grammatici تقديم **(p. 30.)** et تاخير appellant et si in verbis من عل satis habuisset et nil amplius addidisset, sensus tam verba فوق النواظر (super oculos) quam دون النواظر (infra oculos) exprimere potuisset; sed se instrumento

---

1) Vox به nonnisi ad virum referri potest.

2) In Mersukii commentario legimus: ويقال في معناه الندد »et cum eadem significatione الندد adhibetur.« Haec autem vox formam comparativi non habet; sed adiectivum est a forma decima quarta verbi لد derivatum Gram. Ar. T. I. p. 128.

3) Mersukius habet الى ما يدرك به من.

4) Conf. De voce صدر libr. m. Darstellung d. Arab. Versk. p. 118.

5) Huic loquendi modo verba poetae similia sunt: (metr. Thawil) ولو غير اخوالى ارادو نقيصتى جعلت لهم فوق العرانين ميسما »Si alii quam avunculi mei obtrectationem meam voluissent, super naso instrumentum, quo urerentur, iis posuissem.« Verba لاسمنك وسما لا يفارقك »Profecto! signum tibi inuram, quod te non relinquet«, minis inserviunt. Ut in fronte signum inurebant sic quoque in naso. Dixit poeta Alscha: (metr. Thawil) نشعرك واعلبْ انف من انت واسمْ »Per poesin tuam eius naso notam fac, cui tu signum inuris« et in Corano (Sur. 68, 16) سنسمه على الخرطوم »In naso eum uremus,« legitur. Arabes veteres aegrotos urere solebant. conf. Meid. I. 21, 21.

urendi frontem petere (verbis additis) explicavit. Vox نواظر venas in capite designat. Licet admittere nomen inde ortum esse, quod cum oculis coniunctae sint. Ad hoc pertinet versus poetae Alrahi[1]): (metr. Thawil) Et albi, leves, in capite ustionis signo notati, qua morbum Zad[2]) in venis نواظر appellatis medicantur. Poeta (in versu Hamasae) superbiam significare voluit. In hunc modum poetae, Djerir[3]) appellati versum interpretati sunt: (metr. Wafir) Sano hemiplexiam omnem daemonis (in homine) et oculorum venas ob morbum coryzam (Chonan) (leg. الخنان) uro. Voce الناظرين illas duas venas significare vult. Fieri potest, ut voci فوق casus accusativus datus sit tanquam appositioni pronominis in voce كويته, sin vero eum adverbium ظرف, (ut locum designet,) putas esse, poeta dicere vult: eum in hoc loco, in eius superiore parte ussi. Vox autem من عل indeclinabilis[4]) facta non est, quoniam eam tanquam indefinitam (poeta) adhibuit, quemadmodum dicis: اتيته قبلا i. e. اولا (primum ad eum veni), dum tu eum cum nomine definito, speciali cohaerere non vis[5]). Hoc scias! Simile reperitur in versu (Amru - l'Kaisi v. 51 Moallakae) Instar lapidis magni petrae, quem torrens e loco superiore deiecit. Utroque autem loco vocalis Kesra casus genitivus est. Potes quoque, si vis, vocem infirmam (معتل). Gram. Ar. I, 226. 236., cuius littera in fine abiecta fit, sic ut in vocibus شج et قاض, eamque mente tua antecedentem (مضاف Gram. Ar. T. II, 47) habere. Hoc admisso definita est vox, dum vocalem Dhamma vocis indeclinabilis loco tertiae litterae radicalis mente cogitas, modo quo in vocibus قاض et غاز, quum unam personam existentem advocas, in littera ى eamdem tanquam praesentem mente cogitas (leg. تنويها)[6]). Grammaticus Abu-l'Fath dixit, maiorem hominum partem in versu vocem ارجيته cum littera Ra legere, et qui paulo altius se extollat, eum ارجاته[7]) cum Hamza adferre. Utrumque autem referendi modum vitiosum esse. Verum esse اوجيته »depressi eum et subegi«. Sic versum retulimus et sic ego quoque eum in ipsa gente (e qua poeta originem duxerat) inveni. Est forma quarta verbi وجى, quae male habere equum ob pedum dolorem significat. Huius vocis significationem sequens verbum كويته auget; neque vero significatio removendi (quae voci ارجيته inest) voci كويته (ussi eum) tam apta est, quam significatio suppressi eum significationi verborum ussi eum, neque prope ad eam accedit[8]). Vox عل cum littera la (على) scribenda est, neque enim vocalis Kesra casus

1) Vixit tempore Djeriri et Abbd-Almalici b. Merwan conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 305.

2) Et in Mers. codicis margine كُبوة. Haec vox hoc in versu ustionis significationem habere videtur. Est morbus, quo humor e naribus effluit camelis, dum caput attollunt.

3) Poeta satyris celeber anno 111 aetate plurium quam octoginta annorum diem obiit conf. Citab-Alaghani.

4) Conf. Gram. Arab. T. I. p. 394.

5) Conf. Gram. Arab. T. II. p. 153. et grammatici Ebn-Malec locum citatum.

6) Quam litterae aut vocalis abiiciendae significationem verbo نوى inesse putaveram, eam errori obnoxiam nunc censeo in lexico meo corrigendam.

7) Conf. p. 19. inf. Usus litterae Hamzae dialecto regionis العالية Hidjasi usitatior videtur. Certum est dialectum Hidjasi elegantiorem putari.

8) Qui legendi modum اوجيته عنى sequitur, verbo اوجى significationem »dolore ungulae adfecit« tribuens vocem عنى e verbo omisso pendere putet, necesse est, ut verborum sensus sit: Dolore ungulae eum adfeci, ut

genitivi signum est. Nonne vides, vocem esse definitam, quum sensus verborum فوق نواظره aut فوق النواظر منه (**super eius venas**) sit. Peculiarem (leg. مخصوصا) rem significare vult. Hoc igitur verbis versus poetae Ausi[1]) simile est: (metr. Thawil) **Siccavit (lignum arcui destinatum) cum inferiore cortice, quae sub superiore est ut cortex tenuis ovi, quam cortex dura supra texit**, ut sit pro من اعلاه; nam voci عل nonnisi quum indefinita est, casus tribuuntur, ut in re indefinita من قبلِ, من علٍ, من فوقٍ et من بعدٍ dicitur, si rem haud cognitam significare vis. In verbis: وكونته فوق النواظر من علي vox علٍ similis voci شجٍ et عمٍ est formam فَعِل habens, ut littera Ia tertia verbi littera radicalis sit; vocalis Kesra autem modo quo vocalis litterae **Dhad** in voce قاضٍ. Hoc scias!

---

a me repelleretur. Sed Mersukii hunc legendi modum pluribus refellentis verba addere placet: انما اوجب ذلك ليكون لفق قوله بزعمه وكوبته والمعنى ذللته ورددته رازحا كرزوح الفرس الوجى وانشد قول طرفة مونسا به وقوم تناعوا عن اذاتى بعد ما اصاب الوجى منهم مشاش السنابك ولقد قضيت العجب من هذا المستدرك ومن ضلاله عن طريق الرشاد فيما قصده من المعنى ورواه فى الاستشهاد وذلك ان شعر طرفة انما هو وما زال شربى الراح حتى اشرنى صديقى وحتى سائنى بعد ذلك وحتى يقول الاقربون نصاحة دع الغى واصرم حبله من حبالك وحتى تناعوا عن اذاتى بعد ما اصاب الوجى منهم مشاش السنابك وقوله تناعوا ليس مما فسره واستشهد له بسبيل انما يريد طرفة انه ابعد غايته فى الخسارة وتمادى فى تعاطى الصبى والجبالة فلم يصح لناصح ولم يرعو لعاذل حتى نفضوا ايديهم من انابته وساموا من فيونه واعتابه فالقوا حبله على غاربه وصاروا من بين ناسب له الى الشر ومسيئ اليه فى القول وقاذف اياه بالغى فافضت بهم الحال الى ان تناعوا بعد ان بلغ العناء بهم كل مبلغ واثر فيهم الاعياء والاحفا اشد تاثيره الا ترى انه جعل الوجى فى المشاش من السنابك منهم فهذا ما عليه فى الرواية والذهاب عن طريقة الشاعر وبعد فانه لا يقال اوجيت الدابة عنى ويراد الاحفا ولم يسمع فى التذليل ذكر الحفا والوجى مستعارا كما سمع الكى والوسم فيه
»Hunc legendi modum necessarium censuit, ut secundum opinionem suam hoc verbum una pars congruens sit alteri وكوبته, dum sensus est: vilem cum reddidi eumque repuli concidentem lassitudine, quemadmodum equus ungulae dolore adfectus lassitudine concidit, poetae Tharafahi versum recitans, quem sibi accommodat: Quot homines mihi noxam inferre abstinuerunt, posteaquam laesio os molle ungularum eorum adtigerat. Magna autem ego adfectus sum miratione huius viri, qui corrigere voluit et a recta via aberravit, tam in sensu constituendo, quam in versu, quem testimonii causa adduxit; versus enim Tharafahi sequentes sunt: Vino bibendo semper indulgebam, ut amicus meus improbum me diceret, et postea me male tractaret et monentes propinqui dicerent: »errorem sine et firmiter liga funem eius ex funibus tuis« et ut a noxa mihi inferenda desisterent, posteaquam laesio os molle ungularum eorum adfecerat. Et versus voce تناعوا incipiens versum, quem explicaturus testimonii causa adduxit, non spectat. Tharafahus nil dicere vult, nisi se longe aberrasse et in amore atque insipientia perseverasse. Se ob fidum monitorem ad sanam mentem non rediisse et ob vituperatorem non destitisse, donec manus suas a poenitentia eius excusserint et tam condonandi quam obiurgandi fastidio impleti fuerint. Inde factum esse, ut habenas dorso ipsius inieceriut modo ipsum pravum appellantes, modo verbis male tractantes et errorem obiicientes. Tandem eo perventum esse, ut ab eo desisterent omnino molestia adflicti et fatigati et pedibus laesi. Nonne vides, poetam laesionem in osse molli ungularum eorum descripsisse. Haec ei in legendi modo, dum poetae rationem reliquit, obsistunt. His addendum est, neque dici اوجيت الدابة عنى, quo ungulam laedi significetur, neque metaphoram laesae ungulae, ut vir vilis redditus significaretur, adhibitam esse, sicut ustionis cauteriique metaphora usi sunt.

[1]) Filius Hadjari qui ante Mohammedem vixit.

X.

Dixit Sahd[1]) b. Naschib e gente Banu-Masen b. Malic b. Ahmru b. Tamim.

Quum caedem perpetrasset, Balalus[2]) eius domum destruxit. Dixit Abu-l'Ahla: Viri nomen Naschib aut a vocibus نشب فى الشى (rei adhaesit) derivandum est aut verborum لابن et تامر, quibus possessoris dactylorum et lactis significatio est, rationem sequens pro ذو نشب (possessor opum firmarum) aut pro ذو نشاب (possessor sagittarum) est.

1. Dedecus a me gladio removebo, licet Dei decretum quamcunque rem ad me adducat,

Metri Thawil species secunda, homoioteleuton متدارك est. Vocis قضاء significatio primaria est حتم »necessariam rem faciendi«, tum latiore sensu vocem adhibent dicentes: قضى قضاوك »res tua finita fuit«, ut voci قضاء significationem, rem ad finem perductam esse, usu tribuerint. In versu vox cum nominativo aut accusativo legitur. Quum nominativum admittis, subiectum (Gram. Ar. T. II, 98. 519.) ad verba جالبا على pertinens est et verba ما كان جالبا obiecti locum tenent. Vox قضاء significationem vocis حكم (sententia iudicis) habet. Versus verba idem valent quam verba: »Ego removebo dedecus a me adhibito gladio in hostibus statu, quo Dei decretum contra me rem adducit, quam adducit. Sed quum voci قضاء casum accusativum das, haec vox obiectum vocis جالبا est, cuius obiectum ما كان جالبا est et vox قضاء significationem mortis a Deo decretae habet, sicut res venando capta صيد, et res creata خلق appellatur. Sensus est: dum ad me adducit mortem id, quod eam adducit. Sunt, qui dicant, verbum كان in vocibus ما كان جالبا significationem verbi صار (factus est) habere. Sic in versu poetae: (metr. Thawil) In deserto, quod aqua et herbis caret, dum iumenta instar (Mersuk. كانّه) avium Katha in terra dura sunt, quarum ova iam pulli facti sunt. Vox غُسْل (lavatio) in polluendo semine emisso, puerperio, die Veneris et mortuo semper tanquam nomen vocali Dhamma pronunciatum adhibetur. In caeteris vero **(p. 31.)** cum vocali Fatha pronunciatur. Vocem lavare hoc in loco comparatione instituta adhibuit, dum sensus est: Removebo a me dedecus, quomodo lavatio a veste sordes removet; et quum dedecus a me removero, postea res ingratas, quae in me irruent, non curabo[3]).

2. Et domum meam relinquam eiusque ruinâ contra reliquum vituperium honorem meum defendam.

Vox ذهول rei relictionem significat, dum quis se eam oblitum esse simulat et inde ذُهْل (nomen gentis) derivatum est. Vox حاجبا casum accusativum obtinuit, quod secundum obiectum verbi اجعل est, quoniam id significationem verbi اصيّر »efficiam ut fiat« habet. Verba sic

1) In Mersukii opere Saihd legitur. Hic quoque adnotavit, Hadjdjadjum, quum fuga se eripuisset, eius domum destruxisse. Hadjdjadjus anno 95 diem obiit.

2) De hoc viro vide p. ٣٣٩. Haereticus appellatur.

3) Comparationem sic intelligo, ut sanguine dedecus removeatur. Sanguinis igitur vox ante vocem gladii supplenda est, ut بالسيف sit pro بدم السيف »sanguine gladii«. Caeterum de hoc versu confer. Gram. Arab. T. II. p. 80 et 435.

constituenda sunt: Ponam destructionem eius loco defensionis honoris mei. Vox جعل diverso quoque modo explicari potest. Significationem verbi خلق (creavit) habet, ut unum tantum obiectum sequatur ex. gr. in Corani verbis (Sur. 7. 1.) »et tenebras lucemque creavit« nec non significationem verbi سمّى (appellavit) cum duobus obiectis, ut in Corani verbis (Sur. 43. 18.) »et appellant angelos, qui Dei ministri sunt, feminas«. Habet quoque significationem verbi ظنّ (putavit), dicis enim: جعلته عبدا فشتمته (putavi eum esse servum et tum contumeliis eum adfeci). Habet porro significationem verbi طفق (coepit), ut obiectum non regat. Dicis: جعل يكلمه (incepit cum eo loqui). Dicit (poeta): Quum domus mihi non convenit, ut fiat domus despectus, eam relinquo et efficio, ut eius destructio defensioni contra dedecus manens mihi sit. Hoc non recedit a verbis poetae: »(metr. Camel) Quum mansio tibi non convenit, in aliam te transfer[1])! Sensus hic sensui contrarius est, quem alii exprimere volunt describentes commorationem in ea et constantiam in ea ferenda, dum commorantur in domo defendenda, quoniam eius relictio ibi dedecus adfert[2]), quomodo hic commoratio dedecori est. Vox مَذمّة cum vocali Fatha a voce ذمّ (vituperium), cum vocali Kesra autem litterae Dsal a voce ذمام (officium suos tuendi) provenit.

3. *Opes autem haereditate acceptae in oculis meis parvae sunt, si dextera mea id, quod peto, assequi potest.*

Voce يصغر valorem paucum esse significare vult. Peculiariter autem vocem تلاد, quae opes veteres designat, adhibuit, quoniam animus iis magis parcit. Istis verbis ostendit, ut relinquere domum et mansionem animo suo leve se putare ob timorem, ne dedecus admittat, sic erogare opes in assequendo desiderio rem parvam se habere. Responsum (phrasis consequens) vocis اذا huic praemissum est in verbis ويصغر في عيني (parvae sunt in oculis meis). Quod vero ad verba كنت طالبا attinet, ea sunt pro verbis كنت طالبه omisso pronomine, quod ad vocem الذى redit[3]).

4. *Tum si domum meam perfidia diruitis, (scitote) eam esse generosi, qui rerum exitum non curat,*

Vox هدم idem significat, quod قلع (evulsit) et خرّب (destruxit). Res destructa هدم appellatur. Vocem latiore sensu adhibentes vestem laceram هدم et vetulam decrepitam متهدمة appellant. Dicitur تهدم عليه من الغضب (Irruit in eum ob iram), quemadmodum تهجم dicitur. Vox غدر relictionem fidei significat et inde غادر (reliquit) et غدير (piscina) (conf. Lebid. Moall. v. 11 sch.) dicitur. In versu (poeta) inimicis suis ostendit, parum se curare res, quibus

1) Dixit alius poeta: دار الهوان لمن راها داره افراحل عنها كمن لم يرحل »Domus despectus videnti domus eius est; num inde proficiscens ei similis est, qui profectus non est?« Metrum Camel est. conf. quoque Hamas. p. ٣٣٦ v. 5.

2) Sic in versu poetae: ونقيم في دار الحفاظ بيوتنا زمنا ويظعن غيرنا للامرع »In regione, ubi honor defendendus est, diu tentoria nostra habitamus, dum alii ad locum proventu abundantem transmigrant.« Metrum Camel est.

3) Mersukius rem clarius sic expressit: فحذف منه الضمير العايد الى الذى والتقدير كنت طالبه.

ipsum adfligerent [1]). Dicit: Si vos domum meam vastatis, generosi talis est, quo se ipsum significat. Possessionem suam haereditatem, quamquam vivus est, appellat. Sensus est, eam haereditatem futuram esse et hic est modus rem appellandi rei nomine, quae futura est[2]). Vox تراث ex voce وراث, littera Waw in litteram Ta (Pro ياءا legas تاءا) mutata, orta est [3]). Voce كريم adhibita, se a sordibus remotum esse, significare vult[4]). Quod ad verba لا يبالى العواقبا, dicitur ما باليته (eum non curavi) cum nominibus actionis بالة, بالية, et مبالاة et بلا. Loquendi modus ما باليت به, ac si a voce بلاء (aerumna) desumtus sit, et in gloriando et enumerandis pulchris conditionibus adhibetur. Tam multus autem eius est usus, ut in ipsa re despicienda locum habeat. Hoc verum esse, verba poetae testantur: (metr. Sarib) Quid est, quod te stantem et gloriantem conspiciam, dum tu macie iam mortuus es; in hoc enim versu vox تبالى vocis تفاخر significationem habet.

5. *Calamitatibus adsuefacti, qui in re gravi, quam suscepturus est, socium non desiderat.*

In versu اخى عزمات quoque legitur. Vox autem غمرات calamitates designat[5]). Dicitur ما له عزمة ولا عزيمة (ei constantia et patientia in eo, quod suscipit, non est). Accurata vocis عزم significatio est: animam adplicare et cor dirigere in rem, quae agenda videtur, quae **(p. 32.)** est causa, cur in Deo non adhibeatur[6]). Vox اعتزم propositum firmum esse neque ab eo deflecti significat. In versu autem من مقطع الامر aut مُقْطَع الامر legitur (cum duplici pronunciandi modo), quo separatio et relictio rei designatur et مُقْطَع الامر, quod a فظع cum nomine actionis فظاعة, et افظع cum nomine actionis افظع (horrendus fuit) cum adiectivis فظيع et مُفْظَع aut a loquendi modo افظعنى الامر فقطعت i. e. (res me fatigavit, ut ei perficiendae impar essem) derivandum est. Vox صاحبا proprie est adiectivum, quod tanquam nomen adhibitum est; sed ratione adiectivorum formae فاعل relicta rationem vocis والد secuta est. Versus verbis autem poeta tanquam virum magnorum consiliorum et propositorum suam ipsius mentem sequentem, socium sibi non adiungentem, se describere vult.

6. *Qui si rem sibi proposuit, propositi consilium non abiicit et quum aggreditur rem, eam haud timens aggreditur*[7]).

Dicitur: هم بالشى cum futuro يهُم (sollicitatus re fuit) et اهمه الشى (res eum sollicitavit),

---

1) Fugiens enim domum suam reliquerat. Inimicos igitur suos absens alloquitur, se quod facturi sint, aut domus dirutae nuncio iam adlato, quod fecerint domum diruentes, non curare.

2) Sed nil obstare videtur, quominus haereditas rem significat, quam ipse generosus a patre suo, ut ipsi maxime cara sit, haereditate acceperit.

3) Hoc idem in vocibus تكلاة et تخمة accidisse putant. Sed omnia haec derivandi vitio ex octava forma اتّخم, dum radicem تخم esse putarent, orta esse potius putaverim.

4) Eadem voci كرام significatio in verbis Corani (Sur. 25, 72) tribuitur: واذا مروا باللغو مروا كراما »Et si ad crimen transeunt, ad id generosi (puri) transeunt.«

5) A magna aquae mole, qua vir submergitur, significatio desumta est. Bellum et mors aquis comparari ex eo videmus, quod ut belli mola dicitur conf. p. ١٣, sic exercitus cum torrente confertur. conf. Ham. p. ٣١٩ v. 3. et ٢٨٩ v. 1.

6) Ob sequentem praepositionem على rectum يجر puto, quod in Mersukii commentario legitur.

7) In Mersukii libro يردع et loco vocis هايبا legitur خايفا.

vox autem همّ res est, quam peragendam cogitans in animo versas[1]). Primaria vocis ردع significatio retinere est. Dicitur: ردعته (eum retinui) et ارتدع (retentus fuit). Vox ردع modum, quo faber ferrarius capita clavorum percutit, designat. Dicitur: ردع عنقه (collum eius percussit). Se ipsum describit talem, qui primum consilium sequatur, et quum rem vult consilio capto, non ultro citroque se movet; quemadmodum poeta dixit: (metr. Thawil) Consilium capiens firmum propositum tene, nam consilium corrumpitur, quum ultro citroque se movet et huic similis est sequens versus: (metr. Wafir) Audax, qui a consilio exsequendo non retinetur et cuius firmum propositum metus non removet. Vox هيبة tam in timendo, quam in reverendo adhibetur. Timidus هيوب et هيوبة, dum littera ة voci vim addit et reverendus مهيب appellatur. Mohammedis ad nos traditione delata sunt verba: الايمان هيوب. »Fides in religione timida est«. Dicitur تهيبت الشى[2]) (metu adfectus sum ob rem) et تهيبنى (res metu me adfecit) eodem sensu, quum nil dubii adsit. Sensus autem (in iisdem formis) conversus saepius occurrit.

7. O Risamitae! ad auxilium venite! Me vobis conservate virum ad mortem praemittendum, qui per agmina ad eam (mortem) penetrat[3]).

Litterae Fa in vocibus فيا لرزام ratio est, ut verba ipsam sequentia sermonem denuo incipere significet, etsi per eam phrasis cum phrasi coniungatur. Litterâ autem Lam in verbis يا لرزام, in auxilium vocatur (Gram. Ar. T. 1. 475 sq.). Vox رزام Risamitae ob eam casum genitivum obtinuit; hi (Risamitae) vocati sunt. Vocalis autem, qua littera Lam cum nomine[4]) coniuncta adficitur, Kesra est, et hanc ob causam in voce altera Lam cum ea coniuncta, vocali Kesra pronunciatur. Dicis: يا لَزيد ولِعمر[5]). Priori litterae Lam vocalis Fatha est, quoniam id, quod sequitur ipsam, vocatum est. In advocatis autem eandem rationem, quam in pronominibus (in pronuncianda littera Lam) sequuntur, ut, quemadmodum لَه et لَك, pronunciatur, sic quoque يا لَزيد dicendum sit. In verbis رشّحوا بى مقدما vox مقدما cum vocali Kesra in littera Dal pronuncianda eandem, quam vox متقدما, significationem habet. Dicitur وجّه et توجّه, نبّه et تنبّه, نكّب et تنكّب cum eadem significatione, quem modum sequuntur voces مقدّمة الجيش (anterior exercitus pars). Qui in versu litterae Dal vocalem Fatha tribuit, is sensu exprimit, eum praemissum esse, ut ipsos defenderet. Vox الكتائبا casum accusativum tanquam obiectum vocis خواض obtinuit. Legitur quoque الكرائبا, qua voce, plurali vocis كريبة, calamitates significantur. Primaria vocis significatio moeroris est, qui animum occupat. Vocis ترشيح primaria significatio confirmandi[6]) et educandi est. Inde dicitur: رشّحت

1) In Mersukii commentario ما يجبل لفعله او ايقاعه فكرك legitur.

2) In Mersukii commentario تهيبت للشى legitur.

3) Versus citatus est in scholiis Ebn-Doraid. Makzur. v. 65.

4) Vox ظاهر mihi hoc loco voci مضمر opposita videtur, ut illa nomen substantivum designetur.

5) Inde autem sequitur, يال non esse particulam compositam, qualem esse beatus de Sacyus putasse videtur.

6) Lego cum Mersukio التثبيت pro التنبيت.

المراة ولدها (exigua paulatim lactis parte propinata sugendo filium suum adfuefecit), tum sensu latiore رشّح فلان (quidam educatus fuit) dicitur. Praecipuus verborum sensus electus hic est: Educate (sustentate) me sustentatione vestra tanquam virum strenuum, audacem, qui mortem petens in exercitus se immergit[1]) ob audaciam suam. Adiectivum loco substantivi posuit. Legitur quoque in versu: رشّحو بِىَ مُقْدما. Vox الكتايب agmina exercitus congregata designat.

8. Consilium, quod capit, ante oculos semper habet et a finis recordatione animum avertit[2]).

Verba poetae القى بين عينيه عزمه significant, cum propositum loco, ubi id conspicere posset[3]), posuisse incuria non adfectum[4]). Res autem in versu congruentes descripsit, quum priori eius partem posteriorem verbis: ونكب عن ذكر العواقب جانبا congruentem[5]) fecisset. Vox جانبا casum accusativum obtinuit, quod adverbii loci vim (ad latus) habet (Gram. Ar. T. II, 69 s.); sed admittere quoque licet accusativum obiecti, ut verbum نكّب vocis حرّف (latus suum declinavit) significationem habeat. Verborum sensus est: et recessit ab exitus recordatione. Primaria autem vocis نكوب significatio inclinationis est. Inde humerus suo nomine منكب appellatur, quod in corporis latere est.

9. In consilio autem capiendo neminem nisi se ipsum consulit et socium nullum nisi ensis capulum acceptum sibi habet[6]).

Prudentiam verbis ولم يستشر (et consilium non rogavit) indicavit et agendi rationem verbis ولم يرض الا قايم السيف. Voci قايم casus accusativus datus est, quae exceptionem praemissam **(p. 33.)** contineat. Nonne vides, sic poetae dicendum fuisse: ولم يرض صاحبا الا قايم السيف (nullum socium acceptum habuit, nisi ensis capulum). Verbis sic constitutis, vox adpositioni est; sed, cum exceptionem praemisisse, vides. In versu quoque ولم يستشر فى امره غير نفسه (In re sua neminem praeter se ipsum consilium rogavit) i. e. neminem consultat, legitur. Haec verba sententiae hominum contraria sunt. Cautior quam noster est poeta dicens: (metr. Thawil) O amici mei duo! consilium in unius viri pectore non est; hodie igitur consilium, quale vobis videtur, mihi date! Actsamus b. Zaifi (obiit anno 8 fugae Mohammedis) dixit: «Initium cautae prudentiae consultatio est« (conf. Meid. C. 1, 216.). Dixerunt Graeci: »Nos regem non creamus, qui consilium rogat.« Persae autem dixerunt: »Nos regem non creamus, qui consilium non rogat.«

1) Mors cum magna aquae copia aut mari, quo homo submergitur, comparata est. conf. Ham. ٣٣٩ v. 2.

2) Posteriori versus parti verba poetae similia sunt: (Metr. Thawil) ولا ناظر يوم الوغى فى العواقب »Die pugnae de exitu non cogitans.«

3) Loco vocis بمرا cum Mersukio بمراى legas. Ibidem quoque يغفل عنه legitur, quod rectum est.

4) Prius hemistichium p. ٣٢٥ iterum occurrit.

5) Quam artis poeticae significationem voci طباق et مطابقة dederint, vide in opere meo: Darstellung d. Arab. Verskunst. p. 532 et Almookhtusur p. 568.

6) Priori versus parti poetae verba similia sunt: ولا ينتحى الاذنين فيما يحاول »In eo quod vult, auribus diligenter non utitur: (Metrum Thawil est); posteriori sequentia verba: ففى السيف مولى نصره لا يحاذر »Et in gladio est propinquus, cuius auxilium non timetur.« (Metr. Thawil est). Posteriorem versus partem Ebu-Doraidus (Makzur. p. 74) imitatus est.

XI.

Dixit Taabbatha-Scharran[1]), qui Tsabet filius Djabiri filii Sofjan est.

Narrant, eum cognomen accepisse, quod exiens gladium sub axillam sumserit. Matrem autem quum quis interrogasset, ubinam esset? respondisse: Nescio; malum sub axillam posuit et exiit. Narrant alii, eum cultro sub axillam sumto in conventum quum intrasset, quendam percussisse, ut in eum dicerent: تابط شرا »malum sub axillam sumsit.« Vox سفيان inventa, ut nomini proprio inserviret, ab alia re haud desumta est. Vario modo effertur aut Sofjan, aut Safjan aut Sifjan. Quam vocem si a verbo سفت الريح (abripuit ventus) cum futuro تسفى derivas, forma فُعْلان, فَعْلان et فِعْلان est. Admittere quoque licet, vocem سِفْيان formam فعيال a verbo سفى esse; neque idem licet in vocibus سُفْيان et سَفْيان, quia in sermone neque forma فُعيال neque فَعْيال exsistit. Verum autem est, litteram ن additam (haud radicalem) esse, tum quod hoc saepius invenitur, tum quod vox tanquam declinabilis non adhibetur. Narrant, eum quatuor fratribus usum esse, quorum unus Rischo-Balaghbin[2]); alter Rischo-Nasr (Pluma aquilae): tertius Cahbo-Chadar (Talus Chadari); quartus La-Bawaci-laho (Non sunt ei deplorantes) cognominaretur.

1. Quum vir astutiam non adhibet, si seria eius aguntur, res eius perit et quamquam rei molestias perfert, tamen retrocedit[3]).

Secunda species metri Thawil; homoioteleuton متدارك appellatum est. Dicit (poeta): Quum re ingrata accidente adiutorem non invenit, eius agendi ratio talis esse debet, ut astutiam adhibeat nam Arabes dicere solent: »Astutia efficacior quam affinitas est«[4]). Quidam statuit, vocem حيلة desumtam esse a loquendi modo حال الشى »aversa est res a modo suo«, quasi is, qui astutiam adhibeat, elicere studeat id, a quo alius recedat[5]). Haec res in causa est, cur quidam حُوَّل قلب (versutus, solers) appelletur. Verba جد جده sensum offerunt verborum: »auctum fuit serium eius serio«, ut loquendi modus alteri similis sit: استدق تحوليا quorum sensus est: »eius tenuitas tenuitate aucta fuit«. Statuere quoque licet, sensum esse: id quod serium non est, serium fit, ut rem eo, quo tandem redeat, appellaverit. Eodem modo جُن جنونه et خرجت خوارجه et ريع روعه dicitur. Voci اضاع significatio, quae quartae formae propria est: »rem suam pereuntem invenit« aut secundae formae perdendi significatio tribui potest. Viro autem rem, quae ipsum non spectat, suscipienti فشت عليه الضيعة. »Nimis multum fuit ei praedium[6])« dicitur, ad quod proxime accedit loquendi modus« اتسع الخرق

1) Ante Mohammedis tempus vivens. Conf. p. ٣٣.

2) I. e. Aptatus fuit pennis corruptis. Djeuharius viri cognomen Rischo-lagbin fuisse dixit; at hanc ob causam a Firusabadio vituperatur.

3) Carmen integrum sensus ratione habita esse videtur.

4) In proverbii consuetudinem venerunt verba conf. Meid. C. 6, 240.; ubi loco vocis أبلغ legitur أنفع utilior.

5) Pro vocibus عند غيره lego cum Mersukio عنه غيره.

6) Djeuharius verbo فشى significationem multitudinis tribuit dicens: والضيعة العقار .... واضاع الرجل اذا فشت ضياعه وكثرت.

على الراقع »Ruptura nimis larga fuit reparaturo« 1). In verbis وهو مدبر pronomen هو ad rem pertinere potest, ut sensus sit: pertulit rem suam i. e. infelix est, dum ea abit, eumque fallit. Referri ad virum quoque pronomen potest, ut sensus sit: Rem suam tractat eamque perfert recedens in ea neque procedens neque victoriâ potitus. Summa autem sensus est: Quum vir in bene tractanda re rectum non petit tempore, quo eam faciat necesse est, ad hunc statum res sua eum reducit.

2. Vir autem prudens est, qui, quum periculum ei supervenit, quid sit facturus, praevidet.

Vox حزم in lingua firmiter ligare 2) et constringere significat. Inde voces حزام (cingulum), حزمة (id quo ligatur, fascis), حيزوم (pectus) et محزم (locus cincturae) desumtae sunt. Vox خطب rem, quae petitur, significat. Dicitur: خطبت الامر فاخطب »Rem petii, et res petita sese obtulit«, quemadmodum dicitur: طلبته فاطلب »rem petii et res petita 3) concessa fuit«. Dicit poeta: Vir providus is est, qui antequam res accidit, se praeparat. Et hoc simile est verbis: »Ante iactum pharetrae implentur« 4).

3. Et hic quasi temporis electus admissarius, quamdiu vivit, consilii haud expers, quum eius unum nasi foramen obstruitur, alterum adhibet.

Voce فذاك prudentem (in versu antecedente) designat. Voces قريع الدهر duplicem interpretandi modum patiuntur; uno modo possunt electum temporis significare, ut a loquendi **(p. 34.)** modo قرعته »sorte mea eum elegi« derivetur. Dicitur هو قريعهم et قريعتهم et قرّيعهم cum eadem significatione. Alter autem modus a loquendi ratione قرعه الدهر بنوايبه حتى جرّب وتبصر »tempus vicissitudinibus suis eum adflixit, donec expertus et prudens fieret« desumitur. Utroque modo voci قريع forma فعيل cum significatione participii passivi est. Admittere quoque licet, verbis قريع الدهر temporis admissarium significari. Hoc concesso vox قريع formam فعيل cum significatione participii activi (percutiens) habet; quoniam (admissarius) camelam init. Quae autem praemisimus, praeferenda sunt 5). Verba ما عاش particulae temporis locum occupant, dum sensus est: per spatium vitae suae. Verbis autem اذا سد منه منخر »quum eius naris obstruitur« comparatur cum adflicto, in angustiam redacto. Hoc eodem modo factum est, quo in eo, qui adflictus est, voces خنق et خناق adhibitae sunt. Vox منخر in naso a voce نخير desumta est. Appellatur quoque نخرة cum plurali نخر. Vox نخير autem halitum ex-

1) Proverbialis loquendi modus est, de quo conf. Meidan. T. III. P. 1. p. 540.

2) Praefero Mersukii الشد legendi modum.

3) Haec ex Mersukio desumta sunt; sed in lexicis neque اخطب neque اطلب significationem intransitivam habet. Habent vero significationes cum illa quodammodo cohaerentes. In Djenharii opere lego: اخطبك الصيد اذا امكنك ودنا منك.

4) Verba in proverbii consuetudinem venerunt. conf. Meid. C. 21, 39.

5) Mihi potius haec comparatio praeferenda videtur. Heros enim cum admissario camelorum generoso comparatur. Hunc intelligendi modum sequentibus confirmari videmus, quippe quibus eadem cameli comparatio inest, qui obstructo uno nasi latere domari non potest. Haud raro vir a poetis cum camelo comparatur conf. Ham. p. ١٠٢ v. 4. ١٧٠ v. 1. ٢١٥ v. 2 sqq. et p. ٣٤٧ v. 4,

tensum per nares emissum designat. Dualis خرتان nasi duo foramina designat. Verbum حاش in olla bulliendi, in mari motus vehementis significationem habet. In utroque motus et concitationis primaria significatio est i. e. quod versatus est in varia astutia, una via occupata in alteram perrumpit. Dicitur vir حُوَّل et حَوِل et حُوَّالِيّ. Dixit poeta Ebn-Ahmar: (metr. Sarih) Aut differat diem (mortis) meam usque ad aliam, quod ego versutus et ego cautus sum.«

4. Lihjanitis dico, dum iis uter meus evacuatus est; et dies meus angusto exitu instructus et calamitatibus expositus:

Lihjan familia Hodsailitarum est[1]). Vir Taabbatha-Scharran appellatus illis iratus iniuriam intulerat. Quaerentibus igitur illis occasionem, quam socordia eius offerret, accidit, ut montem, quem poeta descripsit, adscenderet. Ibi viam unicam, ad quam venerant, occuparunt. Dixit hanc ob causam: iis dico, scilicet eos alloquens, dum ipse in monte erat. Verba eius وقد صفرت لهم وطابي »et iam vacuus iis erat uter meus[2])« pluribus modis intelligi possunt. Sensus esse potest: cor meum eorum amore iam vacuum erat; quasi dicere voluerit: وطاب ودى »uter amoris mei«; sensus quoque esse potest: »anima mea ob ipsos interitui imminuit«, id quod poetae verbis simile est »et si eum assecuti fuissent, eius uter vacuus esset«. Admitti quoque potest, eum utre corpus significare voluisse i. e. non multum abfuit, quin anima id reliquerit[3]). Nil quoque obstat, quominus vasa mellis significaverit, e quibus mel super alterum latus (montis) effuderat, eique insidens se in campum delabens demiserat. Vox معور a loquendi modo اعور لك الشى »latus nudum rei (qui est locus timoris) tibi apparuit«. Dixit Deus altissimus (in Corano Sur. 33, 13.) de hypocritis referens: quum prophetae auxilium non tulissent; (dicentes) domus nostrae sunt rima: i. e. ruptae, ut tegi et per viros muniri eas opus sit. De omni re, quae petenti tibi sui copiam facit, dicitur: اعورك et اعور لك. Littera و in verbis: وقد صفرت لهم وطابى statui (حال) significando inservit, nec non in verbis ويومى ضيق الجحر, id est: His in tali statu dico. In verbis ضيق الجحر comparatio est, quam adhibuit ad suum angustum exeundi locum et metum ab hostibus, ne ipso potirentur significandum[4]); timens enim in angustiam redactus est et si in campo amplo est. Dixit poeta: (metr. Thawil) Est ac si viae amplae terrae, dum latae sunt, timenti, tristitia adfecto scrobs

1) Auctor enim gentis Hodsail tres habuit filios Sahd, Lihjan et Ahmir (v. Ohmair). Gens Hodsail ad occasum Meccae sedes habebat dialecto a caeteris multum diversa utens. Geograph. Nubiens. p. 48.; sed non tota Hodsailitarum gens ibi habitasse videtur conf. p. 86. adn. potius cum aliis pars mixta. Hodsail filius Modricahi erat. conf. Ebn-Kotaib. p. 67.

2) Arabes vacuis vasis inopiam significantes dixerunt: نعوذ بالله من صفر الاناء وقرع الفناء »A Deo petimus, ut vasa nostra (lacte) vacua non sint et atria camelis ibi pernoctantibus.« Tum latiore sensu vacuos utres dixerunt. Sic Bischrus dixit: (metr. Wafir) وان صفرت عياب الود منكم »Et quum cophini amoris a vobis vacui essent.« Sunt autem, qui amoris mei significationem in versu nostro non convenire dicant, quum nunquam eos in amore habuisset. Ii inimicorum amorem nullum esse significari contendunt.

3) Et ipse homo زق منفوخ uter inflatus appellatur.

4) Nisi fallor, diem cum lacerta comparavit, cuius foramen obstructum est, ut fugere non possit. Tum in voce معور alia comparatio est. Dies cum praeda, quae venatori latus, ut sagitta peti possit, offert, comparatus est.

sint, in quo rete venator tendit. Huius rei causa est, quod si reptile ad foramen angustum confugit, unde exitus non est, eum petens attingit. Versus sensus est: Ego in hoc statu Lihjanitis dico.

5. Duae res sunt: Aut captivitas et gratia aut sanguis; at caedes ingenuo dignior est.

Vox خطّة idem est, quod خصلة »proprietas, conditio«. Vox a radice خطّ (lineas ducere, scribere) derivata eandem, quam vox قصّة rationem sequitur[1]. Littera Nun vocis خطّتان abiecta est, si voci اما اسار casum nominativum das, quod eam (litteram) nomini nimis longam censent, ac si eum in voce خطّتا cum appositione اما اسار nimis longam putavit, quemadmodum alius (poeta) eam in pronomine relativo cum phrasi coniuncto nimis longam habuit[2] in verbis »(metr. Camel) O gens Banu-Colaib! patrui mei duo ii erant, qui reges occiderunt et vincula cervicis fregerunt«, a voce اللذان litteram Nun abiiciens et alius: (metr. Thawil) Nobis caprae lacteae tres et pars earum pullis suis sunt, duae et nobis una capra inservit. Admittere quoque licet, litteram Nun abiectam esse modo narrationis[3], quasi dixerit: هما خطّتا قولكم اما كذا واما كذا »eae duae sunt conditiones sermonis vestri: aut hoc aut illud«. Hoc vero quum in animo haberet, litteram Nun, ut vox cum sequentibus cohaereret, abiecit. Est ac si ei conditiones duas eligendas proposuerint; tum ipse ludibrio eos habens sermonem narrat. Vocibus اما اسار vero sin genitivi casum tribuis, littera abiecta est, ut vox cum sequente coniungeretur; verba enim idem valent quam خطّتا اسار **(p. 35.)** (duae conditiones captivitatis). Sensus est: Mihi nonnisi una ex his duabus conditionibus, ut vultis, erit aut ut me vobis captivum tradam et exprobationi vestrae, si vobis veniam dare placet, obnoxius sim, aut ut occidar; sed hoc ingenuo dignius est, quam id, quo dedecus sibi parat. Hae sunt duae conditiones, quarum mentionem fecit dicens: هما خطّتا. Tertiam quoque iis adiecit, quam postea memoravit. Omnia haec ludibrio et irridendo inserviunt. Verba autem والقتل بالحر اجدر, sententia intermedia appellantur, quoniam inter conditiones enumeratas sc. verba هما اسار ومنّة واما دم et verba versus sequentis in medio posita sunt.

6. Et tertia est, in qua animae blandior et ea (anima), si ago, locus est, quo prudentia cauta se recipit et unde prodit.

Vox مصاداة consilium inire ad res disponendas et perficiendas significat. Inde dicitur: انه لصدى مال »is opes bene administrat«. Dicit: et hic alia conditio est, ob quam animae meae blandior[4], quae locus est, in quem, si rem ago, propositum venit et ex qua prodit[5]. Hoc modo

1) Id est: Ut قصّة pro re narrata est, sic خطّة pro re descripta.

2) In Mersukii codice melius legitur الاسم بصلته »quod in nomine cum phrasi cum eo coniuncta nimis longa putatur« et non multo post كما استطال الشاعر الاخر الموصول بصلته والموصوف بصفته.

3) I. e. Dum sequentia ab ipso sunt narrata, cum quibus vox خطّتا coniuncta putatur.

4) Mersukii codice sic legitur: اداري نفسي فيها واداورها عليها وانها للموضع الذى.

5) Voces مورد et مصدر a camelis desumtae proprie locum, quo aquatum eunt et quo inde venientes recedunt designant.

sermonem divisit, quod eos sic rem suam instituisse viderat et duobus montis lateribus perlustratis cognoverat, sibi, si eligeret viam, quam gens Lihjan occupavisset, illas duas conditiones futuras aut captivitatem, quam dixissent, aut caedem. Sin in altero latere remedium quaereret, se prudenter agere; siquidem futurum esset, ut liberaretur; quae est tertia res[1]). Verba autem وانبا لمورد حزم sententia intermedia sunt, quod inter verba واخرى اصادى النفس عنها et versum proxime sequentem locum tenent[2]).

7. Pectus meum ei (rei) expandi et a petra pectus crassum et latus tenue delapsa sunt.

Vox فرش expandere significat, tum Arabes vocem latiore sensu adhibuere dicentes: فرشته امرى »commodam ei rem meam reddidi«, et افترش لسانه »locutus est, quemadmodum voluit«[3]). In voce لها pronomen ad الخطة (c o n d i t i o n e m) redit, quam voce واخرى explicavit i. e. propter hanc rem pectus meum super petram expandi. Hoc factum est tempore, quo mel effuderat, cuius ope a petra delaberetur. Verba به جوجو significant »cum eo pectus crassum et latus dorsi tenue«[4]). Pectus vero et dorsi latus ipsius pectus dorsumque est; sed in verbis eum modum secutus est, quem in verbis لقيت بزيد الاسد observamus, »in Saido leoni occurri«, dum Saidus ipse leo est. Vocem فرشت loco verborum القيت et وضعت »inieci et collocavi« posuit. Dicitur: فرشت ساحتى بالاجر »Atrium meum lateribus coctis stravi« et افرشت الشاة للذبح 5) »Ovem ad mactandum stravi«, ut افرش signifiationem vocis اضجع habeat. Quidam memoravit, pronomen vocis لها ad petram referri posse et sermonem inversum esse, ut sensus sit: eam (petram) pectori meo expandi. In hoc vero pronomen ante rem memoratam positum erit inversione facta. Quod si ita est, prior sententia vera est.

8. Ad terrae planitiem pervenerunt (pectus latusque) nullo vulnere a petra laesa, dum mors pudibunda rem observabat.

Primaria vocis خلط significatio est, rem unam in alteram intrare. Latiore tamen sensu voce adhibita dicitur: رجل خلّط »vir qui multum se hominibus miscet«. Dicit: Ad campum perveni pectore meo a petra ne scalpendo quidem laeso, dum mors mei desiderio iam impleta erat. Quum me liberatum vidisset, pudore confusa (leg. مستحيبا) mansit adspiciens et obstupefacta. Littera W a w in voce والموت statui describendo inservit. Haec verba eloquenter prolato sermoni et metaphoris pulchris accensenda sunt. Verbis Corani (Sur. 56, 83.) وانتم حينئذ تنظرون sensum »tum temporis stupefacti vos eritis« tribuerunt. Vox ينظر locum status حال, aut praedicati post pradicatum tenere potest, ut sensum verborum »ex adverso mei« offerat.

---

1) In Mersukii opere legitur: كان امرا ثالثا ثم اقتص ما فعله وقوله وانها.

2) In fine scholii Mersukius sic habet: عنها وبين كيفية مزاولته لها وشرحها.

3) Cum Mersukio pro فتكلم lego تكلم.

4) Vox به est pro بصدرى »cum pectore meo.« Sic quoque in Mersukio commentario. Est igitur vox صدر tanquam pars vocis جوجو descripta.

5) In Mersukii opere افترشت est; sed quum voce اضجع explicetur, quarta forma praeferenda videtur.

Dicitur: بيوتهم تتناظر »domus eorum ex adverso sunt«, quoniam adspectus eo fit, ut oculus in rem adspiciendam vertatur et ex adverso eius sit. Hanc ob causam caecus recte dicitur visum in me direxisse. Licet quoque significationem vocis ينظر esse: scit, me pulchra remedia adhibere et ei, quod mihi supervenit, me parem esse. In Corani verbis (Sur. 8, 6.): »Est ac si ad mortem protruduntur, dum sciunt«, voci ينظرون certo sciendi significationem tribuerunt. **(p. 36.)** Verbum كدح in verbis لم يكدح بالصفا in dentibus et lapidibus adhibitum minorem vulnerationem, quam vox كدم designat. Vox كدم idem quod سحج scalpere ut cutis auferretur maiori vulnere, quam خدش significat. Praeterea vox كدح acquirendi significationem habet. Sic in Corani verbis (Sur. 84, 6.) »Tu apud dominum tuum lucrum acquiris, eoque remuneraris«. Vox autem خزيان aut a voce خزى (vilitas) aut a voce خزاية (pudor) derivari potest [1]).

9. Et ad gentem Fahm reversus sum et vix dum ad eos reversus sum et quoties huic similibus ereptus sum, dum pipiebat! (conf. Har. ٣١٧)

Vox فهم nomen gentis est. Dicit: ad gentem meam redii et quum exitio imminuissem, paene non redii. Fieri quoque potest, ut dicere voluerit: ex eorum opinione non redii. Et legitur quoque: لم آل ايبا i. e. nil diligentiae meae intermisi, ut redirem. Prius autem magis placet. Grammaticus Abu-l'Fath legere praetulit: وما كدت ايبا »et vix dum redii«. Nomen (participium) adhibuit, quod primum adhibitum mox ex usu cessit, loco verbi, quod postea ex illo ortum in usum venit: nam verba كدت اقوم ex verbis كدت قايما orta sunt. Sic in verbis poetae: (metr. Redjes) Multum me vituperas instanter et continuo premens. Ne multa verba facias, nam fieri potest, ut ieiunans sim [2]). Sic quoque in proverbio (conf. Meid. 18, 54.): Fieri potest, ut parva caverna mala contineat«. Verba كم مثلها significant: quot status erant, e quibus exiens salvus evaderem, dum ii victi pipiebant me victore. Avem pipire notum est. Inde proverbiali modo dicitur: (Meid. C. 24, 143.) »In domo pipiens non est«, dum vox صافر significationem verborum ذو صفير habet. Quod si ab eo, quod avis pipit, desumtum est, sensus talis offertur: Quoties eum reliqui et diu abfui i. e. gentem, dum ea ob res meas voces edebat et de re mea multa verba faciebat. Erant enim alii, qui dicerent, me occisum esse, alii, me vicisse, ut voces extollerentur, et verba multa essent, sicut aves congregatae clamant. Grammaticus Alnamarita cognominatus dixit, vocem ابت idem esse quod رجعت (redii) et Fahm gentis nomen. Pronomen vero in verbis وكم مثلها ad gentem Hodsail referendum esse. Sensus verborum وهى تصفر esse: Tristitia adficitur quod elapsus sum. Dixit grammaticus Abu-Mohammed Alahrabi: Grammaticum Abu-l'Nedam de verbis وكم مثلها فارقت وهى تصفر interrogavi. Respondit sensum esse:

---

1) Mors cum homine vidente et quod ipsum rem fugit, pudibundo comparata est. In metaphora Abu-Tammamus ulterius processit dicens: أن تنفلت وانوف الموت راغمة »Si liberaris dum nares mortis in terram demersae sunt« i. e. viles redditae sunt (metr. Basith). Mortem tanquam personam poetae saepius descripserunt conf. Ham. ٣٣٥ v. 3. p. ٤٤٥ v. 5.

2) In hoc versu صائما eodem modo post verbum عسى positum est, quo ايبا post verbum كاد.

Quot huic similibus me eripui, dum ea ingemebat, quomodo liberatus essem; rectum autem legendi modum esse: وما كدت آئبا ; sed legendi modum لم اك آئبا vitiosum esse. Fahm est filius Ahmrui b. Kais b. Aihlan (Ebn-Kotaib p. 97.). Mersukius grammaticum Abu-l'Fath, qui illum legendi modum praetulit, refellere studuit haud iuste de eo iudicans[1]).

A d hos versus explicandos narrant, poetam Taabbatha-Scharran in antro regionis Hodsailitarum quovis anno mel collegisse. Quae res quum Hodsailitis indicata esset, isto tempore insidias ei parasse, ut, quum ipse cum sociis veniens in antrum se demittens intrasset, socios impetu facto in fugam agerent. Quum igitur ad antrum stantes funem movissent, ei caput tollenti dixerunt: adscende! Ille autem: quaenam conditio adscendenti mihi erit? num dimissionis pretiique solvendi? Dixerunt: Conditio nulla tibi est. Tum ille: Nonne animo video vos[2]) me capientes, me occidentes et mel meum edentes. Per Deum! non faciam! Post haec ad os antri melle effuso utrem pectori subligans et melli tenaci adhaerens se demisit, ut ad pedem montis salvus et hostibus ereptus perveniret. Inter locum, quo pervenit et illos trium dierum spatium erat. Paulo aliter res ita narratur: Mel in monte, in quem nonnisi una ducebat via, colligere solebat. Lihjanitae illo loco occupato potestatem fecerunt, ut eligeret, utrum, quemadmodum vellent, descenderet, an e loco, unde eum non salvum evasurum putarent, se deiiceret. Tum ille melle effuso, quod secum habebat, se deiiciens salvus evasit et eos (versibus) allocutus est. Erat autem inter locum, ubi in via substitit, trium dierum spatium. Hanc ob causam dixit: فرشت لها صدري »ei pectus meum expandi«. Sed res alio quoque modo explicatur, et diversi sunt narrandi modi.

XII.

Dixit Abu-Cabir Hodsailita.

Viri nomen Ahmir b. Holais est. Alii dicunt nomen esse Ohwaimir b. Holais. Unus e gente Banu-Sahd b. Hodsail erat. Vox هذل commotionem, quae ultro citroque fit, significat. Dicitur: مر يهوذل ببوله i. e. transit urinam movendo ultro citroque dispergens. Recitavit (grammaticus) sequentem versum: (metr. Redjes) Ecce! non cessat dicere: remove, remove commotionem cophini (quo lutum e puteo extrahitur) a dente eius, qui lac amat.« Inde هذيل nomen auctoris gentis desumtum est; sed inventum est et non translatum (Gram. Ar. T. I, 268.). Admittere quoque licet, nomen esse deminutivum rei vilitatem designans vocis هذلول abiectis litteris, ut pronunciandi modus lenior fieret, formatum, quae vox locum

1) Locus, in quem noster innuit, hic est: ولا ادرى لم اختار هذه الرواية الان فيها ما هو مرفوض فى الاستعمال شاذ، ام لانه غلب فى نفسه ان الشاعر كذا قاله فى الاصل وكلاهما لا يوجب الاختيار لانى قد نظرت فوجدت ابا تمام قد غير كثيرا من الفاظ البيوت التى اشتمل عليها هذا الكتاب ولعله لو انشر الله عز وجل الشعراء الذين قالوها لتبعوه وسلموا له »Nescio autem, cur hunc legendi modum praetulerit; utrum eo adductus, quod in eo obsoletum rarumque usu inveniatur, an quod opinio eius animum occupaverit, poetam sic dixisse. Utraque vero res in causa non est, cur eum modum praeferamus. Inveni enim observans, Abu-Tammamum voces versuum, quos hic liber complectatur, mutasse. Et fortasse, si Deus altissimus poetas, versuum auctores in vitam reduxisset, eum se submittentes secuti essent.«

2) Hanc vocem أفترا كم De Sacy Gr. Ar. T. I, 545. cum Fatha legit; id quod vix fieri potest et in codice optimo cum Dhama scriptum est, ut نفس supplenda videatur. Est igitur forma passivi quartae. Num (animae) ostenditur?

(p. 37.) terrae elatum (colliculum) significat. Dixit poeta: (metr. Redjes) In colliculos et terrae locos salebrosos adscendit. Res longa هذلول appellatur, quoniam longitudo in causa est, cur ultro citroque moveatur. Vox in hominibus aliisque adhibetur. Dixit poeta Asadita: (metr. Thawil) Ad te veniens, maledictionem avertas! camelo meo peragrante porrectas arenas nigrasque vectus sum. Vox حليس deminutivi forma vocis حلس est, quae stratum in dorso cameli sub sella positum designat. Inde dicitur: Quidam stratum domus sane est; quum inde non prodiens in ea manet.

1. Nocte tenebrosa cum admodum strenuo, duro ex iuvenibus, haud gravato iter feci.

Prima species metri Camel dicti et homoioteleuton متدارك est. Dicitur سرى et اسرى cum eadem significatione. Verba على الظلام, quae pro في الظلام sunt, locum adverbii temporis tenent. Nil quoque impedit, quominus ista verba loco status (حال) sint i. e. ego super tenebris i. e. iis quasi vehens. Vox مغشم a voce غشم derivata formam مفعل, quae vox iniuriam significat, habet. Quod si quis dicit: quum iter nocturnum (سرى) nullo nisi noctis tempore fiat, quaenam est causa, cur على الظلام dixerit, et cur in Corano (Sur. 17, 1.) legatur: »Laus ei, qui cum servo suo noctu proficiscitur (اسرى)«, respondent, eum mediam noctem et introitum in potiorem eius partem significare voluisse. Dicis: جاء فلان البارحة بليل »Venit quidam tempore proximo praeteritae noctis« i. e. in potiore parte obscuritatis eius. Vox جلد robustum, fortem designat et cum hoc significatio vocis جلد (terrae durae) cohaeret. Verba غير مثقل significant, eum valde acceptum et cordibus amatum esse [1]). Significaturi, virum quasi apparatum ad agendum esse, forma مفعّل, ut مغشم (in audacia constans), محرب (bellicosus) مرجم (fortis) utuntur; sin vir robore ad agendum idoneus est, forma فَعُول ut صبور (multum patiens), قتول (multum occidens) شكور (multum gratias agens) adhibetur, sin repetitis vicibus agit, forma فعّال usitata est, ut in verbis صبار (saepe patiens), علام (saepe sciens), sin denique consuetudo in agendo significanda est, forma مفعال in usu est, ut رجل مغوار (vir bellicosus), معطاء (semper donans) مهداء (semper munera dans). Grammaticus Abu-Rijasch dixit, vocem مغشم eum designare, qui res inconsiderate aggrediatur et eas sine iudicio misceat. Alii dicunt, vocem مغشم hoc in versu eum esse, qui, quum via ipsi occulta sit, deflectat.

2. Ex eorum numero, quos cingulo ligatae conceperant; qui diris haud devotus adoleverat.

Pronomen in voce حملن ad mulieres referendum est, quarum mentio facta non fuit; sed, quum sensus clarus sit, eas omisso nomine pronomine significari licitum est. Dixit به, pronomen singularis numeri ad vocem من referens; sed sensus ratione habita, بهم dicendum fuit. Rectus vero legendi modus حبك الثياب (striae vestium) est, quia zonae (نطاق) striae (حبك) non sunt [2]). Voci حبك striarum (طرايق) significatio est cum singulari حبيك. Voces حُبُكة

1) Mihi vocibus غير مثقل significatio inesse videtur, eum nullo onere ipsi imposito gravari. Legitur quoque غير مهبل.

2) Addit Mersukius vocem نطاق in describenda matre huius viri (conf. v. 4.) postea inveniri, ut mutata lectione repetitio evitetur. De loquendi modo conf. De Sacy Chrest. Ar. T. II. p. 303.

et حباك zonam quoque designant. Dicitur: احتبكت المرأة (mulier zona se cinxit). Verba مواقد حبك statum praesentem describunt, etsi ad rem praeteritam spectant. Simili modo in Corani loco (Sur. 18, 17.) »Et eorum canis extendens erat pedes suos antiores in domus limine«. Legitur quoque: مما حملن به i. e. is ex foetibus erat, quos portarunt gravidae. Sensus verborum est: is e virorum numero est, quos matres conceperant[1]) tempore, quo ad lectum paratae non erant. Adolevit vero laude dignus, omnibus gratus, ut orbitatem (mortem) nemo exsecrans ei optaverit. Quidam dixisse fertur: si optas, ut mulier generosos filios pariat, in concubitu ad iram eam excita. Sic quoque dicunt, filio terrefactae neminem nocere posse. Dixit poeta: (metr. Thawil) Cum ea, dum irata erat, concubui; ea vero insomnem peperit; et utilissimus filiorum viri insomnis est. Quidam dixit, vocem مهبل significare attonitum (معتوه), qui se haud contineat. Quod si verum est, a festinando derivatum videtur. Dicitur جمل هبل (camelus celer).

3. *Liber ab omnibus menstruorum reliquiis et noxa lactantis et morbo eius, quae praegnans lactat*[2]).

Vox غبر et غبّر sanguinis menstrui reliquias (ante tempus, quo omnino pura est) designat et sic غُبْر lactis partem in ubere reliquam notat. Vox غبّر quoque tanquam pluralis vocis غابر adhibetur. Vox حيضة (cum Kesra) formam nominis, vox حَيْضة formam فَعْلة (vicis unius) habet. Legitur in versu ومبرأ in casu accusativo et مبرء in casu genitivo. Quod si casum accusativum admittis, cum verbis غبر مغيل vox coniuncta est; ac si dixerit: adolevit in his duobus statibus; sin autem voci casum genitivum tribuis, cum verbis جلد من الفتيان (v. 1.) coniuncta est, quasi dixerit duro et puro. Non autem (poeta) sola voce مبرء contentus vocem كل ad sententiam confirmandam addidit tam paucum quam multum rei negaturus. Coniunxit vocem فساد (corruptionem) cum voce مرضعة (lactante), quoniam corruptionem, quae inde oritur, significare vult, dum Arabes unam rem cum altera ob minimum, quod inter utrumque intercedit, **(p. 38.)** coniungunt. Vox مغيل a voce غيل derivata est, quae, mulierem gravidam factam esse tempore, quo lactabat, significat; lac istud (gravidae) غيل appellatur. Ad hoc pertinent verba Mohammedis traditione conservata: »Mihi proposueram interdicere, ne mulier lactans cum viro rem habeat; donec audivi Persas et Graecos id facientes noxam non pati«. Vir doctus ex Arabibus de re interrogatus dixit: Haec res Persam (equitem) adficit, ut eum ab equo suo deiiciat. Legitur quoque (in versu) وداء معضل, qua voce morbus, cui remedia non sunt, significatur, ut medicos molestia lasset eosque impares esse ostendat. Primaria vocis عضل significatio impediendi est. Inde mulier عضّلت dicitur, quum eius partus quasi ventri adhaerens non prodiit (difficilem partum habuit) et عضلتها et عضّلتها »iniuste impedivi eam,

---

1) Mersukius bene habet: حملت امهاتهم بهم.

2) De Sacyus, ut forma rarior evitaretur, putavit مغيَّل legendum esse. Metrum id patitur; sed in Mersukii operis margine legendi modum et مُغْيِل et (?مُعَيَّل) adnotatum invenio.

quominus viro nuberet«. Versus sensus est, matrem eum concepisse, dum pura esset, nullis menstrui sanguinis reliquiis remanentibus, eumque peperisse morbo liberum, quem ex utero secum portasset, ut remedium non admitteret (siquidem morbus, qui ex utero adhaeret, hominem nunquam relinquit) neque lac غيل appellatum bibendum ei dedisse. Arabes dicunt, mulierem, quae gravida facta tempore anteriore status puri, initio mensis apud ortum Aurorae, marem pepererit, filium habituram esse invictum. Hasce opiniones poeta in versu sequente coniunxit dicens: (metr. Chafif) Gravida facta est tempore novae lunae post anterius puri status tempus, dum Aurorae nuntius iam apparuit[1].

4. Quem noctu terrore perculsa invito animo conceperat, dum cinguli nodus ligatus non erat.

Vox زُؤْد[2]) terrorem significat. Dicitur in passivo زُئِد, cum participio passivo مزؤود (terrefactus). Sensus est: Mater hunc fortem noctu terrore plena conceperat. Quum terror noctis tempore esset, eum nocti tribuit. In metaphoris et latiore sermonis usu saepius factum tempori adscribi invenimus, ut ipsum (tempus) tanquam agens inducatur, sicut dicitur: نهاره صايم (dies eius ieiunans) et ليله قايم (nox eius stans). Pulchrum hoc habendum est, quoniam vox, quae tempori definiendo inservit (ظرف) vero obiecto aequale censetur eo, quod sensus praepositionis في inde aufertur, quemadmodum (poeta) dixit: ويوم شهدناه »et dies, quo praesentes eramus«[3]). Tum hunc modum sequens dicis: ليلة مزؤودة (nox terrefacta). Admittere quoque licet, vocem مزؤودة casum genitivum ob vicinitatem (vocis ليلة) obtinuisse, quum re vera ad mulierem referenda sit, quemadmodum dixerunt: جحر ضبٍ خربٍ (foramen lacertae destructum); ita facientes, quod ad vocem cum proximo coniungendam sensu dubio haud obnoxio, inclinant[4]). Vox autem مزؤودة in accusativo posita (qui alter legendi modus est) statui feminae describendo inservit; dum in nominativo adiectivum loco nominis positum est (Gram. Ar. II, 258.). Vox كرها casum accusativum obtinuit, quippe nomen actionis locum status (حال) tenens idem quod كارهة valeat. Verba وعقد نطاقها لم يحلل subiectum et praedicatum sunt; littera autem Waw statui significando inservit. In voce يحلل duae litterae Lam apparuere, id quod dialecto gentis Tamim[5]) proprium est, nam sermonis ratio يحل postulat. Vox نطاق id significat, quo mulier medium suum ad opus faciendum substringit. Filia Abu-Becri Asma ذات النطاقين (duabus zonis ligata) appellatur. Vox منطقة (zona) inde derivata est. Sensus est, eam vi adactam

---

1) Herois Taabbatha-Scharran appellati mater dixisse fertur: ما وضعته يتنا ولا ارضعته غيلا ولا ابته مئقا ولا رايت بنفسى دما ولقد حملت به فى ليلة مظلمة وعلى ابيه درع وتحت راسى سرج »Eum praepostero partu non peperi et quum gravida essem, ei lac meum bibendum non dedi, et ut cum singultu plorans noctem transigeret non effeci, et in me sanguinem non vidi; sed nocte tenebrosa eum concepi, dum eius pater lorica tectus erat et sub capite meo sella erat.«

2) In Mersukii commentario زاد (nomen actionis) legitur.

3) In hoc شهدناه est pro شهدنا فيه. Et hoc فيه est ظرف, quod hic locum veri obiecti obtinuit.

4) Gram. Ar. T. II. p. 93. Mersukius sic: وهذا لميلهم الى الحمل على الاقرب ولامنهم من الالتباس.

5) Gens Tamim, de qua confer Ebn-Kotaibah p. 89. tabul. numerosa erat et multum diversa praesertim ab Hidjasi incolis dialecto utebatur conf. quoq. Abulfed. geogr. p. ٨١.

esse zona non soluta. Narrant, eam in filio describendo dixisse: per Deum! Satanas est, nunquam eum gravatum vidi aut ridentem; et quae ipsi a pueris in mentem venit res, eam fecit. Nocte obscura eum concepi, dum zona mea constricta erat. Haec viri Taabbatha-Scharran appellati descriptio est.

5. Tum eum acri animo praeditum genuit parvoque ventre, vigilantem nocte, qua segnis dormit.

Voces حوش الفؤاد et حوشيّ eum designant, cuius animus ferus est, quum acer et ardens sit. Vir حوشي is est, qui aliis se non immiscet et nox حوشي tenebrosa et terrore plena est, sicuti nox nigra سُخام et سخامي appellatur. Sic cameli feri حوش et حوشيّة (وحشيّة) appellantur. Dicunt voce الحوش terras a daemonibus habitatas significari. Vox مبطن ventre tenui praeditum designat. In verbis نام ليل الهوجل factum nocti tribuit, quod in eam incidit i. e. segnis nocte sua dormit. Vox هوجل segnem, tardum designat. Alii dicunt, vocem stupidum, in quo nil intelligentiae (boni) sit, significare et inde desertum, in quo signa viae sunt nulla, ut nemo bene dirigatur, هوجل appellatur. Id est: Mater hunc filium peperit intelligentem, acrem animo, vigilantem, dum stolidus (الهوجل) somno gravatus dormit. Vox هوجل quoque camelam duram, robustam significat. Dixit poeta: (metr. Sarih) Peragro desertum tanquam familiaris in camela robusta onagro simili celeritate, firma. Vox سهد multum insomnem designat. Quidam dixit, vocem modo vocis عُمَر (p. 39.) pronunciandam esse. Sed hic pronunciandi modus nonnisi in nominibus propriis observatur, dum forma فُعُل in non determinatis (caeteris nominibus) saepius occurrit. Dicitur باب فتح (porta aperta) امراة عطل (femina monilibus nuda), ناقة سرح (camela leniter incedens) لسان طلق (lingua expedita).

6. Quem, quum lapillum ei proiicis, dum is cadit, assilientem modo pici conspicis:

Dicitur نبذت الشي من يدى (proieci rem ex manu mea). Tum latiore usu dixerunt: صبى منبوذ (puer expositítius) et نابذت فلانا (a quodam propter odium me separavi). Poeta nonnisi id, quod ille fecerat, narravit[1]). Sensus est: Quum dormientem eum lapillo iacis, modo eius, qui cadente lapillo, tanquam magno cadentis rei sono audito evigilat, salientem invenis ut avis اخيل appellata i. e. pica salit[2]). Refertur quoque in versu فزعا لوقعتها طمور الاخيل (territus ob eum cadentem salit modo picae). Voci طمورا casum accusativum tribuit ob sensum, quem voces فزعا لوقعتها indicant, quasi dicens: رايته يطمر طموره (vidi eum salientem modo eius), quoniam territus expergefactus hoc facit. Vox طمور salire significat. Inde dicitur فرس طمّر (equus multum saliens). Dicunt (Abu-l'Abbasi verba sunt), vocem طمر in describendo equo altum designare. Inde locus altus طَمَار appellatus et ابنا طمار duo montes sunt. Vox فزعا casum accusativum tanquam statum describens obtinuit[3]). Vocis اذا phrasis consequens verbum

1) Res, quas haec verba spectant, postea narratae sunt.

2) Pica duobus pedibus simul sublatis salit.

3) Scholiastes in explicanda voce فزعا alterum legendi modum respexit; loco enim vocis ينزو legitur quoque فزعا.

رايته, vidi eum est. Sunt, qui dixerint, vocem اخيل falconem album designare. Inde dicitur تخيّل الرجل (vir in pugna timidus uno loco non subsistit). Vocis تخيل significatio est »praeterire, celerem, mutabilem esse«.

7. Et quum somno excutitur, eum vides erectum instar cruris, haud debilem.

Verbi هب significatio primaria moveri et vacillare est. Tum dicitur هب من نومه (evigilavit e somno) cum nomine actionis هَبّ et هبت الريح (flavit ventus) cum nomine actionis هبوب et هبت الناقة في سيرها (camela in incessu alacris fuit) cum nomine actionis هباب et هب التيس (hircus libidine actus irruit) cum nomine actionis هبيب et اهببت السيف »Gladium vibravi«. Dicitur رتب cum nomine actionis رتوب (stetit et erectus fuit) et participio راتب (stans). Voces زُمَّل, زُمّال, زُمَّيل debilem designant, qui, quod in vestes se involvit et a bello aliisque se retinet, ita appellatus est. Dicit: quum e somno evigilat, modo cruris tibiae erectus est. Tibia cruris autem semper suo loco erecta est. Accuratus verborum sensus est: quum e somno evigilat, eum erectum vides, quemadmodum tibia cruris erecta est; sed voce antecedente (رتوب) abiecta consequentem (كعب) loco eius posuit.

8. Nulla eius pars terram tangit nisi eius humerus et crus extremum, dum modo baltei complicatus est.

Vox ان ad negationem (ما) confirmandam addita est et vis rectionis 1) in dialecto eorum, qui voci vim regendi tribuunt, ista voce adiuncta tollitur. Voci طيّ casum accusativum dedit tanquam nomini actionis ob sensum, quem verba antecedentia indicant, propterea quod quum dixisset: ipsius dormientis nonnisi latus et extremum crus terram tangit«, eum tenuem, non pinguem esse, cognitum est. Sensus autem est, eum dormientem corpus per terram non extendere, eique omnia membra sua non tradere, ut in evigilando celeriter paratus sit. Vox محمل balteum gladii designat 2).

9. Quum eum in montis vias amplas intrare iubes, in scopulorum vertices modo accipitris eum irruentem conspicis.

Vox فج viam amplam in pede montis et huic simili loco designat. Pluralem فجاج habet. Vox هوى cum vocali Dhamma pronunciata petere altiora, cum Fatha petere inferiora significat 3). Sic in versu Sohairi: (metr. Wafir) Modo quo situla decidit, quam funis

1) Vox ما locum vocis ليس tenet et in quibusdam dialectis subiectum in nominativo, praedicatum in accusativo sequi videtur. Gr. Ar. T. II. §. 387 sqq.

2) Adposuit verba طي المحمل curvam eius in terra iacentis figuram significaturus. Qui tali modo in terra iacet, quippe in surgendo pedes ad corpus attrahantur, necesse sit, ad celeriter surgendum paratior est. Virum quoque cum habena comparant dicentes: هو كالجديل et هو كالزمام.

3) In Kamusi opere huic contrarium auctor adnotavit. Versum Sohairi duplici igitur modo intelligere licet, ut voci اسلم e puteo extrahendi (ut cum سلم fortasse cohaereat) aut demittendi significatio tribuatur.

prodidit (ruptus)[1]. Ne in legendo versu vocalem Dhamma praeferas, etsi ab his diversa adlata sunt. Vox مخارم pluralis vocis مخرم est, quae partem abruptam in monte prostante designat et vox خرم (pars prostans montis) pluralem خروم habet. Disertus est loquendi modus dicere: هذه يمين طلعت في المخارم (hoc iusiurandum est, quod in vias amplas in pede montis adscendit), de iureiurando e quo exeundi locus est[2]. Vox اجدل accipitrem designat, qui a firma statura nomen accepit[3]. Verba يهوى مخارمها sunt pro يهوى في مخارمها[4].

10. Lineae autem faciei eius adspicienti tibi splendere videntur sicut nubes fulmine diffissa.

Lineis, quae in fronte sunt, nomen سرار potius convenit cum plurali اسرة, dum **(p. 40.)** lineae in manu سرر et سر, cum plurali اسرار appellantur. Dixit poeta: (metr. Sarih) Manum eiusque lineas observa! Sunt, qui dicant, vocem اسرة eandem significationem quam vocem طرايق habere. Vox عارض nubem, quae in coeli latere se ostendit, significat. Sic vocem عارض in dentibus[5] adhibuere et hanc ob causam loco a lateribus eorum apparenti nomen عارضان (genarum) dederunt. Dicitur تبلل الرجل مرحا et اختل (ob magnam laetitiam[6]) exsultavit) i. e. in ridendo dentes denudavit. Dicit (poeta): Faciem eius observans vides lineas faciei splendentes sicut nubes fulmine diffissa splendet. Ei laetitiam in vultu pulchre se ostendentem et vultum solutum adscribit.

11. Difficilis in re ingrata, ut nemo eius latus adire cupiat, penetrante consilio praeditus, gladio secanti comparandus[7].

12. In re gravi superveniente socios defendit; devertentibus ad ipsum egenis hospitio est.

Vox عيل pluralis vocis عائل est, quae hoc in loco pauperem designat[8].

Res ad hosce versus explicandos narratae. Causa, cur vir Abu-Cabir appellatus hosce versus dixerit, talis fuisse narratur. Taabbatha-Scharran tempore, quo ille matrem suam in matrimonium duxerat, puer parvus quum eum saepe cum matre concumbentem conspexisset, ab eo alienatus est et Abu-Cabirus in pueri vultu, quoad adolesceret, eius rei in-

1) Ad hanc significationem probandam versum sequentem adduxerunt: كان هويها خفقان ريح خريق بين اعلام طوال »Quasi eius lapsus esset sonitus venti vehementis inter montes longos« (Metr. Wafir est.).

2) I. e. quod tali modo datum est, ut ei satisfaciendum non sit conf. Meidan. C. 28, 76.

3) In verbis هوى الاجدل duplex comparandi modus inesse videtur aut celeritatis, qua accipiter ex aere decidit aut locorum altissimorum, quae accipiter occupare solet.

4) Pro voce مخارمها legitur quoque مغاربها quae vox altiores partes designat.

5) Non consentiunt grammatici in significatione definienda. Is, qui in latere apparet, esse videtur.

6) Loco vocis مرحا in Mersukii commentario فرحا gaudium legitur; id quod magis convenire videtur.

7) Versus duo sequentes in Mersukii codice desiderantur. Latus peculiariter dixit poeta, quod adversarius adversarii latus petere solet conf. Hamas. p. ٣٧٤ l. 6. Vir a poetis cum gladio saepe comparatur conf. p. ١٣٩ et ٢٣١ v. 6. Similis comparandi modus p. ٣٢٥ inf. est. Pro المقصل legitur quoque المخصل.

8) Ante vocem عظيمة ex more poetarum substantivum omissum est. In verbis هم نزلو vox هم subiecti et verbum نزلو praedicati locum tenet. Ante vocem ماوى autem subiectum هو supplendum est.

dicia observabat. Abu-Cabirus igitur matri eius dixit: Vae tibi! per Deum! huiusce adolescentis res suspicionem mihi adfert, ut ab eo haud securus ad te non accedam. Mater igitur dixit: Astutiam contra eum institue, ut eum occidas. Aliquo igitur die ei dixit: Num incursionem hostilem facere vis? respondit, se velle. Dixit igitur: mecum i!. Tum incursionem facturi exiere; sed nullum secum commeatum portaverant. Per noctem diemque itinere facto Abu-Cabirus matutino tempore posteri diei fame adfectum esse adolescentem putans vespera ad gentem ipsi hostilem duxit. Conspectis autem illius ignibus e longinquo Abu-Cabirus dixit: vae tibi! Fame adfecti sumus; si tu ad illos ignes tendens nobis aliquid petiisses (bonum esset). Tum alter: Vae tibi! Quod famis tempus est? Dixit ille: at ego esuriens sum, mihi pete! Taabbatha-Scharran igitur abiens apud ignem duos viros crudelissimis latronibus Arabum accensendos invenit, ad quos Abu-Cabirus consulto eum miserat. Quum igitur ad ignem accedentem conspexissent, in eum irruere. Ille cursu reversus duobus persequentibus quum alterum altero ipsi propinquiorem vidisset, rediens hunc iaculo occidit; nec non alterum aggressus eodem modo necavit. Tum ad ignem veniens panem inde sumsit et Abu-Cabiro adportavit dicens: Ede, ne Deus ventrem tuum repleat! dum ipse nil edebat. Abu-Cabirus autem dixit: vae tibi! rem tuam mihi narra! at ille: Cur hac de re quaeris? Ede et interrogare intermitte! Abu-Cabiri inde animus timore perculsus et sollicitus redditus est. Tum per societatem eum rogavit, ut quomodo fecisset, ipsi exponeret. Quum rem narrasset, maiore etiam timore impletus est. In incursione pergentes camelis potiti sunt. Per tres noctes, quibus cum eo iter fecisset, quum Abu-Cabirus ei dixisset: Elige ex duabus noctis partibus utram vis, in qua tu custodiam agas, dum ego dormio; et in qua dormias, dum ego custodiam ago, respondit: res in potestate tua posita est; utram velis, elige! Abu-Cabirus custodiente Taabbatha-Scharrano somno quoque indulgebat per tres noctes nil custodiam curans. Nocte autem quarta quum propensione in somnum adolescentem occupatum putaret (ipse enim, custodiente Taabbatha-Scharrano, usque ad dimidium noctis somno se dederat), tempore, quo dormiret, eius occidendi, qui gravi somno oppressus esset, occasionem habere cogitavit. Putans igitur, eum gravi somno victum esse, lapillum proiecit. Adolescens statim instar tali rectus surrexit dicens: Quid soni est? Alter respondit: Nescio, per Deum! in camelorum regione eum audivi. Surrexit igitur Taabbatha-Scharran, et speculanturus circumivit et quum nil conspiceret; somno indulsit. Ille autem quum somno gravi oppressum iterum putaret, lapillum illo minorem proiecit. Tum alter surrexit, quemadmodum antea fecerat, dicens; quid est, quod ego audiam? Alter respondit: per Deum! nescio, ego quidem quemadmodum tu, audivi, sed quid sit, nescio; fortasse unus camelorum se movit. Surgens speculaturus circumivit; sed quum nil vidisset, rediens somno se dedit. Alter autem lapillum multo minorem priore proiecit. (p. 42.) Adsiliens tum quemadmodum antea, speculaturus circumivit et nulla re observata rediens dixit: O tu, rem tuam aegre fero; per Deum! quod si denuo sonum audio, te profecto occidam! Abu-Cabirus autem dixit: ego, per Deum! per totam noctem custodibam, timens ne, si camelus se movisset, ille me occideret. Dixit (relator): Quum ad gentem suam reversi essent, Abu-Cabirus se huiusce matri nunquam appropinquaturum esse vovens versus praemissos dixit.

XIII.

Dixit Taabbatha-Scharran [1]).

1. Ego laudem meam dono mitta ornaturus patruelem meum, virum sincerum Schamsum ben-Malic [2]).

Species secunda metri Thawil dieti et homoioteleuton متدارك est. Versus hic talis est, qui ab artis metricae peritis مخروم [3]) dicitur. Voce مخروم autem is significatur, e cuius paxillo collecto [4]) prima littera abiecta est. In hostia (ducenda) nonnisi forma اهدى; sed in sponsa deducenda tam هدى quam اهدى adhibetur. Significatio primaria eadem est. Littera Lam in verbis لابن عم الصدق cum voce مهد coniungi potest; dicitur enim اهديت له كذا (hoc ei obtuli). Hoc admisso priori verbo regendi vis tribuitur, dum quod obtulit, omissum est, audiens enim scit, eum carmen suum laudemque significare velle. Melius autem dixisset: فقاصد اياه به »ad eum cum illo tendens«. Statuere quoque licet, si eorum sententiam [5]) sequimur, qui praepositionem من in phrasibus affirmantibus (Gram. Ar. T. I, 490) superfluam esse dicunt, vocem ثنائى obiectum vocis مهد esse, ut id, quod obtulerit, prolatum sit. Et fieri potest, ut praepositio Lam cum voce بقاصد cohaereat, dicitur enim: قصدت له به et قصدته بكذا eodem sensu. Hoc recepto verbo secundo regendi vis tribuitur, id quod ex nostra sententia (i. e. scholae Bazrensis) praeferendum est. Dicitur هذا ثوب صدق (haec est vestis praestans) et اخو صدق (frater praestans). Vocem صدق (sinceritatem) loco vocis فضل (praestantiae) et صلاح (integritatis) posuit. Voce شمس (sole) eodem modo tanquam nomine proprio utuntur, quo luna plena et luna nova. Alii dicunt, nomen viri شُمس cum vocali Dhamma esse. Tum nihil aliud nisi nomen proprium viri est, ut حَجَر nómen proprium Abu-Ausi poetae est et Abu-Solma nomen Abu-Sohairi [6]) poetae. In nominibus propriis (inveniendis) areti fines non sunt.

2. Qua in gentis concione latus eius moveam, sicut camelis generosis, plantis Arac pascentibus latus meum commovit.

Vox عطف cuiuslibet rei latus significat. Dicitur ثنى عطفه (se avertit et iniustus fuit). Arcus et pallium nomine عطف appellata videntur, quoniam quum induuntur, latus amplectuntur. Vox عطف primariam significationem eius quod flexum est, habet, quomodo vox ذبح id quod mactatum est, et vox طحن id quod molitum est, designat. Omnis pars corporis, quae inflexa est, عطف appellatur. In interpretandis Corani (Sur. 22, 9.) verbis ثانى عطفه voci عطف et colli et medii corporis significationem tribuunt. Vocis ندوة primaria significatio colligendi est. Dicitur: نداهم النادى i. e. »Collegit eos conventus.« Vox هجان tam pluralis quam singularis significationem habet, nam formae فعال et فعيل saepe eandem significationem habent. Ut a singulari

1) Poeta ante Mohammedis tempus vivens.

2) Carmen integrum esse videtur.

3) Conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 88.

4) Sic litterae duae motae vocali et una quiescens ut vox نَقَلْ o — appellantur conf. ibid. p. 65.

5) Est Achfaschi sententia; contrariam Sibawaihius habet conf. Ham. ٥١٣ v. 4.

6) Pater Suhairi, qui carmen Moallakat composuit, est conf. Zohairi carmen ed. Rosenmuller p. IX, 90.

فعيل forma pluralis فعال derivatur, ita a forma فعال pluralis افعيل[1]) provenit. Nonne vides et litterarum numerum et quantitatem syllabarum in utroque aequales esse et litteram producendi (Gram. Arab. I, 28. 36.) in una voce litterae eidem in altera respondere. Quod quum ita sit, conveniens alteri reddita est, nisi quod in forma فعال, quum pluralis est, vocales et littera Alif formae indeclinabilis esse putantur, qui pluralis singulari caret, ut vocalis Kesra primae litterae eadem sit, quae in vocibus ظراف et كرام invenitur, non eadem quae in prima littera vocis حمار et ازار locum habet. Et sic درع دلاص et in plurali دروع دلاص dicitur. Vox اوارك camelos, qui plantis اراك pascuntur, designat. Dicit poeta: laude mea eum exhilaro, ut gaudio et voluptate moveatur, sicut camelis albis, generosis me exhilaravit, ut exsultarem.

3. Paucus in querendo de gravibus calamitatibus, quibus adficitur, multus in animae voluntate, diversus in propositis agendique rationibus.

Dicit, eum apud neminem de gravibus calamitatibus, quae ipsi superveniant, queri, quod eas patienter ferat et sciat, querelas suas ipsi inutiles esse; sed, ut eas removeat et noxam repellat, eum agere. Hoc verbis poetae Doraid ben-Alzimmah[2]) simile est: (metr. Thawil) Parum querens in calamitatibus, hodierno die eventus rerum postero die observans. Vox هم aut a voce هم. quae tristitiae significationem habet aut **(p. 42.)** a voce هم propositum derivari potest. Quamquam vocem قليل paucus adhibuit; tamen totam rem negare vult. Simili modo dicitur: »Quidam minas cuiusdam parum curat,« dum sensus est: nil curat. Sic quoque dicunt: »pauci homines hoc dicunt et perpauci homines hoc dicunt«, dum omnino negare volunt; paucos e multis fuisse affirmare nolunt. Sed si quis dicit: quomodo licitum est, adhiberi vocem pauci, quippe quae vox affirmando in negatione inserviat, respondendum est, paucum in rebus maxime tale esse, in quod in numerum non referendum animus non intendatur, siquidem levis pretii interitui concedatur. Quod quum ita sit, eius vox quamquam significatione sua rem adfirmat, tamen in negandis rebus adhibetur. In verbis autem: كثير الهوى شتى النوى multum cum pauco voce, non sensu, congruum est. Significat, eum esse multum in propositis atque diversas agendi rationes modosque nosse. Vocibus هوى et نوى genus, non speciem quandam, significat. Vox autem نوى modum agendi, quem intendit, designat. Similiter poeta in sequentibus sermonem expressit: (metr. Wafir) Robustus in loco, ubi uterque humerus convenit, casibus fortunae fortiter resistens, varius in modis agendi. Poeta voce شتى dispersum significare vult; res enim تشتت (dispersa fuit) dicitur. Vox اشتات pluralis vocis شت (dispersus) est. Vox المسالك idem quod vox الطرق (viae, agendi rationes) significat. Verbo سلك sensus intransitivus et transitivus cum obiecto est. Invenitur quoque quarta forma اسلك cum obiecto. Inde vox سلك, quae filum, in quod conchae insertae sunt, designat. Vox انسلك de viro idem, quod سلك via incessit, est. Poeta Sohair dixit: (metr. Basith) Virum tuarum rationem habe et vide, ubi incedas!

1) Sic cum Mersukio lego; sed et alter legendi modus defendi potest ob sequens درع دلاص et دروع دلاص.

2) Dux gentis Banu-Djoschaim se Mohammedanum non confessus, die Honain occisus est anno Hedjrae octavo.

4. Interdiu in uno deserto degit, vesperâ in altero, seorsim versatus et dorsis periculorum vehens.

Vox موماة, quae formam فعللة habet, cum plurali موام desertum aquâ carens significat. Dixit poeta يمسي بغيرها (vesperam transigit in altera) et non dixit يبيت (pernoctat), quia eum talem describere vult, qui per diem sole lucente desertum transmeat; sed voce يبيت adhibita distincte dictum non fuisset i.e. ad virtutes acquirendas deserta peragrat, ut per diei tempus in uno deserto eum conspicias, vesperà appropinquante in altero eum invenias solum; vox enim جحيشا idem est quod وحيدا. Dicitur: حل فلان جحيشا (quidam substitit seorsim), ut voci جحيشا eadem significatio, quae voci منفردا (separatus) sit. Voci جحيشا casum accusativum dedit, quod statui describendo inservit. Vox autem بغيرها haud significare potest, ibi firmam mansionem esse. Hoc scias! Vox يعروري in verbis ويعروري ظهور المهالك idem, quod vox يركب (iis vehitur), significat. Desumtum id est a loquendi modo اعروريت الفرس (nudo vectus sum equo), dum stratum sub te non est. Dicit poeta: locis periculosis incedit, dum ab iis defensus non est [1]).

5. Praevertit primum venti adventum unde flat, cursu celeri haud interrupto[2]).

Verba وفد الريح priorem venti partem (i. e. quae alteri antecedit) designant et inde poeta Rubah[3]) verba sua desumsit: (metr. Redjes) Cursu vincit priorem venti partem unde transiit. Sensum iisdem vocibus non usus Arabs campester sibi sumsit dicens: (metr. Redjes) Gloriae scopus elatus est, et quis ad eum pervenit? Nos eum occupavimus ea digni. Si ventus dimitteretur, sane ante eum adveniremus. Sensus est, eum ob celeritatem ventum cursu praevertere. Vox ينتحي, quae idem significat, quod vox يعتمد (proposuit sibi) et يقصد (intendit), tam ad virum laudatum, quam ad voces وفد الريح referri potest. Cursui attributum منخرق dedit, quod amplus (effusus) est. Vox منخرق celerem designat. Hoc cum loquendi modo ريح منخرق (ventus vehemens, celeriter flans) cohaeret. Vox متدارك idem est, quod متلاحق (inter se cohaerens, continuus). Quidam dixit, vocem المنخرق eum significare, qui non firmiter teneatur, quemadmodum ventus vehemens laceratur (i. e. assultim, ex intervallo flat) et inde ventus خريق appellatus est.

---

1) Arabes fortes quum res magnas peragentes equo semper uterentur, ab equo comparandi modos derivarunt. Deserta et loca periculosa cum equo comparantur. Iis tanquam equo Arabes vehuntur et significaturi, quendam haud praeparatum pericula adire, dicunt nudis (sellis haud instructis) periculorum dorsis eum vehi. Deserta autem, quae iter facienti periculosa sint, hoc in versu pro periculis ipsis poeta posuit. Eum autem sociorum auxilium non petentem pericula obire, eo indicavit, quod eum solum in desertis versantem descripserit. Idem poeta p. ٣٨٤ v. 2. dixit.

2) Poeta heroi suo celeritatem tribuit, quam cum venti celeritate, quo nil celerius Arabs novit, comparavit. Heros haud interruptim currit, dum ventus vehemens ex intervallo flare solet. In eo potissimum causa esse videtur, cur venti celeritatem superans ante priorem venti partem adveniat. Vox بمنخرق est pro بعدو منخرق. Sensum eundem Abu-Tammamus aliis verbis hoc modo expressit: فمر ولو يجاري الريح خيلت لديه الريح ترسف في القيود »Transiit et si cum vento certamen iniret, apud eum ventus modo compedibus vincti incedens videretur.« (Metrum Wafir est.).

3) Poeta tempore Omajjadarum et Abbasidarum celeber tempore Almanzuri obiit. conf. Citab-Alaghani.

6. Quum levis somnus eius oculos claudit, animus custos in viro cauto, irrumpente ei semper adest.

Vox حاص significationem vocis خاط (consuit) habet. Legitur quoque اذا خاط عينيه. Vox كرى somnum levem designat, quasi a verbo كريت i. e. vehementer cucurri derivata. Verba خاط عينيه significant, eum eos tetigisse; eum (somnum) eos omnino occupasse, ut cilia tanquam **(p. 43.)** consuta describantur, dicere non vult [1]). Sic quoque in verbis poetae: (metr. Camel.) Ut cincinni mei albedine leviter adfecti sunt«. Propensionem in somnum cum somno coniunxit, quemadmodum pars rei cum genere connectitur, quasi voce النوم (somnus) genus actionis, voce الكرى (propensione in somnum) specialis res designetur [2]). Significare vult, tempore, quo oculus eius dormiat, cor non dormire. Vox شيحان, شايح et شيح cauti significationem habet. Poeta dixit: (metr. Thawil.) Cautus ante hodiernum diem fuisti, utique cautus es. Voce فاتك is designatur, qui de improviso alteri rem ingratam aut caedem infert. Mohammedis traditione ad nos relata sunt verba: »Religio impetum inopinatum vinxit«. Dixit grammaticus Ebn-Doraid: Eum esse, qui quam sibi rem proposuerit, peragat.

7. Oculos autem suos animi sui speculatores facit, paratus ad evaginandum gladium politum, secantem.

Legitur quoque sic versus: اذا طلعت اولى العدىّ فنفره الى سلة من صارم الغرب باتك Quum primum agmen praecursorum apparet, confugit ad educendum secantem (gladium) cum acie findente, qui est melior duorum legendi modorum. Vox عدى pedites, qui ante equites praecurrunt, significat. Nomen est, quod forma sua agmen designat ut كليب (agmen canum), ضئير (gregem ovium). Secundum priorem versus legendi modum dicit: Eius cor in cavendo socors non est eiusque oculus quasi vigil est ad evaginandum gladium suum. Quod si vero dicitur: quomodo oculus cordis vigil esse potest, dum dicit: »quum oculus eius dormit, eius cor non dormit« aut quomodo rectus hic legendi modus esse potest, dum sensus idem in utroque versuum duorum hemistichio repetitur et num aliud dicatur necesse est, quam cor vigilem oculi esse, siquidem oculus dormiens, cor vigilans sit? hae dubitationes sic removendae sunt. Poetam duos status descripsisse, quorum unus status somni, alter status vigilandi sit. Sensum igitur esse, oculum esse custodem cordis et exspectantem (leg. والمنتظر), ut quod ipsi ingratum sit, ostendat; tum, si cordi res ingrata sit, oculum eius socium esse, cui id aperiat et tum eius quasi cohortem procubitorum esse ad gladium evaginandum. Vox اخلق idem quod املس (glaber) et باتك idem quod قاطع (secans) est [3]). In vocibus الى سلة praepositio الى significationem praepositionis مع (cum) habere potest, quemadmodum dicitur:

---

1) Nihilominus vero mihi significatio consuendi magis arridet; iuncta enim invicem cilia bene comparari possunt cum rebus consutis. Non autem puto verba significare, somno oculos firmiter consutos esse. Levem esse suturam ex voce كرى cognoscimus.

2) Post haec verba Mersukius pauca addidit: يقول اذا نام النومة التى اشار اليها لم يزل له رقيب وحافظ من قلب رجل جاد فى الامور مفاجئ غيره بمكروه او قتل. De Sacyus eadem verba in exemplari suo adscripsit; sed in fine paulum differunt; habet enim هو هو الرجل وهذا عريض مفاجئ فى الامور. Videmus igitur exemplaria Mersukii quodammodo differe.

3) In commentario legendi modum, quo باتك loco vocis صايك est, explicatum invenimus.

هذا الى ذلك (hoc cum illo). Nec non sensus esse potest, eum (oculum) cohortem procubitorum eius esse, donec gladium e vagina extrahat; et postea cordi agendum esse. Praepositionem الى [1]) terminum agendi (conf. Gram. Ar. T. I, 478.) indicare. In verbis من حد الخالق (e cuspido politi) latior dicendi modus est, nam gladius e vagina extrahitur et tum مسلول (eductus) fit. Nonne vides poetam dixisse: (metr. Thawil) »Quum e vagina educitur, eius fulgor splendet instar poculi argentei«. Hic autem vaginam eductam esse descripsit. Is vero loquendi modum secutus est verbis sequentibus similem: »Ocream in pedem meum immisi et pileum in caput meum«.

8. Quem quum in osse adversarii movet, dentes oris mortis ridentis apparent [2]).

Verbis في عظم قرن (in osse adversarii) indicat, ipsi neminem obviam venire nisi qui robore et fortitudine proxime ad eum accedat. Quod vero dentibus risum tribuit, in eo metaphora et latiore loquendi modo usus est. Hoc ei simile est, quod dicitur: سر فلان بكذا حتى صار لكل سن له ضحك »Quidam ea re tanto gaudio adfectus est, ut omni denti risus fieret«. Dentes qui inter ridendum apparent, ضواحك (ridentes) appellantur. Verborum autem اذا هزه في عظم قرن sensus est: quum eum movet eoque eum percutit, mors ridet. In hoc comparandi modus est. Est ac si dixerit: اذا هزه لعظم قرن (quum eum movet pro osse adversarii), nam particulae, (Gram. Ar. T. II, p. 259.) (praepositiones), interdum quum nil obscuri inde oritur, commutantur [3]). Admittere quoque licet sensum esse, ensem, quo percutiatur, in osse haerere, tum in eo moveri, ut inde exeat. Voce تهلل risus significatur, qui cum splendore et fulgore fulminis comparatus est. Hoc autem poetae verbis contrarium dicentis: et mors pudibunda videt (conf. p. 35.) [4]).

9. Solitudo ei familiaris consuetudo videtur et ubi mater siderum perplexorum rectà incedit, is rectà incedit.

Id est: Illa eius agendi ratio est. Loquendi modus est, quemadmodum dicitur: هو يرى راى ابى حنيفة (sequitur doctrinam Abu-Hanifae) [5]). Duplici modo rem explicant, uno, eum itineri in desertis adsuefactum esse et vitae ab hominum consuetudine remotae; ut solitudini

1) In textu ex Mersukii codice الى addendum est.

2) Versui sensu quodammodo similis est hic versus: (metr. Thawil) سقاه الردى سيف اذا سل اومضت اليه ثنايا الموت من كل مرقب »Interitum ei propinavit gladius, cui, quum educitur, adrident dentes mortis ex omni specula«

3) De Sacyus exemplari suo adscripsit, non dubium esse, quin intelligendae sint aut praepositiones omnes verbis حروف الصفات aut quaedam ex iis; se autem nullibi in aliis operibus id legisse. Ut nonnullae particulae nomine حروف الصلة aut aliis nominibus adpellatae sunt conf. Anthol. gramm. p. ١٠٩ sqq., sic praepositiones حروف الصفات, quippe quae describendo inserviant, adpellatae mihi videntur.

4) Mors igitur ob gaudium ridet, quod illo percusso se potituram esse sperat.

5) Abu-Hanifah quatuor theologorum unus, quorum doctrinae orthodoxae putabantur. In templo Meccano quatuor hae sectae stationes separatas habeat. Nomina eorum sunt Hanefitae, cuius auctor Abu-Hanifah Alnohman b. Tsabet Cufae anno 80 natus Bagdadi anno 150 diem obiit. Tres aliae sunt Malecitae, cuius auctor Malec b. Ans natus tempore ab anno 90—95, mortuus tempore ab anno 177—179, Schafeitae, cuius auctor Alschafei natus anno 155, mortuus est anno 204 et Hanbalitae, cuius auctor Ahmed b. Hanbal anno 164 natus anno 241 obiit.

consuesceret, altero, eum permultos hostes habere, quod multas in homines incursiones faciat eorumque opes rapiat. Quum igitur homines videt, solitarium se putat esse, quum eos non videt, familiaritate utentem. Quod voci انس vox انيس addita est, id ad vim sermonis augendam factum est, et loquendi modo simile est, quo dicitur: ظل ظليل et داهية دهياء. Vocem autem, quam ad vim augendam addunt, ex eadem radice derivare solent. Verbis ام النجوم solem **(p. 44.)** significari dicunt alii, alii viam lacteam. Potissima rei pars mater rei appellatur et sol maximum omnium sidus est. Res quoque, qua aliae continentur, mater appellata est. Vox شوابك vocis مشتبكة perplexa significationem habet. Recepta autem viae lacteae significatione fieri potest, ut sensus sit, ei viae ducem necessarium non esse, ut illa eo non indigeat i. e. eum non errare in eo, quod sibi proposuerit, ut via lactea non erret. Arabes proverbiali modo dicunt: Is melior ducitur quam sidus (Meid. C. 27, 171.). Dixit poeta: (metr. Basith) Melius ducitur quam sidus, si infortunium ei supervenit et apud hostes magis irruens quam torrens[1]).

XIV.

Dixit Katharijj b. Alfodjaah (Masenita)[2]).

Vir قطرى appellatus ad locum Kathar appellatum referendus est; vox autem الفجاءة a loquendi modo فجئه الامر »res de improviso ei supervenit« cum futuro يفجا, nomine actionis فجاة, فجاءة provenit. Is unus rebellium erat, qui cognomine Chalifah per tredecim annos annos salutabatur. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit: Quamquam loco الأعدان (Alahdan) appellato natus esset, eum tamen cognomen قطرى accepisse. Kathar autem nomen loci in Ohmani propinquo est[3]). Inde بعير قطرى camelus Katharicus, qui ad istum locum refertur et ريح قطرية ventus Katharicus, qui ab isto loco flat, dicitur. Sic vir Meccensis et Sindus appellatur, quamquam neque Meccae neque in Sindia natus est.

1. Ei (animae) dico, dum (trepida) in varias partes abit, vae tibi, ne fortes metuas! conf. p. v۴ v. 1.

Prima species metri Wafir et homoioteleuton متواتر est. Voce نيا animam poeta significat et vox شعاع dispersi significationem habet. Hisce verbis comparatio inest, qua magnus

1) Et hoc in proverbii consuetudinem venit conf. Meid. 19, 60.

2) Carmen hoc in Mersukii opere eodem loco non legitur. Vita huius poetae apud Ebn-Challikanum Nr. 555 legitur conf. Har. ۴v۱. Tempore Mozihbi b. Alsobair, qui anno sexagesimo sexto Iracae provinciam loco fratris Ahbd-Allahi b. Alsobair administrabat, rebellavit et per viginti annos bellum faciens Chalifae nomen gerebat. Ipsius Hadjdjadji b. Ioseph exercitus vicit, donec Sofjanus b. Alabrad Calbita anno 78 eum vicit occiditque. Sed tam de tempore quam de loco et modo mortis dissentiunt. In Ebn-Challikani opere versus nostri inveniuntur. Eum tempore belli cognomen Ebn-Alfodjaah, tempore pacis cognomen Abu-Mohammed gessisse dicunt. Alii Alfodjaah nomen matris, alii patris fuisse contendunt. Eum principem sectae Alasarikah (الأزارقة) fuisse contendunt. Eloquentia et prudentia vir insignis erat conf. Har. p. ٥v sch.

3) De loco non consentiunt. Alii dicunt, eum locum inter provinciam Ohman et Bahrain situm, unde poeta noster Abu-Naahmah quoque cognominatus originem duxerit, alii Ohmani locum capitalem fuisse putant. Sic Ebn-Challikanus.

terror significatur[1]). Vox تراعى[2]) a voce روع terror derivanda est; dicitur ريع الرجل »territus est vir« cum futuro يراع. Narrat (poeta), se animam ad fortitudinem excitare eamque docere, postea quam territa sit, vitae finem a Deo definitum esse, ut nil ei addi possit. Hoc sequentibus explicatur.

2. Nam si, ut unus dies tempori tibi destinato adderetur, rogasses, non obstinuisses.
3. Patientia igitur utaris, patientia in mortis campo: nemo enim semper vivere potest!
4. Nec vero vitae durantis vestis est vestis honoris: ea despectus timidusque non vestitur[3]).

Verbis اخو الخنع vilis significatur et خنوع vilitas est. Non autem fieri potest, ut vox خنوع de vilitate, ubi vilitati locus non sit, adhibeatur. Vox يراع arundinem in medio cavam designat. Vir autem, cui animus non est, timidus est quasi cavus. Arundinem, quae talem sensum offerret, loco timidi posuit[4]).

5. Mortis via cuiuslibet viventis terminus est et ea (mors) omnes terrae gentes advocat[5]).
6. Qui iuvenis non moritur, is vitae taedio capitur et decrepitus fit, tum mors eum vitae fini tradit.

Verbum اعتبط quendam sine morbo mori significat i. e. qui iuvenis non moritur, senex decrepitus moritur. Voce يسام (fastidit) significare vult, virum molestias ob senectutem decrepitam ipsi supervenientes fastidire. Legitur quoque in versu تفض به المنون »Mors eum ducit« et يفض به القضاء »fatum eum ducit«[6]).

7. Bonum autem viro in vita non est, quotiescunque vilibus utensilibus adnumeratur[7]).

XV.

Dixit quidam gentis Banu-Kais b. Tsahlabah.

Sunt, qui dicant, carmen a Baschamaho b. Hasn Nahschalita compositum esse (Hoc Mersukius adnotavit). Vox بشامة nomen arboris est, e cuius ligno dentifricium paratur. Dixit poeta **(p. 45.)** Djerir: (metr. Wafir) »Num oblivisceris, tempus, quo Solaima apud arborem Baschamah nobis valediceret? Arbores Baschamah irrigatae sint!« Vox حزن asperum locum significat et voci حزم asperioris loci significatio est. Vox نهشل cum forma فعلل lupi nomen est, quod a duabus radicibus نهش (momordit) et نشل (prehendit membrum et ore carnem decerpsit) derivatum dicitur. Utrumque lupo proprium est. Vox قيس nomen actionis a قس cum futuro يقيس provenit.

---

1) Anima trepida cum avibus meticulosis avolantibus comparatur conf. p. ۲۴۸ v. 1.

2) In scholiis alter legendi modus لن تراعى »non timebis« explicatur.

3) Vita cum veste, quae exuitur, comparatur. conf. Ham. p. ۳۴۲ v. 4.

4) Arundinis levitas in proverbii consuetudinem venit Meid. 7, 113.; sed cum arundine cava vir comparatus est, in cuius medio cor non est.

5) Conf. Meid. proverb. C. 1, 48. 284. 22, 137. 23, 302. 413. 24, 585. 25, 62. Legitur quoque وداعية.

6) Legitur in Mersukii opere: ويفض به البقاء »vita duratura eum ducit.«

7) Senem decrepitum, in quo nil roboris aut prudentiae est, vilibus utensilibus comparavit, in quibus nil aut parum utilitatis est.

1. Nos tibi, o Salma, salutem dicimus et tu nobis salutem dic et si generosis hominibus potum praebes, nobis potum praebe[1]*!*

Dicitur حييت الرجل (virum salutavi), a quo loquendi modo facies محيّا appellata est et حييت فلانا (quendam regem creavi). Vox التحيّة regnum significat. Dicit: Nos te, o femina, salutamus et eodem modo nos excipe, et si generosis potum praebes, nos eodem modo tracta, nam ex eorum numero sumus. Primaria vocis تحيّة significatio in eo est, quod in occursu dicitur: حياك الله »Deus in vivis te servet!« tum in alio Deum invocandi modo verba adhibentur. Voci سقيت sensum sequentem tribuerunt: si praestantissimis hominum a Deo potum sufficientem optas, nobis quoque eum opta[2]! In Deo autem advocando verba سقّيت فلانا (forma verbi secunda) cum Teschdido maxime adhibentur; sed verbi primam quoque formam adhiberi versu Abu-Dsowaibi sequente probare student: (metr. Motakarib) Deum invocavi, ut eius domum irrigaret, quum abesset, et status[3]) in nobis suspiria veracia esse indicavit. Dicitur انح cum futuro يانح (anhelavit). Secundum hunc interpretandi modum in sermone res supplendae sunt, quasi dixerit: Si in absentia Deum invocans generosos irrigas, erga nos eodem modo age et dic: Deus vos irriget! Quidam inter formas سقى et اسقى discrimen esse statuit; formam quartam hunc sensum praebere dicens, aquam, quae potui inservit, ei porrexit, ut eam, quomodo vellet, adhiberet; primam autem significare, aquam ori suo (ad bibendum) ei dedit. Similis modus reperitur in formis كسوته (veste eum indui) et اكسيته (vestem ei dedi); alii autem utramque formam eandem significationem praebere dicentes versum Lebidi adferunt: (metr. Wafir) Irriget gens mea gentem Banu-Madjd irrigetque gentem Nomair et tribus gentis Hilal[4]).

2. Et si aliquando ad rem magnam generosamque duces generosorum hominum vocas, tum nos voca!

Vox جلى formam فعلى habet, quam (poeta) nominum modo adhibuit. Voce res magna (جليلة) significatur, ut forma افعل eandem significationem quam فاعل et فعيل habeat. Sic in Corani verbis: (Sur. 30, 26.) Id ei leve (هين) est et in verbis (poetae): (metr. Thawil) Et haec via est, in qua solus non sum, ut vox اوحد vocis واحد significationem habeat. Dicit: si alta voce mentionem optimorum hominum facis ob rem magnam, quae supervenit aut generosam agendi rationem, quae se ostendit, de nobis quoque mentionem fac. Externo sermonis sensu eam sibi propensam redditurus est; sermonis autem finis est, ut gloriam suam exponat et praemiis nobilium dignum se ostendat; nam neque irrigatio neque salus dicta re

1) Metrum, quod secunda species Basith est et homoioteleuton, quod متواتر adpellatum est, scholiastes neglexit. Nil obstat, quin carmen integrum pateat.

2) Et de terra a Deo pluvia irriganda intelligi potest. Sic in versu legimus: اذا سقى الله ارضا صوب غادية فلا سقاهن الا النار تضطرم »Quum Deus terram pluvia nubis matutinae irrigat, tum eas nonnisi igne irriget! Metrum Basith est.

3) Pro الخل cum Mersukio الخال legendum esse puto.

4) In Mersukii libro loco verborum بنى مجد est بنى بدر. Num forma praeteriti narrando an optando inserviat, haud liquet.

vera locum habet. Vox سراة in hominibus, vox شراة in pecoribus et equis adhibetur. In verbis, quae traditione mulieri Omm-Sarh [1]) adscribuntur, haec sunt: Post eum viro generoso (سرى) nupsi, qui vectus equo optimo (شرى), hastam sumsit et vespera multa pecora ad me reduxit[2]). Vox الجلى cum articulo femininum vocis اجل est modo quo a voce الاكبر vox الكبرى provenit; articulus autem inde non abiicitur, quoniam origine sua forma comparativi افعل est, cuius significatio praepositione من sequente completa est. Omnis autem res, quae super altera est, جلل (texit eam) dicitur, unde stragulum جلالة nomen accepit. Vocibus سراة القوم gentis principes designantur et سراة cuiuslibet rei superior pars est cum plurali سروات. Vir سرى is est, qui nobilitate distinctus est, et سرية, quae forma فعيلة a verbo سرى cum futuro يسرى orta est, equitum agmen noctu proficiscentium designat, tum quoque vox سربة agmen interdiu proficiscens significat. Voce كرام (generosi) ii designantur, qui uxores defendunt et iniuriam depellunt.

3. Neque nos, filii Nahschali, alium eius loco patrem desideramus, nec is nos pro aliis filiis dat.

Si carmen Kaisitae tribuitur, in versu انا بنى مالك (nos filii Malici) legendum est. Vox بنى accusativi casum obtinuit, quod verbum supplendum est, quasi dixerit: اذكر بنى نهشل (gentem Nahschal dico). Hoc vero distinguendo laudandoque (Gram. Ar. II. p. 94. et Anthol. Gram. p. 53.) inservit. Praedicatum vocis ان verba لا ندعى sunt. Sin vero nominativi casum ponens انا بنو نهشل dixisset, ut praedicati loco (vocis ان) essent, verba لا ندعى statum حال significarent. Discrimen autem inter id, quod distinguendo (et laudi) inservit et quod merum praedicatum est, eo consistit, quod si ea verba praedicatum fecisset, finis sermonis esset, ut apud eum, quem allocutus est, se ipsum notum faceret; quo in modo eius agendi ratio aut obscura inter eos aut ignota ei, quem allocutus est, ipsorum res esset; quod vero eos peculiariter distinguit, eo ab utroque securus est[3]). Ego vero vocibus خبر صراح (praedicato mero) usus sum, quod interdum voce praedicati utuntur ad significandam rem peculiariter distinctam **(p. 46.)** sed (si hoc fit) sensus vocibus cum eo coniunctis indicatur. Sic in verbis poetae: (metr. Sarih) Ego Abu-i'Nadjm sum et poesis mea poesis mea est[4]). In verbis لا ندعى لاب عنه vox ندعى octava verbi forma (افتعل) est, quacum vox عنه coniuncta est. Dicitur: ادعى فلان فى بنى فلان (quidam a gente quadam originem deduxit) et ادعى عنهم (ab iis originem suam deduci noluit). Hunc modum loquendi sequuntur verba: رغبت فى كذا (hoc volui) et رغبت عنه (id nolui). Voci لاب sensus verborum من اجل اب (propter patrem) est. Sensus est: nos patrem nostrum non aversamur, ut ab alio originem deducamus et is nos non aver-

1) Nomen mulieris quoque p. ٣٩٨ occurrit. In clar. Wustenfeldi opere edito nil inveni.

2) De Sacyus putasse videtur, hoc in loco verbo اراح significationem reddendi quod deberetur tribuendam esse. Huic vero sententiae ob vocem ثرى sequentem adsentiri non possum.

3) Nam glorians dixit: quod ad nos attinet, eos dico, quorum agendi ratio occulta non est, hoc non facimus.

4) Dicere vult, verbis انا ابو النجم, in quibus ابو النجم praedicatum sit, se virum Abu l'Nadjm esse, poetam indicare nolle; sed se ab aliis distinguere et sibi laudem tribuere velle.

satur, dum utervis nostrum altero contentus est. Dicitur شريت الشي et اشتريته (rem vendidi). Inde vox شروى, cui similis significatio est, provenit.

4. Si aliquo die ob generosum factum ad metam properatur, e nobis primis in cursu equis et proxime sequentibus occurris.

Dicitur: بادرت (festinavi) cum accusativo et praepositione الى et sic dicitur: ابتدرنا الغاية et ابتدرنا الى الغاية (ad scopum festinavimus). Vox لمكرمة est pro لاكتساب مكرمة (ad suscipiendam generosam actionem). Fieri autem potest, ut praepositio Lam voci غاية cum voce مكرمة coniungendae inserviat, quasi poeta significaturus sit, ipsos inter se ad metam eius currentes praevertere. Forma masculini المصلين, nec vero forma feminini المصليات cum voce السوابق poeta usus est, ut homines significaret; etsi utramque vocem metaphora usus ab equis desumsit. Admitti quoque potest, eum vocem السابق, quoniam a substantivo saepissime separata est et vocis المجلى, quo nomine primus in certamine equus insignitur, vicem agit, inter nomina retulisse, ut pluralem سوابق formaret, sicut vox كاهل pluralem كواهل et غارب pluralem غوارب habet. Vox المصلى equum designat, qui primum (السابق) sequitur, dum eius caput apud partem corporis صلا appellatam est. Voce الصلوان autem duo illa ossa designantur, quae in lateribus posticae partis corporis prostant. Grammaticus Ebn-Doraid dixit, vocem os designare, in quo locus sit, unde radix caudae equinae oriatur. Quidam ex lexicographis dixit, esse duas venas in loco posticae partis dorsi (ردف). Equorum nomina in certamine currentium decem sunt, quoniam deni in certamen mittuntur, quorum singulus quisque nomen suum habet. Primus eorum est السابق (praecedens) et المجلى (conf. Har. ٢٣٤) appellatus, quia dominum suum clarum reddit, secundus المصلى est, sic nominatus, quia labium suum super partem corporis صلا appellatam praecedentis ponit; tertius المسلى dicitur, quia eum (dominum) consolatur; quartus est التالى (sequens); quintus المرتاح (alacer) est; sextus العاطف (inclinans, propitius?); septimus المؤمّل (is in quo spes posita fuit); octavus الحظىّ (felix); nonus اللطيم, quia a stabulo colaphis repellitur; decimus السُكَيْت, quia humilitas et silentium eum adficit. Appellatur quoque سكّيت cum Teschdido litterae Caf. Nec non vox فسكل ultimo loco in hippodromo venientem designat. Funis, qui die certaminis ad pectora equorum (ne unus ante alterum currat) ponitur, nomina مقّبص et مقّوس habet. Dixit propheta: »Equi cum indole sua et generositate currunt; sed quum ad funem مقوس appellatum disponuntur, cum fortuna dominorum suorum currunt«1). Alii dicunt equorum in certamine currentium nomina sequentia esse; primi esse المجلى, secundi المصلى; tertii المسلى; quarti العاطف; quinti المرتاح; sexti الحظى; septimi المؤمل. His septem sortes esse; tum eorum, quibus sortes nullae sint, nomina haec: octavi اللطيم; noni الوغد; decimi السكيت. Dixit Mohammedes b. Iasid b. Maslamah b. Ahbd-Almalec b. Merwan certamen equorum describens et equorum nomina memorans: (metr. Motakarib) Primus venit (جلى) candidam in fronte maculam habens et secundus (صلى) equus spadi-

1) I. e. Equi cursu generositatem suam probant; at in cursus certamine dominorum fortuna iis subiecta est, quippe qui equis cursu victis ab aliis contemnantur et praemio priventur.

cus; tertius سلى et non vituperatus fuit multum fuscus. Hos quartus (التالى) secutus est et quam remotus est is, qui in provinciam Nedjd it ab eo, qui in provinciam Tehamah tendit! Et non fuit vituperatus eorum المرتاح, alacer, dum quintus erat et iam quodammodo praecedens advenit; et sextus eorum العاطف, attonitus non multum abfuit, quin ob stuporem frustratus esset. Septimus eorum المؤمل spe quodammodo prohibitus est et avis infausta[1]) ei adparuit. Venit eorum octavus الحظى et eius portionem is, qui sorte m iecit, cepit; dum septem canendo propulit[2]) et venit tanquam octavus; at octavus equorum sorte non potitur. Venit post eorum nonus اللطيم, qui ab omnibus partibus colaphis percutitur. Cursu خبب appellato eius vestigia decimus السكيت premit, dum superior eius pars[3]) maior est, quam saccus veretri; in postrema acie equorum cum iis currit vituperio dignus; sed eius equiso maiori vituperatione dignus est. Quum dicitur: quis huius dominus est? ob tristitiam non respondit silentio se defendens.

5. Nunquam e nobis dominus moritur, nisi inter nos puerum, qui dominus fit, educarimus[4]).

Vox افتلاء idem est quod افتطام (ablactari et a matre removeri) et inde فلو (pullus equi ablactatus) appellatur. Vox ابد tempus significat. Dicunt, feras اوابد **(p. 47.)** appellari, quae tempore iis non nocente superstites serventur et nonnisi noxa pereant. Sed quod a voce تابد, cui significatio vocis توحش (solitarius vivit), derivetur, magis placet. Dicit: »Nos principe et ad principatum facto i. e. educato, apto non caremus, ut principe pereunte in eius locum educatus succedat.« Poeta Aus dixit: (metr. Thawil) Quum camelo admissario e nobis dens acutus excidit, e nobis dens alius admissarii barrit[5]).

6. Nos sane die terroris animas nostras parvi pretii habemus; sed si tempore securo aestimaremur, magni pretii essemus.

Dicit: quum dies terroris est, ad occursum praecedimus et si animae nostrae pereunt, vili pretio pereunt, quia nos cum audacia eas exposuimus, neque redeuntes eas defendimus; sed die securitatis cari pretii sunt. Litteram postremam Alif in voce اغلينا homoioteleuti

1) Plures aves mali ominis sunt; sed hoc in loco avis اخيل et صرد appellata (pica) potius intelligenda est.

2) Beatus De Sacy loco vocis حدا canendo propulit, ut equus cum agasone comparatus videatur, habet عدا (cursu certat).

3) De vocis علياء significatione dubito. Videtur voce veretrum significasse, quod maius esset, quam ut in sacco locum haberet. Magnitudo eius currenti noxia esse poterat.

4) Sensu versus sequens similis est: وانى من القوم الذين هم هم اذا مات منهم سيد قام صاحبه
»Ego e gente sum, quae eadem semper est, ut si dominus ex iis moriatur, eius locum alius occupet.« (Metrum Thawil est.)

5) Poeta singulari modo dixit: ذرا حد نابه (excidit acumen dentis eius) et post تخمط منا ناب (barrivit e nobis dens); sed voci et principis et dentis nec non annosae camelae significatio est.

causa[1]) addita est, littera ن vero est signum pronominis ad vocem انفس referendi. Sensus vocis اغلين est: »cari pretii inveniuntur«. Non autem dicere vult, animas, quamquam cari pretii sint, ab aliis subigi posse, imo potius neminem in eas vim habere significaturus est. Similis sensus verbis poetae inest: (metr. Wafir) Gladiis, quum occurrimus, animas obiicimus, quae contumeliis non exponuntur«[2]). Dicit: Animas nostras in pugna exponimus easque non custodimus; sed si in alio statu, ut levipenderentur, nobis contigisset, eas defendissemus. Hoc autem fit, quod sibi pulchram famam semper duraturam parare cupiunt. Vox رخص in pretio annonae constituendo vilitatem designat, id quod, ut mihi videtur, a verbis امراة رخصة (mulier mollis) desumtum est. Verba poetae ولونسام بها significant »si cogeremur, earum pretium postulare«. Dicitur: سام بسلعته كذا وكذا »pro merce sua tale pretium postulavit et sic استام et dicitur اغلى السوم et اغلى السيمة »earum pretium postulavit«. Dicitur اسمته »eum excitavi, ut pretium posceretur«. Nil quoque impedit, quominus loquendi modus سمته خسفا[3]) dedecore eum adfeci« origine sua inde derivatus sit, etsi in re ingrata adhibetur. Quod in duobus locis (dum significationes oppositae sunt), tum vilis pretii et cari pretii, tum terroris et securitatis mentio facta est, id sermone technico طباق appellatur (conf. p. 6. v. 2, et Almookthuzur p. 568. et libr. meum: Darstellung der Arab. Versk. p. 532.). Similem sensum Aladjdah, pater Masruki, iurisconsultus expressit dicens: (metr. Thawil) Mulieres gentis Hamdan sciunt, me matutino tempore terroris ipsas auxilio non destituere. In pugna faciem meam expono; sed in alio situ quam belli eam non expono«.

7. *Medium capitum nostrorum album est; ahena nostra bulliunt, opibus nostris vulnera a manibus nostris data sanamus*[4]).

Legitur quoque بيض معارفنا et vox معارف faciem significat. Hisce autem verbis honorem purum esse et vituperium vitiumque abesse significavit. Dicitur: امراة حسنة المعارف »Mulier pulchrae faciei« i. e. partium, quas facies complectitur. Dicunt, vocem nasum cum partibus adiacentibus significare. Pulchritudinem in naso et elegantiam in dentibus esse volunt. Singularis vocis معارف est معرف (Mahraf et Mahrif). Quo nomine facies appellata videtur, quod cognitio corporum ac distinctio per eam fiat. Legendi autem modus maxime vulgaris بيض مفارقنا est, quorum verborum sensus esse potest: Vertices nostri albi sunt ob multas, quas perferimus calamitates et sic dicitur: »Res, quae in causa est, cur capronae canescant«. Voce autem مراجلنا in verbis تغلى مراجلنا bella significare vult, quemadmodum alius poeta dixit: (metr. Thawil) Eorum olla contra nos aestuat; nos vero eam sedamus et a nobis removemus, quum fervor eius bullit. Nil quoque obstat, quin sensus sit:

1) Conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 310.

2) In Mersukii commentario posterioris partis diversus legendi modus est: نعرض للسيوف بكل ثغر خدودا لا تعرض للسباب »In omni confinio hostis gladiis genas exponimus, quae contumeliis non offeruntur.«

3) Verba اى حملته على ان سام, quae in commentario leguntur, superflua ex antecedentibus sine dubio in textum irrepsere. Et in codicis margine adnotatum fuisse videtur, nonnulla hoc in loco superflua esse.

4) Confer scholion versus duodecimi.

Vertices nostri albi sunt, quod crines cessant ob consuetudinem, qua galeis cassidibusque capita semper tegimus. Hic sensus verbis alius poetae similis est: (metr. Sarih) Galea caput meum rasit et nonnisi levem somnum facio. Hoc admisso ahena per metonymiam adhibita pugnas designant. Statuere quoque licet, poetam significaturum fuisse, vertices suos albos esse, quod odores saepissime adhibeant. Hoc ei quod alius dixit, simile est: (metr. Thawil) Fragrans niger muscus verticem eius nudavit[1]). Hoc sensu recepto voces تغلي مراجلنا ahena nostra bulliunt hospitalitatis causa bullientes ollas designant et fieri potest, ut dicere voluerit: canities nostra est nobilium, non vilium canities, ut in versu, quem inter raros suos grammaticus Ebn-Alahrabi recitavit: (metr. Thawil) Canities[2]) servi in scrobe occipitis est et canities nobilium hominum in verticibus. Secundum hoc ahenis ollas hospitalitatis significari putandum est. Quod vero ad verba ناسو باموالنا الاثار ايدينا adtinet, ea significant, ipsos esse fortiores, quam ut homines iniuriam ulciscantur et vindicta eos punire cupiant. Vox اسو idem quod مداواة (medicari) significat i. e. Occidimus et pretium caedis solvimus et vox اساء remedium (دواء) designat.

8. Ego sane ex agmine sum, cuius primos clamor fortium delevit: Eheu! ubi defendentes sunt[3])? **(p. 48.)**

Vox كماة, pluralis vocis كمى, derivata est a verbis كمى شهادته (testimonium suum texit), quippe forti facta sufficiunt, ut ea praedicari non opus sit; ac si in usum temporis, quo ipsi necessaria sint, res suas occultet et quoniam, ipso tacente, fortitudo sua, qualis sit, indicet. Contendit grammaticus Abu-l'Ahla, vocem كماة re vera pluralem vocis كام esse, sicut غاز et غزاة dicatur. Vocem a verbis كمى نفسه في السلاح (armis omnino se texit et quasi occultavit). Viri docti in hac sententia licentiam sibi adsumunt dicentes, vocem كماة pluralem vocis كمى esse, nam a forma فعيل ista pluralis forma non derivatur. Sed hoc nonnisi ea causa adducti licitum censuerunt, quoniam forma فاعل et فعيل saepe eiusdem rei participes sunt. Sic dicitur: عالم et عليم, شاهد et شهيد, حافظ et حفيظ cum eadem significatione. Poeta Cotsajjir[4]) verbis suis significationem vocis اكمى (occulto) comprobavit: (metr. Thawil) Ego profecto! quae animo cogito, hominibus occulto timens, ne clandestinum odium fovens ea sciat. Est ac si in forma فعيل maior significationis vis sit. Pluralis اكماء a voce كمى derivatus invenitur. Huic plurali similes formae exsistunt, ut ايتام a voce يتيم. Grammaticus Abu-Said[5]) recitavit: (metr. Thawil) Filias tuas duas irrum-

1) Voci فرق eandem significationem, quam voci مفرق tribuo.

2) Loco vocis شيب male in Mersukii codice شيب legitur.

3) Loco vocis قيل in Mersukii opere قول legitur. Sententiae versus similia sunt verba Alchansae poetriae: (ante Islamum viventis conf. Meid. append.) اقلت مساماة الرجال عديدنا »Certamen, quo viri de gloria dimicarunt, numerum nostrum parvum reddidit.« (Metrum hemistichii Thawil est.)

4) Mortuus est anno 105. Ob amatam, quam carmine celebrabat, Ahssah adpellatam Cotsajjir-Ahssah cognominatur. conf. Citab-Alaghani.

5) Mortuus est anno 215. conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 263.

penti equitatui reliquisti, dum lanceae directae erant et armis tecti sanguine in gutture suffocabantur.

9. Si, dum inter mille (viros) unus nostrûm esset, vocatum fuisset: Quis eques est? se significari putasset.

Verba, quibus uti solent, يال فلان »ad auxilium veni«, من فارس »quis eques est?« et his similia significaturus est. Dicitur خلته »putavi eum«, cum futuro اخال et nominibus actionis خيل, خيلان مخيلة. Hoc poetae Tharafah verbis simile est: (metr. Thawil) Hominibus dicentibus: Quisnam vir est? me significari puto; dum neque segnis sum neque stolidum me ostendo[1]. Dixit من فارس articulo non addito, quomodo poeta Tharafah من فتى sine articulo dixit. Utraque vox articulo definita non est, quoniam interrogatio adhibito nomine indefinito, quum in interrogando multum dubii sit, plures, quod singulos adsumit, amplectitur, praesertim quum in interrogando neque in cognitum, designatum neque in hominum genus intenditur; nam sic dicitur: من الفتى »quis hic iuvenis est« et من الفارس »quis hic eques?« Huncce modum alius secutus dixit: (metr. Thawil) Quum homines dicunt: Quis vir ad rem magnam est? non omnes eorum vocantur; sed is vir est[2].

10. Quum strenui se avertunt timentes, ne lancearum cuspides ipsos attingant[3], eas manibus nostris attrahimus.

Dixit حد الظباة, quamquam vox ظبة gladii cuspidem significat, quoniam totam aciem designare vult. Et ut recte dici potest: اصابته ظبة السيف »eum cuspis gladii attigit« sic recte dicitur: حد الظبة. Dicunt alii, vocem ظبة extremam gladii partem; sed vocem شباة cuspidem extremi gladii significare. Alrijaschita autem adnotavit, locum ظبة السيف spatio quatuor digitorum infra locum ذباب appellatum esse et partem, qua percutiatur, designare. Vocem ظبة gladii quoque nec non extremae lanceae cuspidem esse. In voce وصلناها pronomen ad gladios redit, quorum mentio facta non est, ut in verbis poetae Cahb b. Malec[4]): (metr. Camil) Nos, si breves sunt, gladios recta via gressibus nostris coniungimus; et quum non attingunt (hostes), eos perducimus. Et poeta Baschir b. Ahbd-Alrahman b. Cahb b. Malec dixit: (metr. Camil) Quum gladii nostri breves sunt, eos, ut iis hostem attingamus, gressus nostri perfectos reddunt[5].

---

1) Versus quadragesimus primus Moallakae est.

2) Poeta Farasdakus hunc sensum imitatus esse videtur verbis sequentibus: (metr. Wafir) اذا ما قيل يا لحماة قوم فنحن بدعوة الداعى لعينا »Quotiescunque dicitur: Ad auxilium venite, o defensores gentis! nos a vocante designati sumus.«

3) Loco vocis يصيبهم in Mersukii opere ينالهم cum paulum diversa significatione legimus. Verba أن يصيبهم sunt autem pro مخافة أن يصيبهم aut كراهة أن يصيبهم.

4) De hoc poeta conferas Citab-Alaghaui.

5) Ad sensum versus poeta sequens proxime accedit: اذا قصرت اسيافنا كان وصلها خطانا الى اعدائنا فنضارب »Quum gladii nostri breves sunt, gressibus nostris ad hostes eos adducimus et digladiamur.« (Metr. Thawil est) conf. Ham. p. ٥٧ v. 3. et ٣٤٧ v. 2.

11. Tu eos non conspicies, etsi magna est clades, cum flentibus, qui mortuos deplorant.

Dicit, ipsos nonnisi caede interire, ut ad eam adsuefacti sint i. e. ut ipsis consuetudo facta sit, et quum omnis quisque ex ipsis natus princeps sit, se hominis morte tristitiâ non adfici [1]).

12. Saepissime in periculis versamur, quae fortitudo et gladii nobis auxiliantes a nobis depellunt.

Admittere licet, verba اسيافنا تواتينا similia esse verbis alius: فحالفنا السيوف على الدهر »cum gladiis contra tempus foedus inivimus«, aut eum gladiis designare voluisse viros instar gladiorum penetrantes. Prius praeferendum est. Voci يفرجه significatio vocis يكشفه (removet id) et يوسّعه (dilatat id) inest. Dicitur فرج الله عنه (Deus ab eo removeat! (moerorem) **(p. 19.)** in prima et secunda verbi forma [2]). Inde partes inter pedes sitae nomen فرج acceperunt. Quod vero nomen فرج genitali absolute inditum est, id metonymiae modus est. Cum hoc cohaeret, quod vir secreta sua divulgans فُرَجة appellatur. Dixit Namarita, quendam e gente Banu-Kais b. Tsahlebah versus انا محيوك يا سلمى etc. dixisse, inter quos quoque versus انا بنى نبشل etc. reperiatur. Dixit Abu-Mohammedes Alahrabi: Hic proverbium convenit (Meid. Cap. 7, 32.): »Lac crassum cum spuma commixtum fuit«, nam primum versum viro e gente Banu-Kais b. Tsahlebah adscribens dixit, inter alia versum انا بنى نهشل reperiri, ut discrimen inter tribum Banu-Nahschal, quae ad gentem Modhar et tribum Banu-Kais b. Tsahlebah, quae ad gentem Rabiah pertineat, non fecerit utramque quasi uno fune constringens. Versus autem, in quo انا بنى نهشل legitur, poetae Baschamah b. Hasn Nahschalitae est, aliis autem illi versus Morakkischi maioris (Anthol. gr. p. 461. Meid. app.) sunt, qui Ahmru b. Sahd b. Malec b. Dhobaiah b. Kais b. Tsahlebah nomen gessit. Grammaticus Abu-Ahbd-Allah dixit, inter eos esse versum بيض مفارقنا, qui varios explicandi modos expertus sit. Se eorum, quae ipsi in mentem incurrant, mentionem facturum esse. Esse qui dicant, verba بيض مفارقنا vertices nostri albi sunt significare »nil sordidi in nobis est«, nam quum Arabes omnes fusci colore sint, colore albo, qui iis in sermone huic simili tribuatur, nonnisi munditiem puritatemque designari. Abu-Mohammedes Alahrabi dixit: grammaticum Abu-l'Nada de verbis بيض مفارقنا تغلى مراجلنا interrogavi. Respondit ille, hunc legendi modum infirmum esse, quum albedo verticis calvitiem designet et ahenum textoris eodem modo, quo regis bulliat. Bonum autem legendi modum esse: شعث مقادمنا نهبى مراجلنا »Anteriores partes capitis nostri haud pectinatae sunt [3]), ahena nostra praedae«, quibus verbis, eos pugnis et hospitalitati operam dare, significent (conf. v. 7.). Ordinem versuum autem sequentem esse: يا ذات اجوارنا قومى فحيينا O vicina nostra, surge et

---

1) Similem sensum Ahmru b. Celtsum expressit: (metr. Thawil) معاذ الاله ان تنوح نساونا على هالك او ان نصح من القتل »Absit, ut mulieres nostrae ob occisum lamententur, aut ut a caede liberi simus!« sed legendum videtur نصيح magna voce clamemus.

2) Loco vocis عنه in codice Mersukii غمه moerorem eius legitur, id quod magis placet ob sequens فرجه.

3) Significare voluisse videtur, anteriores partes capitis pulvere inquinatas et haud pectinatas esse, propterea quod semper in pugnis versentur conf. Ham. p. ۴۳۳ l. 1.

nos saluta! etc., tum وان شقيت et si irrigas etc., tum وان دعوت الى جلى et si ad rem gravem vocas etc., tum شعث مقادمنا نهبى مراجلنا etc. anteriores capitis nostri partes haud pectinatae sunt, ahena nostra praedae, denique المطعمون اذا هبت شامية وخير ناد راه الناس نادينا Cibum dantes, quum ventus Syriacus[1]) flat et optimus consessus, quem homines viderunt, consessus noster est.

XVI.

Dixit Alsammaual b. Ahdija[2]).

Nomen hoc inventum neque ab alio translatum est. Formam فعول, ut vox سرومط, habet, qua voce vas, in quo vinum est, significatur. Vox عادياء, quae eodem modo inventa neque translata est, formam فاعلاء a verbo عدوت derivatam, instar verborum قاصعاء (foramen muris campestris), راهطاء (foramen talpae), سافياء (ventus pulverem abripiens) et سابياء (tunica foetum involvens) habet. Origine sua عادواء est, tertia littera radicali ob vocalem Kesra in litteram Ia mutata. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, nomen Samaual Hebraicum, non Arabicum esse. Dicunt, locum asperum سموءل appellari recitantes versum poetae Amru-l'Kaisi (metr. Thawil) Pulverem in terra salebrosa, aspera excitarunt[3]). Quidam dixerunt, eum vocibus كديد et سموءل pulverem significare voluisse; sed certum non esse, quoniam vox سموءل ad Arabicae linguae normam transformata sit. In lingua Arabica loquendi modus اسمأل الظل (umbra brevis fuit) cum ista voce convenit. Dixit poeta: (metr. Camel) Ad aquam accedit primum agmen et exploratrix turba modo, quo aves Katha, quum umbra parva est, accedunt. Vox عادياء in fine tam cum Medda quam breviter enunciatur. Dixit poeta Alnamir b. Taulab[4]): (metr. Camel) Cur non Ahdijaum eiusque domum petiisti et acetum et vinum[5]), quod denegatum non est. Dixit poeta Alsamaual: (metr. Wafir) Ahdija domum mihi altam exstruxit et aquam (legas ماءا), a qua, quotiescunque volo, aquam peto[6]). Dicunt alii, vocem سموءل cum Hamza avis nomen esse, sine Hamza terram duram significare. Versuum autem auctorem Ahbd-Almalicum b. Ahbd-Alrahim Haretsitam, poetam tempore Islami viventem esse sunt, qui dicant.

1. Si viri honor vituperio non laeditur, omne pallium, quo vestitur, pulchrum est.

Metri Thawil appellati tertia species et homoioteleuton متواتر est. Carmen integrum mihi esse videtur. Dicitur دنس (spurcus fuit) cum futuro يدنس et nomine actionis دَنَس et

1) Ventus Syriacus septentrionalis est hiemis tempore flans.

2) Poeta ante Mohammedem tempore Amru-l'Kaisi vivens conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 310. et Meidan. T. II. p. 828 sqq. Erat dominus Taimae et arcis Alablak ad Iudaeos Jetsrebi (Medinae) pertinens.

3) Hoc hemistichium neque in Diwano Amru-l'Kaisi ed. ill. de Slane neque in carmine Moallakat, cuius et metrum et homoioteleuton idem est, inveni. Fieri potest, ut aut versus perditi Moallakae hemistichium aut varius hemistichii legendi modus sit.

4) Ante Islamum vivens se eius fidei addixit conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 298. et Citab-Alaghani.

5) Construendi modus singularis est. Verbum سال aliter cum accusativo personae et praepositione B a rei construitur. Voces والخل والخمر in codice vocales genitivi habent.

6) Versus in scholiis ad Haririum p. ٢٢١ diverso modo adnotatus est.

quinta forma cum nomine actionis تدنس (spurcum se reddidit). Dicit: Quum ipse spurcum se non reddet dedecore sibi parato, cui adsuescit, omne vestimentum, quod postea induit, pulchrum est. Vocem رداء (pallium) metaphorice adhibuit. Dictum invenitur: »Deus eum pallio operis sui tegat! quae verba metonymice remunerationem, cuius probus ob agendi rationem suam particeps fit, significant. Poeta hic verbis illis sui ipsius agendi rationem metonymice significavit. Accuratus verborum sensus est: Quamcunque agendi rationem ipse dedecore evitato sequatur, pulchram eam esse. Vox لوم nomen est, quod plures indoles complectitur, nempe avaritiam et electionem eius, quod virtus reprobrat et patientiam in ferenda vili conditione. Primaria eius significatio a congregando (التئام) derivata est. Vilis nomine لئيم insignitur, quod haec vitia simul in eo inveniuntur. Particulae اذا, quae consecutionem requirit, phrasin consequentem littera ف cum vocibus cum ea coniunctis efficit. Hic autem versus cum verbis alius poetae[1]) congruus non est: (metr. Camil) Pulchritudo in indumento non consistit (scias hoc) et si vestem Iemanensem induis; nam hic indumento vestes ipsas significasse putatur.

2. Et si is iniuriam animae contra ipsam patienter non fert, non est causa, cur **(p. 50.)** *pulchra laude ornetur.*

Id est: Si eam (animam) non impellit, ut ipsi ingratas res patienter ferat. Vox ضيم primariam a recto declinandi significationem habet. Dicitur: ضامه cum nomine actionis ضَيْم et participio passivi مضيم (a via iustitiae cum eo declinavit eumque iniuste tractavit). Inde dictum est, قعد فى ضيم الجبل »consedit in latere montis« i. e. in latere, quod ad eum declinat et ut vox ضيم a radice ضام derivata adhibetur, sic هضْم, cuius pluralis اهضام, de vallis depressa parte a verbo هضم derivata adhibetur. Modo autem, quem in sensu constituendo Arabes sequuntur, contrarium esset admittere, poetam verbo ضيمها iniuriam ab alio ei (animae) illatam significare, ut nomen actionis cum obiecto coniunxisset, siquidem iniuriam ab aliis illatam ferre recusent et sibi dedecori putent[2]).

3. Vituperat (mulier) nos, quod numerus noster parvus sit; sed ei dixi: Generosi pauci sunt[3]).

Dicitur: عيرته كذا »hoc ei obieci« et hic loquendi modus alteri, qui invenitur عيرته بكذا

1) Versus est Ahmrui b. Mahdi-Carib conf. Ham. p. ٨١.

2) Placet addere locum Mersukii, quo versus sensum exponit: يقول الرجل اذا لم يحمل ظلم نفسه عليها ولم يصبرها على مكارهها فليس له طريق الى الثناء الحسن. Tum sic pergit: وهذا يشير به الى كظم الغيظ واستعمال الحلم وترك الظلم والبغى مع ذويه والصبر على المشاق واعانة النفس فى طلب الحقوق لان من تعود هذه الاشياء علا ذكره وحسن ثناؤه »Iram cohibendam esse, clementiam adhibendam et omittendam iniuriam et vim erga propinquos et patientia utendum esse in molestiis et animam parvi habendam in petendis iuribus, hisce verbis dicit, nam qui hisce rebus adsuefactus est, eius fama attollitur eiusque laus pulchra est.« Loco verborum وان هو in versu اذا المرء quum vir habet.

3) Si hoc in versu iniuriam, cuius in superiore versu poeta mentionem fecit, nempe vituperium immeritum explicat, vox ضيمها prioris versus iniuriam animae illatam significare videtur. Fieri quoque potest, ut poeta contra consuetam cogitandi rationem locutus sit.

praestat. Poeta Ahdijj 1) dixit: (metr. Chafif) O convicians, tempus vituperans, num tu crimine liber, perfectus es? Id est: Parvum nostrorum numerum, qui ei displicet, nobis dedecori esse putavit; ego vero ei respondi, generosos paucos esse. Vox كرم nomen est, quo vilitati (لوم) opposita res significatur. Poeta in hoc versu parvum numerum; sed non parvam dignitatem agnovit. Nonne vides, eum in proxime sequente versu negantem dicere[2]: وما قل من كانت بقاياه مثلنا pauci non sunt, quorum pars superstes nobis similis est. Verba autem poetae: ان الكرام قليل »generosi pauci sunt« multos sensus complectuntur, hos nempe: tempus eos rapuisse mortemque eorum meliorem partem abstulisse; ipsos autem mortem petere, ut honorem suum defendant, et generosas animas suas parvi habere metu, ne dedecore adficiantur, et conservare id quod maiores exstruxerint. Omnia autem haec numerum deminuunt. Vox autem قليل et كثير tam singulari quam plurali describendo inservit[3]).

4. Non autem pauci sunt, quorum reliquiae nobis similes sunt, iuvenes, qui ad (gloriae) excelsum locum tendunt senesque[4]).

Pronomen in voce بقاياه ad formam vocis من, non ad sensum eius refertur, qui pluralis est; nam si ad hunc relatum fuisset, بقاياهم dixisset. Vox شباب proprie nomen actionis est, quod tanquam adiectivum adhibuere. Haec res in causa est, cur vocis neque dualis neque pluralis formatur. Dicitur: شب الصبى (adolevit puer) cum futuro يشِب et nomine actionis شَباب. Participium activi est شابّ, quod quum pluralem formae فعال non habeat, vox شباب nomen actionis est loco pluralis adiectivi adhibitum. Vox تسامى est pro تتسامى, cuius vocis duas litteras quum in pronunciando duras putaret poeta, unam abiecit. Quod si quis te interrogat, cur non unam litteram alteri assimilaveris, quemadmodum in voce ادّارك[5]) ex تدارك orta factum videamus, respondeas: Hic assimilandi locus non est, quoniam futuri forma est. Nonne vides, si assimilata fuisset, litteram Alif coniunctionis adsumendam fuisse quiescente priore littera; at vero littera Alif coniunctionis in forma futuri non adsumitur. Vox كهل eum significat, quem canities tinxit. Inde dicitur: اكتهل النبت (flores albos quasi vestimento tegentes planta habet).

5. Neque vero nobis nocet, quod pauci sumus, dum vicinus noster honoratus est. At vicinus eorum, qui numero multi sunt, despectus est[6]).

In verbis ما ضرنا vox ما tam negandi particula esse potest, ut sensus sit: nobis non nocuit, quam nomen interrogandi (quid?) confirmando inserviens, ut sensus sit: quaenam res?

---

1) Poeta ab Alnohmano occisus conf. Ebn-Kotaib. p. 94. et Citab-Alaghani.

2) In Mersukii codice legitur: الا ترى انه رجع عليه فى البيت.

3) I. e. Tanquam adiectiva cum forma singularis et pluralis coniungi possunt.

4) Posterior versus pars causam prioris exponit.

5) Sic ادّارك ex Mersukii codice lego. Haec autem assimilatio nonnisi fieri potuit adsumta antea littera ا, ut اتدارك fieret.

6) Posteriore versus parte personam, quae ipsi parvum numerum obiecerat, indicasse videtur. Sensui similis est versus poetae: (metr. Wafir) لجارك عند بيتك لحم ظبى وجارى عند بيتى لا يرام »Vicinus apud

Littera و in verbis وجارنا عزيز statum designat itemque littera و in verbis وجار الاكثرين. Duos status coniungi rectum non est, nisi duae diversae personae spectantur. Si unius tantum personae status fuisset, recte se non habuisset res. Voces عز et عزازة in potentia, defensione, duritie et robore adhibitae sunt. Dicitur: تعزز اللحم (caro dura fuit), quoniam omnia ad unam radicem redeunt, sicut voces ذُل et ذِل, quae contrarias isti significationes offerunt, in obsequio, facilitate, lenitate (et mollitie)[1]) adhibitae eandem rem ante oculos ponunt.

6. Nobis mons est, a quolibet a nobis in clientelam recepto habitatus, altus, quem **(p. 51.)** *oculorum acies attingere nequit, dum ea hebes est.*

Sensum similem poeta expressit sequentibus: (metr. Thawil) Collis nobis est, in cuius medium vilitas non intrat et ad quem auxilium petens venit, ut defendatur. Mentione montis facta potentiam altitudinemque significare vult i. e. qui in vicinitatem nostram venit a persequentibus defensus est[2]). Formae حل et احتل eandem subsistendi significationem habent. Vox طرف et visum et oculum designat. Vox منيع[3]) participium est a verbo مَنُع, cum nominibus actionis مناعة et مناع derivatum. Licet quoque esse forma فعيل cum significatione participii passivi. Ut vox منيع in potentia adhibita est, sic quoque in morum castitate et femina (casta) منيعة et متمنعة dicitur. Huiusce versus causa carmen Samaualo adscribitur, hunc enim montem esse arcem Samauali, cui nomen Alablak Alfard sit, putant. In quibusdam exemplaribus versus sequens est: (metr. Thawil) Is (mons) est Alablak Alfard[4]), cuius gloria divulgata est, petenti nimis altus longusque[5]).

7. Cuius radix sub terra firma est, dum eius cacumen ad sidera pertingit, haud adscendendum, altum[6]).

Primaria vocis رسا significatio est: »radix eius in terra firma fuit«. Voces رسوّ et رسوخ significatione inter se propinquae sunt. Vox ثرى idem quod ندى (humor) est et pars, quae

---

domum tuam caro dorcadis est et vicinus meus apud domum meam non petitur.« Comparatione carnis dorcadis abhibita rem concupitam ab omnibus a nemine defensam esse significat. Sic in proverbio conf. Meid. 5, 116.

1) In Mersukii codice additur ووطاة.

2) Si gens poetae, ut gens Thai, inaccessam et montanam regionem habitabat, mons proprie accipiendus est, et tantam in describendo ipso monte poeta diligentiam adhibuit, ut dubitare liceat, utrum de potentia an potius de loco intelligenda sint verba.

3) Commentarius explicat legendi modum منيع (pro منيف), qui in Mersukii codice invenitur.

4) Arx in proverbii consuetudinem venit; dicitur enim: تمرد مارد وعز الابلق »Arx Marid pervicax et arx Alablak potens fuit.« conf. Meid. 3, 32.

5) Conf. Haretsi Moall. v. 25 ubi similis comparatio invenitur.

6) In hoc versu montis partes descripsit duas, radicem et cacumen ei tribuens. Hunc sensum in versum sequentem transferens magis depinxit Abu-Tammamus: له نبعة فرعها فى السماء وفى هامة الحوت اعراقها »Ei arbor Nabah est, cuius rami in coelo sunt, cuius autem radices in capite magni piscis.« (Metr. Motakarib est.) Magnus piscis in imo mari natat. Sed hanc vocem non bene de fundo terrae adhibuit, ubi arbor radices egerit, quippe magnus piscis nonnisi in mari reperiatur; nisi vis eum alludisse opinioni, terram a magno pisce portari; dum alio loco opinioni terram a tauro portari, occurrere videmur conf. Fakib. Alcholaf. p. ٦ l. 7. et p. ٣٦ l. 3.

sub terrae superficie est ثرى (terra madida) appellatur. Ut significationis vis augeatur, ثرى ثرى dicitur. Ut vocem رسا voci سما, sic vocem اصل voci فرع congruam adhibuit.

8. Gens sumus, cui caedes dedecori non videtur, quotiescunque genti Ahmir et Salul videtur.

Poetae dicendum fuit: ما يرون القتل سبة (non vident caedem esse dedecus), ut pronomen describendae genti inserviens, ad eam redeat neque ea careat; sed quum notum esset, voce قوم (gente) suam gentem significari, ما نرى (non videmus) dixit. Huic similis loquendi modus in phrasi coniunctiva (صلة) occurrens minus probanda est. Dixit poeta: (metr. Redjes) Ego is sum, quem me mater Haidarah appellavit[1]) pro eum appellavit, ut phrasis coniunctiva pronomine ad phrasin, quacum coniuncta est, redeunte non careat. Dixit grammaticus (Abu-Ohtsman) Masenita: Si iste modus et recte relatus et repetitus non esset, eum reiicerem. Vox قتل adficere partem قتال appellatam (i. e. animam) significat. Est ac si dicens قتله (occidit eum), dicere voluerit »animam eius adfecit«, ut dicens رأسه »caput eius adfecit« significare vult. Dicit: Caedem, quam hi dedecori esse putant, gens mea gloriae ducit. Vox سبة id, quo contumelia adficitur, ut vox خدعة id, quo decipitur quis, designat. Vocis سب primaria significatio secandi est, tum in contumeliis adhibetur. Hoc est quemadmodum dicitur: فلان يقطع اعراض الناس (quidam hominum dignitatem discindit). Voces ما نرى significant: »nos hanc agendi rationem non sequimur«. Nominibus Ahmir et Salul Ahmirum b. Zahzaah significat et gens Banu-Salul est gens Banu-Morrah b. Zahzaah b. Moahwijah b. Becr b. Hawasin b. Manzur b. Ihcrimah b. Chazafah b. Kais b. Aihlan[2]).

9. Amor mortis nobis vitae finem propius adducit, dum eorum vitae finis ob mortis odium longe remotus est.

Id est: amor noster, quo mortem amplectimur. In priore hemistichio ad verba alius poetae prope accedit dicentis: (metr. Thawil) Vidi generosum, ingenuum vitam non habentem, quia ipsos, qui in mortem irruant, iuvenes a morte abripi, illos autem bellum evitantes longa vita frui significat. Nil autem impedit, quominus vox حب amor cum subiecto, scilicet morte coniungatur, ut verbis poetae (Tharafahi) simile sit: Mortem generosos abripientem video[3]). Hoc admisso verba وتكرهه الاجالهم ita intelligenda sunt, ut si vitae finis eorum a morte abhorreat, mors quoque a finibus vitae eorum abhorreat. Nonne verba Doraidi vides: (metr. Thawil) Caedes nonnisi gentem Zimmah petit, dum ea alios non vult et dei decretum unum ad alterum pervenit (Occurrit in Hamasa p. 381). Quidam in versu legendi modum: يقصّر حب الموت (brevem reddidit amor mortis) praefert, quippe brevitas longitudini opposita sit. Verba autem si sensu inter se analoga

1) Hicce versus, in fallor, Ahlio tribuitur et pluribus locis in Hamasae commentario occurrit.

2) Fieri potest, ut mulier ipsum vituperans huic genti adnumeranda sit et in hoc causa inveniatur, cur harum gentium mentionem fecerit poeta. Loco verborum ما نرى legitur quoque لا نرى.

3) Nonnisi pars versus sexagesimi quarti Moallakae est. In Mersukii commentario eius finis sequitur: ويصطفى عقيلة مال الفاحش المتشدد »et eligit optimam partem pecorum avari et dure se gerentis.«

inveniuntur, quum tali loquendi modo operam non dederint poetae, haud data opera poetis sese obtulisse putanda sunt. Nonne vides, poetam Abu-Dsoaibum (Hodsailitam) in versu: (metr. Motakarib) Celer ad superfluum, remotus a parsimonia, nisi ubi eum cavent aut ubi sibi cavet quamquam dicere potuerit بطيء التقفول »tardus in parsimonia«, facere neglexisse.

10. Dominus inter nos naturae mortem nunquam obiit, occisus vero e nobis vindictâ nunquam caruit **(p. 52.)**

Vox حتف casum accusativum obtinuit, quia statum designat; sed neque verbum حتف neque participium passivi محتوف in usu est. Hic loquendi modus ei similis non est, qui in verbis تبسمت وميض البرق (risit (femina) modo quo fulgur leviter splendet) cernitur[1]). Primus eorum, qui verbis حتف انفه usus sint, propheta, cui Deus faveat etc. fuisse dicitur. Sensus versus accuratus est: Mortem eius per nasum fuisse, i. e. per anhelitus, qui e naso, quum anima exiret, exeuntes, non uno impetu. Dicunt, naso rem eum peculiariter tribuisse, quia ultimus vitae spiritus ex eius (nasi) latere abrumpatur. Et in versu quoque legitur: وما مات منا سيد في فراشه (et dominus e nobis in lecto suo mortuus non est). Sic, qui carmen tempore ante Mohammedem compositum dicant, versum referunt. Verba autem ولا طل منا حيث كان قتيل significant, »occisi e nobis sanguis haud impune effusus fuit«. Dicitur طل دمه (impune effusus fuit sanguis, ut non vindicaretur), et is (sanguis) مطلول appellatur. Dicitur: طله فلان (eum quidam impune effudit). Dicit: nos non morimur; sed occidimur, et sanguis occisi e nostrorum numero vindicta non caret[2]).

11. Vitae nostrae sanguis super lancearum cuspides emanat; super alias res quam illas non emanat[3]).

Legitur quoque: تسيل على حد السيوف نفوسنا (conf. p. ٤٨ v. 2.) et vox نفوسنا idem est quod vox ارواحنا (vitae spiritus). Alii dicunt, significari sanguinem; sanguis enim نفس appellatur. Puerpera propter sanguinem, qui tempore partus ex ea profluit, نفساء appellata est. Dixit autem على غير الظبات, et non dixit على غيرها (pronomine usus) in utroque versus legendi modo, quia nomina generis et nomina propria saepe repetuntur non adhibito pronomine (Gram. Ar. II, p. 373.), praesertim si rem adtollere volunt, quemadmodum poeta Ahdijj[4]) dixit: (metr. Chafif) Nullam rem video, mortem quae praeterit; et opulentem et pauperem mors adflixit. Quod vero vocem حد cum voce ظبات coniunxit,

1) Nam وميض nomen actionis est, cuius verbum ومض in usu est. In hoc quoque accusativus comparationem iudicat; quae res in scholiis intendi videtur. Gr. Ar. II, 77. Beatus De Sacyus adscripsit: Vult Tebrisius, ut intelligatur, non esse الاضافة in verbis حتف انفه eiusdem generis ac in verbis وميض البرق.

2) Pugnandi cupidissimi Arabes pugnam magni faciunt et mortem in pugna honori ducentes, quod in lecto exspiraverint, excusatos se volunt. Sic poeta mortuum, quem deflet, excusat dicens: بحمد من سنانك لا بذم ابا قران مت على مثال »Laudi est cuspidi lanceae tuae, non dedecori, o Abu-Karrane! quod in lecto exspiravisti (i. e. lancea tua omnes tecum pugnantes occidit) (Metrum Wafir). Alius autem pugnam laudans dicit كتب القتل والقتال علينا وعلى الغانيات جر الذيول »Nobis caedes pugnaque praescripta est; mulieribus autem syrmata trahere.« (Metrum Chafif.)

3) Huncce versum Ebu-Doraidus in carmine Makzurah appellato v. 95 imitatus est.

4) Est (ni fallor) Abdijj b. Said, qui ab Alnuhmano occidebatur conf. Meid. T. III. app.

id duos interpretandi modos patitur, quorum unus est, poetam voce الظبات totos gladios significaturum vocem حد cuspidem cum ea coniunxisse. Hoc autem ab eo factum est modo, quo gladius voce نصل insignitur nec non sagitta; alter autem modus est, vocem حد cum voce الظبات coniunctam esse modo, quo pars cum toto coniungatur, ut in verbis hic sensus insit: تسيل على الحد من الظبات »fluit super cuspidem, quae pars vocis الظبات est«. Tum voci الظبات significatio verborum مضارب السيوف loca gladiorum, quibus percutitur tribuenda est. At si quis dicit: quomodo poeta gaudio adficitur, quod sanguis ipsorum super gladiorum cuspides, nec vero super aliam rem effluat, respondeas, sanguinem interdum per baculos aliasve res, quae honori non sint, fluere. Poetam autem caedem ense factam honore digniorem putare. Gens Banu-Asad servi baculi appellati sunt, quod Hodjrus pater Amru-l'Kaisi, quum in eos irruisset, baculis eos occidendos curaverat, ut occidendi modus dedecori esset[1]). Alius quidam (poeta) dixit: (metr. Camel) Baculis non dimicamus et lapidibus non iaculamur, nisi cursu altero aut cursu priore equi velociter incedentis elegantibus pedibus praediti[2]); sed in sequente versu: (metr. Monsarih) Si in montibus Abanan[3]) appellatis venisset, ut eam duceret, nasus proci sanguine inquinatus fuisset verba inde desumta sunt, quod, si admissarius ignobilis ad camelam generosam accedit, nasus eius baculo percutitur et facies adfligitur[4]). Prius versus hemistichium fortitudinem, alterum potentiam et dignitatem indicat.

12. Puri genere sumus, haud sordidi et feminae[5]) *pulchro modo nos concipientes stirpem nostram puram conservarunt admissariique.*

Id est: Genus nostrum purum est, ut sordes cum eo mixtae non sint. Dicitur: كدر الماء (aqua impura est) cum futuro يكدَر et nominibus actionis كَدَر, كُدُور, كُدُورة. Adiectiva كَدِر et اكدَر sunt. Verbum كَدُر cum futuro يكدُر eandem significationem habet. Vox سِر hoc in versu originem excellentem designat. Dicitur: Quidam profecto excellentis originis est. Vox سِر in aliis locis coitum designat, quoniam secreto peragitur, nec non penis viri significationem habet.

13. Adscendimus in optima dorsa, tum vero aliquo tempore in optimos ventres descendimus[6]).

14. Nos aquae nubis similes sumus, in quorum origine infirmitas non est et inter quos avarus non exsistit.

(p. 53.) Pluviae aqua ipsis purissima videtur; puritatem generis igitur cum pura pluviae aqua

1) Cognominis causa alia narratur in proverbio. conf. Meid. C. 18, 66.

2) Beatus De Sacyus libro suo adscripsit: Nisi temporis terendi causa donec iusti proelii adest occasio vel ad modum equi in cursus initio sese ad cursum incitatiorem disponentis etc.

3) Abanan duorum montium nomen est, quorum unus مُتالع alter ابان appellatur. conf. Kam. متالع autem nomen montis in deserto البادية aut in ditione gentis الغَنى aut gentis Banu-Ohmailah aut in provincia Bahrain est. Kam.

4) Hoc ab illo desumtum est.

5) In Tebrisii codice voci اناث tanquam alter legendi modus vox حجور superscripta est.

6) Prius versus hemistichium generosos equos, quibus vehuntur, posterius nobiles coniuges, quibuscum rem ha-

comparavit. Vox مزن nubem albam designat, cuius aqua, quae in usum non adhibeatur, purissima est. Verbis quoque liberalitatis significatio esse potest i. e. nos instar pluviae, quae hominibus prodest, sumus et pluviam deficientem explemus[1]). Rex Almondsir cognomen aqua coeli accepit, quod hominibus anno infertili pressis suffecerat. Vox نصاب radicem designat. Inde نصاب السكين (cultri manubrium) dicitur. Vox كليل eum designat, cuius cuspis obtusa est i. e. Unusquisque nostrùm penetrans, et pergens est, neque in nobis avarus est, qui in numero ponatur. Avaritiam omnino negat, avarum inter ipsos esse, qui numeretur, non affirmat. Simili modo poeta sensum expressit: (metr. Sarih) In ea lacertam non vides, quae in latibulum ingreditur i. e. ibi nulla omnino lacerta est, quae in latibulum ingrediatur. Dicitur كَهُم cum futuro يكهُم et كَهِم cum futuro يكهَم et nomine actionis كهامة. Adiectiva كَهام et كَهيم sunt. Hoc in viro debili gladioque obtuso adhibetur. Abu-Hilalus dixit, versum vitiosum esse, quoniam neque aut obtusa aut penetrans nubis aqua dici possit; poetae potius dicendum fuisse: nos naturarum puritate et liberalitate manuum instar aquae nubis sumus i. e. et nos gladii sumus, qui neque obtusi fiunt neque dedecore lassitudinis adficiuntur[2]).

15. Nos, si volumus, hominum sermonem reprobamus; nobis vero dicentibus nemo sermonem nostrum reprobat[3]).

Huic similis est versus alius: (metr. Thawil) Homines nodum, quem constringit, solvere non possunt[4]); is vero eorum nodum, etsi firmus est, solvit.

16. Quum e nobis dominus decedit, locum eius occupat orator, quod generosi dicunt, perficiens.

Hic versus verbis Hatimi[5]) similis est: (metr. Thawil) Quum ex eorum numero dominus moritur, post eum similis surgit, qui loco eius est et vicem explet.

17. Ignis noster noctu advenienti extinctus non est et hospes nos non vituperavit[6]).

Ignem hospitalitatis significare vult. Id est: efficimus, ut semper flagret, et non ex-

---

bent, significare videtur. At vero Mersukius prius ad patres refert, e quibus originem duxerint, posterius ad matres, ut tam patris quam matris nobilitas describatur; sed hoc admisso verba adscendimus in optima dorsa non bene convenire videntur. Vox autem لوقت tempus puritatis in feminis significare putat. Versus autem ei omni vitio tam verborum quam sensus liberi videntur.

1) Conf. Hamas. p. ٣٨٣ v. 7. p. ٩١١ v. 1.

2) Comparatione instituta sine dubio ipsos instar nubis aquae purae omni vitio et dedecore liberos esse indicare voluit. In sequentibus autem duas praecipuas virtutes fortitudinem et liberalitatem, quae Arabibus summam virtutem constituunt, suae genti tribuit.

3) De hoc versu conferas librum Almoukhtusur p. 390.

4) In Mersukii commentario نشدّه ونتقصه legitur; sed noster quoque legendi modus ferri potest. In versu gentem suam tanquam potentes aliorumque dominos describit. Sensus quoque hemistichio Alahschae inest: كل سيرضى بان يلقى له تبعا »Quilibet eius asseclis adnumerari gratum habebit.« (Metr. Basith est.)

5) Hatim Thajjita paulo ante Mohammedem vivens conf. Meid. T. III. p. 2. p. 271.

6) Arabes nocte appropinquante in locis altis ignem accendere solebant, quo viatores allicerentur. conf. Meid. C. 2, 72.

stinguatur, antequam viator nocturnus advenit. Vox طروق peculiariter de nocturno itinere, non de diurno adhibetur. Hanc ob causam stella طارق appellatur.

18. Pugnae nostrae inter hostes nostros celebres sunt iisque sicut equis nobilibus in fronte et pedibus maculae albae sunt[1]).

Id est: Pugnae nostrae inter hostes celebres sunt; sunt enim inter dies instar equorum maculis albis in fronte et pedibus albis insigniti inter equos. Vocis حجل primaria significatio compedis est. Si albedo in equi pede in loco, ubi compes est, et paulo supra exsistit, hic equus محجّل appellatur.

19. Et gladii nostri ob ictus, quibus loricis induti in toto Oriente et Occidente percutiebantur, crenis adfecti sunt.

Vox قراع idem est quod مقارعة, qua voce mutua duarum personarum percussio significatur. Instrumentum, quo percutitur مقرعة (flagellum) appellatur. Portae annulus in longum extensus مقرعة appellatur. Id est: Gladii nostri, quibus hostes percutiamus, rupti sunt[2]). Dixit: من قراع الدارعين »ob percussionem loricis indutorum«, ut significaret ipsos ab hoste vehementer timeri. Vox دارعين loricis indutos designat. Verbum cum hac voce cohaerens non exsistit; sed vox sensum relationis habet[3]). Verba فى كل غرب ومشرق »in omni Occidente et Oriente« locum indicantia (Gram. Ar. II, 97.) ad voces لقراع الدارعين pertinent. Id est: In gladiis nostris crenae sunt, quod in omni Oriente et Occidente (gentes) percutimus.

20. E vagina acies eductae non recondi adsuefactae sunt nisi agmen ipsis percutiendum permittatur.

Vox معودة casum accusativum obtinuit, quod statum (حال) indicat. Casus nominativus quoque adhiberi potest, ut praedicatum subiecti supplendum sit. Quod si voci accusativum, quo status indicatur, tribuis, id quo accusativus regitur, in sensu quaerendum est, quem verba بها من قراع الدارعين فلول (in iis e percussione loricis indutorum crenae sunt) indicant. Dicit: gladii nostri consuefacti sunt, ut neque e vaginis educantur neque in eas remittantur, nisi postquam iis percutiendum agmen diversi generis permissum fuit[4]). Vox قبيل agmen (p. 51.) hominum diversi generis designans pluralem قُبُل habet. Vox قبيلة autem agmen ab

1) Conf. Meid. C. 6, 219.

2) Similem sensum poeta Alnabeghah expressit dicens: (metr. Thawil) ولا عيب فيهم غير ان سيوفهم بهن فلول من قراع الكتايب »In iis vitium non est, nisi quod in eorum gladiis crenae sunt, quoniam cohortes percusserunt.«

3) Dicere vult a voce درْع verbum ortum دَرَع non exsistere; sed دارع modum nominis relativi (اسم منسوب) sequi; fieri autem potest, ut quod iam in usu non sit verbum, olim exstiterit aut vox دارع tanquam a verbo exsistente, quamquam re vera non exsistebat, derivata adhibita sit.

4) Contrarium sensum sequens versus praebere videtur: بايدى رجال لم يشيموا سيوفهم ولم تكثر القتلى بها حين سلّت »In manibus virorum, qui suos gladios non eduxerunt, et quum educti erant, iis occisi haud multi erant.« (Metrum Thawil est.)

uno patre ortum designat cum plurali قبايل. Dicitur عوّدته كذا (eum tali rei adsuefeci) et تعوّده et اعتاده (ea adsuefactus est). Vox عادة (consuetudo) a voce عود reditu derivata est. Dicitur غمدت السيف et اغمدته (In vaginam gladium recondidi). Primaria verbi significatio tegendi est. Inde dicitur: تغمده الله برحمته »Deus misericordia sua eum tegat!«

21. Interroga, si ignoras, homines de nobis ipsisque[1], *nam gnarus ignarusque aequales non sunt*[2])

Legitur quoque in versu: سلى ان جهلت الناس عنا فتخبرى »Si nos ignoras, o femina, homines interroga, ut de conditione nostra certior fias; nam gnarus et ignarus diversi sunt.« Vox فتخبرى futuri Nasbati formam ob particulam ان supplendam (Gram. Ar. II, 25.) accepit. Est autem phrasis consequens imperativi, quae particula ف indicatur. Vox سواءا idem est, quod استواءا, quemadmodum dicitur: هذا درهم تماما »haec drachma integra est«, ut sit pro تمّ تماما. In Corano (Sur. 41, 9.) invenimus: »quatuor diebus qui aequales petentibus«, ut vox سواء idem sit quod مستويات; sed legitur ibi quoque سواءً tanquam nomen actionis, quasi استواءً dixerit. Grammaticus Alachfasch, in duobus سَواء et سواءان, in pluribus اسواء adhiberi dixit.

22. Nam gens Banu-Dajjan gentis suae axis est, circum quem ipsius mola moretur et circumvertitur[3]).

Vox قطب ferrum in disco inferiore molae, super quo discus superior circumvertitur, designat. Inde coeli axis appellatur punctum, circum quod orbis coelestis circumvertitur. Comparatione usi dicunt: quidam axis quorundam est i. e. eorum dominus, ad quem confugiunt et is belli axis est. Hoc in versu axe significare vult, rem gentis suae per ipsos perfectam esse, quemadmodum mola axe perfecta est. Dixit grammaticus Abu-Mohammed Alahrabi Namiritam refutans dicentem, Samaualum dixisse: »et gladii nostri in omni Occidente et Oriente«: Hic versus Ahbd-Almalici b. Ahbd-Alrahim Haretsitae[4]); non Samauali b. Ahdija Ghassanidae est. Rem ita se habere, verba in carmine sequentia: فان بنى الديان قطب لقومهم »Gens Banu-Aldajjan axis genti suae est« ostendunt, nam Aldajjan est Iasid b. Kathan b. Sijad b. Alharits Alazghar b. Malec b. Rabiah b. Cahb b. Alharits Alacbar. Et Namarita dixit: et si quis interrogat: quaenam causa est, cur Occidentem Orienti anteposuerit, quum moris sit dicere: Oriens et Occidens, respondendum est, eum Occidentem anteposuisse, in quo tanquam domicilio cum suis degeret. Istum terrae tractum ipsis propinquum esse. Abu-Mohammedes Alahrabi dixit, proverbio locum esse: Impedita lingua muti melior est, quam impedita lingua loquentis[5]). Quomodo Occidens domicilium gentis.

1) Loco vocis ومنهم in Mersukii codice vox عنكم vobisque legitur.

2) Inducit mulierem aut ignorantem aut dubitantem de eo, quod dixerat. Vult igitur, ut interrogando de mutuo discrimine inter ipsos aliosque homines certior fiat; sperat enim fore, ut ipsi homines vera, quae dixerit, esse, testificentur.

3) Conf. Ebn-Doraid. carmen Makzurah adpellatum v. 93.

4) Poeta post Islamum vixisse videtur. conf. Ham. p. ٣٠٠.

5) Conf. Meid. C. 18, 88.

Alharetsi b. Cahb esse potest, dum illa gens in terra Iemen versus Austrum habitat et nescio, cur Abu-Ahbd-Allahus [1]) legendi modum eius rectum reprobaverit, qui habet: واسيافنا في كل شرق ومغرب »et gladii nostri in omni Oriente et Occidente sunt«. Sensus verborum autem est, eos longe remotas incursiones facere in regiones Nedjd et Tehamah. Sic poeta Ohrwah, b. Alward [2]), dixit: (metr. Thawil). Dicit: vae tibi! num cessas terrae adhaerere (te occultare, ut hostes decipias), cum peditum agmine una vice et cum equitum agmine (altera), nam uno die contra regionem Nedjd eiusque incolas incursionem facis et altero in terra (es), ubi herbae odoratae Schats et cupressi montanae sunt.

XVII.

Dixit Alschamaidsar [3]) Haretsita.

Vox شميذر adiectivum translatum est, quod celeris et levis significationem habet. Dicitur سير شميذر »iter celere«. Vox a verbis شمذ et شذر derivata est. Prior significat, camelam caudam tollere et posterior alacritatem celeritatemque in re ostendere. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit: contendunt, vocem شميذر prava indole praeditum significare. Nomen poetae الشمذر, quo bestia appelletur, esse. Vir Albarki appellatus dixit, huius carminis auctorem esse Sowaid b. Zomaih Martsaditam e gente Banu-l'Harits, cuius frater de improviso occisus fuerit. Hanc ob causam eum fratris occisorem necasse interdiu in quibusdam nundinis loci, ubi habitacula fixa essent. Vox سويد deminutivum a voce اسود derivatum est cum leniore enunciandi modo. Vox صميع deminutivi forma vocis اصمع est, qua tenuis designatur.

1. O patrueles nostri! ne poesis mentionem faciatis, posteaquam in deserto Alghomair versus sepelivistis!

Species secunda metri Thawil et homoioteleuton متدارك est. Vox صحراء nomen est, quo locus amplus designatur. Pluralem صحارٍ et صُحَر habet. Vox Alghomair nomen (p. 55.) loci est [4]). Quod poeta dicit, eos versus sepelivisse, id duplici ratione interpretantur, quarum una est: vos in campo loci Alghomair fugam cepistis modum agendi, quo laudem mereretis, non sequentes. Ne igitur vos carmina dicatis, nam vobis post fugam vestram carminibus gloriandi causa non est i. e. Ne ulli vos laudandi officium imponatis neque unquam carmine gloriemini, nam carmina ob pravam vestram agendi rationem in illo loco sepelivistis. Altera autem est: poeta eorum occisus et in campo loci Alghomair sepultus est. Dicit: Vos carmina dicere non potestis, nam poetam vestrum in campo loci Alghowair sepelivistis. Ne

1) Namarita qui Abu-Ahbd-Allah nomen habet.

2) Poeta ante Islamum et post Islamum vivens conf. Meid. T. III. P. 2. p. 302. et Citab-Alaghani.

3) In codice Mersukii nomen السَّمَنْدَر (Alsamandar) scriptum est; quam vocem nomen animalis (دابّة) eamque non mere Arabicam esse, Ebu-Doraidus putavit.

4) In Kamuso legimus, Ghomair locum esse prope ذات عرق et locum in provincia gentis Cilab et aquam in monte Adja (gentis Thai).

igitur vobis imponatis, id quod perficere non potestis. Hoc recepto nomen cum antecedente coniunctum, ipso antecedente omisso, protulit, quasi dixerit: دفنتم صاحب القوافي »sepelivistis dominum carminum«; homoioteleutis (القوافي) autem carmina denotare vult. Carmen قافية homoioteleuton appellatur, quoniam homoioteleutis perfectum fit aut قافية appellatum est, quoniam homoioteleuton sermonem sequitur (تقفو). Grammatici Alachfasch appellati sententia est, homoioteleuton versus postremam vocem in versu esse. Alii dicunt, homoioteleuton duabus vocibus in fine versus consistere, alii denique hemistichium posterius esse. Grammatici Alachfasch sententiam rectam esse, ex eo videmus, quod versu dicto, ut nil nisi una vox deficiat, homoioteleuton restare dicunt. Tum si poeta tibi dixisset: homoioteleuta mihi collige! tu ei dimidios versus non colligis; sed verba, quorum inter posteriores litteras ea littera est, qua homoioteleuton constituere in animo est. Vox ipsa a verbis: قفوت الرجل derivata est. In Corano (Sur. 5, 50.) legimus: Effecimus, ut unus alterum sequeretur[1]).

2. Nos instar eorum non sumus, quos furto adficiebatis, ut iniuriam feramus aut iudicem adeamus[2]).

3. Sed gladii iudicio in vos rem tradimus; tum eo, quo gladius contentus est, contenti sumus.

Vox سلة furtum significat. Dicitur رجل مسل مغل »vir multum furans, deceptor« et في بني فلان سلة »in quadem gente furtum est«. Voci سلة casum accusativum tribuit, quoniam nomen actionis est status (حال) locum tenens, verba enim idem, quod فتصيبونهم سالين »et vos furantes eos adfligitis« significant. Dicit: Nos instar eorum non sumus, quos separatos, singulos petebatis, ut furto eos adfligeretis, ita ut palpebras contrahentes iniuriam quasi non videntes patienter feramus aut ad iudicem nos conferamus; sed potentes nos gladium contra vos adhibemus, dum iudicio ab iudicibus lato non contenti, quemadmodum volumus, nobis ipsis iudicium facimus. Gladii autem iudicium tale est, ut eo percutiamus, donec crenis impleatur. Ei (gladio) placet, ut adhibeatur, donec obtusus fiat, et quamdiu (gladius) occidit, percussionem admittere videtur. Versus sensus est. Palam nos occidimus ob fiduciam in nobis et gladio iudicium in vos tradimus, donec obtusus fit. Nos vobis similes non sumus, qui furtim nonnullos e nostrorum numero occidistis. Referunt gentem, quam poeta alloquatur, eius fratrem occidisse, ipsum autem, sanguinis pretio sumto, eius occisorem necasse.

---

1) De homoioteleuto conferas librum meum: Darstellung d. Arab. Verskunst etc. p. 296 sqq.

2) Post hunc versum Mersukius hoc cholion habet: في هذا الكلام تعريض بقوم اشار اليهم بقوله كمن كنتم وتصريح للمخاطبين ومجاهرة بالقول فهو يرميهم بالضعف وانهم اذا نالوا من العدو شيا نالوه بالسرقة فيقول لسنا كالذين كنتم تنالونهم سرقة فنلتزم الضيم لكم او ننصب حكما يقضي بيننا وبينكم واشار بالضيم الى التغميض على ما يكون من سرقتهم وكان القوم الذين اشار اليهم وانتفى من ان يكون حاله كحالهم كانوا يقبلون سرقتهم وتجاسرهم عليهم اما بالتغميض وهو التزام الضيم عندهم واما بالمرافعة الى الحاكم ونصب المتوسط وهو العاجز في حكمه وانتصب نقبل على انه جواب النفي بالفاء ويقولون في بني فلان سلة اى سرقة وانتصاب سلة على انه مصدر في موضع الحال والتقدير تصيبونهم سالين وسارقين. Loco vocis فيكم legitur quoque in versu فينا.

4. *Si res minoris momenti fuisset id, quod bellum inter nos, o patrueles mei, adtulit, mihi displicuisset.*

Vox جرت idem quod جنت (carpsit) significat. Verba autem eius لو كان امرا مدانيا »si res propinqua fuisset«, indicant, res a bello inter ipsos adductas ipsi non displicuisse, quod merito acciderint. Nonne vides, eum dixisse: id mihi displicuisset, si res ad id ducens res propinqua (levis) fuisset. Vult igitur dicere: si res propinqua (levis) fuisset, mihi displicuisset. Quae res si ita est, phrasis consequens vocis لو si antecedit. Versus sensus enucleatus est: si id, in quo ultro citroque ivimus, propinquum fuisset, id, quod bellum inter nos adduxit, mihi displicuisset; sed nunc mihi non displicet[1]).

5. *Sed si dicitis, nos iniuste egisse; at nos iniuste non egeramus; potius pravo modo exegimus.*

Verba اسانا التقاضيا duplicem interpretandi modum patiuntur. Unus est, significari caedem post sanguinis pretium acceptum, alter, caedem multorum pro uno. Licet quoque esse interpretandi ratio haec: nos quod unum pro uno occidimus, ex vestra sententia male fecimus; sed iniuste non egimus, quoniam talio iure nititur. Quidam versum sic legit: فان تزعموا انا ظلمنا »et si contenditis, nos iniuste egisse« et vox زعم contendere, quum de refellenda rei haud certae affirmatione sermo sit, facundior est. Sermone autem hoc commonefecit, se modum, **(p. 56.)** quo tractati sint, iniustum non habere, quum ab iis res originem duxerit; se potius pravo modo debitum exegisse, quum ius vi adhibita postulassent. Est ac si res, quas illi iniustam putarunt, ipse pravum debiti exigendi modum appellaverit. Vox ظلم rem alieno loco positam esse significat. Inde terra dura, quum effoditur, مظلومة et uter, quum inde lac non omnino spissum effunditur, ظليم dicitur. Alii dicunt, vocem ظلم iuris imminutionem designare. Quod ad verba فلم نكن ظلمنا attinet, quum phrasis consequentis ratio postulet, ut verbis praemissis congrua et apta sit, poetae dicendum fuit: فان قلتم انا كنا ظلمنا. Nonne vides, verba Corani (Sur. 8, 33.) »et Deus poena eos non adfligit«, esse responsum dicenti: »et si Deus eos poena adfliget« datum. Poeta autem modum rationemque de novo loqui incipientis secutus ab initio sermonis vocem كنا abiecit, quam in phrasi consequente (جواب) verba sequentia indicent. Simul vocem فيكم (omisit)[2]); quemadmodum una duarum gentium inter se bellantium dicit: حكم الله فينا نافذ »Dei mandatum in nobis penetrans est«, omissa voce وفيكم »et in vobis«. Dixit grammaticus Abu-Mohammedes, hoc vitiosum esse; rectum id potius esse, quod ipsi grammaticus Abu-l'Nada recitaverit: ولكن حكم السيف فينا مسمط »sed gladii iudicium imperium in nobis perfectum est«. Hoc proverbiali loquendi modo (conf. Meid. 6, 118.) Arabes utuntur dicentes: حكمك مسمطا i. e. Impera, nam mandatum tuum dimissum, pervadens est.

XVIII.
Dixit Waddac b. Tsomail Masenita.

Albarkius[3]) dixit, virum Waddac b. Sinan b. Tsomail appellatum esse. Nomen Waddac a voce ودك et دكة (pinguedo) derivatum proprie adiectivi formam habere. Nonne vides,

---

1) Verbis versus significat, rem, quae ipsis ab illis illata esset, magnam fuisse, ut veniam dare non potuerit.

2) Verba وفيكم hoc loco haud bene posita sunt; sed ad versum tertium spectant.

3) Cognomen huius grammatici aut ab oppido Barkah in regione occidentali (Africa) sito aut a vico prope ad Komm derivatum est. conf. librum Lobb-Allobab a viro doct. Veth Lugd. Batav. anno 1840 editum.

formam فعال ad adiectiva pertinentem raro in nominibus reperiri. In libro (Sibawaihii) duo nomina huius generis كلاء (locus contra ventos tutus) et جبّان (desertum) adnotata sunt. Grammaticus Abu-l'Fath dixit, hisce Abu-Ahlijjum nomen قباد (mas bubonis) addidisse, se nomen جبار, quo aestus in pectore aut huic res similis et calx viva significantur, invenisse. Vox ثميل formam deminutivi a voce ثَمَل, aut ثمل aut ثامل, ut pronunciatio levior facta sit, derivatam habet. Viri nomen quoque نميل effertur. Vox مازن ova formicarum peculiariter designat. Dixit poeta: (metr. Camel) Super nasis eorum in fine pugnae pustulas vides similes ovis formicae nigrae. Voce جثل formicas significare vult. Vocem alteri addidit, ut dubium removeret, etsi vox مازن nonnisi formicarum ova designat.

1. O gens Schaiban! in minis vestris quibusdam lente agatis, nam cras in loco Safawan equis meis occurretis!

Species tertia metri Thawil appellati et homoioteleuton متواتر est. Legitur quoque رويدا بنى شيبان (sic Mersukius), qui legendi modus maxime vulgaris est. Vox رويد deminutivi forma est a voce ارواد, nomine actionis verbi ارود فلانا (leniter egit erga aliquem) derivata[1], dum pronunciatio lenior facta est. Casus accusativus ex verbo omisso, quod vox ipsa indicat, pendet. Saepissime forma deminutivi modo, quo litterâ abiectâ pronunciatio lenior fit, in nominibus propriis invenitur. Vocem رويد interdum tanquam nomen pro ارفق lente age! adhibetur, tum indeclinabilis est, quemadmodum huic cognata nomina verborum indeclinabilia sunt (conf. De Sacy 1, p. 546.). Sic in proverbio: رويدك الشعر يغب »Lente age! carmen pernoctet« (Meidan. 10, 10.). Verba بعض وعيدكم casum accusativum habent ob verbum omissum, quod vox رويد indicat, quoniam, qui lenitate utitur, minis abstinet, quasi, posteaquam اردوا يا بنى شيبان »lente agite! o gens Banu-Schaiban« dixerat, simul كُفّوا بعض الوعيد »quibusdam minis abstinete!« dixerit. Hoc vero irridendo inservit. Vocis تلاقوا futuri apocopati forma (leg. الجزم) inde orta est, quod cum imperativo (quem vox رويدا indicat), cohaerens phrasis consequens est. Imperativo phrasis consequens tribuitur, quod conditionis et retributionis sensus cum eo coniunctus est (conf. Gram. Ar. II, 33.). Voce autem غدا cras diem crastinum post hodiernum indicare noluit; sed rem propinquam esse indicare in animo erat; quasi dixerit: Mox equitibus meis ad locum Safawan occurretis. Safawan aquae nomen est milliaria aliquot ab urbe Bazra distantis[2]). Gens Banu-Schaiban gentem Tamim minis terrebat, dicens aquam Safawan ipsis esse. Gentem Banu-Masin et cum iis coniunctos Tamimitas inde abigere voluerunt.

2. Equis generosis occurretis, a pugna se non avertentibus, quotiescunque in campo pugnantibus referto versantur.

Vox تلاقوا appositio antecedentis vocis تلاقوا est. Hoc dicto voce خيل equites designari

1) Hunc derivandi modum adtulit, quod in voce significationem formae quartae verbi inesse putavit.

2) In opere Ebu-Challikani Nr. 389. legimus, locum ita situm esse, ut, qui regionem Bahrain Bazra profectus petat, is primum ad locum Safawan, tum ad locum Cathsimah et inde ad oppidum Hadjar in regione Bahrain situm perveniat.

monuit. Nil quoque obstat, quin vox خيل equos significet, quos tanquam haud timidos, in pugna, quum ea adsuefacti essent continuo usu, descripsit. Tum voce تلاقوهم (v. 4.) equorum **(p. 57.)** dominos memoravit. Vocis وغا cum puncto diacritico et وعا sine eo significatio clamoris strepitusque in proelio auditi est. Dixit Hodsailita (metr. Wafir): Quasi strepitus culicum in eius (aquae) lateribus strepitus manus camelis vehentium, O Omaimah! (femina)[1]) clamorem tollentium. Vox خموش culicem, vox هياط disputationem, clamorem designat. Poeta aquam describit. Voci حيد declinationis a re et مازق eadem, quae voci مضيق loci angusti significatio est. Derivatur a voce أزْق, quae vox angustiam in pugna designat. Forma مفعل est[2]).

3. In quibus loricis tecti sunt excellentes e gente Masin, leones pugnae in omni pugna[3]).

4. Iis occurrentes cognoscetis, qualis patientia sit eorum in eo, quo fati manus ipsos iniuste tractavit.

Id est: fortitudinem eorum talem invenietis, ut pulchram patientiam in eo ferendo, quod iniuste fecerit, inde cognoscatis. Verba على ما جنت sunt loco verborum على جناية in iniquitate, quae verba quum statum (حال) describant, locum accusativi tenent, dum vox تعرفو vocabulum regens est. Vocibus يد الحدثان vicissitudines (الحوادث) significare vult, nam vicibus fortunae manus non est; sed metaphorice sic locutus est, quoniam maior iniquitatis pars per manum fit.

5. Audacter procedunt, dum gressu suo gladium Iemanensem tenui acie praeditum propius admovent.

Vox مقاديم pluralis vocis مقدام est, qua voce in proelio valde audax designatur. Vox روع hoc in loco idem est, quod حرب (bellum); eius autem primaria significatio terror est. Bellum a terrore qui in eo est, nomen accepit. Poetae dictum verbis Cabbi simile est: (metr. Camel) Gladios, quum nimis breves sunt, gressibus nostris propius adducimus (conf. p. ۴۸ v. 3 adn.) Vocibus رقيق الشفرتين utramque aciem significat. Primaria vocis شفر significatio secandi est. Cuiuslibet rei cuspis شفر appellatur quasi eius pars abscissa[4]).

6. Ad auxilium vocati neque, quis eos vocaverit, neque ob quod bellum aut quo loco? interrogant.

Verbum استنجد idem quod استنصر (opem imploravit) est. Dicit: Ii ob pugnae desiderium, quum opem quidam implorat et ad bellum eos vocat, praetextum, ut ab eo recedant, non

---

1) De voce أميم dubitari potest. Mihi pro أميمة esse videtur, quae vox nomen proprium est. In Hamasa p. ۶۳۰ l. 8. vox eodem modo scripta occurrit. Beatus De Sacyus suo exemplari adscripsit »caput perfractum habentis a vi hominum tumultuantium«; sed haec vocis أميم significatio sensui versus apta non videtur.

2) Verba مازق متدانى eodem modo explicanda sunt, quo verba مازق متضايق p. ۳۰۷ v. 1.

3) Hic versus in Mersukii codice non legitur, est autem in causa, cur antecedenti voci خيل equorum significationem tribuerimus. Voci لبوث in codice Tebrisii alter legendi modus الات »habentes« superscriptus est.

4) In hoc versu quaedam verborum inversio est, nam dicendum fuit: وصالون كل رقيق الشفرتين بخطوهم »Qui omnem tenui acie praeditum gressu suo propius admovent.« Similem sensum in versu Homaidi b. Tsaur invenimus: نصل الخطى بالسيف والسيف بالخطى اذا ظن ان السيف ذا الاثر قاصر »Gressum gladio et gladium gressu propius admovemus, quando putamus gladium undulatum nimis brevem esse.« (Metrum

quaerunt. Huic versus similis est: (metr. Basith) Nos, quoticscunque opem implorans, timidus ad nos venit, auxilium ei praestitum et ossis cruris percussio est (conf. p. v. v. 1. adn.). Vox ثنابيب pluralis vocis ظنبوب (cruris os) est; vox صارخ opem implorantem et opem ferentem designat. Versus sensus est: Opem quam petentibus ferant, eo consistere, ut equis vehantur.

XVIIII.

Dixit Sawwar b. Almodharrab Sahdita

Ad gentem Sahd Tamim pertinens [1]). Albarkijj eum ad gentem Sahd Cilabitarum pertinere dixit. Nomen سوار a verbo سار cum futuro يسور derivandum formam adiectivi فعال habet. Grammatici versum Alachthali [2]) recitarunt: (metr. Basith) Non avarus et non in iis insolens. Vox سوار idem quod معربد (malignus) significat. Legitur quoque بسار, qua voce is significatur, qui in poculo suo partem potus residuam non relinquit. Ei similes voces paucae sunt, quoniam in sermone a quarta verbi forma nonnisi pauca vocabula cum forma فعال prodeunt. Sunt autem sequentes: سار a verbo اسار, دراك a verbo ادرك, جبار a verbo اجبر, dum dicitur: اجبر فلانا على كذا (vi aliquem ad rem adegit) et قصار a verbo اقصر, dum dicitur: اقصر عن الشى (re abstinuit), nam, quamquam قصرت عن الشى et جبرته على كذا primam formam adhibentes dixerunt, prior tamen loquendi modus elegantior est. Vocabulum مضرب cum vocali Fatha litterae Ra enunciatum, percussum una vice post alteram designat. Nomen autem illud accepit, quod quum mulierem carmine laudasset dicens: (metr. Thawil) Vitium nullum habet nisi quod partes eius ملاق appellatae equitando subactae sunt, eius frater iuravit, se cum gladio centies percussurum esse. Quibus ictibus quum animi deliquium passus ad se rediisset, alter dixit: (metr. Wafir) Ad te rediisti et iam tempus erat, quo ad te redires, et hoc tempus est, quo viam vidisti. Ignorantia erat, quod me despiceret ob iuventutis initium (fervorem), donec tentarem (gladium). Hanc ob causam مضرب appellatus est.

1. Si Salma principes gentis interrogasset, quamquam temporis mei vicissitudines colorem meum mutarunt;

Species prima metri Wafir appellati et homoioteleuton متواتر est. Vocibus سراة الناس optimi homines designantur. Grammaticus Chalil dixit, vocem سرو liberalitatem cum fortitudine coniunctam significare. Dicitur سرا cum futuro يسرو et adiectivo سرى. Pluralem **(p. 58.)** formae فَعَلة nulla vox nisi haec habet, nam propria est vocibus perfectis (صحيح), non iis, in quibus una littera radicalis aut ا aut و aut ى est (معتل) (Gram. Ar. I, 226.). Hoc in vocibus فَجَرة et فَسَقة cernitur. Eo quod dicit, tempus se ipsi variis coloribus distinctum

Thawil est; sed initio regulis non aptum. Videtur nazlo — — enunciandum esse initio abiecta prima versus syllaba.) In codice Tebrisii voci حرب vox حال et voci باى vox لاى (alter legendi modus) superscripta est.

1) Mersukius addidit, eum poetam temporis Islami esse.

2) Tempore Omajjadarum et Ahbd-Almalici b. Merwan vixit. conf. Meidan. tom. III. p. 2. p. 227.

ostendisse, varias fortunae vicissitudines tam bonas quam malas significat [1]). Particula autem ان in verbis تلون على ان قد, coniuncta cum praeterito rem praeteritam, cum futuro coniuncta rem futuram indicat.

2. Honorati in gente mea et inimici mei eam docuissent; nam omnis me probarit [2]).

Vox خبرها phrasis consequens verborum لو سالت »si interrogasset« est. Vox احساب pluralis vocis حسب (res quae in gloriando enumerantur et computantur) significat. Verba فكل قد بلانى significant, omnem ipsum expertum esse. Dicitur بلوته et اختبرته »probavi eum et expertus sum eum«. Inde infortunium (بلوى) nomen accepit, quo homo probatur. Vox بلاء quadruplicem significationem offert, beneficii, probationis, rei ingratae (aerumnae), et attritionis ut vox البلى. Verbum est بلى cum nomine actionis بلّى et بَلاء, quod cum vocali Kesra breve in fine, cum vocali Fatha longum est. Dixit (poeta noster): Hostes mei aliique pulchram agendi rationem meam noverunt et unus quisque praestantiae mihi testis est. Quam rem si honore digni agnoscunt, alii ad id faciendum propensiores sunt. Haec autem est phrasis intermedia inter vocem خبر eiusque obiectum, quod in sequente versu est [3]).

3. Me ab honore meo vituperationem repulisse opibus meis et superbiam torvis oculis spectantis audacisque.

Praepositio Ba in voce بذبى cum verbo خبرها cohaeret. Littera autem Fa in voce فكل phrasin consequentem [4]) cum ea coniungit. Vox زبونات formam فعولات habet a verbo زبن (propellere) derivata. Vox تيحان (opponens se hominibus, audax) forma فيعلان est, cuius littera Aihn vocali Fatha; nec vero vocali Kesra pronuncianda est, siquidem forma فيعلان in vocibus perfectis (صحيح) non occurrit. Voces, in quibus media radicalis infirma (معتل) est, iuxta regulam hoc modo formantur. Voci تيحان similis forma est in voce هيبان, quam utramque grammaticus Sibawaihi cum vocali Fatha adnotavit. Similes hisce inter voces perfectas voces قيقبان (ephippium) et سيسبان (dolichos) [5]) sunt. Vox تيحان a verbo تاح cum futuro يتوح et يتيح, quod significationem rem paratam esse, ut immineat habet, duplici enun-

---

1) Non omnino cum interprete consentio, non enim vicissitudines temporis bonas poeta significare videtur. Ad verbum significant: quamquam tempus meum mecum colorem suum mutavit i. e. quamquam temporis vicissitudines colorem meum mutarunt. Sensus est: Non talis quidem sum, qualis antea eram; sed tamen ex principibus meae gentis et hostibus meis cognoscet, me herois modo egisse. Clarius expressit sensum Mersukius وتلون الزمان يشير به الى تصاريفه. l. 2.

2) Tria hoc in versu notanda sunt, unum, poetam gentis honoratos nominasse, quippe quibus maior fides in testimonio futura esset tum quod mendacio obnoxii non sunt putandi, tum quod melius iudicium in ista re ferre possunt; alterum est, poetam inimicos testes esse voluisse, nam quod in amicis timendum, ne ob amicitiam erga poetam minus severe iudicarent, id in inimicis non erat; tertium denique, poetam, omnem ipsum probasse addidisse, ut omne dubium tolleret et istorum iudicium veracissimum verissimumque esse ostenderet.

3) Phrasis intermedia in verbis فكل قد بلانى »Et omnis me probavit« cernitur.

4) In hisce scholiis quaedam non bene disposita sunt. Factum videtur, ut, quum scholia ex exemplaribus extraherentur, in quibus plures versus coniunctim scripti essent, scholia male separarentur. Hocce scholion cum fine praecedentis versus coniungendum fuit.

5) Mersukius شيصبان habet, cui voci formicae maris inter alias significatio est.

ciandi modo gaudet, dum vir مِتْيَحٌ (se immiscens rei, quae ipsum non spectat) appellatur. Grammaticus Abu-l'Abla dixit, poetam in verbis وزبونات اشوس تيحان vocibus اشوس تيحان se ipsum significare. Vox شوس significat, virum arctatis ciliis uno tantum latere ob superbiam adspicere. Virum hoc facere verbo تشاوس significant. Poeta Homaid b. Tsaur dixit: (Metr. Thawil) Oculum meum refrigerat (me contentum reddit), quod sidus Sohail e loco suo conspicio instar oculi eius, qui oculos comprimit et uno tanto latere adspicit. Vox تيحان, quae cum vocali Fatha et Kesra enunciatur, eum designat, qui se rebus ipsum non spectantibus immiscet. Nonnulli eo deflexerunt, ut vocibus اشوس تيحان equum significari dixerint. Contenderunt, vocem زبونة aurem esse, poetam autem metaphorice auribus caput equi et collum, in quo aures sint [1], denotasse. Quod si rectum est, verbis eorum simile est, qui dicunt: Collo et macula alba, quae est in fronte equi eos iecit et aliis huiusmodi, quemadmodum poeta Ahntarah dixit [2]: (Metr. Camel) Ego macula alba quae infacie eius est, eos iacere non cessavi. Verborum sensus est: Si Salma optimos gentis de me interrogasset, honore digni inter eos et inimici mei eam certiorem fecissent, nam quilibet me expertus est, me dedecus ab honore meo opibus meis et collo meo depellere. Sensus quoque esse potest: Dedecus ego ab honore meo depello et collum eius, qui a latere adspicit i. e. superbi.

4. Et me non cessare in bellis versantem, nam si ipsi bellum non commoveo, id commoventis clypeus sum.

Vocem انى si cum vocali Fatha enuncias, cum vocibus بذبى الذم coniungenda est, ut locum genitivi habeat et res, quas ipsi inimici testentur, describat; sin autem vocem cum vocali Kesra enuncias, sermo denuo incipiens cum antecedentibus non cohaeret. (conf. Anthol. gram. p. ۱۰۳) Sensus est: Bella ego gero [3]) et si non invenio, quod ab bellum cum hostibus gerendum me instigat, in misero causam quaero, dum ab eo repello et eum defendo [4]).

---

1) Vox زبونات difficillimis Arabicae linguae vocibus adnumeranda est, in qua explicanda et grammatici et lexicographi miro modo dissentiunt nil certi adferentes, ut quomodo eam vertam, nesciam. Djenharius voci زبونة superbiae significationem tribuit et ذو زبونة honorem suum defendentem designare dixit. Tum versum nostrum adferens nil amplius explicandi gratia addidit. Videtur autem superbiae significationem admisisse. In Kamuso nulla nisi colli significatio reperitur, quae nonnisi coniecturâ e nostro versu desumta videtur. De collo equi in versu adhiberi non posse videtur, quippe sequens vox اشوس nonnisi ad virum conf. p. ٦v, v۱۱ quadrat. Vocis تيحان significatio minus dubia est. conf. p. ٥٠٥. Linguae igitur rationi maxime consentanea superbiae videtur significatio, ut cum voce الذم cohaerens casum accusativum obtineat.

2) In hoc Moallakae versu sexagesimo septimo prima syllaba brevis abest.

3) Verbo جنى proprie significatio crimen committere est, tum in bello excitando, qui ex criminibus oriri solebat, translata est.

4) Similem sensum expressit poeta hisce verbis: ولم يجنها لكن جناها وليه فآسى واداه وكان كمن جنى »Id (bellum) ipse non commovit; id amicus eius commoverat; sed solatium et auxilium ei ferens ei similis fuit, qui id commoverat.« (Metrum Thawil est) et sequentibus: وما ان تراه الدهر الا مغررا بنفس ابت الا صعاب المراكب »Nunquam eum vides nisi animam (suam) periculo exponentem, quae nonnisi difficilibus

XX.

Dixit quidam gentis Taim-Allah ben-Tsahlebah.

(De tempore et auctore vide in fine scholiorum.)

(p. 59.) *1. Die pugnae equitibus adfui; tum sub pharetra Almotumaththirum confodi.*

Species prima metri Camel dicti et homoioteleuton متدارك est. Grammaticus Abu-Rijasch hosce versus quendam e gente Taim-Allah b. Tsahlebah die Owarah [1]) dixisse retulit. Owarah loci nomen est, quo in loco vox Ahmru b. Hind gentem Banu-Darem cremavit. Nomen a voce اوار (ardor ignis) desumtum est. Sitis quoque اوار appellatur. Dixit poeta metro Redjes [2]) usus: Eorum cameli igne rigati sunt, et ignis interdum sitim restinguit. Poeta voce نار (igne) stigma, quod camelo inuritur, significaturus hunc sensum expressit: Camelos ad aquam venisse et quum eius possessoris stigmatibus inustis potentium esse cognovissent, potu rigatos esse. Almotamaththir viri nomen ad gentem Lachm pertinentis est, derivatum a verbo تمطر الرجل (properavit vir). Dicitur: مطر به et قطر به (celeriter eum abstulit). Rijaschita in versu تحت لبابة retulit dicens: Vox لبابة vestimentum designat, quo super vestibus suis vir utitur, quum ad pugnam in medio corpore succinctus se parat. Mulier calanticam suam opus factura succingit, quod ita fit, ut unum eius extremitatem super sinistro humero ponit et medium eius dextera manu extrahit. Tum ea pectus tegit et alteram extremitatem super sinistrum humerum reducit. Eodem modo eques se succingit. Alii in versu تحت كنانة المتمطر legunt, quibus verbis locus, ubi vir occiditur, significatur. Hunc Almotamaththirum prodeuntem, ut rem celeriter perficeret, poeta impedivisse videtur. Vox كنانة (pharetra) a verbo كن (texit) derivata est, quoniam in ea sagittae asservantur [3]).

2. Et filios nostros defendentes lanceis cum strenuis pugnamus et consilium nostrum sequimur, etsi rei finem non videmus.

Filios per metonymiam loco uxorum memoravit. Vox بصاير pluralis vocis بصيرة est, quae eam animi indolem designat, qua per prudentiam et consilium res occultas homo cognoscit [4]). Huius rei causa stria sanguinis بصيرة appellatur, quippe vulnus indicet. Verba poetae: (Metr. Camel) Consilia eorum super humeris ipsorum vesperâ sunt et con-

---

equis vehi vult.« (Metrum Thawil est.) conf. p. ٣٨٧ v. 3. Ut vox دافع cum على defendere Ham. p. ١١٣ v. 5. significat, sic voci حامى haec significatio tribui potest.

1) Erat pugna inter regem Ahmru b. Hind et gentem Tamim. conf. Meid. Prov. T. III. p. 575.

2) Versus potius ad septimam speciem metri Sarih referendi sunt, quippe secunda species metri Redjes, cuius alterum quidem hemistichium conforme est, ob prius hemistichium aptum non est. Metrum Redjes et Sarih ab Arabibus interdum confunduntur.

3) Mersukius putat, poetam in versu eos, qui die pugnae praesentes fuerint, alloqui, tum eisdem factum suum narrare. Prior autem versus pars isti interpretandi rationi haud apta videtur; sed ut in posteriore sic in priore factum ei, qui absens fuerat, narrare videtur. Nonnisi tertius abhinc versus Mersukii sententiam confirmare videtur, qui hanc ob causam nostrum statim sequitur postposito versu ونطاعن. Qui versuum ordo rectus sit, dubio haud caret.

4) Loco vocis يستبد cum Mersukii commentario يستدل legendum puto, quippe vox يستبد ex altera omissa littera ل orta videtur. Causam, cur praeferatur, tum in praepositione على, tum in voce يستدل mox se-

silium meum robustus et velox equus currens abducit et qualis[1])! vario modo interpretantur. Licet admittere, vocem بصاير hoc in loco consilia significare i. e. consilia sua post se reliquerunt, quemadmodum dicitur: »tali loco[2]) consilium reliquisti« et verba »consilium meum equus meus currens adduxit« significant, consilium suum cum ipso penetrans et constans esse[3])«. Quod si significationem striarum sanguinis admittis, verba significant, eos fugam cepisse vulneratos in tergo, ita ut sanguis in ipsorum humeris esset, ipsius autem sanguinem in ipso remansisse haud laeso. Nil obstat, quin sensus sit, ipsorum patre occiso eos sanguinis pretium accepisse et vestes eo emtas induisse. Dicunt alii, eum illos vituperasse ob pretium sanguinis acceptum, quasi onus dedecoris eo humeris suis imposuissent. Hic autem poeta dicit: Ego equo insidens vindictam peto: i. e. ego pro patre meo occiso occido[4]). Sensus versus est: nos ab uxoribus nostris repellimus consilio, quod sese nobis offert tempore, quo id facimus, etsi rei finem non videmus[5]). Obiectum verborum وان لم نبصر »et si non videmus« omisit, quoniam intentio manifesta est. Sic quoque phrasin consequentem coniunctionis ان omisit, quippe quae praecedunt, eam indicant. Sunt porro, qui dicant, sensum versus id referre, quod Mosailimah[6]) dixisse tradatur, quum genti Banu-Hanifah diceret: Pugnate pro honore vestro, quod ad religionem attinet, religio nulla[7]). Sunt denique, qui putent, eum filiis filias significasse, et moris apud Arabes fuisse dicere: pugnamus defendentes uxores nostras, nec vero viros nostros defendentes pugnamus; quemadmodum poeta dixit: (metr. Thawil) Die pugnae dimicamus uxores nostras defendentes.

3. Et iam vidi equos caudam contra nos moventes modo praegnantis camelae contra eum, qui residuam lactis partem emulgere vult.

Vox شلى idem quod شايلةً. Verba autem idem valent quod وقد شلن عليكم »et iam contra vos caudas moverunt[8])«. Voce الخيل hoc in loco equos significat, qui motis caudis

---

quente videmus. In margine codicis Tebrisii vox يستدل a seriore manu adscripta est. Et sic in sequente linea loco vocis المجروح melius الجرح vulnus legitur.

1) Vox واى pro واىّ عتد est.

2) In Mersukii commentario melius بموضع legitur.

3) Mersukius sic habet: ومعنى بصيرتى يعدو بها عتد واى ان رايه معه نافذ مستمر.

4) In margine Mersukii pro اقتل »occido« est أقاتل pugno.

5) In versu talem se describit, qui fortitudine impulsus exitus rei nullam rationem habens, ut suos defendat, in pugnam se immittat. Priori versus parti similia poetae verba sunt: نقاتل الابطال عن بنينا »Cum strenuis pugnantes filios nostros defendimus.« (Metrum Redjes aut Sarih.)

6) Mosailimah viri nomen est, qui Mohammedi in regione Jemamah tanquam propheta sese opposuit et regnante Abu-Becro a Chaledo b. Alwalid victus occisusque est. Eius partes gens Hanifah sustinebat. Abulf. Ann. T. 1, 212.

7) I. e. Et sic agimus cogitandi rationem nostram in defendendo honore sequentes, etsi in religione nil intelligimus. Hoc autem longius petitum esse, Mersukius iam vidit. Non magis placet eorum interpretandi ratio, qui dicunt, sensum esse: Pugnamus contra strenuos more hominum in rebus mundanis et religione etc. et, si nil harum rerum videmus, pugnamus, quod caedes et pugna cordi nobis sunt.

8) Vult significare, verba haec statui describendo inservire et hanc ob causam accusativi locum obtinere. Sub voce عليكم in Tebrisii codice tanquam alter legendi modus vox عليهم scripta est.

vehementer currunt, qua re robur dorsi indicatur. Dicit: Vos in fugam actos vidi, dum equi contra vos sublatis caudis currunt modo, quo camelae praegnantes caudas tollunt, si quis partem lactis remanentem emulgere vult. Vox غبر lac, quod in uberibus remanet, significat. Dicunt, verborum ولقد رايت الخيل شلن عليكم sensum esse: equites eorum contra vos lanceas direxerunt, quemadmodum camelae praegnantes, quum recusant lac, caudas movent. In verbis **(p. 60.)** ابنت على المتغبر vox قد supplenda est (Mers. مضمر); ipsa verba autem locum status حال tenent. Significare vult: Vidi equos contra vos caudas moventes modo, quo camelae praegnantes lac ei, qui partem remanentem emulgere vult, recusantes caudas movent. Qui autem in versu legit: ولقد رايت غداة شلن عليكم, is obiectum vocis رايت, nempe equos supplet. Licitum hoc est, quoniam verba شهدت الخيل, quamquam equites significantur, tamen equos indicant. Namarita dixit: Dixit grammaticus Abu-Rijasch, vocem بصيرة in verbis وعلى بصايرنا وان لم نبصر certum significare eumque dicere: Dimicamus secundum opinionem, quam anima concepit (i. e. in re certa et incerta). Alium quendam dixisse, sensum verborum esse: Dimicamus tempore ignorantiae et tempore religionis Mohammedicae. Dixit Abu-Mohammedes Alahrabi: Hic locus proverbii est: Rectum attingit, dum nescit et errat, dum nescivit et quomodo cameli aliter quam sic constituti esse possunt?[1]) Abu-Ahbd-Allahus in iis, quae in explicando versu de Abu-Rijascho retulit, nesciens rectum adtulit; in eo autem, quod poetam dicere voluisse contendit, se tempore ignorantiae et tempore religionis Mohammedicae dimicare, nesciens erravit. Quomodo autem res se ita habere potest, quum versus auctor Ahlkamah b. Schaiban b. Ahdijj b. Alharits b. Taim-Allah tempore Almondsiri Dsu-l'Karnain aliquo tempore ante Mohammedem vivens sit. Eum versus dixisse, quod die pugnae Owarah Almotamaththirum, Almondsiri fratrem, Alnohmani Dsul-Karnain avum impetu facto occidisset, dum hunc corona ornatum neminem nisi Almondsirum ipsum putaret. Dixit igitur: Inter equites die pugnae Owarah (Meid. T. III. P. 1. p. 575) praesens fui et sub pharetra Almotamaththirum confodi et cum strenuis lanceis pugnamus etc.

XXI.

Dixit Katharijj b. Alfodjaah Masenita. (conf. p. ٣٣)

1. Ne quis die pugnae in fuga fiduciam ponat mortem timens!

Species secunda generis (عروض)[2]) primi metri Camil dicti et homoioteleuton متواتر est. Quod ad verba لا يركنن attinet, ركن الى الشى in futuro يركَن »in rem inclinatus fuit« dicitur et cum eadem significatione verbum رَكن cum futuro يركن. Loquendi autem tertius modus رَكَن cum futuro يركَن cum vocali Fatha tam in praeterito quam futuro ex duobus illis compositus est; nec vero primarius. Vox احجام, nec non احجام litteris transpositis retrocedere significat. Dixerunt احجم anteposita littera Djim cum significatione praecedendi et اجحم post-

1) Versus metri Thawil est. Sed prior tantum pars proverbii loco esse potest. In Meidanii opere non reperitur.

2) Hoc in loco primum generis metri عروض, quod antea semper omissum fuit, mentio facta est. Ex homoioteleuto prioris hemistichii, hunc versum carminis initium esse, cognoscere licet. conf. praefationem nostram.

posita eadem cum significatione recedendi. Vox اجّم est forma submissa مطاوع (Gram. Ar. I, 140 sq.) verbi جمّ cum significatione retinendi et impediendi modo, quo اكب ad verbum كب se habet[1]). Dicitur: جمت البعير »camelum impedivi« i. e. re eum instruxi, qua a mordendo retineretur, quae res جمام (capistrum) appellata est. Vox متخوف eum designat, qui unam rem post alteram timet. Vox حمام mortem designat a verbo حُمّ الشى (res decreta fuit) derivata.

2. Me enim iam video hastarum scopum modo a dextera modo ante me,

Vox دريّة cum Hamza et sine Hamza enunciata aut a درأ (repulit) aut a درى (decepit) derivatur. Voce hac camelus appellatus est, quem, dum libere pastum dimissus est, adsuefactae ferae non fugiunt[2]), post quem dominus adveniens se occultat et feras iaculo petens venatur. Annulus quoque, cuius ope artem confodiendi discunt, دريّة appellatur. Versus ad utramque rem referri potest. Poeta nonnisi lateris dexteri et anterioris mentionem fecit, quod sinistrum latus ista in re dextero aequale esse sciunt. A tergo autem aggrediendi facultatem eques nemini dat. Quod si voce دريّة annulum, cuius ope confodiendi ars discitur, poeta significaturus est, ictus in ipsum (poetam) cadere, quemadmodum in illum cadant; sin vero iumentum designat, pone quod venator se occultat, sensus est, ipsum defensioni esse, ut contra confossionem aliis tegumento sit, quemadmodum illud iumentum venatori tegumento inserviat[3]). Hoc recepto vox للرماح sensum verborum من اجل الرماح (lancearum causa) offert. Verba من عن يمينى cum iis, quae verba اراني[4]) للرماح دريّة indicant, scilicet verbis وهى تاتينى »dum me petunt« aut huic simili cohaerent. Vox عن in verbis عن يمينى nomen est, re vera praepositio non est, ut sensus sit »a latere dexterae meae«[5]).

3. Ut sanguine meo defluente sellae meae latera tingerem aut habenas.

Vox او hoc in versu dubio non inservit, sed unam duarum rerum modo **(p. 61.)** succedendi, ut sensus sit: aut haec aut illa res. Admitti quoque potest, duas res coniunctas significari, quoniam particulae او primaria licentiae significatio est (Gram. Ar. 1, 574.); quemadmodum vir interrogatus: quaenam in terra tua tibi cibo inservierunt? respondit: triticum aut oryza; significaturus unam harum duarum rerum, ita ut una alterius loco aut utraque res cibo adhibeatur. Versus sensus est: Tanquam scopus lancearum erectus steti, ut sanguine meo defluente aut lorum habenae meae aut latera sellae meae pro ratione confodiendi tingerem.

---

1) In Mersukii codice legitur مطاوعة كببت.

2) Idem loquendi modus p. ٧٥ v. 2.

3) Hic comparandi modus si recipitur, rectus non est, illud enim iumentum contra feras non defendit; sed nonnisi occultat, ne eum conspiciant.

4) De voce اراني conf. Ham. ٣٩٣ v. 2.

5) Praepositio عن saepius tanquam nomen adhibetur ut in his verbis: من عن يمينى الدار والحائط »A dextera mea domus murusque« conf. Gram. Ar. I. p. 487. Silentio praetereundum non est, apud vocem امامى vocem مرّة supplendam esse.

Lorum sanguine a partibus superioribus defluente, sellae partes sanguine ab inferioribus partibus defluente inficiuntur. Legitur quoque in versu: بل عنان لجامى »imo lorum habenae meae«. Alii dicunt, eum verbis من دمى non sanguinem sui ipsius; sed eorum, quos occiderit, sanguinem significare voluisse. Vocem cum sua persona coniunxisse (i. e. eum meum sanguinem dixisse), quia sanguinem ipse profuderit. Sed res non ita se habet; sui potius ipsius sanguinem significare vult.

4. Tum reversus sum, postquam alios occideram ipse non occisus, prudentia equo trienni comparandus, audacia quinquenni.

Aetas, quam جذوعة appellant, anno ante eam est, quam اثناء (qua primores dentes abiiciuntur) appellant. Tempus, quod semper novum est, nomine الازلم الجذع (extremas aurium partes amputatas habens, triennis) appellatur[1]). In verbis جذع البصيرة (triennis prudentiae), قارح الاقدام (quinquennis audaciae) comparandi modus est. Sunt enim ab equis omnibusque ungulis praeditis iumentis desumta. Pullus equi post annum, ut instruatur et doceatur, equitari solet[2]). Quum ad aetatis annos duos pervenit, جذع appellatur, qua aetate doceri haud opus est. Dicit: ego triennis prudentiae sum i. e. Perspicaciam mentis meae et certam cognitionem meam instrui et doceri opus non est, quemadmodum pullum جذع instrui opus non est[3]). Verba autem اقدامى قارح »audacia mea quinquennis est«, sensum offerunt, eam ad extremum pervenisse, sicut voce قروح extrema aetas anni significatur, nam postea nulla equi aetas est[4]). Hic interpretandi modus in verbis جذع البصيرة قارح الاقدام, cum iis convenit, quae viri docti in explicandis hisce versibus monuere[5]). Versus autem sensus is potissimum esse videtur, quem grammaticus Abu-l'Ahla Maahrrensis commemoravit dicens: Quum nullo tempore strenuus esse cessasset, eius audacia قارح (quinquennis) est, quoniam vetus est; verbis autem جذع البصيرة (triennis prudentiae) significat, eum tempore praeterito haereticorum doctrinam secutum non esse, tum postea se bene considerantem, quum intellexisset, eos recta via incedere, eos secutum esse. Verbis prudentiam suam esse جذعة vult, eam novam haud diu durasse. Hic enim vir haereticus erat, cui per tredecim annos chalifae nomen inditum fuerat, quemadmodum in prioribus diximus (p. ۴۴ l. 6.).

---

1) Sic qui in re eodem statu perseverans conspicitur, هو جذع فيه i. e. »is in eo triennis est«, dicitur. Vox جذع casum accusativum obtinuit, quia statum (حال) describit, dum indefinita est.

2) Pullus equinus post primum aetatis annum vix equitari potest; aut igitur auctor rei ignarus vitium commisit, aut locus non de aetatis anno primo intelligendus est. Et in lexicis tertio aetatis anno equus جذع appellatur.

3) Sensum aliter intelligo. Consilium prudentiamque cum pullo comparat i.e. haud cavens irruo, ut prudentia cum pullo comparata sit.

4) I. e. postquam equus quinquennis evasit, in dentibus aetas ulterior nonnisi cum difficultate cognosci potest. Equo autem quinto et sexto aetatis anno maximum robur est.

5) Mersukio poeta hanc sententiam exprimere voluit, se in primo suo consilio perseverasse et nil eius mutasse; in audacia autem ad summum perfectionis gradum se pervenisse. Abu-Tammamum hunc sensum transtulisse dicentem: كهل الاناة فتى الشداة »senex in patientia, iuvenis in robore« et Bahtarium sensum imitatum esse hisce verbis: اقدام غر واعتزام مجرب »Audacia inexperti, firmum animi propositum experientiâ edocti.«

XXII.

Dixit Alharisch b. Hilal Koraiihta[1]).

Alii tribuunt versus Ahbbaso b. Mirdas Solamitae, alii Djahhafo b. Hacim b. Ahzim, in quem poeta Alachthal dixit: (metr. Thawil) Aldjahhafus Bischrum clade obruit, de qua apud Deum querendum et ad eundem confugiendum est. Vox حريش vario modo explicatur. Fieri potest, ut lacerta حريش appelletur, dum formae فعيل significatio participii passivi tribuitur. Dicitur: حرشت الضب »lacertam venatus sum«. Res proprie sic se habet. Vir ad latibulum lacertae veniens, manu locum introitus (portam) percutit. Quam lacerta rem sentiens serpentem esse putat et eum percussura (leg. ليضربها به) caudam erigit. Eam venator arripit. Tum vocis significatio latius patet, ut quilibet lacertae venandae modus حرش appelletur. Dixit poeta: (metr. Thawil) Quomodo lacertas venari ego tibi videor? Nonne inter lacertarum venatores haud segnis sum? Voces بنات ضبيبة speciem lacertarum designant. Dixit poeta Cotsajjir (mort. anno 105): (metr. Thawil) Quot sunt lacertam inimicitiae venantes ex iis dulcedine plantae Chala, quemadmodum lacertas decipientes venantur. Proverbio utuntur: Magis decipiens quam lacerta, quam venatus es (Meid. 7, 131.) alteroque: Major haec res est, quam commotio manus ad venandam lacertam (Meid. 5, 175.). Huius proverbii originem sic describunt: Lacerta pullum suum venandi modum حرش appellatum cavere iubebat. Die quodam ille sonum ligonis, quo tectum latibuli sui perfringebatur, audiens dixit: »O pater mi! num hic (leg. يا ابة اهذا) venandi modus حرش appellatus est?« Dixit lacerta: »Minime! filiole mi! Hoc gravius quid est?« Vox حريش animalculi nomen longitudine digiti, multis pedibus praediti est, quod nomen دخال الاذن aurem intrans (gurgulio) habet. Alii dixerunt: Voce aliud animal uno cornu praeditum designari. Licet quoque admittere, nomen حريش derivatum esse a verbis حرش البعير **(p. 62.)** »fricuit in dorso camelum fune suo[2]), ut celeriter incederet«. Nomen viri هلال a luna nova desumtum esse potest, quae interpretandi ratio maxime placet. Nomen quoque accepisse potest a serpente mare aut a parte molae aut a parte residua aquae in receptaculo aut a pulvere aut cuspide quadam hastae, quae omnes res isto nomine insigniuntur. Adolescens initio iuventutis hoc nomine designatur. Vox قريع deminutivi forma a nomine actionis verbi قرعت الشى بالشى (unam rem altera pulsavi) esse potest, aut deminutivi forma levior reddita vocis اقرع, aut deminutivi forma a voce قرع, qua voce varioli in pullis camelinis ablactatis insigniuntur, derivata. Dixit poeta metro Redjes usus: Stella Sohail, quum veniret, pustulas adduxit, stella Sohail absens fuit et tum non rediit. Quod vero ad vocem قرع, quae cucurbitae fructum omnibus notum designat, attinet, vulgus litteram Ra sine

---

1) Alahbbas b. Merdas tempore Mohammedis vixit, Aldjahhaf tempore Ahbd-Almalici b. Merwan. Ex carmine ipso autem Alharischum Mohammedis tempore vixisse videmus.

2) Dubito, num vox برسنه recta sit, nam in codice correcta videtur. Fieri potest, ut funis sit, cuius una pars manu tenebatur, dum altera super naso cameli erat.

vocali enunciat; sed alter cum vocali enunciandi modus primarius habetur. Poeta metro Redjes[1]) usus dixit: Quam pravum obsonium innupti, aegroti est pulmentum cum cucurbitae fructu et aceto! Nomen قريع autem, quod nomen filii Auhfi est, qui filium Aladhbath ben-Koraih habebat, deminutivum lenius redditum a voce اقرع derivatum esse, versus poetae Alnabeghah probat: (metr. Thawil) Per vitam meam! meaque vita mihi despecta non est, vana contra me protulerunt Alakarih (calvi)[2]); Calvi gentis Auhf, alios non intendo, simiarum facies, qui tales quaerunt, quibuscum altercentur. Vocem enim قريع ad vocem اقرع retulit et tum eius pluralem formavit. Si carmen Ahbbaso b. Mirdas tribuitur, nomini عباس Ahbbas forma فعال est a verbo عبس cum nomine actionis عبوس (austerus fuit) derivata. Voce مرداس robustus, durus designari videtur, quo res frangitur, a verbo ردس (fregit) derivata. Qui carmen Djahhafo tribuit, ei nomen جحاف tanquam forma فعال a verbo جحف الشى برجله (rem pede suo percussit, ut eam proiiceret) derivandum est. Et dicitur جاحف الشى »Pressit rem, ut ei adhaereret«.

1. Die Honaini cum propheta signis distincti (equi) aderant sanguine infectas ungulas habentes.

Species prima metri Wafir appellati; homoioteleuton متواتر est, sed ita comparatum ut homoioteleuti littera non sit postrema vocis (مطلق) et hanc homoioteleuti litteram littera ى statim sequatur (مردف موصول)[3]). Vox مسومات idem quod معلمات (signis distinctae) significat. Habet quoque significationem vocis مخلاة مرسلة »libere relicta, dimissa« a loquendi modo سامت السايمة »camela ut libere pasceret, dimissa fuit«. Dicunt, vocem مسومة eandem significationem, quam مطهّمة habere. Vox تطهيم formae pulchritudinem designat. In Corani verbis حجارة من طين مسومة »lapides e luto facti, dum insigniti sunt« (conf. Sur. 50, 33 sq.), voci significatio insignitorum instar sigillorum tribuenda est et vox سومة signum significat. Equos cum propheta in valle Honain praesentes describit tanquam sanguine infectos in latere ungularum ob fatigationem et multum cursum. Singularis vocis الحوامى est حامية, quae vox ungulam circumdans partem pedis designat. A defendendo (حماية) significatio desumta est. Quemadmodum ungulis partes defendentes tribuunt, sic lapides aliasve res, quibus puteus infra exstruitur ad latera eius, ne corruant, tuenda حوامى appellantur. Legatus Dei, cui Deus faveat, gentem Hawasen, cuius princeps Malec b. Auhf Nazrita erat, in valle Honain[4]) invaserat. Hoc vero die Doraidus b. Alzimmah Djoschamita a viro Ebn-Ladsah appellato, cui nomen Rabiah b. Rofaih Solaimita, qui a matre potissimum nominabatur, occisus est.

---

1) Ad metrum Sarih potius referendi sunt versus.

2) Vult igitur voce اقارع duos viros قريع significare.

3) Ab hoc carmine incipit scholion homoioteleuti speciem accuratius definire conf. libr. meum: Darstell. d. Arab. Verskunst. p. 311, 313 et 315 sq.

4) Vallis est circiter tria milliaria ab urbe Mecca distans. Proelium erat mense decimo anni octavi et post hoc alterum erat, cuius in sequente versu mentio facta est conf. Abuf. Ann. T. I. p. 158. Post hoc proelium quum Malicus audivisset, Mohammedem ipsi omnes res redditurum esse, si ad ipsum veniret, Islamum amplexus est. Postea eum Mohammedes genti ipsius et quae ad Islamum se convertisset, gentis Kais-Aihlan parti praefecit. Expugnationi Damasci et Kadesiae interfuit. Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. 539.

2. *Et in proelio Chaledi aderant solum sacrum ungulis calcantes.*

Chaledum b. Alwalid b. Almoghirah[1]) quem dicere vult, propheta, cui Deus faveat, die, quo urbs Mecca expugnabatur[2]), equitatui praefecerat. Qui quum Koraischitis in monte Chandamah occurrisset, pugna eos in fugam coniecit. Verbis وحكت سنابكها significat, eos terram Meccae pedibus calcasse. Vox سنابك extremas ungularum partes designat. Singularis سنبك ex lingua Persica in Arabicam translatus est.

3. *Occurrentes (hostibus) gladiis exponimus facies, quas alapis non exponimus.*

Versum duplici modo interpretari licet. Unus sensum offert: nos facies gladiis percutimus, quae ob dignitatem suam manibus non percutiuntur. Facies hostium significat. Alter autem modus ipsorum facies intelligi vult; quemadmodum alius (poeta) dixit: (metr. Motakarib) A n i m a s v i l i p e n d i m u s, e t q u o d a n i m a s l e v i p e n d i m u s, i d i i s m a i o r i **(p. 63.)** t u t a m i n i e s t. Dicit: audaces nos tempore belli facies nostras exponimus, quae alio tempore defensae sunt, ut rei ingratae non exponantur ob eximiam prudentiam nostram[3]). Legitur quoque in versu: (sic in Mers.) بكل ثغر خدودا »in omni loco periculoso genas«[4]). Vox ثغر sine vocali mediae litterae locum timendum designat. Littera غ vocali Fatha non adficitur.

4. *Neque arma mea exuo, quando strenui abhorrent (a pugna) neque sagittis pugno.*

Voce ثيابى (vestes meas) arma significantur. Per metonymiam arma vestes et panni appellantur, quemadmodum Hodsailita (poeta) dixit: (metr. Thawil) V a e m a t r i (v i r i) a r m o r u m[5]), q u a e S c h a h l u s s u p e r g l a r e a m t r a x i t. A r m a h o n o r a t a e r a n t, q u a e i s t h i c p e r i b a n t. Hoc in loco vox بز arma designat et Schahl cognomen poetae Taabbatha-Scharran erat. Hic viri e gente Hodsail ab ipso occisi quum arma cepisset, loricam, quam induisset, ob brevem corporis staturam per terram traxit. Haec est causa cur dixerit »Traxit Schahlus super glaream.« Quidam dixit, poetam voce بز gladium voluisse, quod ad eundem sensum redit, ut, quum brevis statura esset, gladium, quem cinxisset, baltheo nimis longo, per terram traheret. Verbis هر الكماة »loricis tectos abhorruisse« significat. Refertur quoque in versu اذا هز الكماة »quum gladios in evaginando movent.« Verba لا ارامى loco accusativi sunt tanquam statum describentia i. e. non facio nisi iactu certans. Voce مراماة (iactu certare) adversarios (eminus) repelli significat. Licet quoque admittere, eum utramque rem negasse i. e. ego vestes meas non exuo, ut me leviorem reddam in retrovertendo (leg. فى التولى) et fugiendo, dum loricis tecti abhorrent[6]). Dixerunt quoque, sensum esse: arma, quibus hostem impugno, turpi

---

1) Conf. libr. m. Selecta ex historia Halebi app. et Abulf. Ann. T. I. app. Voci حكت in codice حطت superscriptum est.

2) De expeditione Mohammedis contra Meccam conferas Abulf. Ann. T. I. p. 142 sqq.

3) Hunc sensum quoque poeta expressit dicens: ويبتذل النفس المصونة نفسه اذا ما راى حقا عليه ابتذالها »Animam custoditam, animam suam periculo exponit, quotiescunque eius exponendae officium ipsi adesse videtur. (Metrum Thawil est.).

4) Loco vocis لا in Mersukii codice ما legitur.

5) Ante vocem بز supplendum puto ذى.

6) Scholion Mersukii, ex quo haec desumta sunt, detruncatum est. Ut sensus perfectus esset, sequentia addenda

agendi ratione non consistunt, ut vestes exuam, quae stultorum est. Alius intelligendi modus est: Ego vestes meas non exuo, quum eas spoliare volunt; sed dimicans eas defendo, et quum belli vestes induo, iaculor.

5. *Sed equus* [1]) *ad incursiones hostiles* [2]) *me portat gladio secante armatum.*

Vox عضب abscindere et impedire significat. Tum سيف عضب »gladius secans«, quemadmodum loco vocis ضايف dicitur ضيف (hospes). Grammaticus Chalil dixit, gladium حسام appellari, quod hostem a persequenda hostilitate retineat. Vox بالعضب est pro ومعى العضب (et mecum gladius est), quae verba statum designant.

XXIII.

Dixit Ebn-Sajjabah [3]) Taimita.

Nomen Sajjabah ad nomen proprium designandum inventum est cum forma فعّالة aut فيعالة aut فوعالة a voce الازيب, qua alacritas significatur, derivanda. Nomen تيم (forma فَعْل) a verbis تيّمه الحب »amor eum subegit« derivatum est. Dicitur quoque تامه. Dixit poeta: (metr. Basith) C o r m e u m l o c o D s a t - A l d j i s a h t e n u i b u s o s s i b u s p r a e d i t a s u b e g i t, q u a e t r a n s i i t t e m p l a l o c o D s a t - A l a h d s h a h [4]) p e t e n s. Inde تيم اللات i. e. »Servus Allatae« nomen. Inde quoque dicunt طريق معبد (via subacta, calcata) [5]). Dixit grammaticus Abu-l'Ahla: Verbum vocis زيابة in usu non est; sed dicunt رجل ازيب (vir spurius) et ventus الازيب dicitur, quem alii Austrum, alii Zephyrum esse dicunt. Dixit Abu-Rijasch: Hic eques equi Midjlas appellati est, sc. Ahmru b. Loajj Taimita. Vox لأى cunctationem designat et مجلز a radice جلز (firmiter torsit) provenit. Vox جلز quoque capulum scuticae et inferiorem partem cuspidis designat. Dixit (poeta) Abu-Sobaid [6]) (metr. Monsarih) M e a m r e m l a u d a v i e t t u a m r e m v i t u p e r a v i, q u u m i n f e r i o r p a r s c u s p i d i s s p i r i t u m r e t i n e r e t. Omnia illa ad verbum جلز (firmiter torsit) redeunt.

---

fuerunt: ولا ارامى ايضا يعنى الرمى بالنبال ولكن اتلقى الشر واصدمه بنفسى ويشهد لهذا اول البيت التالى له وانما قال ذلك لان المراماة تكون من بعد فتخطى وتصيب وعند المكافحة تثكل الامهات »Et sagittis quoque non pugno (significat pugnam, quae sagittis fit); sed malo ipse obviam eo idque repello. Huic initium versus sequentis testimonio est. Sed hisce verbis usus est, quod pugna sagittis eminus fit et sagittae modo aberrant, modo scopum tangunt, sed pugna, quae cominus gladiis fit, matres orbatas reddit.«

1) Voce مهر, quae pullum equi designat, pro فرس adhibuit; nam pullis equorum non vehuntur.

2) Voci الغارات in codice Tebrisii vox الغايات »fines, termini« superscripta est.

3) In Mersukii opere زبابة Sabbabah est. Poeta ante tempus Islami vixit, nam vir contra quem versus dicti sunt, Alharitsus b. Hammam (conf. p. ٩٥) tempore Kaisi b. Sohair vixit. c o n f. Ham. p. ٢٤٩.

4) Dsat-Alahdsbah loci nomen esse, in Kamuso adnotatum invenimus, de loco Dsat-Aldjisah nil habeo.

5) Mirum est, quod طريق معبد adnotavit. Ad explicandam vocem تيم nil facere videtur. Si طريق متيم dixisset, clarius fuisset; sed num ita dicatur, dubito.

6) Est Thajjita, cuius versus Meidan. C. 23, 379. 24, 288. occurrunt c o n f. Herbelot. T. I. p. 62.

1. Nuntio certior factus sum, Ahmruum caput somno vinctum habentem avunculis suis minitari [1]).

Secunda species metri Sarih appellati. Homoioteleuton متدارك est ita tamen constitutum, ut litteram homoioteleuton constituentem (Lam) littera Ha et post hanc littera Waw sequatur. Vox نبيت idem quod خبرت (nuntium accepi) est. Vox نبأ eandem quam خبر (nuntii) significationem habet, nisi quod cum illa (نبا) magnitudinis significatio coniuncta est. Verba غارزا راسه immittentem caput [2]) designant et inde غرز بالابر (acu punxit) dicitur. Verborum sensus est: in errore suo (lego ضلاله) perseverans, pertinax in eo, ut inde non **(p. 62.)** dimoveatur. Quam autem rem in altera firmiter locasti, eam in eandem infixisti (غرزته). Dicitur igitur: غرزت رجلى فى الغرز »pedem meum in stapedem infixi« et simul اغترزت (equitavi). Locusta dicitur غرزت i. e. caudam suam in terram infixit, ut ova poneret. Verbum رزت idem significat. Inde oculus ferreus portae رزة, quo pessulus excipitur, derivatus est. Poeta istis verbis غارزا راسه metonymice usus est ad ignorantiam significandam et neglectionem earum rerum, quae illi aut ab ipso praestandae aut ipsi debitae diligentius considerandae fuissent. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, verba غارزا راسه ad metaphorae sensum esse dicta, quemadmodum in sequentibus: غرز فلان ذنبه فى موضع كذا »Infixit quidam caudem suam in locum talem« i. e. ibi substitit. Vox سنة vocis نعاس (somnolentiae) significationem habet. Dicit: Hic vir tanquam somnolentus est, ut eius mens corrupta sit. Minatur igitur ei, cui minari non decet. Haec loquendi ratio ei similis est, qua viro socordi aut erranti: tu dormis! dicitur. Legitur quoque in versu فى سنة cum vocali Fatha i. e. anno sterili. Arabes annum sterilem سنة appellant. Hanc ob causam, si gens anno sterili affecta est, اسنت dicunt. Littera ت in hac voce ex eorum sententia e littera Waw mutata orta est, quae in voce سنوات (anni) apparet. Dixit poeta: (metr. Camel) Ahmruus genti suae panem in scutellam fregit, dum Meccae viri anno sterili premebantur et macilenti erant et poeta Alschanfara (ante Mohammedem vivens) dixit: (metr. Thawil) Pernoctavimus, quasi domus supra nos circumdata esset herbis odoratis vesperâ large rigatis pluvia roreque, herbis odoratis ex floribus Haljae (plantae), quae floruit, quibus odor gratus est, quas nil sterile circumdat. Dixit grammaticus Mersuki [3]): Verbum نَبَّأَ et أَنْبَأَ ex eorum numero est, quibus tria obiecta sunt. Vox عمرا casum accusativum obtinuit tanquam obiectum secundum, et غارزا tanquam obiectum tertium. Vocis راسه accusativus autem e voce غارزا pendet. Vox سِنة socordiam significat [4]). Vox autem initium somni in oculis oriens, dum nondum firmus est, designat. Hanc vocis significationem esse, poetae verba indicant: (metr. Camel) Somnolentus, quem propensio in somnum

---

1) Husce versus magni non facio, quippe singuli neque bene cohaereant neque sensu praestent.

2) In Tebrisii codice voci راسه vox لا superscripta significare videtur, vocem delendam esse. Vox in Mersukii codice deest.

3) Quamquam scholiastes longe maiorem scholiorum Mersukii partem verbotenus paene excerpsit, raro tamen eum auctorem appellat.

4) Mersukius adnotavit, vocem سنة et de superbia intelligi posse.

tetigit. Somnus oculos turbavit; sed dormiens non est. In Corano (Sur. 2, 256) utraque vox distincta est verbis: »Eum neque somnolentia neque somnus occupat«. Verbum est وسن cum futuro يَوْسَن et nomine actionis وَسَن. Vox يوعد, quum statum describat, locum accusativi tenet. Vocem غرز latiore significatione adhibuerunt dicentes: اغترز فلان فى ركاب القول »Quidam in stapede sermonis pedem posuit«.

2. *Sed ita comparatus est, ut nemo confidat eum facturum esse, quod dixerit.*

Id est: Illam rem ab Ahmruo prodituram esse haud certum putatur, nempe eum acturum esse, quod dixit. Haec verba deridendo sunt. Verba ان يفعل casus nominativi locum tenent tanquam appositio verborum وتلك منه. Dicunt sensum esse, eius dictis neminem fidem habiturum esse, quoniam minis satisfacere haud valeat.

3. *Lanceâ manum meam non impleo et decidens ex equo stragulum non sequor.*

Se artis equestris peritum describit [1]) ac pugnantem lanceâ aliisque armis. Quod si vir nulla arma praeter lanceam tractat, est ac si ea manum impleat eam omnino occupans. Dicunt verborum sensum esse, eum raptim ea confodere, ut alius poeta dixit: (metr. Thawil) Solers dum digiti meam lanceam vertunt» [2]). Prior interpretandi modus praestat. Interdum Arabes raptim peractam confossionem probant. Dixit (poeta) Chidasch b. Sohair: (metr. Motakarib) Quoties raptim peracta confossio erat sicut effusio canalis, quae evacuata est in viam loci, ubi aqua confluit. Verborum واللبد لا اتبع تزواله sensus est: »Ego eques sum mei ipsius compos, ut stratum equi, quum decidat, non sequar, neque cum eo decidam [3])«, i. e. ego firmiter insideo equi dorso, neque, quod quaedam belli instrumenta mihi deficiunt, id mihi nocet, neque sellae contra equitis voluntatem mutatus situs.

4. *Loricam opibus non vendo; quilibet vir est locus, in quo ipsius opes depositae sunt.*

Id est: Lorica mea opum mearum pars est, quam in futurum usum recondo. Hoc ei simile est, quod alius (poeta) dixit: (metr. Thawil) Opes mihi non sunt praeter loricam firmam et album (gladium) ferro splendente confectum, politum. Admittere licet, eum verbis لا ابغى بها ثروة dicere voluisse, se eum non vendere, ut eius loco res accipiat, quibus dives fiat. Dicit: Cur eum vendam rebus, quae non durant et quas ego non conservo, ut res ingratas dépellam et gloriam durantem acquiram [4]). Verba كل امرئ مستودع ماله

---

1) Mersukius putat, in eo quod sibi summam artis equestris laudem tribuat, contemtum adversarii inesse posse. Versus autem sensu cum priore arcte connexus non est.

2) Hoc est, quemadmodum dicitur: اقبضه ولا اقبضه »extremis digitis eam capio, non totâ manu eam capio.«

3) Hunc sensum poeta Abu-l'Nedjm in sequentibus expressit: (metr. Redjes) ادرك عقلا والرهان عمله ثقف اعاليه وقار اسفله »Quum ad aetatem prudentiae pervenit, pignore certando occupatus fuit; eius superiores partes erant ingenium eiusque inferior pars pix.« Non puto vocem وقار gravitate vertendam esse. Ignobili comparatione usus poeta est significaturus, eum firmiter equo adhaerere.

4) Mersukius dixit, verbis versus non inesse praestantem sensum, nisi implicitis verbis adversarii agendi rationem indicaverit, quum in eo, quod in armis mercaturam non faciat, multae laudis causa non inveniatur. Sen-

duas interpretandi rationes patiuntur, quarum una est, cum loricam suam conservare, quum quilibet homo opes suas conservet; camelorum possessor camelos custodiat et sic ovium aliarumque rerum possessores res, quas possideant. Eam apud ipsum loco depositi esse, quod conservetur necesse sit. Altera autem est, poetam se consolari, quod opes non possideat, **(p. 65.)** dicentem, apud quemlibet virum opes, quas habeat, nonnisi depositas esse: i. e. opes ab eo reposci, quemadmodum depositum reposcatur. Sic alius (poeta) dixit: (metr. Thawil) Opes et familiae nil nisi deposita sunt et non potest non aliquando depositum reddi. Nil impedit, quominus vox ما in verbis ما له significationem vocis الذى habeat. Hac significatione admissa, verborum sensus est: Quilibet vir termino vitae suae eique, quod ei destinatum oppigneratus est; voce autem ما id significari potest, quod ex rebus mundanis comparatur. Legitur quoque in versu كل امرى مستودع ماله cum vocali Kesra litterae Dal, ut sensus sit: Quod vir colligit atque acquirit, adveniente decreto divino (tempore mortis) sine dubio alii relicturus est; cur igitur desiderio eius capior laudem mihi non acquirens? Legitur quoque in versu: والدرع لا ابغى بها نثرة. Voce نثرة quum lorica ampla designetur, sensus est: Mihi curta lorica sufficit[1]); sed fieri potest, ut sensus sit, eam commutare non cupio cum lorica magis defendente. Dicit: Ob fortitudinem animique roborem firmitatem praestantiamque loricae non curo.

5. *Tu, o Ahmrne, dum beneficia in alios conferre intermittis, servo comparandus es, qui camelos suos adligavit*[2]).

Grammaticus Ebn-Alsiccit[3]) dixit: Dicit: Tu servo similis es, qui uno loco, quo pastum ducat, contentus ad pratum dissitum camelos non agit. Alius quidam dixit, verba significare: Tu liberalitatem omisisti eaque honorem acquirere, ut neque tu aliis utilitatem adferas, neque ipse utilitatem petas sicut servus, qui camelos ligans dormit et quietem capit. Honor autem nonnisi molestia paratur. Hoc poetae Alhothaiah[4]) verbis simile est: (metr. Basith) Sine virtutes neque ad eas quaerendas proficiscere; sed sede, nam tu edis et vestitus es. Dixit quidam Alahnafo[5]): Non curo, utrum satyra perstringar an lauder; respondit ille quietem invenis, quando generosi fatigantur. Dicitur quoque: Quietem invenit, qui virtutes deponit (confer. proverbium Meid. 10, 59.). Alii dicunt, verborum sensum esse: Tu in avaritia tua et eo, quod opes tuas apud te retines, similis es servo, qui camelos suos ligavit, ut inde camelus non prodeat. Sic tu opes tuas

---

sum versus quoque esse posse, se praedae faciendae causa arma non comparare, ut verbis poetae Ahntarah sensus similis sit: (Moallakae versus 46) يخبرك من شهد الوقيعة اننى اغشى الوغى واعف عند المغنم »Qui pugnae interest, tibi nuntiabit, me in pugnam irruere et praeda abstinere.« (Metr. Camel est.)

1) Cum hoc legendi modo posteriori hemistichio sensus tribuatur hic necesse esse, cuilibet viro terminum vitae antea definitum esse, ad quem perveniat, Mersukius adnotavit.

2) Versus hic in Mersukii commentario desideratur; neque vero sensu cum praecedente bene cohaerere videtur.

3) Vir anno 244 v. 246 occisus est conf. Meidan. T. III. P. II. p. 208.

4) Poeta ante Islamum natus anno fugae 59 mortuus est conf. Meid. T. III. P. II. p. 276. et Citab-Alaghani.

5) Moahwijahi tempore vixit conf. Meid. T. III. P. II. p. 237. De mortis tempore dissentiunt. Anno 67 alii eum mortuum esse dicunt. Plura de viro vide Abulf. Ann. I, 412.

ligasti, ut nil inde prodeat. Hunc intelligendi modum grammaticus Alnamari commemoravit. Dixit autem Abu-Mohammedes Alahrabi: Hic proverbii[1]) locus est: Nozairus nescit, qui eam subegerit et qui in alto throno sedeat (Metrum Wafir est). Abu-l'Neda certiores nos fecit dicens, hunc versum antiquum vitio laborare; rectum vero esse: انى وحوّاء وترك الندى كالعبد ان قيد اجماله »Ego et equa mea Hawwa et liberalitatis omissio instar servi sumus, qui camelos suos ligavit«. Dicens vocem حوّاء equae eius nomen esse, verborum sensum sequentem adtulit: Ego quando incursionem hostilem super dorso equae Hawwa omitto et opibus potiri easque me visitantibus et rogantibus dispertire omitto, nulla cura mihi restat, quoniam maxima mea cura in iis rebus posita est et servo similis ero, cui, camelos satiatos quum ad quiescendum duxit et ligavit, nulla cura remanet. Dicit (poeta) noster: Cura mea in incursionibus, praeda facienda et dispertienda collocata est.

6. Iuravi, me occisos vestros sepulturum non esse, virum igitur eiusque vestimentum suffite![2])

Referunt, quendam ex eorum numero, quos poeta allocutus sit, sibi metuentem in pugna merdam excrevisse. Hunc verbis obliquis respicit poeta significaturus, inveniri in proelii campo prostratos, qui si odoribus haud imbuerentur, illius viri, quem innuit, facto similia fecerint. Hanc ob causam ignominia eos adfici. Alii dicunt, poetam virum, qui confossus merdam excreverit, vituperare, eumque dicere دخنوه, »odoribus eum suffite«, ut bonus eius odor sit; nam ego vestrorum occisum nullum nisi purum sepelio. Interdum autem confossus merdam excrevit eamque ob causam nonnisi esurientes dimicare solebant[3]). Vox سربال eandem, quam قميص, tunicae significationem habet, nec non loricae. Vox الايت idem est quod حلفت (iuravi) et vox الية iusiurandum designat.

XXIIII.

Dixit Alharits b. Hammam Schaibanita.

Vox حارث idem est quod كاسب (acquirens) et همام forma فعال a verbo هم cum futuro يهم est.

1. O Ebn-Sajjabe! si mihi occurris, inter pecora[4]) *dispersa mihi non occurres,*

Secunda species metri Sarih et homoioteleutem متدارك ita constitutum est, ut secunda littera ante homoioteleuton littera Alif sit; littera homoioteleuti autem non postrema vocis post se

1) In Meidanii opere non legitur conf. T. III. P. I. p. 152.

2) Mersukius se hunc versum in multis exemplaribus non invenisse eumque ab Abu-Tammamo non collectum putare dicit. Hic quoque versus, sicut prior, parum cum caeteris versibus sensu cohaeret. Versum autem ludibrio inservire et licet in verbis narratio esse videatur, tamen iusiurandum eum continere, idem Mersukius adnotavit.

3) Dedecori quoque ducebant, si e vulnere confossi aut cibus aut res alia prodiret. conf. Hamas. p. ٣١٩ l. 1 sq.

4) Hisce in versibus poeta sine dubio ob rem peractam gloriatur. In Mersukii commentario invenimus, vocem النعم feminini et masculini genus habere, sed masculini genus usitatius esse. Formam singularis maxime camelus significare, pluralem الازواج الثمانية. Hic loquendi modus e Corani loco Sur. 6, 144. derivatus ca-

litteram Ja habeat. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit: Dicit poeta: Ego non sum bene pascens inter media pecora, quae a dominis suis longe absunt. Vox enim عزب idem quod بعد significat; sed ego possessor equi lanceaeque sum, in hostium terram incursionem faciens et cum iis, qui mecum bellum volunt, bellum gerens.

2. Sed in equo glabro, currente me invenies, cuius pectus prostat sicut eques[1]).

Vocem ادب, hoc in loco novellam palmam a matre suo (radice) non separatam designare contenderunt. Admittere quoque licet, eum longitudinem colli equi significare idque (collum) in dorso vehenti ex adverso respondere, ut collum id sit, quod ante pectus promineat. Tum littera Caf in voce كالراكب cum verbo suo locum nominativi tenet. Nil vero impedit, quominus verbum pectori adscribatur, ut littera Caf casum accusativum obtineat. Vox برك et بِرْكة pectus designat, aliis vero medium pectoris. Est autem locus, ubi caro prominens ex utroque latere in superiore parte coniuncta est. Quae pectoris pars si magna est, in equo laudatur. Significare vult, id magnum esse, ut quasi praecedat. Voci استقدمت eadem significatio, quae voci تقدمت est, sicut voces استاخر et تاخر aequales sunt. Quidam dicit, sensum esse, pectus equi prominere, quomodo eques promineat. Sunt autem, qui dicant vocem كالراكب significare, id (pectus) prominere quasi vehens sit, non id, quo alius vehatur. Ex hoc poeta Abu-Tammam sensum deduxit dicens: (metr. Thawil) Homines, quum, in campum descendite! vocatur, pedites instar camelis vehentium conspicis. Proceram ipsis staturam describens tribuit. Admittere quoque licet, eum verbis مستقدم البركة كالراكب dicere voluisse, eum (equum) praecedere in pugnis sicut eques ipso insidens faciat, ob acrem animum audaciamque.

XXV.

Ebn-Sajjabah eodem metro usus ei respondit.

1. Eheu Sajjabam! quod Haritsus matutino tempore praeda potitus reversus est.

Abu-Hilalus dixit, Sajjabah patris nomen fuisse eumque dixisse: Eheu! patrem meum! quod Haritsum, qui matutino tempore in gentem meam incursione facta praeda onustus et haud vulneratus redit, occurrens ego non occidi. Dicere vult: heu me ipsum! sed patrem suo loco nominavit. Dicitur: صبّح الرجل القوم »Vir mane ad gentem pervenit« in secunda verbi forma, quomodo in Corani loco (Sur. 54, 38.) legitur: Et profecto! mane ad eos venit poena firmiter manens. Prima vero verbi forma adhibetur ad significandum, quendam potum matutinum alicui dedisse cum accusativo personae. Quod ad vocem الصابح attinet,

---

melos, boves, oves et capras designat. At vero in Hamasae loco p. ٦١٣ et ٧٣٣ et singulari النعم haec significatio tribuitur. Praeterea grammaticus Alferra in Djeuharii libro vocem nonnisi masculini genus habere, plurali انعام autem et masculini et feminini genus tribui dixit.

1) Vox وتلقنى cum phrasi consequente, quae coniunctionem أن sequitur, cohaeret. Haec futuri apocopati causa est. Vox أجرد Nunnationem nonnisi ob metrum accepit.

incursionem hostilem loco potus matutini (leg. صبوحا) posuit et tam forma verbi prima quam secunda de incursione facienda cum accusativo personae adhibetur. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, verba يا لهف زيابة similia esse verbis يا لهف امى »eheu! matrem meam!« quoniam Sajjabah matris nomen sit. Vocem الصابح eum designare, qui matutino tempore in gentem incursionem faciat. Quae autem attributa quum tempore diverso fere sequantur (non eodem tempore simul) coniunctionem Fa bene interposuit, quoniam qui incursionem facit matutinam, ante eum est, qui praedam facit, et praedam faciens ante redeuntem est. Particula autem ف probanda non est, si attributa illa in eadem descripta persona coniuncta reperiuntur. Sic non dicitur: عجبت من فلان الازرق العين فالاشم الانف فالشديد الساعد »admiratione cuiusdam adfectus sum, qui caeruleis oculis, naso elato et brachio robusto praeditus est«, nisi modo haud probando, quoniam attributa eius, qui caeruleos oculos, nasum elatum et robustum brachium habet in persona descripta coniuncta sunt [1]).

2. *Per Deum! Si ei, dum solus erat, occurrissem, gladios nostros victor reportasset.*

Id est: Si ei occurrissem, eum occidissem aut me occidisset, tum duos gladios victor reportasset. Hisce autem verbis strenuum se, parum mortem curantem, erga eum, qui cum ipso pugnat, iuste agentem describit. Hoc ei simile est, quod unus alteri in luctae certamine dicit: Si me prostraveris, unus nostrûm alterum prostravit. Hoc eodem modo dictum est, qui in Corani verbis (Sur. 34, 23.) observatur: »Nos aut vos, profecto! in recta via aut aperto errore versamur.« Poetam autem se ipsum Alharitso praestantiorem habere, verba sequentia ostendunt [2]).

(p. 67.) 3. *Ego Ebn-Sajjabah sum, quem si vocas, ad te veniet: opinio autem res mendacis est.*

Hic versus duos interpretandi modos patitur, quorum unus hic est: Si me vocas, veritatem verborum meorum cognosces; me igitur voca, ut a tua opinione libereris; putas enim, me nimis debilem esse, quam ut tibi occurram; opinio autem res mendacis est, quemadmodum dicitur: القيام بهذا الامر على فلان »huic rei praeesse cuiusdam res (officium) est.« Alter autem sequens est: Verba والظن على الكاذب [3]) significant, opinionem contra eum hostibus auxilio esse, quemadmodum dicitur: رايك عليك »consilium tuum contra te est« i. e. pravum consilium capis, ut quasi auxilio aliis contra te sit. Hoc significat: si me vocas putans te victurum esse, scias me victurum esse, ut opinio tua mendacio futura sit. Qui-

1) Mersukius adnotavit, versus verba deridendo et ludibrio inservire posse, ut virum rebus contrariis iis, quibus praeditus sit, descripserit; sed res narratas quoque re vera accidere potuisse. Hoc admisso res alteri prospère evenientes aegre fert, nempe quod incursionem fecerit, quod salvus redierit ad suos et praeda potitus sit.

2) In hoc metaphora usus factum gladiis adscribit. Quum gladius praestantissima armorum pars sit, hos peculiariter appellavit; sed omnia arma utriusque pugnantis significare vult.

3) Mersukius inter alios sequentem intelligendi modum adtulit: Verba والظن على الكاذب proverbiorum rationem sequi et sententia, quam poeta Lebidus protulerit, niti: واكذب النفس اذا حدثتها ان صدق النفس يزرى بالامل »Mentire animae, quum eam alloqueris, nam veracitas erga animam opem suspectam reddit!« (Metrum Ramal est) Sensum esse: Quilibet nostrûm animae suae mentitur, tum opinio contra eum est, cuius spes fallitur.

dam dixit, cum velle Haritsum mane in hostes incursionem facere et praeda onustum, haud vulneratum redire, dicens poetam eum audacem, vincentem et bonum successum habentem describere. Sic Namarita retulit. Abu-Mohammedes Alahrabi autem eum refellens dixit: Hic proverbio locus est: Podex tuus in fovea erravit (conf. Meidan. C. 7, 69.). Quomodo eius tanquam audacis, vincentis mentionem facere potuit, quum ei inimicissimus hostis esset. Sensus sic potius explicandus est. Verba: Eheu! matrem meam! quae Sajjabah est, eum protulisse, quod eum in quadam incursione hostili non assecutus esset et non occidisset aut captivum non fecisset. Nomen poetae Salamah b. Dsohl est cognomine Ebn-Sajjabah noti. Huic versui in eo, quod heu matrem! dicit et rem elapsam queritur poetae Nabeghah Dsobjanitae versus similis est: (metr. Camel) Heu, matrem meam! post captivitatem Djahwali familiaeque Ihrari, quod iis non occurro.

XXVI.
Dixit Alaschtar Nachäihta [1].

Vox الاشتر a verbo شتر العين (inversas s. diffissas palpebras habuit oculus) provenit, quae significatio nota est. Vox الاشتر eum designat, qui fissas palpebras habet. Hoc cognomine (poeta) appellatus est ob fissuram in unius oculi palpebra. Vox نخع nomen inventum est, non desumtum, articulo anteposito ad nomen proprium designandum. Provenit a verbo انتخع الرجل عن ارضه (vir a terra sua longe remotus fuit) cum nomine actionis انتخاع. Hic vir النخع appellatus auctor gentis Arabicae [2]) fuit.

1. Opes meas conservem et a generosa agendi ratione abhorream et hospites meos austero vultu excipiam!

Species secunda metri Camel appellati et homoioteleuton متواتر ita constitutum est, ut simul مردف, مطلق et موصول sit [3]). Abu-Hilalus dixit, virum Alaschtar cognominatum esse Malec b. Alharits b. Ahbd-Jaghuts b. Maslemah b. Alharits b. Djadsimah. Inter poetas alterum Alaschtar appellatum esse, filium Ahmiri ad gentem Banu-Auhf b. Wallad pertinentem, quae pars gentis Taim-Allat erat (pro بن تيم اللات legas من تيم اللات). Esse quoque virum Alaschtar Alhammami Alasdi appellatum e familia Banu-Hamamah gentis Asd-Ohmani. Ahlijjus, cui Deus faveat, quum Alaschtarum, cuius nomen Malec est, in Aegyptum praefectum misisset, Moahwijahus ad Djanestanum, qui in via eius degebat, scripsit, ut eum veneno dato

1) Poeta tempore sociorum Mohammedis vixit, cum Abbd-Allaho b. Sobair pugnavit et anno 38 veneno necatus est. conf. Meid. T. III. P. 2. p. 241.

2) Gens originis Iemanensis est, cuius auctor nomen habuit: Ebn-Ahmru b. Ohlah b. Djahd b. Malec b. Odad. Kam.

3) Littera principalis, qua homoioteleuton constituitur, littera Sin est. Littera Waw, quae illam litteram antecedit, ردف, et huius litterae causa homoioteleuton مردف appellatur. Quod si vero littera homoioteleuti principalis Djesma non adfecta (مقيد) sequente vocali pronunciatur, homoioteleuton مطلق adpellatum est. Littera autem subsequens, etsi nonnisi vocali, ut in nostris versibus, apparet, وصل et homoioteleuton, huius litterae causa موصول appellatur conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 313. 311. 315.

necaret [1]). Abu-l'Ahla dixit, maxime convenire in verbis بقيت وفرى voci وفر opum significationem. Hanc vocis in lingua vulgarem esse significationem. Grammaticus Abu-Mohammed Aldimarti (conf. Meidan. T. III, P. 2. p. 202), vocem وفر hoc in loco crinem significare dixit; maior autem doctorum pars hoc negavit. Analogiae ratione habita crines وفر appellari licet, quippe qui in corpore abundantes (superflui) esse videantur. Arabes crines in capite, quum multi sunt, وفرة appellarunt. Quod si rectum est, hanc in versu significationem adhiberi, probandum non est, siquidem crinis in capite abundantia cum eo, quod quis a rebus magnis deflectit et vultu austero hospitem excipit, nullo modo cohaereat. Inter ea, quae de Mohammede aliisque probis maioribus relata sunt, eos crines suos aluisse legimus. Quod si quis dicit, poetam voce وفر crines significasse, quos a corpore removendos esse [2]) lex Sonnah appellata iubet, hoc minime convenit; verbis enim, quae sequuntur, contrarium est et ipsi Arabes tempore ante Mohammedem a re abhorrebant. Narrant, Bischrum b. Ahmru b. Martsed b. Sahd ben-Malec ipsum occidenti Asaditae dixisse: اجر لى سراويلى فانى لم استعن »femoralia mea demitte, nam pubem non rasi!«. Ii autem, qui grammatico Aldimarti in eo, quod voci وفر crinis significatio danda sit, assentiunt, grammaticum Alazmäih in dictatis suis de nominibus corporis voci وفر significationem crinis dedisse, dicunt. Narratum autem est, istum grammaticum quindecies istum librum dictasse, ita tamen, ut singula exemplaria aut omissis aut additis discreparent. Non igitur ab ista sententia, qua vox وفر crines copiosos capitis **(p. 68.)** designet, recedere licet. Vox عبوس austeritatem ob iram designat; tum latiore sensu vocem adhibentes dixerunt: يوم عبوس »dies austerus« i. e. gravis. Vilis جبْس عبْس dicitur. Versus autem iuramentis nobilibus accensendus est, quamquam narrandi formam habet. In verbis invocatio inest, unde iusiurandum provenit [3]). Id est: Opes meas conservem (profecto conservabo) eas non erogans in comparanda gloria et excelsa dignitate.

2. Si contra Ebn-Harbum impetum hostilem non faciam, quo aliquando vita adimitur.

Sibi id, quod ipsi dedecori futurum sit, optat, si contra Ebn-Harbum, quo nomine Moahwijahum b. Sofjan significat, varias ad incursionem cohortes ducturus non sit. Sensus hic e verbis Abdijji b. Said [4]) derivatus est: (metr. Wafir) Si vos non poenitebit, Ahmruo privatus sim et vinum colatum fugiam et cantum; neque pudica die solitudinis apud me in lecto velum deponat, neque manus mea generosi equi habenas teneant (legas ولا ملكت) neque solis radios conspiciam. Vox شن cum punctis in incursione hostili, vox سن sine punctis in aqua (dispergenda) adhibetur. Tunc latiore sensu vox adhibita est, ut equites quoque voce غارة appellati sint, quoniam incursio ab iis proficisci solet. Verba لم تخل يوما accusativi locum tenent tanquam adiectivum vocis

1) Aschtarus anno 38 in oppido Colsum melle venenato e medo tollebatur. conf. Abulf. Ann. T. I. p. 326. Meid. I, 15.

2) Conf. l'Alcoran de Mahomet etc. par du Ryer T. I. p. 214.

3) Vult dicere formam verbi esse praeteriti, cui optativi sensus sit. Cum hoc vero iurisiurandi sensum cohaerere.

4) Poeta ab Alnohmanu occidebatur. Meid. T. III. P. 2. p. 231.

غارة i. e. equites, quorum consuetudo talis fuit. Vox نهاب aut nomen actionis a tertia verbi forma derivandum aut pluralis vocis نهب esse potest. Phrasis consequens verborum ان لم اشن in verbis antecedentibus quaerenda est.

3. Cum equis instar daemonum, tenuibus, qui albos (nobiles), torvis oculis intuentes, in pugna portant.

Vox شزب graciles designat et شوس pluralis vocis اشوس est. Dicitur شاس cum futuro يشوس et شوس cum futuro يَشْوَس, quum in eius (viri) vultu aut ira aut superbia cognoscitur. Voci خيلا casus accusativus datus est tanquam appositioni vocis غارة. Equos autem, quum graciles celeresque cursu sint, cum daemonum specie سعالى appellata comparavit. Voce سعالى autem daemones (غيلان), ut alii dicunt, filiae daemonum significantur (conf. p. 24. adn. 3). Vox شزبا casum accusativum habet tanquam adiectivum vocis خيلا, quoniam vox كامثال quoque adiectivi locum tenet. Admitti quoque potest, vocem شزبا statum (حال) pronominis, qui vocibus كامثال السعالى inest[1]), designare. Verba تعدو بيض quoque adiectivi loco sunt aut cum voce شزبا aut cum priore voce cohaerentis. Et quum verba singula et phrases in describendo coniunguntur, ita ea disponi praestat, ut singula phrasibus anteponantur. Hic ordo in versu observatur. Arabes albedine generositatem metonymice designant, quasi ea puritas dignitatis significetur. Sic verba poetae: (metr. Basith) Mater tua alba e gente Kodhaah (conf. p. ٩٧٣ v. 3.). Verbis بيض الوجوه (albis faciebus praediti) significare volunt, eos nil fecisse, cuius mentione facta ob dedecus color mutaretur. Contrario sensu dixerunt: Facies eorum instar carbonum sunt et سود الوجوه »Nigri facie« [2]). Licet putare, eum albis celebres designasse aut eorum in bello colores non obscurari significare voluisse. Vox كريهة, quae littera ة accedente, inter nomina relata est, de temporis casibus adhibetur. Potest, si tibi videtur, adverbii temporis locum occupare, aut ad sensum generositatis, qui voci بيض inest aut ad vocem شوس referendi. Generositas in casibus temporis puritas animae est remota a rebus, quae dedecus adferunt.

4. Super quibus ferrum (loricae) ferret, splendens sicut fulgur aut radii solis.

Verba شعاع الشمس dispersam solis lucem significant. Dicitur اشعت الشمس (radios emisit sol). Voci شمس (soli) pluralem dedit, quod variis locis oritur. Abu-Hilalus dixit, ferrum politum, sole in ipsum cadente, etsi calidum non sit, splendere; sed haud politum etsi calidum sit, non splendere. Verba igitur poetae: ferrum calidum est [3]) et tum splendor in eo fit, prava sunt sensu carentia.

---

1) Verba كامثال السعالى sunt pro تشابه السعالى. In tertia igitur persona verbi pronomen est, cuius statum vox شزبا describit.

2) Huic sententiae confirmandae locus Corani Sur. 3, 102. inservit.

3) Loricas fervere dicit ob longum temporis spatium, quo in corporibus sint, et ardorem pugnantium. Cum hoc igitur splendor earum non cohaeret. Splendore loricarum significare vult, eos esse bene armatos et heroes, qui in armis suis curam diligentiamque adhibuerint.

XXVII.

Dixit Mahdan b. Djawwas Cendita.

Carmen etiam ad virum Hodjajjah b. Almodharrab Alsacuni (dum littera ح ante litteram ج enunciatur) refertur, qui cognomen Abu-Hauth gerit. Poeta tempore ante Mohammedis aetatem vixit (conf. p. ٧ l. 12), eques strenuus, confoederatus gentis Banu-Abi-Rabiah b. Dsohl b. Schaiban. Dixit grammaticus Abu-l'Fath: Mahdan nomen inventum est a radice معد cum **(p. 69.)** futuro يمعد (procul abiit). Grammaticus Abu-Ahla dixit: Vox معدان derivari potest a verbo معد (rapuit, abripuit). Dicitur: امتعد الذئب الشاة »Lupus ovem rapuit«. Dicitur معد الرجل »vir praedo factus est«, quae significatio ad illum sensum redit. Poeta metro Redjes usus dixit: Ei (iis) metuo gentem Thai et Asad, et duos fures, qui furantur et praedantur, neque Deum nisi dormientes cogitant. Derivari quoque potest vox معدان a voce معد, quae rem recentem, mollem designat. Et dicitur معد الدلو »situlam vehementer eduxit«. Poeta metro Redjes [1]) usus dixit: O Sahde! o fili operis, o Sahde! num camelorum tuorum agmen situlam vehementer extrahens aqua satiabis? Dicitur مَعَد cum nomine actionis مَعْد »celeriter ingressus fuit«. Haec omnia ad rapiendi significationem redeunt. Nonnulli contendunt, stomachum hominis (معدة) ob vehementiam suam nomine suo appellari, sed mihi (legas: وما اراها) ab uno illorum vocabulorum, quorum mentionem feci, nomen derivatum videtur. Vox جوّاس forma فعال a verbo جاس البلاد »in terras penetravit« cum futuro يجوس derivata est. In Corano (Sur. 17, 5) legitur فجاسو خلال الديار »et in medias domos penetrarunt«. Abu-Sammalus [2]) فحاسو legit. Grammaticus Abu-Said quum nil nisi جاسو legendum esse, dixisset, alter verba جاسو et حاسو idem esse respondit. Nomen جواس autem adiectivum translatum est, ut nomina شداد et غلاق. Dixit grammaticus Abu-l'Fath: vocem حاسو a حيس (miscere) derivatam puto, quasi calcans et subigens locum unam eius partem cum altera misceat. Sed derivari quoque potest a verbo حَوِس الرجل cum futuro يحوَس et nomine actionis حَوَس (strenuus fuit vir), dum vir احوس appellatur, nam qui strenuus est, res audacter aggreditur, eas nil timens suscipit et in eas se immittit, quocum alter sensus cohaeret. Admitti non potest, vocem حاسو alteram جاسو sequi tanquam sono et significatione similem. Nonne enim unam vocem ab altera separatam esse vides? Vox autem كندة nomen inventum cum forma فعْلة a verbo كند النعمة (ingratus fuit ob beneficium) derivatum est. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, nomen كندة a crassitudine et multitudine carnis desumtum esse. Viri كندة nomen عُفيْر Ohfair fuisse dicitur. Desumtum quoque a voce كَنود (ingratus in Deum, incredulus) esse potest. Grammaticus Abu-Rijaseh dixit, virum ad gentem Alsacun [3]) pertinere, quae familiae in gente Banu-Schaiban tanquam vicinae habitant.

---

1) Versus ad septimam speciem metri Sarih potius referendi sunt, quippe qui ad secundam metri Redjes referri non possint.

2) Abu-l'Sammal Kahnab, unus e septem lectoribus esse videtur, quorum auctoritate Corani legendi et pronuntiandi modus nititur Kam.

3) Gens est ad Iemaneuses pertinens Dj.

1. Si ita se habet id, quod de me tibi delatum est, amicus meus me vituperet et digiti manus meae aridi fiunt[1]*)!*

Species secunda metri Thawil et homoioteleuton متدارك ita constitutum est, ut littera homoioteleuti cum vocali enuncietur sequente (مطلق) et sequentem vocalem seu litteram و habeat (موصول) et antecedentem ا, cui rei ab artis metricae peritis تاسيس nomen datum est. (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 312). Primus versus initio syllabâ destitutus est, quae res مخروم nomen habet (ibid. p. 88). Voce صديقي plures amicos, unum designare non vult. Verba sunt narrantis, quae sensum invocandi habent, dum (poeta) iusiurandum dare vult[2]). Nominativi locum occupat tanquam praedicatum subiecti omissi, ac si فذا لامني »et ego me vituperet!« dixerit. Particula ف cum vocibus coniunctis phrasin consequentem coniunctionis إن (si) efficiunt. Sensus est: Si, quod de me ad te delatum est, verum est, res peragam, quae vituperatione amicorum dignae sunt; digiti autem mei laxi (aridi) sint! Digitos autem peculiariter nominavit, quoniam maxima commodi pars ab iis provenit. Quod si vero quis interrogat, quomodo iusiurandum in conditione bene adhiberi potuerit, respondeas, sermonem hunc refutare res ipsi obiectas easque negare. Iusiurandum autem negationem eius, quod affirmatum sit, in se comprehendere, quae res sermonis sententiâ indicetur. Verbum كان in vocibus إن كان, quod grammatici perfectum (i. e. significationem exsistendi habens conf. Gr. Ar. T. II. p. 58) appellarunt, esse potest, non imperfectum (ibid. p. 57), ut subiectum ei sufficiat, et sequens praedicatum حقا non suppleatur[3]). Sensus est: Si res, quae ad te de me delatae sunt, accidentes existunt. Sin vero verbi imperfecti locum occupat, praedicatum supplendum est, quod tum sermone tum statu indicatur. Praedicatum autem in phrasi nominali (ut ita dicam) ex subiecto et praedicato constante omitti solet. Ut igitur praedicatum in tali phrasi abiicitur, sic hoc in loco omittitur. Verbi شلت nomen actionis شَلَل formae فَعَل est; vox شُلّ cum eadem significatione adhiberi non potest. Dicitur: شَللت يا يَدُ »Arida sis, o manus!«; nomen actionis verbi فعل (intransitivi) est فَعَل cum significatione intransitiva. Nomen actionis شَلّ propellendi significationem habet. Dicitur شللت (propulisti) cum vocali Fatha.

2. Et ego solus Mondsirum panno funereo involvam et Hautho occisor e hostium meorum numero occurrat!

Vox وحدى tanquam nomen actionis casum accusativum habet, loco vocis تَوحُّد posita. Grammatici quoque reperiuntur, qui, etsi illa vox coniuncto pronomine definita sit, status (حال) locum eam tenere dicant. Grammaticus Abu-Saihd (conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 203) dixit, eam ex sententia Chalili et Sibawaihii casum accusativum tanquam status (حال) habere. Nomen esse positum loco nominis actionis, quod statum describat. Nomen actionis autem, cuius lo-

1) Hisce versibus poeta vituperationem repellere studet. Mersukius adnotavit, hosce versus in Hamasae capite nonnisi eam ob causam locum obtinuisse, quod tam verbis quam sensu durities saevusque animus manifestetur.

2) Significare vult, verborum لامني et شلت formam praeteriti et optativi sensum habere conf. p. ١٣ vers. غدت.

3) Vox حقا, si suppletur, praedicatum verbi كان, quod a grammaticis imperfectum appellatur, esset.

cum hoc nomen occupet, loco nominis positum esse, quod proprie statum حال describat. Nam si quis dicit مررت بزيد وَحْدَهُ, verba idem valent, quam verba مررت بزيد افرادا له بمروری, **(p. 70.)** quod idem est quam افردته بالمرور افرادا. Haec autem verba sensum verborum: مررت بزيد مفردا له انا بالمرور offerunt. Invoce اعادیّ vocalem Fatha adhibuit poeta, quod levis est et littera ی pronominis, quum vocali mota sit, sic proprie enunciari debet. Hunc modum sequens dicis: هاؤلاء بنيّ et مُعْطيّ. Vox اعادی, forma افاعل, cum pronomine coniuncta esse potest; nec non forma افاعيل, ut vox انابيب cum enunciatione lenita, quemadmodum vox اثاف lenita est, postea pronomine addito. Admitti quoque potest, eum pronomen additurum, ob trium litterarum ی concursum, unam formae افاعيل abiecisse. Verborum وكفنت وحدی منذرا sensus est: peregrinus sim adiutorem non inveniens. Verba autem فی ردايه significant, cum pannum funereum non invenire. Namarita dixit, Mondsir filii nomen, Hauth fratris esse. Abu-Mohammedes Alahrabi eum refellens dixit: Hic proverbii locus est: Quum Hauranam[1]) e terra Ahlidji[2]) pervenit, vos duo ei dicite, haec via non est[3]). Ahbd-Allahus hic triplici ratione erravit. Una est, quod versum Mahdano b. Djawwas adscripsit, cuius auctor Hodjajjahus b. Almodharrab est; altera, quod Mondsirum filium dixit et tertia, quod Hauth fratrem esse contendit, nam Mondsirus frater est, nempe Mondsir b. Almodharrab et Hauth filius, a quo Hodjajjahus cognomen accepit. In hunc Mahdanus b. Djawwas sequentem versum dixit: (metr. Thawil) Ab Abu-Hautho Hodjajjaho poesin haereditate accepi et mihi poesin Alsacuni Almodharrabus tanquam haeredi dedit. Hic autem versus cum rebus gestis cohaeret, quarum cognitio ad sitim intelligendi sensus, qui versui inest, extinguendam necessaria est. Causa versus haec erat: Rex Alnohman b. Almondsir in ditionem gentis Banu-Tamim incursionem fecerat. Gens rei certior facta cavit. Ille autem gentem Becr b. Wajel et cohortem Alzanajih appellatam[4]) ex Arabibus compositam secum duxerat. Eum quoque inter alios Hodjajjahus b. Almodharrab comitabatur, cuius soror Fokaihah, filia Almodharrabi, Dhamraho b. Dhamrah nupta mater Harrijji erat. Gens Banu-Tamim quum de adventu Alnohmani b. Almondsir certior facta sibi caveret, eum in fugam coniecerunt. Alnohmanus autem Hodjajjahum ob id, quod gens monita esset, suspectum habebat. Hanc suspicionem respiciens dixit: Si verum, quod ad te de me delatum est, amici mei me vituperent et digiti manuum mearum aridi sint! et sequentia.

XXVIII.
Dixit Sofar b. Alharits b. Moahs[5])

b. Jasid b. Ahmru b. Alzaihk b. Chowailid b. Nofail b. Ahmru b. Cilab die pugnae Mardj-

1) Hauran est nomen aquae in regione Nedjd et locus in deserto Alsamawah Kam.

2) Est locus in deserto ubi arena est Dj.

3) Versus metri Thawil est, qui inter proverbia a Meidanio collecta non reperitur. Id vero T. III. Nr. 3155. recepi. De Sacyus in codice pro هنالك legit كذلك; quod praeferendum videtur et sic in textu Tebrisii, nam vox هنالك tanquam alter legendi modus superscriptus est.

4) De cohortibus Nohmani conferas Meidan C. 2, 163.

5) Hoc carmen in Mersukii commentario post sequens Ahmiri b. Althufail positum legitur.

Rahith, qui locus in Syria est [1]), ubi feliciter pugnabant. Isto die Aldhahhakus b. Kais Fihrita occisus est. Vox زفر a voce زافر derivata indeclinabilis est, quod simul articulum habet et mutata altera voce derivata est (Gram. Ar. T. I. p. 405. 408.). Vocem autem, mutata altera voce formatam esse eo probatur, quod inter nomina generis non invenitur, quemadmodum voces صُرَد et نُغَر exsistunt. Quod vero ad versum (poetae [2])) (metr. Basith) attinet: Ab iniustitia eius vir generosus, dominus abhorret, Abu-Ahlijjus dixit: Si hoc nomine aliquem appellas, nomen declinatur, quoniam articulus cum eo coniungitur, quemadmodum voces صُرَد, جُرَذ, حُطَم et لُبَد, quum nomina propria fiunt, declinantur [3]). Grammaticus Abu-l'Ahla dixit: dicitur: زفر الشى (portavit rem) et onus زِفْر appellatur. Pluralis ازفار est. Dixit poeta Alkattal Cilabita: (metr. Basith) Longis cervicibus collorum praediti, odorem servarum non perceperunt, quum onera portantes vesperâ adveniunt. Vox زفر quoque forma فُعل a voce زفير (ruditus initium) derivata esse potest [4]). Nomen الحارث a radice حَرْث (acquirere) derivatum est. Primaria vocis significatio acquirendi est, tum vomere terram diffindere حرث appellarunt, quoniam ad lucrum ducit. Et voce حَرْث sata appellarunt, quia arando fiunt. Sed voce الحرث in versu Kaisi ben-Alchathim [5]): (metr. Thawil) Quum ad locum Alharts descendissemus, dux noster dixit: Vinum nobis interdictum est, quamdiu non pugnavimus, alii, locum apud Medinam, alii locum planum significari dicunt. Hic fortasse hoc nomine appellatus est, quia in eo aratur. Nomen معاز a duritie desumtum est, e qua vox الامعز terra dura derivatur. Voce يزيد, quod verbum est (auget), nominatus est vir et vox خليد deminutivi forma est a خلّد derivata. Haec vox varias significationes habet. Dicitur خلد (diu mansit) et خلد الى الارض ut اخلد (in terra permansit). Dicitur quoque خلد (tarde senuit) cum futuro يخلد (Jachlid et Jachlod) et eadem cum significatione اخلد cum futuro يُخْلِد et participio مُخْلِد. Vir الصعق, cuius nomen عمرو aut خويلد fuisse dicitur, cognomen accepit, quod fulmine tactus esset. Alii hoc negantes dicunt, eum in capite ictum sonum magnum audire non potuisse. Vox نفيل deminutivum vocis نوفل pronunciatu lenito esse potest. Vox نوفل saepe dona dantem significat, aliis donum ipsum ut vox نافلة. Admittere quoque licet, deminutivum vocis نفَل (praeda),

1) Est locus in regione Ghuthah, in Orientali latere Damasci situs. Pugna erat anno 64. conf. Abulfed. Geogr. p. ٢٣٠ Meid. T. III. p. 600. Abulf. Ann. T. I. p. 404.

2) Ahschae nempe gentis Bahilah. cui عامر nomen est, tribuitur. Djeuh. Sic ibi legitur: قل اعشى باهلة اخو رغايب بعطيها ويسالها يابى الظلامة منه النوفل الزفر لانه يزدفر بالاموال فى الحمالات مطيقا لها قوله منه مؤكدة للكلام كما قل تعالى يغفر لكم من ذنوبكم والمعنى يابى الظلامة لانه النوفل الزفر.

3) Discrimen statuendum est. Si nomen proprium زُفَر a زافر derivatur, indeclinabilis est, sin vero a زُفْر provenit, declinabilis.

4) Videtur admittere, زُفَر ut فُعَل esse pluralem a زفير; sed pluralis فُعُل a فعيل derivatur.

5) Paulo ante Mohammedem vixisse videtur conf. Harir. p. ١١٣ et Citab-Alaghani.

(p. 71.) aut herbae cuiusdam odoratae nomen esse. Vox عمر aut a voce عمر (caro inter dentium radices), cuius pluralis عمور est, aut a voce عمر (vita) derivari potest. In versu poetae Ebn-Ahmari et una et altera significatio voci tribuitur: (metr. Camel) Iuventus abiit et dentium caro corrupta fuit et fratres mutati sunt tempusque. Quod si in versu voci عمر dentium carnis significatio tribuitur, voci اخلف significatio corrupti odoris convenit. Nil obstat, quin vox عمر a verbo عمرت الارض (incoluit terram) aut a voce عمر cum significatione inauris aut annuli inauris derivata sit. Vox كلاب pluralis vocis كلب (canis) esse potest, quemadmodum virum انمار (pardi) et اكلب (canes) appellarunt. Esse quoque potest nomen actionis a verbo كالب cum futuro يكالب et nomine actionis مكالبة et كلاب (infestus fuit et adversatus fuit).

1. *Omne album adipem esse putaveramus noctibus, quibus genti Djodsam et Himjar occurrimus.*

Species secunda metri Thawil appellati et homoioteleuton متدارك ita constitutum est, ut littera homoioteleuti vocalem post se habeat (مطلق), sed una littera ad homoioteleuton efficiendum sufficiat (conf. Darstellung d. Arab. Versk. p. 322.) littera ا ipsam sequente (ib. p. 315.)[1]). Dicit: Nos rem desiderabamus; eam autem contrariam nostrae opinioni invenimus. Hoc a proverbiali loquendi modo desumtum est. Non omnis res alba adeps est et huic similis ratio est: Non omnes res nigra dactylus est (conf. Meid. C. 24, 121.). Vir cui cognomen جذام erat, nomen Ahmru gerebat. Dicunt, eos hisce horrendis nominibus appellatos esse, ut hostibus tanquam malo omini essent. Appellati sunt nomine morbi جذام, irae غيظ, colocynthidis حنظلة, absinthii مرة aliisque huius generis. Vox جذام a radice جذم (amputare) derivata est. Dicitur: ما سمعت له جذمة ولا زجمة »Ne unum quidem verbum ab eo prolatum audivi« i. e. verbum, quod sonus in loquendo per eum abrumpitur. In versu legitur quoque صداء وحميرا. Vox صداء nomen est, quod a voce صدى (siti) aut voce صداء (rubigine ferri) derivari potest. Si a voce صدى (siti) derivatur, eius littera Hamza et littera ى orta est, sin a voce صداء (rubigine ferri), eius littera Hamza radicalis est. Himjari nomen Alahrandjadj erat. Eum sic appellatum dicunt, quod vestibus rubris uteretur. Vocis العرنجج, quum ut littera ن sic una littera ج addita sit, forma فعنلل est. Potest derivari aut a verbo عرج الرجل (vir modo claudi incessit) aut a verbo عرج (factus est claudus) aut a verbo عرج فى السلم (in scalam adscendit) aut a nomine عرج (agmen camelorum magnum), aut a nomine عرج (occasus solis). Gentes جذام et حمير Iemanenses sunt. Versus sensus est: nos homines aequales debilitate et timiditate putavimus, donec, quum gentibus Djodsam et Himjar occurreremus, roborem fortitudinemque invenimus.

2. *Sed quum arbores Nabah percussissemus, unam alteri, earum lignum frangi noluit.*

Vox نبع arborum durarum nomen in montibus crescentium est, e quarum ligno arcus conficiuntur. Inter proverbia sequens refertur: »Arborum نبع una alteram pulsat« (conf.

---

1) Littera Alif nonnisi metri homoioteleutique causa addita est, quippe littera Ra cum vocali Fatha littera Alif haud addita, versus finis esse non possit.

Meid. C. 25, 25.), quo proverbiali loquendi modo gentem suam et hostes suos designavit. Legendi modus est عيدانه ان تكسرا, ita ut pronomen ه ad vocem نبع redeat. Dixit grammaticus Abu-l'Ahla: Vir (sed Deus melius scit), gentem, quae cum eo pugnavit, significaturus sine dubio عيدانهم dixit, quia eorum constantiam testificatus est. Is autem primus non est, qui socios suos vituperavit, quemadmodum poeta Ahmru b. Mahdi-Carib dixit: (metr. Thawil) Si gentis meae lanceae ad loquendum me incitassent, locutus essem, sed lanceae linguam meam diffiderant. (conf. p. ٧٥. v. 3.) Phrasis consequens vocis لما (quum) verbum ابت (noluit) est. i. e. Quum viri se invicem percussissent, unusquisque eorum contra alterum firmiter stans timide non retrocessit, quasi arbores نبع essent, quae se invicem pulsantes non franguntur [1]).

3. *Et quum agmini Taghlebitarum occurrissemus, quod glabros equos ad mortem ducebat [2]), tenues.*

Significat gentem Taghleb b. Holwan b. Ihmran b. Alhaf b. Kodhaah, quoniam die pugnae Mardj-Rabeth genti Calb b. Wabarah b. Taghleb b. Holwan victoria erat. Genti Taghleb-Wajel (i. e. a Wajelo oriunda) locus hic non est. Phrasis consequens vocis لما (quum) postea in verbis سقيناهم sequitur. Necesse autem est, sequatur vocem quum phrasis consequens, quoniam temporis particula, unam rem sequentem propter alteram antecedentem accidere, indicat. Praepositio ل in voce للمنية aut cum verbo يقودون cohaerere potest aut cum voce **(p. 72.)** ضمرا i. e. graciles ob eam facti sunt [3]).

4. *Eis poculum porreximus, quale nobis bibendum dederant [4]); sed ii in morte ferenda patientiores erant.*

Eos victoriam reportasse testatur et eos constantes fuisse confitetur. Nonnulli verba: ولكنهم كانوا على الموت اصبر pravo modo interpretantur contendentes, eum significaturum esse, caedem in iis maiorem fuisse; sed hoc nihili est; quoniam rerum eventus omnibus noti sunt. Sofarus b Alharits quoque fugam verbis suis agnovit dicens: (metr. Thawil) Ostende mihi arma mea, ne pater tibi sit!, nam bellum semper duraturum esse puto. Me unquam hebetatum fuisse ante hanc fugam meam, qua socios meos post me relinquerem, nemo vidit (vult significare filium suum Waeih (leg. ابنه وكيعا) et clientem suum Miscan) vespera, qua in terra (vel apud locum Alzaihd [5]) (rem iis ingratam) peragebam (conf. p. ٣٣٣ v. 1.). dum omnes homines contra me, nullum pro me pugnantem conspiciebam. Num unus dies, si prave egi, bonos dies meos et pulchram fortitudinem meam auferet? et iam in vestigiis soli an-

1) Comparatio igitur duritie ligni illius, quod non facile frangitur, nititur.

2) Solebant Arabes in bellum proficiscentes, equos, quibus in pugna uterentur, ad cameli latus ducere, ne antea fatigarentur. Haec res voce يقودون significatur.

3) Quod si hoc admittis, consuetudinem, qua ante certamen, ut melius currerent, graciles reddi solebant, indicare videtur. conf. p. ٣٣٦.

4) Mors cum potu, qui porrigitur, comparata est. conf. Hamas. p. ٣٢٨ v. 3 et ٣٣١ v. 4. v. 5. et ٣٣٨ v. 4.

5) Dubito num vox الجعيد hoc in versu nomen proprium sit. Plurium locorum nomen est.

tea habitati herbae nascuntur; at vero animi aegritudo immutata manet. Vox اصبرا est pro اصبر منا »constantiores quam nos.« In forma comparativi, cuius sensus sequente praepositione من perfectus est, haec praepositio, quum praedicati locum tenet (non item si adiectivi locum tenet), omittitur. Ut enim praedicatum totum, quod quale sit indicatur, omitti potest, sic eius partem abiici licet.

XXVIIII.
Dixit Ahmir b. Althofail[1]).

Grammaticus Abu-l'Fath dixit: Vox طفيل deminutivum vocis طِفْل aut طَفْل (tener) esse potest. Esse autem deminutivum (تحقير i. e. quo contemtus significatur) vocis طفل cum vocali Fatha pronuntiandae, regulis magis conveniens est. Nonne vides, articulum in nomine proprio manere. Ex adiectivorum numero est ut voces الحارث et العباس et vox طفل cum Fatha adiectivum est, dum femininum طفلة formatur, sicuti vox صَعْب et صَعْبَة; sed vox طفل cum vocali Kesra non item valet tanquam adiectivum. In Corani verbis (Sur. 24, 31) »aut infantes, qui pudenda mulierum haud noverunt« vocem tanquam nomen generis adhibitam esse invenis. Nomina (nec vero adiectiva) potissimum hoc modo adhibentur, ut voces الشاة (ovis), الانسان (homo), الملك (angelus). Sic in Corano leguntur verba: (Sur. 89, 23.) »Et venit dominus tuus et angeli in ordines dispositi« et ibid. (Sur. 103, 2) »Homines in iactura sunt« et his similia. Interdum quoque adiectiva sic adhibentur, ut in verbis poetae: (metr. Sarih) Si, o Djomla, (جُمْل est pro جملة) avara es, aut ad malum inferendum properas aut mane inter proficiscentes, abeuntes versaris et in Corano (Sur. 25, 29) »Die quo iniusti manus suas mordent« et (Sur. 13, 42) »Et scient increduli, (sed in Corano est الكُفّار) cuinam successus domus sit«; sed omnia haec adiectiva nonnisi, postquam nominum verorum locum obtinuerant, hoc modo adhibita sunt et dixit poeta: (metr. Redjes) Super capitibus instar capitum volucrum[2]). Nil impedit, quominus deminutivum vocis طَفَل sit, quae postremam diei partem designat.

1. Repudio dimittaris, si non interrogas, qualis eques maritus tuus fuerit die, quo genti Zoda et Chatsahm[3]) occurreret.

Species secunda metri Thawil appellati, et homoioteleuton متدارك ita constitutum est, ut مطلق, مجرد et موصول sit. Vox طلقت duas interpretandi rationes patitur, unam, quae sensum invocationis (optativi), alteram, quae sensum narrandi offert, ut sensus sit: Repudium tuum propinquum sit aut propinquum est. Hoc ei simile est, quod homini, qui interitui imminet,

1) Mohammedis tempore vixit conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 234. Abulf. Ann. T. I. p. 100. Certamen, quod ei cum Ahlkamaho de honore erat, notum est. conf. Har. ٢٧٣.

2) Hoc ob vocem الطّاير adduxit, quae in hoc versu genus avium designat.

3) Quem diem pugnae respiciat, clarum non est. Die Alkara adpellato gens Chatsahm a gente Banu-Ahmir fugata est. conf. Meid. T. III. P. I. p. 571.

dicitur: Periisti, o tu! quum nondum periit i. e. propemodo periisti. Huius modi Maleci b. Auhf Alnazritae (conf. Tahsdibo-l'Asmäi p. ٥٣٩) verba sunt, quum exercitum Mohammedanorum vidisset, dicentis: »Gens Hawasin periit, et gens Hawasin post hunc diem non existet.« Voce حليل maritus appellatur, quoniam persona una alteri licita est. Alii dicunt, eum sic appellari, quoniam cum ea eodem loco commoretur. Hanc ob causam vicinam quoque حليلة appellarunt. Dixit poeta Aus b. Hadjar: (metr. Wafir) Ego non sum glabris vestibus indutus, qui hominibus dormientibus, vicinam amore implet. Nonnulli vocem خثعم a verbo تخثعم i. e. sanguine conspurcatus fuit, derivatam esse contendunt; narrant enim, eos in mactati cameli sanguinem manus immersisse foedus pangentes. Quidam dixit, quum camelum خثعم appellatum possiderent, cui impedimenta imponerentur, خثعم nomen eos accepisse.

2. Equum Dahladj contra eos instigabam, cuius, quotiescunque dolebat, quod lanceae decidebant, pectus fremitum edebat[1]).

Nomen equi sui دعلج a voce دعلجة, qua colorum in re commixtio significatur, desumtum est. Alii dicunt, vocem دعلجة saliendi modum gliris aut muris designare. Vox سلاح in verbis اذا ما اشتكى وقع السلاح تحمحما (et sic quoque legitur) omnis res est, qua hostis repellitur, sive gladius sive lancea sive alia res, tam masculini quam feminini generis. Dixit poeta: (metr. Camel) Vesperà instar fulgentium armorum est, interdiu instar dorcadis tempore matutino pluviae. Voce سلاح hoc in versu gladios vult. Et poeta Althirimmah[2]) dixit: (metr. Thawil) Arma (gladios) vibrat, quae non hebetia haereditate accepit, dum iis radices inferiorum axillarum eius diffindit. Rectum autem est, quod vox لبانه casum nominativum accipit, ita ut per metaphoram pectori, quoniam locus confossionis est, factum tribuatur. Sunt quidam, qui in voce casum accusativum legant; sed nominativus pulchrior est. Abu-Hilalus dixit: Qui casum accusativum admittit, hinnitum equo; qui nominativum ponit, pectori adscribit; versus autem utroque modo vitiosus est. Vitium, si casum accusativum ponis, eo consistit, quod dicens اكر (instigo) pectoris mentionem omittere potest, quoniam instigans totum corpus instigat, ut pectoris mentio necessaria non sit, sin vero casum nominativum admittis, vitium in eo quaerendum est, quod fremitus pectori tributus equo magis convenit. Abu-Mohammedes Alahrabi dixit, hic proverbium adhibendum esse: »Quum primum cuiuslibet rei corrumpis, postremae eius partes non possunt non contorqueri[3]).« Rectum est: Ego equum Dahladj contra eos impello et instigo, in quem quum lanceas vi adigunt, hinnit. Versus est Ahbd-Ahmrui b. Schoraih b. Alahwaz b. Djahfar b. Cilab equitis Dahladji, quem die pugnae loci Faif-Alrih (conf. Meid. tom. III,

1) Sensum posterioris partis poeta Ahntarah verbis pulchre expressit: (metr. Camel) فازور من وقع القنا بلبانه وشكا الي بعبرة وتحمحم »Declinatus est, quod lanceae in eius pectus decidebant et lacrymis fremituque mihi questus est.« (conf. Antara Moall. v. 69.)

2) Tempore Islami vivens conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 318.)

3) In Meidanii opere proverbium hoc, cui metrum Wafir est, non legitur. Ego vero hoc recepi conf. T. III. P. 1. Nro. 2331. De fune comparatio desumta esse videtur.

p. 574.) dixit; Ahmiri b. Althofail non est. Ad sententiam suam probandam verba Marwani b. Sorakah Djahfaritae recitavit: (metr. Sarih) Et Ahbd-Ahmruus stare denegaverat et Dahladjum (equum) audacter in hostem adegerat; si is non fuisset, qui rem molestam iis imponeret (leg. اجشمهم), gens Medshidj, ut struthiones (fugaces) essent (conf, Meid. 13, 137.), effecisset.

XXX.

Dixit Ahmru b. Mahdi Carib Sobaidita[1].

Vocis عمرو explicandae ratio praecessit. Vox معدى simili modo, quam معدان derivari potest; sed accedit, ut a voce عدوان, mutata littera و in litteram ى, cum forma مفعل aut مفعول derivetur. Haretsita dixit: (metr. Thawil) Coniux mea Molaicah scit, me esse leonem, in quem impetus fiat et qui impetum faciat. Tum littera ى Teschdidum ob nominis longitudinem amisit, siquidem cum sequente nomine in unum coniungatur. Vox كرب a voce كرب, quae summam tristitiam designat, derivari potest aut a verbo كرب eandem significationem, quam قارب (propinquus fuit) habente aut a verbo اكرب الدلو (situlam fune كرب appellato super ligna العراقى appellata ligavit). Grammaticus Abu-l'Fath dixit, Abu-l'Ahbbasum Ahmed b. Iahja vocem معدى كرب ita explicasse, ut eum significet, ad quem moeror transierit eumque reliquerit. Vocem raram formam habere iam monuimus, siquidem eius tertia littera radicali infirma (و), forma مفعل sit, dum مفعَل modo, quo voces مَدْعى (locus, quo convocatum est) et مشتى (hiberna) formatae sunt, esse debuit. Hac autem in re, dum formae rarae sunt, ei vox مأوى (camelorum statio) similis est. Grammaticus Alferra opinatus est, vocem ماق (angulus oculi) huiusce formae esse; sed res aliter se habet, littera enim م radicalis est, quod مُؤق et مُوق cum plurali آماق dicunt. Habet igitur formam فَعْل, ut raritas huiusmodi non sit. Vox زبيد forma deminutivi vocis زُبْد aut زَبْد est; زَبْد autem donum significat. Dicitur زَبَدَه cum futuro يزبد et nomine actionis زَبْد »donum ei dedit«.

1. Quum equites vidissem incurvatos, quasi satorum rivi essent, qui dimissi[2]) in longum fluebant,

Species secunda metri Thawil et homoioteleuton متدارك simulque مطلق, مجرد et موصول est. Vox زور pluralis vocis ازور est, quae curvum pectore designat. Poeta dicit, eos inclinari ob ictus, quibus confodiantur[3]) aut ad confodiendum. Vox جداول pluralis vocis جدول (fluvius

1) E gente Iemanensi oriundus anno nono aut decimo Islamum professus post Mohammedis mortem defecit. Victus autem se Almodhadjiro b. Abi-Omajjah tradidit, qui eum victum ad Abu-Becrum misit. Ab hoc dimissus in Syria pugnavit, tum ab Ohmaro in Iracam missus apud Kadesiam pugnavit et periit. Sunt, qui eum anno 21 post proelium apud locum Nehawend diem obiisse dicant. conf. Citab Tahdsibo-l'Asmäi p. 482. Meidan. T. III. P. II. p. 236.

2) In Mersukii codice خُلّيت legitur. Quatuor huius carminis versus in Rasmusseni Additam. p. ٦٣ inveniuntur.

3) Simili modo in verbis sequentibus dimicantes describuntur: لاعدائنا نكب اذا الطعن اقفرا »Hostibus nostris deflectentes sunt, quum confossio perforat.« (Metrum Thawil est) conf. Hamas. p. ١٠٤ infr.

parvus, rivus) est. Dicit: Quum equites ad confodiendum deflectentes vidissem, dum habenis iumentorum suorum dimissis iumenta in cursum adegerant, quasi rivi arvorum essent, quorum aqua dimissa fuit, ut in longum extenderetur, nam vox اسبطرت eandem significationem quam vox امتدت habet. Comparandi ratio nititur currente aqua in rivis, non rivis ipsis [1]). Admittere quoque licet, eos cursu dimissos esse in fuga aut eos sanguine manasse, quasi rivi fluentes essent.

2. *Prima vice anima commota ad me confugit; sed ad rem ipsi ingratam repulsa* **(p. 74.)** *tranquilla fuit.*

Voces جاشت النفس significant, animam ob metum aestuasse et sese extulisse modo, quo olla aestuante res, quas continet, extolluntur. Verba فردت على مكروهها talem sensum habent: Ego eam repuli et quietavi in re gravi, et tum confirmata fuit. Dicunt, Alimruum strenuorum unum fuisse, qui in quibusdam statibus animas suas timidas fuisse confessi essent. Dixit grammaticus Almarsuki [2]), quendam regessisse, nisi timidus fuisset, animam aestuaturam non fuisse. Sed res talis non est, qualem opinatus est, nam iis, quae Alimruus aliique commemoraverunt, animae status describitur; anima enim timidi et fortis eandem rationem sequitur, primo pavore ipsis superveniente; postea vero diversae sunt, dum timidus fugae se tradit, strenuus autem eam reiicit, tum stabilitur (Mers. فيثبت conf. p. ٤٤ v. 1. et p. ٧٦ v. 2.). Verba اول مرة [3]) et ذات مرة nonnisi tempori definiendo inserviunt, quoniam vox مرة nomen non est, cui temporis significatio necessario inest, sed quacum postea demum coniuncta est, nam si مرة dicis, hac voce re vera una actio significatur; sed unum quoque tempus esse licet. Si auctoritatem grammaticorum Cuficorum et Abu-l'Hasani Alachfasch sequimur, littera ف in voce فجاشت superflua esse potest, ut verbum جاشت phrasis consequens particulae لما (quum) sit (Gram. Ar. T. I. p. 550 sq. T. II. p. 396 sq.). Sensus autem est: Quum equites tales vidissem, anima mea timens commota fuit. Sed ratio plurimorum grammaticorum Bazrensium in huiusce modi sermone talis est, ut phrasin consequentem omissam putent [4]), quasi dixerint: Quum equites ita constitutos vidissem et tum anima mea aestuans ad rem ipsi ingratam repulsa esset, confodi aut specimina fortitudinis edidi. Hunc sensum verbis inesse, sequentia verba [5]) علام تقول الرمح يثقل ساعدى ostendunt. Vocem طعنت aut ابليت abiecit, quum sensus clarus esset. Huic loquendi modo similia sunt verba, in quibus phrasin consequentem verborum: لو رايت زيدا وفي يده السيف »si Saidum manibus gladium tenentem vidisses« etc. omiserunt. Phrasin consequentem in huiusce modi sermone omissam esse, eloquentius et sensum magis producens pulchriusque est, quoniam, si dominus servo dicit: Per Deum! profecto! si ad te assurgo et his dictis sermonem abrumpit, cogitatio talibus rebus

---

1) Metaphorâ igitur rivis tributum est, quod aquae rivorum tribuendum fuit.

2) Quaedam Mersukii verba noster omisit; sed quae omisit, non talia sunt, quae ad versum explicandum faciant.

3) In Rasmusseni opere citato اول فكرة legitur.

4) Duplicem hunc versus explicandi modum versus vicesimus septimus Moallakae Amru-l'Kaisi obtulit.

5) In sequente versu metri Thawil pro ساعدى est عاتقى.

occupatur, in quales, si phrasin consequentem adtulisset et claris verbis poenam, quam ipsi inflicturus esset, exposuisset, non incidisset.

3. Cur dicis: Lancea humerum meum gravat, quum non confodio, quando equites in pugnam redeunt[1])?

Vox ما interrogando inserviens, si praepositioni adhaeret, littera Alif, ut levior fiat, in fine privatur, ut فيمَ, بِمَ, لِمَ dicatur. Excipiendus est casus, quo vox ذا sequitur, ut لما ذا, in quibus verbis nil abiicitur. In verbis تقول الرمح voci الرمح et casus accusativus et nominativus tribuitur. Casu accusativo admisso voci تقول significatio putas tribuenda est; nam vocem dicere loco vocis putare alloquentes et simul interrogantes adhibere solent. Hic modus reperitur in verbis: (metr. Camel) فمتى تقول الدار تجمعنا »Et quando dicis (putas), domum nos coniuncturam esse«, ut vocem dicere loco vocis putare posuerit[2]), quum sermo res, quas quis putet, interpretetur. In allocutione autem et interrogatione in aliis loquendi modis aliter non admittenda licita sunt. Sin vero voci الرمح casum nominativum tribuis, sermo suum modum sequitur, dum vox الرمح tanquam subiectum hunc casum obtinet et sermo narrationem[3]) continet. Sensus est: Quamnam ob causam arma porto, si in impetu equitum non pugno i. e. ego curam portandae lanceae mihi impono, ut ea confodiam; sin aliter, quaenam est causa, cur eam portem? Verba اذا انا لم اطعن talem sensum offerunt: Cur lancea brachium meum molestia adficit tempore, quo in impetu equitum confossionem intermitto? Vox اذا prior particula temporis est cum verbo يثقل coniungenda et posterior particula temporis est ad verba لم اطعن pertinens.

4. Deus gentem Djarm contumelia adficiat, quotiescunque sol oritur, canum facies, quorum unus in alterum insilit et pilos erigit!

Vox كلما locum particulae temporis occupans casum accusativum habet et vox وجوه propterea quod contumeliae causa adhibita sit, casum[4]) accusativum obtinuit. Nil quoque impedit, quominus voci tanquam appositioni vocis جرما casus accusativus datus sit. Verborum لحا الله sensus est: »Decorticet Deus!« (conf. Ham. p. ۲۰۷ infr.) i. e. quolibet tempore matutino sic erga eos agat! Vocis ذرور in sole adhibita significatio dispergendi et separandi est. Vox ازبار significationem habet »pilos erexit, ut radices crinium apparerent.« Dixit (poeta) (metr. Ramal) Pilos dum erigit, colore rufus est et spadiceus, quamdiu pilos **(p. 75.)** non erexit. Voces مهارشة et مخارشة eandem significationem habent. Vox هارشت

---

1) Eundem loquendi modum p. ٣٩ v. 1. observavimus. Hisce autem verbis poeta ob agendi rationem laudem ipsi tribuendam non esse, dixit. Quae autem cogitandi ratio maiori ipsi laudi est, quam si sibi ipsi laudem tribuisset.

2) In Mersukii codice sic legitur: وجعل القول يدل على الظن.

3) Id est: Sermo, quo auctor verba ab altero prolata qualia fuerint, adducit nil mutans conf. Anthol. gram. p. 47. 352.

4) In Mersukii commentario legimus casum hunc ex omisso verbo اذكر pendere, quasi eorum facies cum canum faciebus in isto statu comparaverit. Haec autem cum canibus comparatio maximam turpitudinem designat, canis enim Arabibus turpissimum animal putatur conf. Meid. C. 20, 87.

significat »insiluerunt« (canes) et ازبارت: »ad pugnam parati fuerunt« (canes). Et verba ازبار الرجل significant »ad malum inferendum vir paratus fuit.«

5. *Nam gens Djarm genti suae Nahd non restitit, quum mutuo occurrissent; sed gens Djarm in occursu dispersa fugam cepit.*

Djarm et Nahd duarum ad gentem Kodhaah pertinentium familiarum nomina sunt. Familiae Djarm et Nahd inter gentem Banu-l'Harits b. Cahb degebant. Quum autem gens Djarm virum gentis Banu-Alharits, cui nomen Moalds b. Iasid, occidisset, castris motis ad gentem Banu-Sobaid, quae gens Ahmrui b. Mahdi-Carib erat, se contulerunt. Quum gens Banu-l'Harits adveniret, ut socii caedem ulcisceretur, Ahmruus gentis Djarm aciem contra gentem Banu-Nahd instruxit, ipse cum gente sua contra gentem Banu-l'Harits se paravit. At quum gens Djarm gentis Banu-Nahd sanguinem effundere nollet, fugae se dedit, ut quoque gens Banu-Sobaid fugaretur. Hanc ob causam Ahmruus eos vituperavit. Verbum ابذعرت significationem verbi تفرقت (dispersa fuit) habet. Dixit poeta: (metr. Basith) T e m p u s g e n t e m D j a r m c o m m o v i t e t t u m a g m e n e i u s d i s p e r s u m f u i t, d u m g e n e r o s i t e m p o r e a e s t a t i s h i e m i s q u e f u e r u n t. Coniunxit autem nomen جرم cum pronomine gentis Nahd, quoniam putaverunt, eam isti sufficere. Dicitur اغنى فلان فلانا, quando unus alteri in pugna aut altercatione haud fugiens resistit. Huic similis est loquendi modus: اغنيت عنك مغنى فلان »Ego vicem tuam tam bene quam quidam expleo.« Et dicitur مغناة فلان.

6. *Ego per diem tanquam scopus sagittarum gentem Djarm*[1]) *defendebam, quum fugam cepisset.* (conf. p. ٩٠ v. 2.)

Id est: Ego per totum diem in conspectu stans permansi, dum a lateribus lanceae in me dirigebantur, gentem Djarm, quae fugam ceperat, defendens. Vox درية annulum designat, cuius ope artem confodiendi[2]) discunt. Cum hoc, ictibus ab omni latere in ipsum directis, se comparavit. Verborum quoque sensus esse potest: Ac si ego lanceis fera petenda sim. Grammaticus Abu-Saïd retulit, feram peculiari nomine درية sine Hamza[3]) cum plurali درايا appellari, ut a verbo درى (decepit) vox derivata videatur; iumentum autem, pone quod venator, ne a fera conspiciatur, se occultat, Hamzâ enunciari. Dicitur: دراتها نحو الصيد (versus feram id propuli), nec non cum praepositione الى et ل, a verbo درا (propulit). Hoc iumentum et nominibus ذريعة et سيقة (et قيدة Mers.) insignitur. Dixit (poeta): (metr. Basith) Q u u m h o s t i b u s i n p r o e l i o o p p o s i t i s u m u s, a d e o s l e n t e n o n p r o c e d i m u s, q u e m a d m o d u m a d f e r a m i u m e n t a v e n a t o r u m l e n t e p r o c e d u n t. Vox الذرع pluralis vocis ذريعة est, modo quo صحف a voce صحيفة derivatur. Vox اقتل locum status tenet, si verba كانى للرماح praedicatum vocis ظللت esse statuis; sin vero vocem كانى loco status esse putas, vox اقتل locum praedicati vocis ظللت occupat.

---

1) In Rasmusseni opere citato عن احساب جرم legitur.

2) Annulus talis ex nervis confectus nomen وتيرة habet.

3) In codice Mersukii مهموزة (cum Hamza) bene legitur.

7. Si gentis meae lanceae ad verba me incitassent, locutus essem (eam laudassem); sed lanceae linguam meam transfoderunt, ut loqui non possem.

Vox نطق de sermone humano alioque adhibetur. Hanc ob causam منطق الطير »loquela avium« dicitur. Tum latiore sensu voce utentes نطق الكتاب بكذا »hunc liber sermonem protulit« dicunt. Dicit: Si in bello pulchra fortitudinis specimina edidissent, eos laudassem et fortitudinem eorum commemorassem; sed minus facientes quam debebant, linguam meam fiderunt, ut neque eorum laudem proferre neque eos gloriari possem. Vox اجرار significat, pulli camelini ablactati linguam fissam esse indito parvo ligno, ne matrem sugat. Utrumque factum lanceis adscribit, quoniam sensus clarus est, officium neglectum ab iis, non ab illis (lanceis) esse. Huic verba poetae Ahbd-Jaghuts (De hoc poeta confer. Citab-Alaghani) similia sunt: (metr. Thawil) Dico, quum linguam meam loro latiore plexo constrinxissent: O gens Taim! linguam meam libere dimittite!« Id est: Erga me prave egerunt, ut laudem eorum tacens non proferrem, ac si eius linguam ligassent. Verba اطلقو عن لسانيا significant: Erga me bene agite, ut lingua mea libera vobis gratias agat.

XXXI.

Dixit Sajjar b. Kazir Thajjita[1]).

Grammaticus Abu-l'Fath dixit, vocem سيار esse formam فعال a verbo سار cum futuro يسير aut forma فَيْعال aut فَوْعال. Admittere licet, formam فيعال esse, a verbo سار cum futuro يسور derivatam, nempe adiectivum translatum aut potius formam فوعال, quae nominibus **(p. 76.)** propria sit. Ut vox سيار, sic vox قصير adiectivum translatum est. Vox autem طيئ forma فَيْعل a radice طاء cum futuro يطوء (venit abiitque) derivanda est. Proprie vox طَيْوِئَ formata ut voces سيّد et ميّت conversa est. Quod si litteram ى, ut adiectivum relativum fiat, cum ea coniungis[2]), طائِىّ dicis. Forma primaria طَيّئِىّ ut طَيّعِىّ est, tum una littera ى ob enunciationem leniorem et quod ea omnino respuitur, abiecta est, ita ut طَيْئِىّ ut طَيْعِىّ relinqueretur; tum littera ى in litteram ا mutata est, quae mutatio pulchra semper putaretur necessitate haud cogente, ut littera, quum infirma esset, abiiceretur. Simili modo adiectivum relativum حارىّ ex voce الحيرة ortum mutatum est, idemque mutandi modus in voce ياءس pro يَيْأس et يابَس pro يَيْبَس invenitur. Qui dicit, nomen gentis inde ortum esse, quod auctor gentis primus stationes in deserto peragrasset (طوى), eius explicandi modus iis accensendus est, qui a viris artis imperitis provenere.

---

1) Poeta quin tempore Islami vixerit, dubium non est; in primo enim versu loci Marahsch, in parte Syriae septentrionali siti mentio facta est. Aut Arabes inde in Armeniam irrumpentes aut contra Armenos in Syriam irrumpentes pugnarunt. Anno 29 aut 288 Salmanus b. Rabiah bello in Armenia gerendo praepositus cecidit. conf. Tahdsibo-l'Asmäi p. ٣٩٣.

2) Vox اضيف in grammatica aliam significationem habet; sed conf. Anthol. gram. p. ١٦٦, ubi voci اضافة hic sensus tributus est.

1. Si[1]) *Omm-Ol'Kodaida in loco Marahsch adfuisset, ubi equites Armenii confodimus, eiulasset (ob misericordiam),*

Species secunda metri Thawil appellati et homoioteleuton متدارك ita constitutum est, ut simul مطلق, مجرد et موصول sit. Phrasis consequens vocis لو (si) vox ارنت est. Dicitur رن et ارن cum eadem significatione. Vox رنين sonum cum fletu coniunctum significat. Mulierem Omm-Ol'Kodaid appellatam eius (poetae) matrem esse dicunt. Vox قديد deminutivum vocis قد a verbo قددت الشي (in longa segmenta rem secui) derivatum esse potest aut a voce قد (statura hominis) aut (pellis foetus ovis) aut a voce قد (lorum e pelle cruda confectum). Et si deminutivum vocis قداد, qui dolorem ventris designat aut vocis قديد (carnis segmenta) pronunciationem leviorem reddens formasses, قُدَيْد dixisses. Locus Marahsch Armeniae confinis est[2]). Dixit (poeta): Si haec mulier apud Marahschum pugnam nostram cum hoc viro Armenio vidisset, eiulasset et clamasset misericordiâ ducta, quod ii multi erant, nos pauci eramus. Praepositio ب in voce بمرعش cum voce طعاننا cohaeret, cui voci, in quam vim grammaticam exercuit[3]), tanquam loco definiendo inservit. Hoc autem ea de causa dictum est, ne quis vocem cum voce شهدت cohaerere putaret aut (loco vocis لانه legas انه) vocem locum status equitum aut pugnantium (للمطاعنين) tenere, nam sic vox coniunctiva (صلة[4])) interposita voce a vocibus cum ipsa coniunctis, quae طعاننا et خيل الارمى sunt, separata esset.

2. Vesperâ, qua pectus equi et animam meam eorum agmini obieci; eam enim adegeram, ut tranquilla esset. (conf. p. ٧٤ v. 1.)

Vox عشية casum accusativum obtinuit, quoniam tanquam adverbium temporis ad vocem طعاننا pertinet. Licet quoque admittere, esse adverbium temporis cum voce شهدت coniungendum, nec vero licet esse adverbium temporis ad vocem ارمى pertinens, quoniam vox ارمى consequens antecedentis sui عشية est, sed consequens vox in antecedentem vim grammaticam non habet. Quid si in versu legitur: ونفسى قد وطّنتها, copula و statui significando inservit, dum vox نفسى tanquam subiectum casum nominativum habet et vox وطّنتها praedicati locum occupat. Sin autem legitur: ونفسى وقد وطّنتها, voci نفسى coniunctae cum antecedente بلبانه casus genitivus est i. e. me ipsum et equum meum in eorum exercitum coniicio, dum voces وقد وطّنتها statum describunt. Accuratus verborum sensus est: Eam (animam) bello adsuefeci, et tum in eo acquiescens contenta erat[5]).

---

1) In Mersukii codice ولو legitur, ut metrum perfectum sit.

2) Arx in Syria septentrionali est. Abulf. Geograph. p. ٢٦٢.

3) Est enim id, quod Arabum grammatici مفعول فيه appellant. (conf. Gram. Ar. II, 114.)

4) Beatus de Sacyus adscripsit الصلة والموصول i. e. ante vocem quae regit et vocem, quae regitur. Notanda est haec significatio vocum صلة et موصول.

5) Similem sensum poeta Antarah sequente versu expressit: (metr. Camel) مازلت ارميهم بقرحة مهرتي ولبان لا وجل ولا هيّاب »Non cessavi eos petere macula alba in fronte equulei mei et pectore haud pavidi timidique«;

3. Quotiescunque equorum gracilium unam aciem ad alteram hostium protrudi, ut pili eorum erigerentur!

Vox الاطال pluralis vocis اطْل et اطِل hypochondrium designantis est. Vox ايطل eandem significationem habet. Dicit: Quot equorum, quorum ventres (ob gracilitatem) ipsorum dorsa attingere videbantur, acies contra similem hostium [1]) aciem duxi, dum timebant, quod nos pauci, illi multi essent! Primaria vocis اقشعرار significatio est, cutem contrahi, ut pili erigantur. Homines de verbis Amru-l'Kaisi: »Cor ob timorem erectos quasi pilos habet [2])« sermones fecerunt. Alii dicunt, vocem مقشعر cordi non convenire, quoniam in rebus pilis tectis adhibeatur. Cordi autem pilos non esse. Alii vocem per metonymiam terrorem designare volunt et quum in terrore pili erigerentur, hac metonymià poetam usum esse (leg. كنى به عنه). Quae res si ita est, verbis poetae verborum sensus est: Cor ob timorem pavidum est.

XXXII.

Quidam familiae Banu-Baulan, quae gentis Thai est, dixit.

Dixit grammaticus Abu-l'Fath: Baulan nomen inventum, non translatum, formam habens فَعْلان a radice بول derivari potest. Dixit grammaticus Abu-l'Abla. Licet admittere, nomen huius familiae derivatum esse a loquendi modo: ما جرى ذلك على بالى »illud in mentem meam non **(p. 77.)** incurrit.« Quidam dixit, vocem البال statum significare. Quidam maiorum interrogatus: »Quomodo mane tempus transegisti?« respondebat: »Bene, Deus statum tuum bonum esse velit!« Nil quoque impedit, quominus vox بولان a radice بول et quidem a verbis رجل بُوَلة vir multum mingens derivata sit. Nomine بوال morbus insignitur, quo oves adfectae, donec moriantur, mingunt [3]).

1. Nos gentem Banu-Djadilah in igne belli vehementer ardentis retinuimus,

Prima species metri منسرح appellati et homoioteleuton متراكب ita constitutum est, ut simul مطلق, مجرد et موصول sit. Nomen جديلة a radice جدل (torquere) derivatum est. Dixerunt, Djadilah nomen matris eorum esse. Dicitur: ضرمت النار cum futuro يضرَم et nomine actionis ضَرَم (flagravit ignis). Res, quibus ignis celeriter accenditur, ضرام appellantur. Vox ligna tenuiora, quibus prunae non sunt, designat. Ligna vero, quibus prunae sunt, جزل appellantur. Vox ضرم in versu flammam ardere significat, et interdum vox ضرم ignis ipse est.

et alter verbis sequentibus: (metr. Thawil) ما زلت ارميهم بثغرة نحره وفارسه حتى ثارت ابن واقد
»Non cessavi eos petere scrobe iuguli eius et equitis eius, donec caedem Ebn-Wafidi ulciscerer.«

1) Mersukius adnotavit, poetam vocem عدى sine articulo adhibuisse, ut diversitatem magnumque hostium numerum significaret.

2) Metr. Mutakarib dum prima syllaba abiecta est. conf. Diwan Amru-l'Kaisi ed. ill. de Slane p. ۴۳. Mersukius habens خشية aliud metrum versui tribuit.

3) Carmen hoc in bello Alfesad dictum est, quod ante Mohammedis tempus inter familias gentis Thai gerebatur. conf. p. ۷۷ l. 13. et Meid. T. III. P. 1. p. 574. Hamas. p. ۴۷۷ l. 8. infr.

Vox جحمة ardorem ignis significat a verbo جحمت النار (arsit ignis), cum futuro تجحم et nominibus actionis جحم et جحم et adiectivo جاحم. Inde ignis infernus الجحيم nomen accepit. Dicunt ignem ob rubrum colorem nomine جحمة insignitum esse, et hanc ob causam et quod noctu tanquam ignis luceant, oculos leonis sic appellari. Nomine جحمة oculum designari, dialecto Iemanensium proprium est; oculum leonis autem vox in qualibet dialecto significat. Dicit: Istam gentem ad belli ignem vehementer ardentem retinuimus. Ignis nullam rem superstitem relinquit; bellum igitur cum eo comparatum est, quod paucos tantum bellum gerentes relinquit.

2. Dum sagittas in inferiore montis parte accendebamus et animas generositate impletas venabamur.

Legitur quoque تستوقد النبل[1]); bellum hoc facere significat. Legendi modus autem نستوقد النبل disertus est, quasi ignem, quem sagittis lapides icti edunt, ab ipsis accensum esse dicat. Voce وقد (accendere) latiore sensu utuntur, ut dicatur: قلب وقّاد (cor strenuum). Et si dicitur: Cur non نستقدح النبل (ignem elicimus e sagittis tanquam ex igniario) dixit, quod rectius dictum esset, respondendum est, verba quae dixerit, disertiora esse. Dictum invenitur: زند ميقاد »igniarium celeriter emittens ignem«. Legitur quoque تستوقد النبلُ وتحصد, ut factum sagittis tribuatur[2]). Sensus est: Sagittae nostrae petitum penetrant et lapides adficiunt, ut ignem emittant. In versu verborum traiectio est. Sensus est, eas animas ferire, tum inde pervadere et lapides percutere. Hoc poetae Alnabeghah verbis in describendis gladiis simile est: (metr Thawil) Diffindunt loricam Salukiticam[3]) dupliciter contextam et in pede montis ignem cicindelae (scintillas) accendunt. Vox بنت in verbis بنت على الكرم pro بنيت modo dialecti Thajjitarum[4]) enunciata est, qui loco vocis بقى et رضى, بقا et رضا, nec non loco vocis بادية dicunt بداة; dum evitantes vocalem Kesra, quam littera ى sequitur, litteram ى in litteram ا mutarunt. Vox حضيض solum depressius in pede montis designat. Dixit Abu-Mohammedes Alahrabi Namaritam refellens dicentem, unam sagittam appellari سهم, et collectivum نبل sagittae nomen unitatis نبلة non habere: Hic proverbii locus est: (metr. Thawil) Narrationes Sabbani podici suo factae anno, quo iter fecerat (conf. Meid. 6, 120.). Huic similis poesis singularis pluralisque vocis نبل formâ indicatâ non satis explicatur, quippe cuius sensus nonnisi historiae cognitione omnino percipi possit. Versus virum e gente Balkain auctorem habent. Gentes Alkain b. Djasr et Thai foederatae erant, quum gens Calb gentem Aus b. Haritsah instigare non cessaret, ut die

1) Vox نستوقد quodammodo cum praecedente نار cohaerere videtur, ut ignem belli sagittis, quae ictu e petra scintillas eliciant, accendant. Tum poeta cum venatore se comparat, qui animas tanquam feras sagittis suis petit. Haec comparatio voce نحصد indicatur.

2) Pars verborum ea, quae initio scholii dicta erant, repetit.

3) Saluk oppidum Arabiae felicis est, ubi loricae conficiebantur. Kam. Tela pedem montis percutientes scintillas eliciunt.

4) Dialectus Thajjitarum, ut omnium incolarum montanae regionis, multis rebus a reliquorum sermone differebat conf. Hamas. p. ٣٥٠ l. 1. p. ۴٠٧ l. 4. infr. et p. ٦٠٨ l. 9. infr.

pugnae Malcan[1]) appellato contra gentem Alkain dimicaret. Gens autem Banu-Alkain eam per tres dies noctesque ab aqua impedivit, tum illa, imperante Alharitso b. Sahdam, fratre gentis Banu-Cinanah b. Alkain, ad aquam accessit. Haec erat causa, cur poeta gentis Alkain isto tempore diceret: Nos gentem Banu-Djadilah impedivimus.

XXXIII.

Dixit Rowaischid b. Catsir Thajjita.

1. O vehens! qui iumentum suum impellit, gentem Banu-Asad interroga, qui iste sonus sit?

(p. 78.) Species secunda metri Basith et homoioteleuton متواتر ita constitutum est, ut simul مطلق et موصول sit. Huiusmodi versus in poesi vetere raro inveniuntur, quia hoc metro adhibito consuetudo fert, ut lenitas enunciationis litterae perfecta sit, ita ut littera ا litteram homoioteleuti praecedat aut littera و vocali Dhamma aut littera ى vocali Kesra enuncianda. In voce الصوت autem ante litteram و vocalis Fatha est (ut diphthongus oriatur). Vox المزجى significationem impellentis[2]) habet. Dicitur: زجا الشى cum futuro يزجو et nomine actionis زجو et زجاء (propulsa fuit res) et dicitur ازجيته et زجّيته (incitavi rem). Vox مطية (iumentum) a voce مطا (dorsum) derivata est. Dicitur: مطاه et امتطاه (eo vectus est). Addita littera ة nomen fit. Legitur quoque in versu بلّغ بنى اسد »genti Banu-Asad perfer!« Verba ما هذه الصوت phrasin obiecti locum occupantem efficiunt. Vox الصوت nominativi casum obtinuit, quoniam quaedam appositio est, quam Arabum grammatici عطف البيان appellant (Gram. Ar. II, 284. 529.). Voce الصوت clamorem (الجلبة aut الصيحة) exprimere vult. In hisce verbis autem ludibrium est. Nil quoque impedit, quominus verborum ما هذه الصوت sensus sit: Quaenam haec est narratio, quae de vobis ad me pervenit?[3]). Dicitur: ذهب صوت هذا الامر فى الناس »Sonus (fama) huiusce rei inter homines vulgatus est[4])«. Et hoc admisso eos in opinionem coniicere videtur, se fidem non habere verbis ad ipsum delatis, et se, si excusationem non adferant et puram esse aream non probent, ipsos puniturum esse.

---

1) مَلْكان nomen montis apud oppidum Thajef est. Nescio, num ab hoc monte pugna nomen acceperit. Inter dies celebres diem Malcan non inveni. In codice Malcau et Milcan scriptum est.

2) Haec vox significat, eum, quem poeta alloquatur, cum festinatione iter facere. Vult igitur, ut mox ad istam gentem verba perferantur.

3) Mersukius discrimen inter vocem صوت et صيت statuit dicens, verba ذهب صيت بنى فلان فى الناس in mentione honorifica adhiberi. In scholiis ad Lebidi Moallak. v. 33., ubi hic versus citatus est, voci صوت significatio vocis الاستغاثة tributa est, quae generis feminini causa sit.

4) Vox هذه genus femininum obtinuit, quamquam forma صوت generis masculini est. Arabes enim sensus vocis ratione habitâ tale genus voci tribuerunt, quale voci alteri sensu cum illa consentienti erat. Sic Hatemus dixit: اماوى قد طال التجنب والهجر وقد عذرتنى فى طلابكم العذر »O Mawijah! alienatio et fuga nimis longa fuit et iam excusatio in eo, quod a vobis rationem posco, me excusavit.« In hoc عذر genus vocis معذرة obtinuit. Abu-Ahmruus b. Alahla adnotavit, se quendam audivisse dicentem: فلان جاءته كتابى فاحتقرها »Ad quendam liber meus venit; sed is eum contemsit« et causam feminini in eo esse, quod vox كتاب pro voce صحيفة esset.

2. Eisque dic: Excusationem celeriter adferte et verba quaerite, quae vos purgent, nam ego mors sum!

Vocis بادرو obiectum omissum est, quasi dixerit: بادرو العقاب بالعذر »excusatione poenam praevenite!« et التمسو i. e. quaerite verbum, quod aream vestram purget, nam ego vestra mors sum, si non facitis i. e. mortem vestram adducam. Verbi prima et octava forma لمس et التمس eandem significationem habent. Dixit poeta: (metr. Wafir) Vituperor ob eius ploratum (quod eum deploro), et eum quaero; sed eum non invenio. Vox يبريكم adiectivi locum vocis قول tenet i. e. verbum vos purgans de peccato[1]).

3. Si peccatis, tum ad me reliqua pars vestrûm venit, peccatum vestrum, quod mihi puniendum est, me non fugiet.

Si quidam ex vobis peccant aliique ad me venientes eorum peccatum negant et excusationem non bonam adferunt, hoc illis apud me utilitati non erit et vos me non effugietis; quaerite igitur excusationem manifestam, qua ab iis, quae de vobis ad me delata sunt, purgemini[2]). Legitur quoque: ثم ياتيني بقينكم »tum ad me venit res certa vestra« i. e. veritas peccatorum vestrorum,« nec non legitur تقيتكم i. e. cautio vestra. Significat, eam ipsos non liberaturam esse et se punitionem eorum omissurum non esse. Legendi autem modus بقيتكم duplici ratione explicatur, quarum una est, sensum esse: Tum optimi vestrûm et praestantissimi ad me venientes suam excusationem adferunt, dicentes ipsos neque consilio neque facto auxilio vobis fuisse. Hoc ei simile est, quod dicitur: فلان من بقية اهله »quidam e numero praestantissimorum gentis suae est. Alter autem est, sensum esse: Pars superstes vestrûm, quae non peccavit i. e. veniunt se a peccato liberantes eo, quod a vobis se separarunt et vos ob magnum vestrum peccatum reliquerunt.

XXXIIII.

Dixit Onaif b. Sabban[3]) Nabhanita gentis Thai.

Vox انيف deminutivum contemtum designans vocis انف est. Vox انف primam cuiuslibet rei partem significat; sed licet quoque esse deminutivum aut a voce أُنف, ut dicitur روضة انف (hortus pulcher), aut a voce أَنَف a verbo أَنِف cum nomine actionis أَنَف (fastidivit) derivandum. Vox زبان inventa est ad nomen proprium significandum. Est forma فَعْلان a voce زَبَب (pilorum abundantia) et ازَبّ (hirsutus), nec vero forma فعّال a زبن. Nonne vides, vocem indeclinabilem esse in versu sequente: (metr. Basith) Sabbanum satyra perstrinxisti, tum excusaturus venisti ob satyram Sabbani; satyra non perstrinxisti et eum missum non fecisti. In voce لم تهجو littera و abiecta non est, quomodo in verbis الم ياتيكم »nonne ad vos venit« littera ى remansit. Dixit grammaticus Abu-l'Abla: Qui زبّان

1) In Tebrisii codice versus cum scholio ab alia manu in margine scriptus est.

2) Mersukius adnotavit, vocem بذنب esse pro بسبب ذنب aut بجزاء ذنب. Verbis poetam significasse, se ipsi moram concessisse et clementiam adhibuisse, quod sciret, eos ipsum effugere non posse.

3) In codice Mersukii nomen انيف ابن حكيم النبهانى legitur et sic in Hamasa p. ٣١٤, ubi idem versus repetuntur, invenitur.

cum littera **R**a legit, vocem a verbo ربيت الشى (reparavit rem) derivare debet. Vox نبهان forma فعلان ab انتباه (evigilando) aut a نباهة (nobilitate) derivata est. Quod si a vigilando provenit, eodem modo tanquam nomen adhibitum est, quo voce يقظان (vigilans) in nominibus propriis utuntur; sin vero a nobilitate originem duxit, eadem ratio est, quae in nominibus propriis شريف (nobilis) et عال (altus) et huiusmodi reperitur.

(p. 79.) *1. E gentibus Auhf et Malec agmina vobis congregavimus, quorum poena haud puro genere oriundos perdit*[1]).

Species secunda metri Thawil et homoioteleuton ita constitutum est, ut simul مطلق, مردف (conf. Darstellung d. Arab. Versk. p. 313.) sit, coniunctum cum eo, quod legum metricarum periti وصل (ib. p. 315.) et خروج (ib. p. 317.) appellant. Vocis كتايب singularis كتيبة est, quae vox exercitum collectum significat, nam تكتّب est idem quod تجمّع (collectus fuit). Dicunt, voce exercitum designari, in quo omnia ad bellum necessaria collecta sint. Inde dicitur: كتبت الكتاب »librum scripsi« i. e. litteras in eo collegi sensusque iis necessarios. Vox مقرف eum designat, cuius mater Arabici generis, pater vero servus est. Talis quoque مذرع appellatur; vox هجين autem eum, cuius pater Arabs origine, mater vero serva est[2]). Vox يردى idem est, quod يهلك (perdit) et cum sequentibus locum adiectivi vocis كتايب tenet i. e. collegimus contra ipsam gentem exercitus, cui ignobiles imbecillitate et debilitate adficiuntur, tum iis non bene resistentes dedecore adfecti puniuntur, ut ipsorum fama tam obscura evadat, ac si periissent.

2. *Quorum postremum agmen dum in locis Alraml et Alhasn et Alliwa versatur*[3]), *primum agmen gentium duarum Djadis regiones iam praeteriit.*

Vox رعيل agmen equitum praemissorum designans postea latiore sensu adhibetur, ut dicant: اراعيل الرياح (ventorum praemissa agmina). Dicitur: استرعل فلان »quidam in primo equitum agmine exiit«. Vox لوى locum designat, ubi tenuis fit arena, ut inde viator in terram duram exeat. Dicitur: قد الوى القوم »in regionem, ubi arena tenuis est, gens iam pervenit«. Hoc in versu Liwa loci nomen est. Gentes Thesm et Djadis antiquae evanuere[4]). Dicunt poetam vocabulo duarum gentium gentem Djads[5]) et Djadis designare voluisse; sed gentes ipsas dum commemoraret, regiones earum atque domos significaturum fuisse. Dicit: Prima agmina horum equitum gentes duas Djadis praeteriere, dum postrema in locis Al-Hasn et Alliwa versabantur[6]).

---

1) Pugna inter gentes Nisar et Thai describitur, in qua gens Thai victoriam reportavit. Hi versus quatuor sequentes p. ٣١٤ repetiti sunt.

2) Poeta eos patre servo ortos appellavit; non matre serva ortos, quod illi his ignobiliores habebantur.

3) In Mersukii codice legitur: لهم عجز بالحزن فالرمل فاللوى.

4) Gentes Thesm et Djadis in regione Aljemamah sedes habuisse dicuntur. Pocock. spec. hist. Ar. P. 468. ed. nov. conf. ibid. p. 38.

5) In Mersukii opere loco vocis جدس legitur طسم.

6) Ubi ista loca sita sint, definire haud ausus sim. Omnia tria sunt proprie nomina appellativa quae usu nomina

3. *Et sub equorum iugulis magnum peditum agmen est, quorum sagittae cordib[us] vulnerandis destinatae sunt.*

Vox حرشف magnam copiam designat. Dicitur: جاء بالحرشف والدخيس (Magnam copiam adduxit). Vox autem حرشف proprie in locustis adhibetur, tum per metaphoram comparatione instituta in magnam peditum copiam transfertur. Voce رَجْلة ad designandum minimum numerum utuntur, dicunt enim ثلثة رجلة (tres viri). Mos autem apud Arabes erat, ut in acie instruenda pedites ante equites collocarentur; vult igitur agmen peditum. Vox تتاح idem est quod تقدّر (a Deo decreta fuit res) et genitivi locum tanquam adiectivum vocis رجلة habet. Vox غرات pluralis vocis غرة est. Dicitur رجل غر (vir socors) et جارية غرة et غريرة (puella socors). Nomen actionis غرارة est. (Et voces حبة القلب puram eius partem designant; سويداء القلب autem partem crassi sanguinis in interiore corde)[1]). Id est: Sub pectoribus equorum agmen peditum est, quorum sagittae cordibus socordibus destinatae sunt i. e. artis iaculandi periti sunt, ut non errantes interiora cordis attingant.

4. *Quominus iniuriam ipsis illatam experiantur, impedit, quod filii mulieris proliferae sunt, cuius familia magna erat.*

Hisce verbis agmina (تنايب) describuntur. Voces ان يعرفو locum obiecti verbi ابى tenent eiusque subiectum (فاعل) (Gram. Ar. II, 98.) verba انهم بنو نتق sunt, vox autem كانت adiectivi locum vocis ناتق occupat. Vox ناتق feminam proliferam designat. Dicitur نتقت cum futuro تَنْتِق (Tantiko) et nomine actionis نَتْق. Primaria vocis نتق significatio evellendi est, quasi id, quod in utero est, evulserit. In Corano (Sur. 7, 179.) legitur: »Quum montem super vobis evulsissemus, ut instar umbraculi esset« i. e. e radice eum evulsissemus et tanquam umbraculum super capitibus posuissemus. Magnum numerum gloriantur. Dicit: Multitudo numeri ipsorum retinet ab ipsis iniuriae cognitionem i. e. Magnus numerus impedit, quominus iniuria adficiantur. Domesticos per metonymiam loco filiorum ponit. Vox عيال pluralis vocis عيل, ut vox جياد pluralis vocis جيد est.

5. *Et quum ad pedem montis in interiore valle Hajel pervenissemus, ubi arbores Thalh et Sajal sunt.* **(p. 80.)**

Vox سفح inferiorem partem montis, ubi crassus est, designat. Voces طلح et سيال duas arborum species designant. Vox حايل nomen loci est. Praepositio ب in voce بحيث cum verbo, quod voces اتينا السفر indicant, cohaeret, quasi dixerit: حصلنا بحيث تلاقى »versati sumus loco, ubi (arbores طلح et سيل) conveniunt.« Vox autem accusativi locum tenet tanquam

---

propria facta videntur. De voce الرمل nil inveni. الحزن nomen loci gentis Jarbuh est. Locus اللوى occurrit p. ۲۷۱ l. 5. infr. et p. ۳۷۲; sed nil certi de situ inveni. Magnum intervallum inter illas regiones est, ut inde magnum fuisse exercitum cognosci possit. Eo quoque quod postremum agmen tribus locis fuisse dicit, maximum fuisse videmus.

1) Verba uncinis inclusa nil faciunt ad verba versus explicanda. Sed ad legendi modum لحبات القلوب referenda videntur, qui in scholiis adnotatus non est.

statum eorum describens, qui in voce اتينا pronomine designati sunt. Vox سفح, cuius significatio rebus ipsi attributis manifesta sit, voce جبل (mons) cum ea coniungenda carere potest. Phrasis consequens vocis لما quum in sequente versu est.

6. Vocarunt: Nos Nisaritae sumus; at nos genus nostrum ad gentem Thai retulimus, cuius audacia et pugna sicut leonum loci Schara est.

Vox انتمينا idem significat quod انتسبنا »genus nostrum retulimus«. Id est: Ii dixerunt: O gens Nisar auxilio venite! et nos diximus: O gens Thai, auxilio venite[1]) similes leonibus! Sed in verbis كاسد الشرى omisit vocem antecedentem, eiusque loco vocem consequentem ponens; quasi dixerit: كاقدام اسد الشرى اقدامها ونزالها »instar audaciae leonum loci Schara eius audacia et pugna est«. Licet eam omittere, quum modus comparationis cum alia confundi non possit. Nomen شرى locus est, ad quem leones audacissimi referuntur.

7. Et quum occurrissemus, gladius importune interroganti de nobis, quale inter nos discrimen esset, exposuit.

Vox احفاء in interrogando et in petendo et in re ab altero petenda[2]) adhibetur. In utraque significatione intentio est. Dicitur احفى فى المسالة (in interrogando studium adhibuit) et sic quoque quinta forma adhibetur[3]). Et verba Alcorani (Sur. 19, 48) انه كان بى حفيًّا significant: »Erga me erat benevolus, curam impendens« et inde dicitur احفى شاربه (multum totondit barbam labii superioris). Id est: Quum inter nos pugnavissemus, gladius viros nostros ostendit et nos ab iis, qui ad gentem Nisar genus referebant, feminae accurate de nobis interroganti distinctos esse clare exposuit. Res autem, quam gladius clare exposuit, pulchra fortitudo unius partis est. Huic addendi sunt animi constantia animusque firmus contra adversarium. Haec omissa sunt, quoniam obiecta saepissime abiiciuntur, quum aliquo modo indicata sunt.

8. Et quum lanceis se invicem appropinquassent, cuspides eorum sanguine omnino satiatae sunt et prima vice bibentes iterum rigatae sunt.

Verba poetae تضلعت صدور القنا منهم in iis, quibus costae sint, adhiberi convenit. Costae potu satiati autem inflantur. Hoc in loco voce metaphorice usus est poeta. Dicitur تضلّع شبعا (usque ad costas impletus fuit cibo) et تحبب ريا (potu satiatus fuit). Pectora (cuspides) autem potissimum nominavit, quia iis confossio fit. Dicitur: عل ابله (potu rigavit camelos suos) cum

---

1) Mersukius adnotavit, hisce verbis pugnantes genus suum gloriari dicentes in percutiendo aut confodiendo: »Ego sum e gente tali!« Gens Nisar iterum occurrit p. ٣٤٩.

2) Posterum وفى طلب superfluum videtur. Et haec verba in Mersukii commentario, e quo locus desumtus est, desiderantur.

3) Poeta dixit importune id. e. multum et accurate interroganti, quo melius accuratiusque responsum daretur. Interrogans tam femina quam gens cogitari potest. Gladius autem, qui omnia arma designat, hoc in versu respondentis partes agit.

futuro يعلّ (Jaohllo) et يعلّ (Jaihllo) et علت (rigatae sunt)[1]. Dicere quoque licet, sensum vocis تضلعت esse, eas incurvatas fuisse in iis, nam رمح ضلع lanceam inclinatam et vocem ضلع inclinationem significat.

9. Et quum gladiis percussissemus, amicitiae vincula rupta sunt, quae antea pace constabant.

Dicitur عصوت بالعصا (baculo percussi) et عصيت بالسيف (gladio percussi), quorum verborum radix eadem est. Sed discrimen inter utramque formam fecerunt quemadmodum dixerunt طلقت المرأة »mulierem repudio dimisi« et اطلقت البعير من عقاله »camelum ex vinculis dimisi«, quarum formarum radix eadem est. Dicit: Quum gladiis inter nos digladiati essemus et unus alterum occidisset, vinculis propinquitatis nostrae ruptis inimicitiae ortae sunt. Vox سلم pacis conditionem (مسالمة) significat. Funes hoc in versu comparationem continere possunt et foedera quoque designare. Si in funibus comparationem inesse statuis, sensus est, funes illius affinitatis in pace contorti adhibitis gladiis amputatos esse. Dicitur: وسّلت اليه بوسيلة et توسلت (affinitate cum eo coniunctus fui.).

10. Et terga verterunt, dum lancearum cuspides tam longarum quam mediocrium eos in potestatem redegerunt.

Voces واطراف الرماح locum status (حال) tenent cum pronomine, quod in voce ولو est, coniuncti. Cuspides commemoravit, quibus confossio fit, etsi lanceas totas significare **(p. 81.)** vult. Dicit: Fugam ceperunt, dum lancearum cuspides eos in potestate habebant et tam longae earum (lancearum) quam mediocres eos subegerant. Vox مربوع et مرتبع rem inter brevem longamque in medio significat. Vox مربوعاتها tanquam appositio vocis اطراف casum nominativum habet. Hoc autem clare indicat omnes eas, non quasdam (lanceas) poetam significare voluisse.

XXXV.

Dixit Ahmru b. Mahdi-Carib[2].

1. Pulchritudo in vestibus non esse, scias, etsi veste Iemanensi tectus est:

2. Pulchritudo in fodinis (generosis indolibus) et virtutibus consistit, quae laudem compararunt.

Metri Camel species hypercatalectica et homoioteleuton متواتر ita constitutum est, ut simul مطلق et موصول et مجرد sit[3]). Vox فعلم phrasin intermediam efficit, qua sermo corroboratus est. Similia verba Corani sunt: (Sur. 56, 74.) »Sed (non) iuro per loca, ubi stellae decidunt, nam hoc, si sciretis, sane magnum iusiurandum esset; is sane Coranus nobilis est; quoniam verbum رديت cum antecedentibus cohaeret modo,

---

1) In versu وعَلَّتْ et وعُلَّتْ legi potest.

2) Plures huius carminis versus in Rasmusseni Additam. p. ٦٣ inveniuntur. Primus illius loci versus in nostro desideratur.

3) Littera Alif homoioteleuti metrique causa addita est, quippe versus simplici vocali Fatha finiri non possit.

quo phrasis consequens iurisiurandi cum iuramento [1]) cohaeret. Dicit, pulchritudinem non consistere vestibus, quae induantur. Solebant autem nudum corpus una veste striata tegere, tum alteram superinduere. Utraque حلة appellabatur. Hisce duabus perfectum vestimentum constabat, ut ipsum regum vestimentum honorificum خلعة nil amplius contineret. Hanc ob causam cognomen ذو البردين quibusdam inditum fuit [2]). Verba: وان رديت بردا status (حال) locum occupant, quasi dixerit: Pulchritudo tua pallio non consistit, quocum simul alteram vestem induisti. E status (حال) interdum conditionis (شرط) sensum continet, quomodo conditioni status sensus inest. Prius in his verbis observatur: Profecto id faciam, dum accidit quod accidit i. e. si hoc aut illud accidit; posterius autem in versu libri (grammatici Sibawaihii): (metr. Basith) Haram redi, etsi cultum eius iam vastatum est, quoniam littera و statum (حال) indicat, ut in versu Ahmrui, dum verba conditionis sunt. Verba autem antecedentia vicem phrasis consequentis explent, ut sensus sit: »Si culta Harae loca vastata sunt, ad eam redi!« Et sic versus Ahmrui explicandus est, ut verba idem valeant quam: ان رديت بردا على ميزر فليس الجمال ذلك »Si super tunicam vestem induis, eo pulchritudo non consistit.« In verbis autem: ان الجمال معادن ومناقب vox معادن vocis جواهر (substantiarum) significationem habet, qua indoles generosae designantur [3]). Rei autem fundamentum et substantia nomine جوهر appellatur, quae vox origine Persica (كوهر) ad Arabicae linguae normam mutata est. Fieri quoque potest, ut vox origine Arabica sit formae فوعل a radice جهر (manifestus fuit). Dixit legatus Dei, cui Deus faveat: »Homines fodinae sunt (conf. Meid. T. III. P. I. p. 611.) et optimi eorum tempore ignorantiae optimi eorum tempore religionis sunt.« Vox معدن a radice عدن (loco substitit) derivata est. Alii dicunt, eam esse desumtam a significatione verborum: عدنت الحجر »lapides e loco evulsi.« Vox مناقب vias, nempe vias boni et in homine indoles pulchras, quibus cognoscitur, designat. Singularis منقبة est. Quod ad vocem نقيب (princeps) attinet, eum significare videtur, cuius principatus (نقابة cum Fatha litterae ن ad normam vocis كفالة) manifestus est. Sed vox عرافة (munus divinatoris) cum vocali Kesra enunciatur. Vox مجد nobilitatem et celsitudinem designat. Inde terra elata مجد et نجد appellata est. Primaria vocis significatio quoque multitudinis esse potest a loquendi modo: امجدت الدابة علفا (pabulum largum (multum) iumento dedi). Dicit: Pulchritudo viri puris indolibus et generosis factis, quae gloriam et nobilitatem parant, consistit.

3. *Temporis vicissitudinibus amplam (loricam) et cursorem (equum) robustum comparavi.*

Voces اعددت et اعتدت eandem significationem habent. Nomen عدة et عتاد apparatum designat. Dicit: Paravi calamitatibus temporis i. e. ad eas repellendas loricam amplam et equum magnum, robustum, bene et multum currentem. Littera ا in voce العلندا addita est, ut vox quinque litterarum formae سعرجل fiat; radix enim trium litterarum est litteris ا et ن

---

1) Pro voce مقسم in codice Mersukii قسم legitur.

2) Sic in hoc versu: (metr. Thawil) ابا ابنة عبد الله وابنة مالك ويا ابنة ذى البردين والفرس الورد
»O filia Abd-Allahi et filia Maleci et filia possessoris duarum vestium et equi rufi.«

3) Voces معادن et مناقب metri causa Nunnationem acceperunt.

additis[1]). A voce عَلْدٌ, cui grammaticus Chalil significationem crassi, duri in omni re usitatam tribuit, provenit. Litteram ا denuo additam esse, eo probant, quod femininum علنداة sit et masculinum cum Nunnatione علندىً efferatur. Quidam dixit, vocem hanc crassum tam equum quam camelum designare cum plurali عَلَانِد et si vis, عَلَادٍ[2]). Equus multum currens عَدَّاء (cursor) et عَدَوَان dicitur. Et dicitur جمل علندىً et ناقة علنداة. In carminibus veteribus vox علندى in describendis camelis usurpatur. Dixit poeta Almorakkisch[3]): (metr. Thawil) Num ad eos me perducet, quamquam longe remoti sunt, camela valida, secura, robusta, dura, haud annosa. Vox علندى in equis quoque adhibita est, dum robustus significatur; maxime autem in camelis adhibetur.

4. Longum (corpore) et striatum (ensem), qui galeas loricasque omnino dissecat[4]).

Dicitur فرس نهد (equus crassus, longus), cuius femininum نهدة est. Inde puella magnas mammas habens et non corrugatas ناهد appellatur. Vox شُطَب et شُطُب strias gladii designat, et inde gladius مشطّب striis notatus appellatur. Vox ابدان pluralis vocis بدن est, quae brevem loricam[5]) significat. Dixit poeta Ahlkamah: (metr. Thawil) Breves loricae armorum super iis strepuere, quomodo Auster in aridis demessis segetibus sonum excitavit. Vox قد in longum secandi, vox قط in latitudinem secandi significationem habet.

5. Et sciebam, me tali die cum gente Cahb et Nahd dimicaturum esse.

Fortasse hisce verbis res significatur, quae audientibus nota erat, bellum nempe, quoniam in eo ad pugnandum (a camelis) descendunt. Admitti quoque potest, virum arma indicasse, quae se parasse dixerat aut eum casum fortunae intendisse. Versus sensus est: Me contra hos in pugnam proditurum esse scivi et hanc ob causam iis haec arma paravi, quae mihi necessaria esse cognoveram.

6. Gens[6]) *est, quae si loricis sive annulis sive loris confectis induta est, pardis similis est.*

Vox حلقا casum accusativum tanquam appositio vocis الحديد obtinuit. Hac voce loricas, quae duobus annulis invicem insertis contextae sunt, designat. Voce قد rem يلب appellatam,

---

1) Grammatici quasdam voces ملحق بالرباعى appellant, quod e radice trium litterarum provenientes, addita una littera in seriem earum, quibus quatuor litterae, translatae sunt. Sic quoque vocem سفرجل commentarii auctor posuit ad significandam vocem quinque litterarum conf. De Sacy Gr. Ar. T. I, 278.

2) Sicuti a voce حبنطى pluralis حبانط et حباط provenit.

3) Regis Almondsiri tempore vixit conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 294.

4) Versus in Rasmusseni opere citato verbis وحسام ذى شطب incipit.

5) Mersukius dixit, loricam significari, quae corpori tegendo sufficiat.

6) In Tebrisii codice voci قوم tam accusativus quam nominativus tribuitur. Si casus nominativus praehabetur, praedicatum subiecti omissi est, sin accusativus, vocibus كعبا ونهدا appositioni est.

quae similis loricae e loris confecta est, significare vult [1]). Legitur quoque خُلُقًا وقَدًا »natura et statura«. Tum casus accusativus voci ad specialius designandum (Gram. Ar. II, 113. 446.) datus est i. e. pardis naturae indolibus formisque similes sunt; nam vox قَد formas designat. Sensus autem prioris legendi modi est, eos loricis et rebus يلب appellatis vestitos in bello agendi ratione pardis similes esse. Admitti potest, eum voce تنمرو voluisse, ipsos colores pardorum habuisse, quod diu resisterent. Quod si verum est, accusativus vocis خلقا specialius designando (تمييز) inservit; sed sensus prior praeferendus est. Cogitari quoque potest, ipsos loricis vestitos pardis similes esse, quoniam in cute pardi colores gemini sint, quibuscum annulos loricae comparavit, aut ob iram eorum cutem cinereum colorem habere, quo pardis similes facti sint. Quod si vero quis dicit, quomodo vox قدا cum voce حلقا coniungi potuerit, ut appositio ferri [2]), dum ad id non pertineret, esset, respondendum est, eum, quum loricae ferreae descriptionem perfecisset, vocem tanquam appositionem addere potuisse. Verba اذا لبسو الحديد tempori designando (ظرف) ad vocem تنمرو pertinent. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, vocem تنمرو significare, eos pardos induisse, et hos ipsis fuisse tanquam amicula نمرات appellata. Vocem نمرة amiculum albo nigroque colore distinctum significare. Tum accusativus vocis حلقا obiecti loco est. Nil quoque impedit, quominus voce تنمرو diversus color earum rerum, quibus vestiti essent, significetur. Tum accusativus vocis حلق explicando inservit. (De loricis conf. p. ١٨٩ v. 1.).

7. Quilibet autem vir ad pugnae diem currit cum eo, quod praeparavit.

Hic versus proverbio similis est: »Ante iaculandum pharetrae implentur« (conf. Meid. Cap. 21, 39.). Pronomen in phrasi coniunctiva vocis ما (Gram. Ar. II, 347. nam استعدا est pro استعده) abiectum est, quod nomen ما sufficere videretur. Vox استعدا quoque tanquam verbum ad voces يوم الهياج dies praelii pertinere potest, nec non ad verba كل امرئ (quilibet vir), ut sensus sit: Id quod dies praelii ipsi, ut pararetur, imposuerat. Dicitur: استعددته كذا »rogavi eum, ut id pararet«.

8. Quum mulieres nostras vidissem in solo duro vestigia cursu imprimentes,

(p. 83.) Vox امعز et معزاء terram duram, in qua lapides sunt, significat. Pluralis معز et اماعز et معزاوات est. Primaria vocis مَعز significatio duritiei est. Dicitur رجل ماعز et معز (vir durus). Sensus vocis يفحصن est: Ob vehementem cursum in terra dura vestigia imprimunt, ut in ea ob ista vestigia loci, ubi aves cubant, esse videantur. Voci شدا tanquam obiecto, quo causa significatur (Gram. Ar. II, p. 114. 522.), casus accusativus datus est, quasi dixerit: Vestigia imprimunt in terra dura لشدهن (propter cursum suum), aut vox شدا nomen actionis esse potest, qui locum status (حال) occupavit i. e. faciunt id in terra dura currentes (شادات). Legitur quoque يمحصن et vox محص vehementem cursum significat. Hoc

1) Lexicographi de vocis يلب significatione non consentiunt.

2) Pro vocibus لابس الحديد ex Mersukii codice بدلا من الحديد melius legendum est.

admisso vox شدا accusativus nominis actionis (Gr. Ar. II, 113.) cum alio verbo (omisso) coniunctus est, ac si dixerit: يشدون شدا. Phrasis consequens vocis لما verbum نازلت postea sequens (v. 11.) est.

9. Et Lamisa apparuisset plenae lunae in coelo apparenti similis

Verba كانها بدر السماء locum status (حال) mulieris (لميس) tenent i. e. apparet similis lunae. Voces اذا تبدى sunt loco particulae temporis (ظرف) verbo, cuius sensum vox كان indicat i. e. prodiit haec mulier detegens faciem suam, quasi velum suum iam proiecerit. Hunc sensum verbis suis: »Plenae lunae in coelo apparenti similis« indicat. Hoc fecit aut servis se similem redditura, ut de captivitate secura sit aut ob terrorem, qui ipsam occupaverat. Huic versus sequens similis est: (metr. Thawil) Mulieres vestrae in pugna detectis vultibus apparentes servae putantur, dum servae sunt nobiles.

10. Et pulchrae corporis partes, quae absconditae sunt[1]), apparuissent, dum res seria erat[2]),
11. Contra eorum arietem in pugnam intrari et non poteram non cum ariete pugnare.

Voces لا بد adhibentur modo verborum لا محالة (procul dubio), dum verborum accuratus sensus est: »Non est refugium, non est locus, quo recedatur«. Cum hoc loquendi modo cohaerent verba: استبد فلان بالامر (Cum re seorsim recessit i. e. solus eam occupavit). Vox بدد autem nomen actionis est vocis الابد (distenta femora habens)[3]). Versus voce نازلت incipiens phrasis consequens verborum لما رايت (quum vidissem) est et verbis كبش الكتيبة (aries exercitus) dux significatur. Dicit: Quum calamitatem vidissem, contra ducem hostium in campum descendi neque metus me impedivit, quominus cum eo pugnarem[4]).

12. Se sanguinem meum effusuros, vovebant; ego vero in eos impetum me facturum esse, vovebam.

Dicit: Ii fovebant, se me ipsis occurrentem occisuros esse et ego me impetum in eos facturum vovebam[5]).

13. Quot autem fratres meos sinceros manibus meis in sepulcrum condidi!

Vocem بوأته idem est, quod انزلته (effeci, ut descenderet, habitaret) et vox مبوأ vocis منزل (mansionis) significationem habet. In Corano (Sur. 10, 93.) مبوأ صدق (mansio praestantiae)

1) Vox تخفى cum vocalibus primae et quartae forma pronunciatur. Quarta forma admissa suffixum omissum est.

2) Hic versus in quibusdam exemplaribus omissus est. In Mersukii codice in textu non legitur; sed in margine ex alio exemplari adscriptus est. In scholiis quoque huius versus nulla ratio habita est.

3) Vox بدد nomen actionis vocis ابد non est; sed verbi, unde vox ابد derivata est.

4) Se tanquam principem et fortissimum gentis suae describit, qui principi et fortissimo hostium in pugna obviam iverit. Princeps cum ariete in pluribus Hamasae locis comparatus est. conf. p. ٢٨٢ v. 2 ٣٤٧ v. 1. ٣٥٢ v. 3. ٣٦٠ v. 3. ٧١٤ v. 5. Sic quoque in Haritsi Moall. v. 50.

5) In voce ينذرون littera Dsal cum vocali Dhamma aut Kesra pronunciatur. In Rasmusseni opere citato كم ينذرون legitur.

legitur et مباءة الابل (locus, ubi cameli procumbunt) sic appellatus est, quoniam ad eum redeunt. Sepulcri pars لحد appellatur, quod in latere sepulcri effossa est et inde vir dicitur: الحد (haereticus factus est), qui a religione declinans in latere separatus est. Et voces لحد et ملحد et ملحود eandem significationem habent i. e. Quot fratrum, in quibus fiduciam ponebam, morte adflictus sum! Finita laude fortitudinis suae, suam in calamitate constantiam commemorat.

14. Neque tristitia adfectus sum neque moerore turpi. Et ploratus meus nullam utilitatem habet[1]).

Vox هلع turpissimum metum designat, quippe qui cum pauca constantia coniunctus est. Est acsi dixerit: Neque parva neque magna ob eum tristitia adfectus sum, quibus verbis omnis tristitia negatur. Quod vero ad verba: ولا يرد بكاى زندا attinet, vocem زند ad paucitatem significandam adhibent eodem modo, quo voces فوف, نقير et قطمير[2]). Grammaticus Abu-Said retulit, homines, opes viri parvas esse dicturos verbis uti: زندان فى مرقعة (duo igniarii ligna in uno sacco consarcinato conf. Meidan. C. 11, 4 et 5.). Legitur quoque: ولا يرد بكاى ردا, dum vox ردا idem est, quod vox مردودا (nomen actionis); nec non زيدا Saidum legitur, quo eum fratrem significasse dicunt. Sed hic legendi modus bonus non (p. 81.) est, nam quidam dixit, se accurate perquirentem Ahmrui genealogiam neque cognatum neque uterinum nomine Said praeditum invenisse, et praeterea verba كم من اخ لى apta non sunt iis, quae ordo verborum et sensus ratio requirunt[3]). Qui autem hunc legendi modum praeferunt, eum Saidum[4]), fratrem Ohmari b. Alchaththab, qui tempore ante Mohammedem ipsius foederatus esset, significasse dicunt. Grammaticus Ebn-Doraid versum sic retulit: ما ان جزعت ولا هلعت ولا لطمت عليه خدا »Tristitia adfectus non fui, et moerore turpi non depressus, neque propter eum genam percussi«. Metaphorica sermonis ratio hunc sensum habet: Ego tristitia adfectus non sum et moerore turpi oppressus ob iacturam eius, qui morte mihi ereptus est; et si tristitia adfectus fuissem et moerorem turpem concepissem, nullum mihi id commodum tulisset[5]).

15. Vestibus suis eum texi et die, quo natus sum, durus (patiens) natus sum.

I. e. Pannis funereis eum involvi et sepelivi et post eum durum me praebui.

---

1) Hoc in versu poeta a minimo i. e. tristitia per maius i. e. moerorem ad summum i. e. ploratum adscendit. Vox أن post ما pleonastice ponitur conf. p. ١٥٣ v. 2. et Diwan Amru-l'Kaisi ill. de Slane p. ٢١ v. 9. et Amru-l'Kaisi Moall. v. 25.

2) Sunt quoque, qui voci زند scintillae significationem tribuant, ut vertant: Ploratus meus scintillam non emittit.

3) Ante vocem يلايمه supplendum est لا. Mersukii codex accuratius sensum expressit hisce verbis: على ان قوله كم من اخ لى صالح لا يلايمه فيما يقتضيه سياق اللفظ ونظام المعنى ومع افادته الكثرة ان يقابل بولا يرد بكاى اخى زيدا مع تخصصه.

4) Aetate maior ante Ohmarum Mohammedis religioni se addixit. Inter primos erat, qui Mohammedem Medinam sequerentur et omnibus proeliis cum Mohammede intererat. Anno 11 aut 12 in regione Jemamah occisus est conf. Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. 263. edit. cl. Wüstenf.

5) Voci رد significatio utilitatem adferre tribuenda est. Dicitur: هذا الامر ارد عليك »Haec res tibi maiori utilitati est.«

16. Locum decedentium expleo; hostibus in numero sum.

Licet admittere, eum voce الذاهبين decedentes eos significare voluisse, qui gentis suae perierint, ut sensus sit, ipsum post eos eum esse, in quibus fiduciam ponerent. Fieri quoque potest, ut qui e locis, ubi homines conveniunt, et proeliorum campis recessissent [1]), significentur. Verba autem اعد للاعداء significare possunt: In me hostes dicunt: Quendam capite! nam is instar tot equitum est. Ahmruum in computo instar mille equitum fuisse dicunt. Licet quoque esse sensum: Ego hostibus tanquam ad pugnandum paratus comparor, ut vox عدا tanquam statum designans accusativum habeat et locum vocis معدودا teneat. Vox اعد futurum passivi quartae formae اعددت i. e. paratus sum est. Legitur أُعَدّ للاعداء i. e. iis arma paro et أَعُدّ للاعداء cum Fatha (forma activi). Duos sensus patitur, quorum unus est, eum dicere, se eis praelia et pugnarum dies enumerare, dum gloriatur; alterum, se iis omnia parare, quae necessaria sint tam pugnatorum numerum, quam belli apparatum. Hic sensus ad eum redit, qui oritur voci اعد quartae activi formae vocalibus datis. Hoc modo legendi admisso vox عدا obiectum verum (Gram. Ar. II, 114.) verbi esse potest, ut sensus sit: Paro ei res suas paratas.

17. Quos amabam, ii decesserunt et ego solus instar gladii remansi.

Vox فردا tanquam statum designans casum accusativum obtinuit, ut sit pro منفردا (separatus) i. e. Socii mei periere, ut solus relictus sim socio carens, qui mihi in rebus opem ferat instar gladii, cuius in una vagina alter non est [2]).

XXXVI.

Dixit idem Ahmru.

1. Profecto! ei (equo) utrumque pedem meum adplico mortem carens, nam ego fugiens sum,

Species prima metri Ramal, si litteram homoioteleuti vocali sequente (ut in textu nostro factum est) adficis; sin vero eam vocali privas (ut لفرورْ legas), species secunda est. In utraque specie homoioteleuton مردف (litteram و ante homoioteleuti litteram habens conf. Darstell. d. Ar. Versk. p. 313.) est. Homoioteleuton متواتر est, si litteram homoioteleuti vocalis sequitur, sin vero vocali privatur, مترادف est. Quidam in versu vocem لقرور (firmiter stans) a voce قرار (firmiter stando, manendo) derivatam retulit dicens, fortem fugam sibi gloriae non ducere. Haec opinio errori obnoxia putanda est, quoniam verba sequentia: كل ذلك منى خلق, eum duos status commemorasse indicant, statum constantiae et statum fugae. Hunc verbis descriptum esse: ولقد اجمع رجلىّ بها et alterum verbis: ولقد اعطفها. Sensus est: Ego fugio, quum fuga prudentiae magis convenit. Si unius tantum status mentionem fecisset, non bene

---

1) Lego المتغيبين sicuti in Mersukii commentario legitur.

2) Comparatione cum gladio instituta se caeteris maiorem fortioremque describit, ita ut ipse caeteris debilioribus deletis tanquam gladius, qui multos occidat, superstes remanserit conf. p. ١٣٩ v. 4.

dixisset: كل ما ذلك منى خلق (omne id naturae meae proprium est). Sed prudentiam cautionemque suam in constantia tempore constantiae et in fuga sua tempore fugae indicavit. Fortitudinis non est, virum in interitum irruere; temeritatis id potius habendum est, nam fortitudo in eo cernitur, quod putans se victorem futurum progreditur, sed si sciens, se, quum progrediatur, periturum esse, progreditur, id amentiae est, quoniam quivis, ut pereat, in interitum irruere potest. Res autem talis est, ut successus audaciae suae laudetur modo, quo poeta dixit: (metr. Thawil) Pugno, donec contra me pugnantem non video et fuga me eripio, quando timidus ob moerorem tristitia adficitur. Similem sensum poeta Said-Alchail (tempore Mohammedis vivens conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 308.) expressit dicens: (metr. Thawil) Pugno, quamdiu in pugna prudentiam constantiamque video; sed fuga me eripio, quando nemo nisi ingeniosus fuga se eripit. **(p. 85.)** Alius quidam dixit: (metr. Thawil) Fortis sum, quotiescunque occasio mihi datur, sed si occasio mihi deest, timidus sum. Hic viri sermo est, qui cum fortitudine audaciaque prudentiam cautionemque coniungit. Verba اجمع رجلى بها significant, se pedes in equum adigere, ut in summum cursum se immittat et verba حذر الموت obiecti locum causam significantis tenent.

2. *Eumque nolentem cursu reflecto, quando anima a morte abhorret.*

Haec verba eum se fugae dare, tum reverti indicant [1]). Vox هرير in voce adhibetur. Dicitur هَرَّ cum futuro يهر (Jahirro) et nomine actionis هرير; tum vox هر eandem significationem, quam كره (aversatus fuit) habet. Haec in versu significatio est i. e. anima a morte abhorret.

3. *Omne id naturae meae proprium est et omne in pugna conveniens mihi est.*

Vox ما superflua est (conf. p. ٢٣١ v. 2. et p. ٣٤٢ v. 2.). Dicitur هو جدير بكذا et لكذا (is eo dignus est) et جدير ان ينال كذا (dignus qui id accipiat) et verbum est جدر cum nomine actionis جدارة, et vox جدير eandem, quam vox خليق significationem habet.

4. *Et filius Aurorae, dum non curat, mihi minatur; sed quamdiu vivo, ei auxiliator non erit.*

Dicitur: اتى فلان (امره) سادرا »Venit quidam (ad rem suam) ab alio quam latere suo (non curans).« Voces ابن صبح duplici modo interpretantur, quorum uno, ipsum scorto ortum esse obiecit. Eum sc. matrem tempore matutino concepisse e viro in gentem impetum faciente, ut ad Auroram eius origo referretur; altero autem modo eum deridet i. e. eum tempore matutino, modo quo strenuus agat, impetum facere [2]), ut hanc ob causam eum Aurorae tribuerit, non aliter quam ابن الحرب (filius belli) et ابن الفيافى (filius desertorum) dixerunt. Verba ما عشت tempori definiendo inserviunt ita explicanda, ut vox ما cum verbo nominis actionis loco sint abiecto temporis nomine, quasi dixerit: Per spatium vitae meae.

1) Id est: Ipsum fugae se dare, quum audaciae locus non sit; sed statim ipsum ad pugnam redire, et si anima ob magnum mortis periculum abhorreat, quum pugnari posse videat.

2) In codice Mersukii, unde haec desumta sunt, sic legitur: انه يستهزئ به اى انه جلد لغير وقت الصبح »Quod eam deridet i. e. Is durus est alio tempore, quam Aurorae (quia tempore Aurorae incursiones hostiles facere solebant.)

XXXVII.

Dixit Kais b. Alchathim[1]) b. Ahdijj b. Ahmru b. Sawad b. Thsafar Ausita.

Vox قيس a verbo قاس الشي cum futuro يقيس et nomine actionis قَيْس (comparavit rem unam cum altera) provenit et comparatio instituta مقايسة appellatur. Dicitur: قس الماشى فى الطريق (Incessit in via, quasi gressuum spatium metens). Dicunt, Kais idoli nomen esse et hanc ob causam virum servum Kaisi appellatum esse. Vox خطيم a verbo خطمته (anteriorem partem nasi percussi) derivata est. Nomen خطيم ob ictum, qui eius nasum tetigerat, accepit. Hoc admisso vox qualitatem designans nominis locum occupavit, ut nomen النابغة; vox autem عدى vocis معدو i. e. aversi (مصروف) significationem habere potest. Nil quoque impedit, quominus participii activi significationem habeat, ut عال et على dicitur. Vox اوس nomen lupi est; sed الاوس (cum articulo) donum designat.

1. Ebn-Ahbd-Alkaisum confodi vulnere vindictam sumentis, penetrante, cuius si sanguis effusus non fuisset, lucem transmisisset.

Species secunda metri Thawil. Homoioteleuton متدارك ita constitutum est, ut simul مطلق et مردف cum re وصل et خروج coniuncta sit. Voci شعاع significatio dispersi est. Inde est شع الغارة (incursionem dispersit) et تطاير القوم شعاعا (in varias regiones gens dispersa fuit) et vox نفذ penetrationem designat. Dicit: Si sanguinis dispersio non fuisset, effecisset, ut lucem transmitteret. Vox autem اضاءها phrasis consequens verborum لو لا est; quorum subiectum vox الشعاع praedicato omisso est, quasi dixerit: Si dispersio sanguinis impediens non fuisset, effecisset (penetratio), ut lucem transmitteret. Si vox الشعاع cum vocali Dhamma enunciatur, solis lucem significat; sed prius praestat. Dicit: Modo se vindicantis cum confodi, et nil reliqui (omnem rem perfecto modo peregi). Vox نفذ confodere designans pluralem انفاذ habet. Poeta dixit: (metr. Thawil) Et hostem[2]) (latrantem) qui sine causa latravit, versu ieci, cuius ictus efficiunt, ut sanguis manet. Legitur quoque نَفَث, qua voce sanguis, quem ictus eiicit, significatur.

2. Totam vim manus in eo adhibui et amplum id reddidi, ut ante stans pone positam rem conspiceret.

Vox ملكت a loquendi modo ملكت العجين et املكت (subegi farinae massam cum **(p. 86.)** diligentia) i. e. Manum meam ad hunc ictum adligavi et amplam eius rupturam reddidi, ut ante eam stans id quod pone esset, conspiceret. Licet quoque esse verborum ملكت بها كفى sensus: Potis eram eam tractare, ut in infligendo ictu manu ex voluntate mea uterer. Hoc ei simile est, quod dicis: املك هذا الامر (in potestate mea hanc rem habeo) i. e. eam perficere possum, quasi hisce verbis significare voluerit (clarius Mersuk. الى ان), istud vulnus neque ab eo mente perculso neque raptim inflictum fuisse. Et sic quoque in versu legitur:

---

1) Paulo ante Mohammedem vixisse videtur conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 281. et Citab Alaghani.

2) Videtur autem loco vocis عاد legendem عاو latrans. In codice vox haud distincte scripta est.

يرى قايما من دونها من وراءها, quorum verborum sensus est: »Videt qui pone est, dum stat, eum qui aute est.« Et vox وراء hoc in loco eandem, quam vox خلف (pone) significationem habet et من دونها est idem quod من قدامها (qui ante id)[1]. Vox ابهرته significat »amplum id reddidi«, ut id latitudine fluvio simile reddiderim. Fluvius autem nomen نهر eo, quod latus est, accepit. Inde locus منهرة »locus amplus inter tentoria« appellatus est, quo sordes proiiciunt[2]).

3. Leve mihi est, quod eius vulnera medicae oculos avertunt, quum eius magnitudinem laudarim.

Voce الاواسى mulieres, quae vulneribus curandis operam dant, significantur. Verbum est اسوت (sanavi); viri الاساون et الاساة appellantur. Mulierum mentionem facit, quod Arabes ab artibus abhorrentes eas servos et ancillas, interdum quoque feminas ingenuas docent, si (artes) nobilitati haud nimis contrariae sunt. Dicit: Quum mulieres medicae istud vulnus conspiciunt, ipsarum oculi a foedo eius habitu retunduntur[3]).

4. Et in eo Ebn-Ahmruus b. Ahmir Chidasch mihi auxilium praestitit et gratiam reddidit et persolvit.

Vox خداش est vocis خدش pluralis, quo vulnus sanguinem non emittens designatur. Nomen actionis tertiae formae verbi quoque esse potest. In verbis فادى نعمة vox نعمة accusativus, quo status describitur, esse potest, dum obiectum vocis ادى omissum est, quasi dixerit: Et id perduxit, dum est gratia beneficiumque, quod gratias meretur. Nil quoque obstat, quin vox obiectum verbi ادى sit, ita ut verba sensum producant sequentem: In hoc vulnere infligendo Chidaschus auxilium mihi tulit et beneficium, quod in eum contuleram, auxilio suo animo lubente agens persolvit. Vox افاءها aut a voce فىء (praeda) aut a voce فىء (redire) derivari potest i. e. persolvit id et ad me, qui id dederim, reduxit, posteaquam non multum aberat, quin me fugeret, nam beneficia aes alienum sunt. Chathimum autem vir e gente Banu-Ahmir b. Rabiah b. Ahmir b. Zahzaah et avum Kaisi Ahdijjum b. Ahmru vir e gente Ahbd-Alkais locum Hadjar incolens occiderat. Kaisus autem die, quo pater occidebatur, puer parvus erat. Mater eius timebat, ne Kaisus, de caede utriusque viri si certior fieret, caesos ulturus occideretur. In duobus igitur terrae cumulis lapidibus positis, ut sepulcris similes fierent, dixit: Haec duo patris avique tui sepulcra sunt. Kaiso autem, qui cum iuvene e gente Banu-Thsafar litigaret, hic dixit: Si robur tuum occisori patris avique tui obiecisses, te dignius esset. Istis verbis iratus matri suae dixit: »Si me de utriusque caede certiorem reddis (bene erit); sin minus, aut te aut me ipsum occidam!« Indicavit igitur ei et locum caedis utriusque et occisores. Profectus quum ad locum Marr-Althsaran venisset[4]), de Chidascho b. Sohair interrogavit, in quem Chathimus beneficium contulerat. Uxor Chidaschi, quum a

---

1) Sic quoque poetae Atahscha verba interpretantur: تريك القذى من دونها وهى دونه »Ostendit tibi festucam ante eam et ipsa ante eam est« i. e. vinum in vitro festucam, dum ipsum ante eam est, ostendit.

2) Hic versus iure vituperatur, quod vulneris descriptio nimia et superflua sit.

3) Vocem بلاءها vario modo interpretantur. Aut fortitudinem, quam in vulnere faciendo poeta probavit, aut ipsius vulneris magnitudinem et vehementiam vox significare potest.

4) Locus diei itineris spatio ab urbe Mecca distat. Kam.

cibo ipsi oblato parum tantum sumeret, dixit: Ego te sanguinis ultorem puto. Chidaschus autem quum vestigia pedum eius observasset, dixit: Huius invenis pes pedi Chathimi simillimus est[1]. Tum genus suum dicens adventus causam exposuit. Chidaschus ei dixit: Occisor patris tui patruelis meus est, quem si tibi tradere vellem, impedirer; at vero vespera ad eius latus considam, et si manu eius femur percutientem me vides, irruens eum occide! Ego contra familiam eius te defensurus sum. Quod quum peregisset, familia insiliens eum occidere volebat. Tum Chidaschus intercedens dixit, eum patris occisorem necasse. Postea cum eo in regionem Bahrain iter fecit. Ibi quum ad vicum eius, a quo avus necatus esset, appropinquassent, Chidaschus apud rotundum arenae collem se occultavit. At Kaisus ad avi occisorem veniens dixit: Quum in terram vestram veniens in his arenis versarer, quidam latro gentis tuae obviam veniens me praedatus est. Ad te igitur veni, ut mecum vehens res mihi **(p. 87.)** ereptas illi auferres. Vir quum quibusdam gentis suae comitandi mandatum dedisset, Kaisus risit. Tum alter, quid risum tuum movit? interrogans hoc responsum tulit: Si princeps nostrae gentis fuisset, modo tuo non egisset; sed solus auxilium in re rogatus exiret. Haec ob verba vir cum sociis ipsum comitantibus exire noluit. Solus igitur vehens ad arenarum collem venit. Ibi quum Chidaschus versus eum surgens ex adverso versaretur, Kaisus eum hypochondrio confosso occidit. Aliquot dies in arenis se occultabant, donec (gens occisi) a persequendo desisteret. Post in terram suam rediere. Hic sensus verbis inest. »Et auxilium mihi tulit in eo Ebn-Ahmru b. Ahmir Chidasch.«

6. Ego autem vir eram, qui, quotiescunque vituperium audiebat, eius tegumentum a se removit[2].

Et legitur اسمع cum vocalibus passivi formae quartae: »Nunquam ad aures meas convicium pervenit, cuius tegumentum non removi« i. e. eo tegi audientem passus non sum; sed id retexi, ut sciret, mendacium id esse contra me prolatum aut velo detegendo significare vult, id a se removisse.

6. In bello vehemente mihi impositum est animam exponere morti, dum eam conservare nolo[3].

Voce ضروس (vehemens) significatur, a verbo ضرس, quod »puteum intra lapidibus munire« significat[4]. Legitur quoque العوان, quae vox bellum, in quo una vice post alteram pugnatur, significat.

---

1) Erat quaedam ars ex pedum vestigiis de homine coniecturam facere. Qui istam artem exercebat قايف appellabatur; ars autem ipsa iu gente Modlidj frequeus erat. conf. Chrestom meam grammat. histor. p. 31 infr.

2) Velum si detegitur, rei adparentis uotitiam accipimus. Loquendi modus a sponsa desumitur, cuius facies velo obtecta est, quo remoto eius facies adparet. Inde in varius status transfertur couf. Coran. 50, 20. et Ham. ٩٥٧ v. 3.

3) Hic versus in Mersukii opere desideratur.

4) Sed mihi vox ضروس potius mordacis significationem habere videtur, ut bellum cum mordace camelo comparatum sit.

7. Quotiescunque mane quatuor pocula exhaurio, vestis mea strias in terra facit et in liberalitate situlam post funem demitto[1]).

In vocibus خط ميزرى cum vocali Fatha litterae خ actionem vesti adscripsit i. e. terram attingens vestigia imprimit. Legitur quoque حُطَّ cum littera ح sine puncto et vocali Dhamma adfecta. Uterque sensus idem est; eum nempe ebrium esse, ut vestem per terram trahat[2]). Dixit poeta Sohair: (metr. Wafir) Vestes striatas per solum trahunt, dum poculi ardor et cantus eos occupavit. Verba autem poetae: »Et in liberalitate situlam meam post funem demitto« significant, eum complere liberalitatem, quae ipsi exercenda haud ebrio remanserit, quasi maiore parte, quum haud ebrius esset, perfecta, rem reliquam ebrius absolverit. Hic sermo proverbii modum sequitur: »Effice, ut habena equum et funis situlam sequantur«, i. e. perfice rem tibi impositam, quae superest (conf. Meid. C. 3, 62.). In eum adhiberi videtur, qui in multo liberalis, paucum vile relinquit.

8. Quando haec mors venit, res nulla mihi necessaria restat, quin perfecerim[3]).

Et legitur: لا يُلْفِ حاجة, ut actio morti adscribatur et لا تُلْفَ حاجة, ita ut passivi forma sit agentis mentione non facta i. e. non invenitur. Sensus verborum قد قضيت قضاءها est: eam perfeci sicut res ei similes perfeceram. Quod vero ad verba هذا الموت attinet, admittere licet, eum tanquam praesentem mortem imaginatum esse, quum eam ipsum sine dubio adsecuturam esse sciret. Hanc ob causam haec mors dixit. Aut quum semper mortem peteret et eius adventum nuntiaret, haec mors eam propinquam esse significaturus dixit.

9. Ahdijji et Chathimi caedem ultus sum et provinciam a senibus mihi datam non amısı[4]).

Dicitur ثارتُه (eius caedem ultus sum) cum nomine actionis ثار. Sed vox ثار eum quoque significat, a quo ultio necati, nomine actionis appellato exigitur. Dicitur: فلان الثار المنيم »quidam is est, qui si occiditur, ulturus dormit non amplius se vindicans«. Voces المثؤور به occisum significant. Vox ثُؤْرة autem nomen actionis formam فُعلة habens est. Poeta dixit: (metr. Thawil) Ultionem meam in eo petii et caedem ultus sum. O gens Banu-Ahmir! num in ultione debilis fui? Verba جعلت ازاءها significant: »me posuerunt, ut ei praeessem« a loquendi modo: فلان ازاء مال »quidam opibus administrandis praepositus est[5]).

---

1) Versus hic versibus sequentibus Autarae (in Moallak. v. 39 sq.) praestantior putatur: واذا انتشيت فاننى مستهلك مالى وعرضى وافر لم يكلم واذا صحوت فما اقصّر عن ندى وكما علمت شمايلى وتكرمى »Quum ebrius sum, opes meas perdo, dum honor meus perfectus laesus non est et quum ad me redeo, a liberalitate non recedo et sicut scis, indoles mea et generositas mea est,« quod ille paucis verbis eundem sensum expresserit.

2) Hoc autem superbiam ostendentes faciunt.

3) Hic versus in Mersukii opere ante antecedentem locum habet. In Mersukii codice لا تبق حاجة »res necessaria non restat« legitur.

4) In hoc versu, qui in codice Mersukii non invenitur, اضع legas.

5) Provincia sine dubio vindictae est, quae ei a senibus occisis data erat.

XXXVIII.

Dixit Alharits b. Hischam b. Almoghirah b. Ahbd-Allah (p. 88.) b. Ohmar b. Machsum (vixit tempore Mohammedis).

Frater viri Abu-Djahl appellati est, qui die pugnae Badr fugam ceperat, quum Deus legato suo victoriam dedisset. Dixit grammaticus Abu-l'Fath, vocem هشام nomen actionis esse vocis هاشم, tertiae formae verbi هشم (fregit). Dixit filia Haschimi, avi prophetae: (metr. Camel) Ahmruus is est, qui intritam genti suae confregit, dum viri Meccae penuria laborantes, macilenti erant. Et مصمتون (silentes) pro مسنتون legitur. Grammaticus Alazmäih interpretans dixit: Fregit opes suas et tum intritam edendam dedit. Dixit grammaticus Abu-l'Ahla: Vox هشام a verbo هشمت الشى (fregi rem) derivata est. Proprie in re arida; sed haud difficili fractu adhibetur. Inde arbor arida هشيمة et planta arida هشيم appellatur. Melior vocem المغيرة enunciandi modus cum vocali Dhamma litterae م est; sed cum vocali Kesra, dum vocis alterius modum sequuntur (اتباع), vocem efferunt. Vox a verbis اغرت الحبل (firmiter contorsi funem) derivata est aut a verbis اغار على العدو (contra hostem impetum fecit) aut a verbis: اغار المراة (mulierem zelotypam reddidit). Vox مخزوم a verbo خزمت البعير (annulum crinibus confectum (خزامة) in eius nasum indidi) orta est.

1. Deus scit, me a pugna cum iis prius non destitisse, quam sanguine spumoso equus meus tectus fuisset,

Species prima metri Camel appellati et homoioteleuton متدارك ita constitutum est, ut simul مطلق, مجرد et موصول sit. Poetae verba الله يعلم, formam si spectas, narrationem continent, sed voluntatis poetae ratione habita, iusiurandum sunt, dum dominum suum tanquam testem advocat. Dicit igitur: Deus scit! a pugna contra eos non recessi, donec me vulneraverant. Vocibus اشقر مزبد sanguinem eiusque spumam albam super eo elatam significat. Die pugnae Badr [1]), quo fugam ceperat, Hassanus rem ei obiecerat dicens: (metr. Camel) Si tu, o mulier, mendax in eo es, quod mihi narrasti; modo Alharitsi b. Hischam fuga te eripias! Amatos reliquit, quos pugnando non defenderet et cum capite et habena equi generosi se eripuit. Tum fugam suam excusaturus dixit: Deus scit! ego pugnam contra eos non reliqui. Et quum Ebn-Alaschahtsus (vixit tempore Hadjdjadji) ad Rotbilum venisset, Rotbilus proverbii modo verba Hassani protulit: Si in eo, quod mihi narrasti, mendax es etc. Ebn-Alaschahtsus autem dixit: Nonne audivisti quae Alharitsus b. Hischam regessit et quum alter interrogasset, quaenam essent, dixit: Deus scit! pugnam contra eos non reliqui etc. Tum Rotbilus dixit: O Arabum gens! Vos omnem rem et ipsam fugam pulchram reddidistis! Sanguinem spumosum esse dixit, quoniam, si ex vulnere celeriter erumpit, spumam excitat. Dicere vult, se fugatum non esse, donec equo vulnerato sanguine tectus fuisset aut ipso vulnerato equus sanguine tectus [2]).

---

1) Pugna erat anno secundo post fugam conf. Abulf. Ann. T. I. p. 78 sq.

2) Similem sensum poeta Mohalhel expressit dicens: (metr. Chafif) لم ارم حوتة الكتيبة حتى حذى الورد من دماء نعالا »Agmen circumvolitare non omisi, donec equus rufus sanguinis calceos induerat.«

2. *Et ex occursu eorum in proelii campo odorem mortis percepissem, dum equites dispersi non erant*[1]),

Loco vocis وشممت legitur ووجدت (percepi). In verbis autem comparandi modus inest, cuius sensus est, se putare futurum fuisse, ut si constitisset, occisus esset. Vox تلقاء a verbo لقى (occurrit) derivanda est, ut vocis eadem significatio liceat esse, quam vocis لقاء (occursus). Hoc modo poetae Alräi appellati verba interpretati sunt: (metr. Basith) Bonum tuum, num promissa tua implerentur, speravi; sed hodie spes occursus tui abrupta est. Maxime autem vox تلقاء cum significatione vocis نحو (versus, obviam), ut in verbis Corani (Sur. 7, 46.): »Versus eos, qui ignis inferni participes erant« adhibetur.

3. *Et cognovissem, me, si solus pugnarem, occidi, dum hostis meus e caede mea damnum non perciperet,*

Vox واحدا, quae tanquam statum significans casum accusativum obtinuit, hoc in loco vocis منفرد (singulus) significationem habens adiectivum est. Vult autem dicere حتى علمت (donec scirem). Vocem scivi autem absolute posuit, ut nil dubii sit, eum id pro certo habuisse. Sensus est: Donec certo scirem, me, si ad eos oppugnandos constitissem, occisum iri, neque futurum fuisse, ut praesentia mea hostibus meis noceat, sed potius utilitati esset, quoniam si singulus fuissem, me occiso gaudium percipientes praeda potiti essent[2]).

4. *Ab iis me averti, dum inter eos amati erant, cupiens iis poenam futuram esse die ipsis retribuente.*

(p. 89.) Amatorum mentionem faciens fratrem suum Abu-Djahl eiusque familiam ex incolis Meccae, qui in proelii campo relicti aut occisi aut capti erant, significat. Sensus quoque esse potest: Ab iis recessi, dum eorum sanguis captique in iis erant, iis non potitus[3]): i. e. sanguis amatorum meorum et captivorum meorum[4]). Dicitur: صد عنى فلان cum nomine actionis صدود (quidam faciem a me avertit) et صددته انا عن كذا (eum ab ista re averti). In versu quoque اصددته adfertur; sed nihili est. Voci طمعا tanquam causam indicanti[5]) casum accusativum dedit. Verbis بعقاب يوم مرصد sensus est: Quod cupio, fore, ut Deus mihi postea diem concedat, qui iis malum paret et mihi in eos potestatem concedat; tum occasionem arripiam. Dicitur: رصدت فلانا بالمكافاة (insidiatus sum alicui retributione et cum eadem significatione رصدت له et ارصدته et ego sum مرصد insidians cuidam propter id, quod egit, ut ei id retribuam. Voci طمعا quoque tanquam nomini actionis, quod statum indicat, casus accusativus adiudicari potest, ut verba idem valeant, quam صددت عنهم طامعا (recessi

---

1) Hic versus in Mersukii codice desideratur.

2) Versus posterior pars significat, eum, si vidisset, fore, ut hostes damni quid perciperent, mortem non timentem fugam non capturum fuisse.

3) Mersukius sic habet: لم انلها ولم اظفر بها.

4) Sunt quoque, qui vocem الاحبة »amatos hostium« significare putent, quos ulcisci velit poeta.

5) Conf. Gr. Ar. II, 114. Hic accusativus a grammaticis مصدر لعلة »nomen actionis ad causam indicandam« appellatur.

ab iis cupiens). Voci عقاب significatio retributionis [1]) esse potest, dicitur enim: اولاه خيرا فعقبه بشر (bonum in eum contulit; sed malum ei retribuit) cum nomine actionis عُقْبة, عقاب et عقبى. Qui loco vocis مرصد legit سرمد, is voce tempus duraturum et temporis tam diei quam noctis coniunctionem significare vult, ut sensus sit: »poena diei longi, cuius tempus continuum est et cuius calamitas extensa est.« Dies autem moeroris calamitatisque tanquam longi describuntur et hanc ob causam dictum est: »Abiit cuidam dies instar dierum plurium et mensis instar temporis.«

XXXVIIII.

Dixit Alfarrar [2]) Solamita.

Viri nomen Hajjan b. Alhacam est. Vox حيان formam فعلان habet a voce حياء (pudor) derivanda. Vox سلمى adiectivum relativum a voce سليم, deminutivo vocis سَلْم derivatum est, qua situla ansâ unâ praedita significatur [3]), aut vocis سلم, (pax) aut vocis سَلَم, quae submissionem designat.

1. Quoties agmen cum altero agmine miscui et quum mixta essent, ea de manu mea excussi!

Species prima metri Camel et homoioteleuton متدارك ita constitutum est, ut et مطلق et مجرد et موصول sit. Abu-Mohammedem Aldahhan lexicographus de verbis وكتيبة لبستها بكتيبة tempore, quo coram eo haec legerem, quum interrogavissem, respondit, se Abu-l'Hasanum Simsimitam de verbis interrogasse. Illum responsi loco verba Corani (Sur. 59, 16.) legisse: »Ad exemplum Satanae, quum homini dixisset: Incredulus esto! et quum incredulus fuisset, dixit: Ego te liber sum!« Dicit: Quot agmina cum agminibus miscui et quum mixta essent, manum meam ab iis excussi, tum ipsa et res eorum reliqui. Vocem نفض (excutere) latiore sensu adhibuerunt. Primaria eius significatio proiiciendi et removendi est. Dicitur: نفضت اليد من فلان اشد النفض et لفلان »ab aliquo manum vehementissime excussi« i. e. suae ipsius curae eum tradidi [4]). Poeta autem excutere manum metaphorice dixit significaturus, se ab eo recessisse. Legitur quoque نفضت بها يدى »cum ea manum meam excussi«: id quod duplici modo interpretari licet, uno, quo voce بها equum suum designat i. e. flagello eum percussit, ut quum equum percussisset, celeri ictu suo manum suam quasi excusserit: altero, quo voce بها flagellum aut baculus intelligitur.

2. Eaque reliqui, dum lanceae eorum terga frangebant, qui aut in terram prostrati erant aut terrae innixi.

Vox تقص idem est quod تكسر (frangebat). Inde dicitur: وقصت العيدان (ligna fregi). Ligna,

---

1) Mersukius habet العاقبة loco vocis المكافاة.

2) Cognomen saepe fugiens poeta inde accepisse videtur, quod saepe fugam caperet, cuius rei in versibus sequentibus argumentum video.

3) In codice de Sacyano وهو الدلو legitur, quod praeferendum est.

4) Contrario sensu قبضت عليه كفى »contraxi super eum manum meam« et جمعت عليه كفى »collegi super eum manum meam« dici, Mersukius addidit.

quae suffitui inserviunt, وَقَص appellantur. Dixit poeta Homaid b. Tsaur (tempore Hadjdjadji vivens conf. Harir. p. 90.): (metr. Basith.) Ea nonnisi igne in thuribulis fragrantibus accenso incalescit, cui iam ligni Ialandjudj partes frangens paravit. Verba تقص الرماح illorum statui significando inserviunt et sic quoque verba: من بين منعفر والاخر مسند. In priore vox regens (عامل) verbum تركتهم, in posteriore تقص est. Dicit: Eos reliqui, dum lanceae diverso modo eos confodiebant et terga eorum frangebant, dum alii prostrati et in pulverem proiecti erant (vox عفر autem idem quod تراب est), alii confossi aut vulnerati innixi rebus, quas arripiebant, dum extremum vitae spiritum agebant.

3. Quid verba mulierum eorum: Ne occidaris! mihi profuissent, dum post earum maritos occisus fuissem[1]*?*

Licet admittere, vocem ما interrogando inservire, ut verbum كان imperfectum sit[2]) aut vocem ما esse negationem, ut verbum كان confirmando inserviat. Voces لا تبعد idem significant, quod لا تهلك (ne pereas!). Dicitur: بعد الرجل eum futuro يبعَد (vir periit). In Corano (Sur. 11, 98.) legitur »Quemadmodum gens Tsamud periit«. Adiectivum بعد est. Deum **(p. 90.)** contra virum hac voce بعدتاى (pereas!) invocant i. e. Nil mihi prodest, quod (mulieres) me deflent dicentes: Ne perieris! dum iam perii. Verba autem لا تبعد[3]) mortuo dicuntur.

XL.
Dixit vir gentis Banu-Asad.

1. In Ebn-Hashasum b. Wahb in inferiore parte loci Dsu-l'Djilat modo generosi beneficium contuli.

Species prima metri Wafir et homoioteleuton ita constitutum est, ut res مردف et مطلق et موصول appellatae in eo coniunctae sint. Forma prima et quarta يديت et ايديت eundem sensum offerunt. Verbum يديت praepositione على cum obiecto coniunxit, quoniam modo vocis انعمت adhibitum est. Ut verba sensu contraria eodem modo construi solent, sic quoque verba sensu similia. Forma autem quarta ايدى frequentius adhibetur. Dicitur ايديت اليه يدا (beneficium in eum contuli) et vox يد beneficium significat. Oportuit quidem formam nominis يَدْى esse, ut verbum جرى nomen actionis جَرْى habet; sed vox يَد eius loco posita est. Interrogatus, cur nomen actionis (Gram. Ar. I, 278.), cuius tertia littera radicalis abiecta sit, quemadmodum in nomine appellativo (ib. p. 268.), esse neges, respondeas, nomen actionis

---

1) Hic versus contra quosdam grammaticos probat, poetam fugam suam non gloriari; sed eam excusare, quum, si substitisset, sine dubio occisus fuisset. Loco vocis دون in Mersukii codice خلف legitur et pro رجالها vox رجالهم.

2) Conf. Gr. Ar. T. II. p. 433, ubi vox تام explicata est. Est igitur sensus vocis ناقصة, verbum كان praedicatum in se non continere et hanc ob causam imperfectum esse.

3) Verba لا تبعد aut locum casus nominativi aut accusativi tenent, dum aut appositio aut obiectum vocis مقال habentur. Vox وقتلت statum pronominis primae personae in voce ينفعنى describit, dum vox مقال eius regens (عامل) est. Voces خلف رجالهم statum pronominis, quod verbo قتلت inest, describunt.

non tam frequens esse quam nomen appellativum, ut, si tertia littera radicalis in nomine appellativo ob frequentem usum abiecta sit, in nomine actionis, cuius non tam frequens sit usus, idem accidere non potuerit. Dicit: Modo generosi in eum beneficia contuli. Nomen حسحاس autem derivatum esse volunt a verbo حسحس الشواء (rem assandam super igne verti). Alii dicunt, حسحسة esse actionem, qua cinis ab ea excutiatur. Sunt, qui dicant, vocem حسحاس carnem assatam, quae mollis non sit, designare. Verba ذو الجداة nomen loci sunt et vox جداة cum plurali جدى arboris nomen est. Hanc significationem voci in versu Ebn-Mokbili tribuunt: (metr. Basith) Pernoctarunt ligna colligentes feminae Lailae, dum ei ignem accendunt magnis lignis arboris Djidsa, non leviter flagrantibus neque fumosis. Alii sunt, qui dicant, vocem جذى pluralem vocis جذوة (pruna ardens, torris) esse. Abu-Hilalus ذو الجذاة cum vocali Fatha loci nomen esse; sed Alnamirita vocalem Kesra esse dixit. Hic vulgatus legendi modus est. Legitur quoque in versu ابن حسّاس.

2. *Quum ego praesens essem et is e domo amici absens esset, equum Alhamma eius causa retinui*[2]).

Vox الحماء nomen equi est. Aut nomen equi aut proprietas esse potest; nam حماء femininum vocis احمّ nigrum quodlibet designat. Legitur quoque من الجماء, id quod a vocibus جمّ الجرى (cursus multus fuit), derivari potest. Nil quoque impedit, quominus vox singularis forma sit cum plurali جُمّ, qua voce equi designantur, quorum equites lanceis destituti sunt, siquidem lanceas equorum cornua esse dicunt. Id est: Ad eum equum meum retinui, tum eum pone me equo imposui. Hic enim Ebn-Hashasus die pugnae Djebelah[3]) prostratus erat. Eum autem vulneratum conspiciens Asadita pone se in equum adsumserat. Admittere quoque licet, eum verbis significasse, se equum retinuisse et tum eum defendisse. Sed prior interpretandi modus rectus est. Obiectum verbi شهدت omissum est, quod res nil obscuri habet. Vox حميم fratrem et amicum viri designat, quae inde desumta significatio est, quod eius causa sollicitus est, nam vox احتم similem voci اهتم significationem praebet; nisi quod cum illa moeror et insomnia coniuncta sunt. Dixerunt احتم in cura noctis tempore. اهتم vero in diei cura adhiberi. Coniicere quoque licet, primum homines voce indicare voluisse, alterum amicorum duorum, altero febri laborante, ob curam et sollicitudinem tanquam febri laborare, ut vox a voce حمّى febris derivanda sit; cuius rei argumentum, in voce محموم (febri laborans) est. Dixit poeta: (metr. Sarih) Ardet modo, quo febri laborans ardet aut lapides, quibus aromata sponsarum conteruntur, percussi[4]). Loco

---

1) De Sacyus adscripsit, sibi videri verba غير حوّار ودعّر referenda ad حواضب, ita ut حال sit. Huic vero sententiae tum quod enunciandi modo vocis دعر metrum contrarium est, tum quod in lexicis istae pluralium formae non reperiuntur, adsentiri non possum.

2) Versus hic cum sequentibus beneficium, cuius mentio facta est, describit.

3) Proelium hoc die, quo Mohammedes natus est, commissum fuit. conf. Pocock. specim. p. 461. et Meidan. T. III. p. 558.

4) Vox مداك est ut مداق et vox عُرُس pro عرائس est.

verborum وغاب عن دار الحميم dicendum fuit: لما شهدت وغاب حميمه (quum ego praesens essem et eius amicus absens esset). Vocis لما phrasis consequens قصرت praemissa est.

3. Certiorem eum faciens, ipsum ad mortem non vulneratum vehi equo robusto et continuo currente (haud fatigando).

(p. 91.) Vox يشوى idem quod يخطى (errat) significat a loquendi modo رماه فاشواه (eum iecit; sed vitae periculoso loco non vulneravit). Vox عجلزة eandem significationem quam vox صلبة (dura) habet et vox جموم equum designat, cuius cursus non abrumpitur. Vult igitur dicere: Te ad locum securum proferri, res facilis est et vulnus tuum leve.

4. Et si voluissem, ab eo distantia stellae poli ex stellarum numero remotus fuissem.

Dicit: Si voluissem[1]), ego ab eo tam remotus fuissem, quam stellae polares a planetis remotae sunt. Planetae autem stellae sunt, in quibus solis lunaeque stationes sunt[2]); in stellis polaribus autem stationes non sunt. Hoc modo verborum: هو منى مناط الثريا »is a me distantia Pleiadum remotus est[3])« ratio est, quibus magna distantia significatur. Admittere quoque licet, eum dicere voluisse: Remotus ab eo fuissem distantia stellarum pollarium ex siderum numero, ut verba من النجوم melius explicandi causa (Gram. Ar. I. p. 490.) addita sint, sicut in Corani verbis (Sur. 22,31.) Recedite a crimine ab idolis[4]). Potest quoque voce النجوم plantas terrae significare, quoniam omnis res prodiens نَجْم dicitur, ut sensus sit: Distantia stellarum polarium a terra et locis eius, ubi plantae germinant. (Hoc longe petitum est.)

5. De virorum sermone futuro cogitavi et de vituperatione, quae reprehensione digno adhaeret.

Vox تعلة nomen actionis verbi علّل et verbis تعلة الفتيان sermonem eorum, quo tempus terunt, exprimere vult. Dicunt igitur: Quidam bene egit aut male egit. Dicit, scio futurum esse, ut factum meum commemoretur et poesi divulgetur et decantetur. Unus alteri rem, sive bona sive turpis sit, narrabit. Praetuli igitur pulchram laudem et evitavi factum vituperatione dignum, quo Ebn-Hashasum hosti traderem. Namirita verba انبئه بان الجرح يشوى interpretans sic refert: Dicit socio suo: Procede neque timidus esto, nam vulnus locum vitae periculosum saepe non attigit et non multum nocuit et tu quoque in equo generoso sedes, ut, si vis, aut impetum facere aut fugere possis. Haec autem verba eiusmodi sunt, ut cor quietent et animum confirment. Dixit Abu-Mohammedes Alahrabi: Hic proverbii locus est: Voluit viam Alohnzolain; sed cameli albi ad sinistrum latus eum abduxerunt in re-

1) Scholiastes recte observavit, verba لو انى اشاء hoc in loco rem praeteritam significare. Ni fallor, locus modo ellipsis explicandus est: لو كنت انى اشاء, nam aliter voces لو اشاء rem praeteritam vix significare possunt.

2) Hanc autem pluralis النجوم »planetarum« significationem quum neque aut in astronomiae libris aut alibi invenerim, simplicem stellarum significationem praeferendam esse censeo.

3) Stellarum longinquitas in proverbii consuetudinem venit conf. Meidan. C. 2, 146.

4) Haec explicandi ratio ob pluralis النجوم significationem praeferenda est.

cessu collium ad sinistrum latus recedentem[1]). Vox العنصل nomen vallis inter regiones Aljamamah et Aldahna (conf. Ebn-Chall. No. 650.) sitae est. Dualis numerus ob partes circumdantes voci datus est. Versus sensus est, eum socium suum vulneratum, quem conspexisset, in equum pone se sumsisse. Tum eum solatio erigit et confirmat dicens, vulnus letiferum non esse; quasi nutu vulnus eius indicans dicit: الجرح يشوى i. e. hoc tuum vulnus. Et hic loquendi modus in impropria locutione verbis sequentibus poetae similis est: (metr. Thawil) Fulgur altum fuit e regione Hidjasi apparens et desiderio me implevit et omnem in regione Hidjas oriundum fulgur desiderio implet i.e. hoc fulgur, quasi fulgur ipsum nutu significasset. Verbis وانك فوق ماجلزة جموم dicere vult: Super equa mea, quae nomen الدهماء habet et quae ad gentem tuam te perducet. Verborum causa talis erat. Mahkilus b. Ahmir Asadita, frater Hadhramijji b. Ahmir, eques equae Aldahma appellatae, die pugnae Djabalah (Ante Islamum conf. Meidan. T. III. P. I. p. 558.) Ebn-Hashasum b. Wahb Ahjawitam, ad quem prostratum transierat, in domum suam portans, donec sanatus esset, curaverat. Tum vestitum ad familiam ducens sequentes versus dixerat: (metr. Wafir) In Ebn-Hashasum b. Wahb in inferiore parte loci Dsu-l'Djidat modo generosi beneficia contuli et retinui ad eum, quum ego praesens essem; absentes vero essent, quos haberet, amici, equam Aldahma.

XLI.

Dixit Alschaddach[2]) b. Iahmar Cinanita e gente Cinanah b. Chosaimah.

Nomine Alschaddach appellatus est, quoniam sanguinem inter gentem Koraisch et Chosaah sine ultione effuderat (شدخ). In quodam bello dixit: »Pretium sanguinis sub pedibus meis fregi«. Vox يعمر a verbo, ut voces يزيد et يشكر, translata est et خزيمة deminutivum vocis خزمة, quae vox unam arborem speciei خزم designat, ex cuius libro funes contorquentur. Poeta metro Redjes[3]) usus dixit: Situlam demitte, et iam adest mane quod demittis, instar funis arboris Chasam madidi. Hic interpretandi modus melior est, quam quo deminutivum (leg. بتصغير) vocis خزْمة, littera ز vocali non adfecta, a verbo خزمت البعير (naso cameli annulum indidi), esse putatur.

1. Dimica contra hostes, o gens Chosaah, neque segnities in iis oppugnandis te occupet!

Species prima metri Monsarih appellati et homoioteleuton متراكب ita constitutum est, ut et مطلق et موصول et مجرد sit. Dixit grammaticus Abu-l'Ahla: In verbis قاتلى القوم id est, quod artis metricae periti خرم appellant, qua voce unam vocali motam litteram (syllabam brevem) duarum, quae initio versus locum habent, dum tertia littera quiescens est,

1) Versus poetae Farasdaki metri Thawil est conf. Meidan. C. 1, 264.

2) Poeta, cuius nomen Alschoddach quoque pronunciatur, ante Mohammedem vivens unus ex eorum numero erat, qui inter gentem Kodhaah et Kozajj de templo Cahbah iudicium ferrent. Meid. T. II. p. 257.

3) Est potius septima species metri Sarih appellati.

abiectam esse, significant, quam rem Chalilus illicitam habuerit, se autem licitam habere [1]). Abu-Rijasehus versum tanquam integrum adnotavit, ut initium فقاتلى القوم sit. Legitur قاتلى et قاتلو (leg. وقاتلو), quorum in uno verbo sensus, in altero formae ratio habita est. Negationem cum voce فشل (debilitate) coniunxit; sed dicere vult, ne vos debiles sitis i. e. ne vos timiditas et debilitas occupet.

2. Hostes vobis similes sunt. In capite crines habent et occisi non resuscitantur.

I. e. Si vobis similes hominum forma creati sunt, ut si quis eorum occidatur, in vitam non redeat. Retulerunt autem quidam (legas زعم قوم), Arabes nonnullos, Persas haud mori putare. Hoc autem referentis ignorantiae tribuendum est, homo enim non ignorat, omnes homines in moriendo aequales esse. Ahmruus b. Mahdi-Carib quum Persarum exercitui cum Mohammedanis occurreret, verbis suis: (metr. Sarih) »Ego Abu-Tsaur sum et gladius meus Dsu-l'Nun est. Eos modo iuvenis furibundi percutio; o gens Sobaid [2])! ii moriuntur« eos nonnisi ad pugnam incitavit. Et haec fere ratio verborum Schaddachi est. Interrogans autem Abu-Mohammedem Aldahhan lexicographum de verborum القوم امثالكم sensu hoc responsum tuli: Dixit, quum Abu-l'Hasanum Simsimitam de eo interrogavissem, loco responsi verba Corani: (Sur. 4, 105.) »Si vos dolorem concipitis et ii eodem modo dolorem concipiunt.«

3. Num, quotiescunque Gens Chosaah dimicat, me incitat, quasi matris eorum camelus sim?

Nomen خزاعة a verbo خزع عن اصحابه cum significatione (remansit a sociis), quoniam ista gens tempore Sail-al'Ahrim in urbe Mecca migrantibus sociis remansit [3]). Dicit: Num gens Chosaah, quotiescunque pro victoria sua et ad se defendendum me propellit, quasi camelus aquam hauriens matris eorum sim, cuius ope aqua hauritur, cui dicitur: cum situla accede et recede! Matris eorum autem mentionem fecit, ut gravius verbum redderet asperiusque. Verba autem كانى لامهم status describendi locum tenent i. e. me propellitis tanquam similem camelo matris eorum. Vox كلما particula temporis cum voce تحدونى coniuncta est i. e. si antea ei obsequium praestiti, nunc non obsequor.

Res narratae, quibus versus illustrantur. Inter gentem Cinanah et Chosaah foedus erat ad mutuum auxilium contra omnes homines praestandum. Quum gens Chosaah cum gente Asad pugnans victa esset, gens Chosaah gentis Cinanah opem imploravit. Chaddaschus gentem Asad ipsi propinquitate coniunctam cogitans, gentem Cinanah ab auxilio ferendo avertit et versum قاتلى القوم dixit. Haec autem erat causa, cur gens Banu-Asad e terra Tehamah in regionem Nedjd transmigraret irata contra gentem Cinanah, quae ipsi auxilium non tulerit.

---

1) Conf. libr. meum Darstellung d. Arab. Versk. p. 88. et 254 sqq.

2) Sobaid gens Iemanensis, cuius dux Mahdi-Carib erat.

3) Conf. beati Reiskii comment. De Arabum epocha vetustissima Sail Ol Arem p. 18.

XLII.

Dixit Alhozain b. Alhomam Morrita[1].

Vox حصين deminitivum despectum significans a voce حصْن derivatum est aut vocis حُصْن (pudicitia) nominis actionis significatione cum voce حصان cohaerens[2]. Sed nomen actionis in deminutivum despectum significans non mutatur nisi postquam nomen proprium factum est. Dixit Abu-l'Ahla: Nil impedit, quominus deminutivum pronunciatione levata vocis حصان (equus generosus) aut vocis حصان (mulier pudica) aut vocis محصن cum significatione pessuli aut canistri sit. Vox حمام de febri camelorum peculiariter usitata est. Febris autem et حُمّى et حُمّة appellatur, dum femininum modo littera ة, modo littera ا additâ (ut حُمّى pro حُمّا sit) significatur. Grammaticus Abu-Said versum Dhibabi ben-Sobaih b. Auhf recitavit: (metr. Thawil) Per vitam meam! erga Dhibabum filii febris et tussis sunt. Dicunt vocem حمام sudorem equorum significare et si inde desumta est vox, ea voci حميم similis est, quoniam sudor حميم appellatur, modo quo voces طويل et طُوال idem designant. Significatio autem sudoris a significatione aquae calidae ماء حميم derivata est. Poeta est Alhozain b. Alhomam Morrita e gente Morrah Ghathafan oriundus. Haec gens erat Morrah b. Auhf b. Sahd b. Dsobjan b. Raits b. Ghathafan b. Sahd b. Kais b. Aihlan. Alii dicunt, hanc gentem **(p. 93.)** esse Morrah b. Auhf b. Loajj b. Ghaleb ad gentem Koraisch pertinens. Ohmarus b. Alchaththab eos invitaverat, ut ad genus suum (sc. Koraisch) redirent. Hac de causa ad eum venientes senes gentis interrogaverunt, num ipsos participes imperii (chalifatus) aut saltem consilii (de creandis chalifis) participes faceret, et quum ille hoc se non facturum, dixisset, negarunt, se (ex sua gente) exituros esse, dicentes: Qui nasi (primores) gentis Koraisch sumus, caudae (infimi) inter vos futuri sumus.

1. Recessi vitam conservaturus: sed nonnisi in eo, quod praecedam, vitam mihi esse video.

Species secunda metri Thawil et homoioteleuton متدارك ita constitutum est, ut مطلق, مجرد et موصول sit. Dicit: Quum retromansissem, desiderio mei hostis impletus fuit et me timidum opinatus contra me audacem se gessit. Caedes autem timidum celerius attingit, quoniam quivis desiderio incenditur. Proverbiali autem modo dixerunt: »Mortem timido desuper imminere (conf. Meid. C. 1, 10.).« Praecessi igitur; et quod praecessi, mihi salutarium erat. Arabes dicunt: Strenuus defensus est i. e. adversarii eum timentes evitant, id quod ipsi defensioni est. Potest quoque sensus esse hic: Pugna me abstinui vitam meam conservaturus, sed vitam talem non inveni, qualis in audacia mea erat; nempe pulchra fama nonnisi praecedendo oritur, minime recedendo (a pugna). Verba autem poetae: حياة مثل ان اتقدما sensum hunc offerunt: vitam similem vitae, qualem praecedendo (audacia) fruebar[3].

---

1) Gentis Sahm b. Morrah princeps et eques Islami tempus adtingens Mohammedis religioni se addixit. In quodam itinere obiit conf. Ham. p. ۱۸۷ et ۱۹۰ et Citab-Alaghaui.

2) Vocem eodem modo, quo vocem رُشَيْد, tanquam nomen proprium adhibuerunt.

3) Similem sensum sequentes versus (metr. Motakarib) offeruut: اكان الجبان يرى انه سيقتل قبل انقضاء الاجل

2. Vulnera nostra super calces sanguinem non emittunt; sed super pedes sanguis effluit.

Id est: Non sumus ii, quorum vulnera super talos sanguinem emittunt et si suas suorumque res gestas non narrasset, dicendum fuit: »Non sunt vulnera nostra sanguinem emittentia super talos«: Dicit: Terga non vertimus, ut terga nostra vulnerentur, et sanguis noster super talos nostros profluat; sed gladios faciebus nostris excipimus, ut, si vulneremur, sanguis noster super pedes profluat. In verbis تقطر الدما si verbum femininum genus habet (تقطر), sensus est »vulnera manant sanguine«, ut vox دماء obiectum verbi sit. Dicitur قطر الدمُ (manavit sanguis) et قطر cum accusativo »effecit, ut manaret«. Admittere quoque potes, vocem الدم casum accusativum habere, qui ad rei speciem significandam (Gram. Ar. II, **113** sq.) inserviat, ac si تقطر دما dicere voluerit. Articulum autem cum voce coniunctum pro nihilo habuit[1]), ut in verbis poetae factum est: (metr. Wafir) Et non in gente Fesarah hirsuta quoad cervices[2]) (vox الرقابا est pro رقابا). Legi quoque potest يقطر الدما (masculini forma). Hoc admisso vox الدما subiectum verbi est, quam vocem poeta ad formam origini aptam reducens in fine sine Medda protulit, quamvis abiecta tertia littera radicali adhiberi solet[3]).

3. Crania virorum nobis honoratorum dissecabamus[4]), dum rebelles et multum iniusti erga nos erant.

Dicit: Capita virorum, qui apud nos in honore erant, quia e numero nostro sunt, diffindebamus, quod nobis antea repugnaverant. Vocis عقوق significatio primaria amputandi, rumpendi est. Dicitur عق الرحم (cognationem abrupit), quemadmodum قطع dicitur. Pluralis vocis عاق est اعقة, quae pluralis forma rara est.

XLIII.

Dixit vir e gente Banu-Ohkail,

qui nonnullos e patruelibus contra eum pugnantes interfecerat. Vox عقيل deminutivum vocis عَقْل aut عَقَل est, quae forma nomen actionis verbi اعقل habetur. Esse quoque potest deminu-

---

فقد تدرك الحادثات الجبان ويسلم منها الشجاع البطل »Num timidus putat, se ante finem termini vitae occisum iri; sed infortunia timidum assequuntur et strenuus, fortis ex iis salvus evadit.« et hic versus: (metr. Motakarib) تهين النفوس وهون النفوس يوم الكريهة أوقى لها »Tu animas contemnis et animarum contemtus proelii die eas magis defendit.«

1) Addit hoc, quoniam eiusmodi voces articulo carere debent.

2) Ex hemistichii verbis sensus qui sit versui, vix divinari potest. Mihi vox الشعر pluralis vocis اشعر hirsutus videtur, qui cum voce فزارة nomen gentis coniungendus sit. At vero de Sacyus exemplari suo adscripsit, sibi pluralem vocis شعار videri, hunc verbis sensum tribuens: neque fissa indusia induimus, quatenus ad colla pertinet.

3) Poeta Kathamita similem sensum hisce verbis expressit: ليست تجرّح فرّارا ظهورهم وفي النحور كلوم ذات ابلاد »Eorum terga, dum fugiebant, non vulnerabantur; sed in iugulis vulnera erant cicatrices relinquentia.« (Metrum Basith est.)

4) Hoc in versu sine dubio rem praeteritam significat et hanc ob causam imperfecti formam adhibui. Quod si vero agendi rationem poetam generaliter describere putas, praesentis forma (dissecamus) convenit. In codice Mersukii loco vocis رجال legitur اناس.

tivum, quod despectui significando inservit, dum pronunciatio lenior facta est, nec non vocis عقل aut اعقل deminutivum, cuius pronunciatio lenior reddita est.

1. Invitis principibus nostris, o gens Ahmrui, gladiis tenuibus, bene secantibus vos mane invadimus.

Species prima metri Wafir et homoioteleuton متواتر ita constitutum est, ut مردف, مطلق et موصول sit. Voce مرهفة gladii designantur (conf. Ebn-Doraid. Makzur. v. 95.). Verbum ارهف significat: »tenuem reddidit aciem, acuit«. Adhibetur forma quarta et prima. Medium corporis gracile خصر مرهف et equus, cuius costae angustae sunt, فرس مرهف appellantur, id quod in equo vitium est. Vox صقل pluralis vocis صقيل est. Legitur quoque بمرهفة النصال, quibus verbis sagittae significantur, nam vox نصال idem quod مراماة (iaculatio) est. Hoc eodem modo dictum est, quo سهام النصال dicunt. Dicit: Cum molestia principum nostrorum iisque invitis vos mane aggredimur gladiis tenuibus cuspidibus praeditis, politis. Dixit: Invitis **(p. 94.)** principibus nostris, quoniam societas inter gentem et concordia restituta principibus grata est, siquidem potentia principis in sociis posita est. Dicere quoque licet, eum, principes quum nominaret, universos intendisse, ut sensus sit: Inviti contra vos pugnamus; sed nos ad id adegistis. Pluralem صقال a voce صقيل cum significatione participii passivi formavit. Hoc usui contrarium est, quod pluralis irregularis فعال a forma فعيل cum significatione participii activi provenit ut in vocibus ظريف et ظراف. Eodem modo فصيل et فصال formatum est. Res autem licita est, quod duae formae in quantitate metrica litterarum et eo, quod adiectiva sunt, congruunt. Legitur quoque بمرهفة الصقال (sic apud Mersukium), in quo vox مرهفة cum voce الصقال modo, quo pars cum toto coniungitur, coniuncta est, quoniam sensus est: Ii, quorum acies tenuis est, e numero politorum i. e. e numero gladiorum politorum.

2. Die belli eos a vobis avertimus et si eorum cuspides crenis ruptae sunt.

Vox نعديهم significat »avertimus eos«. Dicitur: عدّ الهم عنك »Averte sollicitudinem a te!« Versus duos interpretandi modos patitur, unum hunc: Gladios a vobis avertimus, ut vos superstites esse sinamus, et nolentes vos delere, etsi cuspides eorum iam disruptae sunt, quod frequentissime iis hostes percutimus; alterum talem: Avertimus eos, etsi per vos et in vobis disrupti sunt, quoniam potestas iram delet [1]).

3. Iis ex capitum sanguine color turbidus est, etsi de novo poliebantur.

Verba من الهامات sunt loco verborum: من دماء الهامات »e sanguine capitum«. Vox كاب a verbis كبا وجهه (facies eius obscuro colore praedita fuit) et كبا نور الصبح والشمس. »lux Aurorae et solis deminuta fuit« derivata est. Verborum ان كانت phrasis consequens in antecedentibus verbis invenitur, dum sententia descriptionem gladiorum continet. Sensus est:

---

1) Proverbium est conf. Meid. C. 1, 27; sed loco vocis القدرة ibi المقدرة legitur. Mersukius addidit: او لان ما يجمعنا يدعو الى البقيا والاخذ فيكم بالحسنى »Aut quoniam cognatio nostra nos commovet, ut vos conservemus et cum benevolentia vos tractemus.«

Rubigine infectos eos semper vides, quamquam iis poliendis curam semper habemus, quoniam eos semper in opere adhibemus.

4. Quando vos occidimus, vos deploramus et vos, quasi nil curantes simus, occidimus.

Dicit: Occisos vestros ob vinculum cognationis propinquae, quo vobiscum coniuncti sumus et coacti a vobis occidimus, quasi id nobis gratum esset. Vox نبالى est tertia verbi forma cum nomine actionis بلاء et verbis لا اباليه dicere vult, »se id non curare«; quamquam in re tam suam quam eius calamitatem videat. Grammaticus Sibawaihi referens loquendi modum: ما اباليه بالة »id non curo« dixit, vocem بالة modo vocis حالة formatam esse, abiecta littera ى, ut pronunciatio lenior fiat, neque vero ut regulis satisfiat. Dixit Abu-l'Ahla, verbum بالى »curavit« maxime in rebus negandis adhiberi. Interdum quoque in rebus adfirmandis voce usi sunt; sed non dixerunt باليت بكذا, ita ut aut in initio sermonis aut in fine vox cum negatione occurrat. Non dicitur ما بالى بك صديقك »Amicus tuus tui curam non habuit« sed بالى عبدك »servus tuus curam habuit«, neque dicitur: ان باليت بهذا الامر فما بالى بك اخوك »si hanc rem curas; at frater tuus te non curavit. Dixit poeta Sohair: (metr. Wafir) Iter Omm-Aufae curavi; sed Omm-Aufa non curat.

XLIV.

Dixit Alkattal[1]) Cilabita.

Diverse viri nomen retulerunt. Alii esse Ahbd-Allah, alii Ohbaid b. Modjib b. Almadhrahijj b. Ahmir Alhizzan b. Cahb b. Ahdi b. Abi-Becr b. Cilab. Sensus verborum عبد الله cognitus est. Ohbaid vero deminutivum vocis عبد (servi) aut (speciei plantae) esse potest. Poeta metro Redjes[2]) usus dixit: Planta Ahbd cum planta Ohnthsowan eos (camelos) dispersit et hic dies eorum gravis dies est[3]). Deminutivum vocis عَبَد, qua ira designatur, esse quoque potest. Qui autem putat, esse formam deminutivi cum pronunciatione, quae lenior reddita sit, ei formam a vocibus عابد, معبد, عبّاد, عبود, اعبد aliisve, in quibus litterae additae sunt (Gr. Ar. 1, 30.), derivare licet. Vox مُجيب eum designat, qui vocanti adnuens respondet; tum latiore sensu verbum adhibitum est, ut diceretur: اجابت الارض (terra plantas produxit). Inde mulier تجيب appellabatur, quae gentis mater erat. Ad eam gentem Cinanah b. Bischr Todjibita, Ohtsmani occisor[4]) pertinebat. Sed in

---

1) Coguomen esse videtur inde desumtum, quod multos occideret. Tempore Merwani b. Alhacem vixit conf. Ham. p. ٩٩ l. 4.

2) Sed septimae potius speciei metri Sarih versus adnumerandi sunt. Fit autem saepe in scholiis, ut, si metrum Sarih sit, metri Redjes mentio fiat.

3) Camelorum pastor, quum cameli dispersi essent, ob pastum plantarum illarum diem gravem appellat. Pastu enim plantae Ohnthsowan ventris dolore laborare solent. Hic dolor in causa est, cur dispersi discurrant neque pastor eos congregare possit. Sed in Djeuharii opere sub radice عنظ versus sic adfertur: حرّقها وارس عنظوان فاليومُ منها يوم ارونان »Ussit eos flavescens planta Ohuthsowan et hic dies eorum gravis dies est.«

4) Chalifa Othsman anno 35 occisus est. De re videas Abulf. Annal. T. I. p. 278 sqq.

eo hominum dissensio est. Vox مضرحيّ a voce مضرحي desumta est, qua vultur **(p. 95.)** albus significatur. Interdum in nigro adhibetur, nec non accipiter voce descriptus est. Significare volunt, eum in latus se demittere aut praedam percutere (يضرح) a loquendi modo ضرح الفرس برجله (pede suo equum percussit). Nomen هصّان a verbo هص الشى cum futuro يهُص (confregit rem) derivatum est. Vox كعب autem a talo provenit. Dixit poeta (metr. Motakarib omissa prima syllaba brevi): Tu nomen Cahb a pessimo osse accepisti et pater tuus scarabaei nomen gessit. Vox كعب reliquam quoque partem butyri in utere et omnem nodum in canna designat.

1. Sijadum obtestatus sum, dum consessus nos dirimebat eique Sihri et Haitsami propinquitatem in mentem revocari.

Species secunda metri Thawil et homoioteleuton متدارك ita constitutum est, ut مطلق, موصول et مجرد sit. Dicitur: نشدتك اللهَ والرحمَ et نشدتك اللّهَ i. e. »rogavi te per Deum et cognationem« i. e. adiuravi Sijadum per Deum, ut se abstineret, dum consessus hominum praesens erat, eique mutuam horum virorum cognationem in mentem revocavi pacem desiderans; sed ille se non abstinuit. Vox هيثم in multis rebus adhibetur, pullum vulturis, nec non pullum aquilae designat et voces كثيب هيثم tumulum planum significant. Grammaticus Kothrob (conf. Ebn-Challik. Nro. 646.) dixit: Voce tumulum rubrum significari. Voces ساعد هيثم molle brachium designant. Vox هيثم species arboris (شجر) boni odoris quoque designat.

2. Et quum vidissem, eum se non abstinere (a me), manum meam cum lenta, recta (hasta)[1]) in eum direxi.

Dixit: Quum vidissem, verbis et increpando non posse effici, ut se abstineret, manum meam contra eum dirigens armatam lancea flexili, directa eum confodi. Vox له in verbis املت له eius causa rem factam esse significat.

3. Et quum, me eum occidisse, vidissem, eius poenitentiam egi quonam tempore poenitentiae!

Dicit: Quum eum occidissem, poenitentiam eius egi, quum poenitentia nil prodesset[2]). Verbis اى ساعة مندم casum accusativum dedit, quum definiendo tempori inserviant, quoniam voci اى, quae partem rei totius significet, eadem ratio est, quae voci cum ea coniunctae cuiusvis generis (conf. De Sacyus Gram. Arab. T. II. p. 367.).

Res ad hos versus illustrandos narratae. Alkattalus cum filia patrui cuiusdam, fratre illius filiae absente colloqui solebat. Qui rediens, quum Kattalum cum sorore sua loquentem conspexisset, ei rem interdixit iurans se, si iterum vidisset, eum occisurum esse. Qui quum postea eum vidisset; gladium arripuit, at Kattalus fugiens e domo exiit altero

1) Adiectiva لدن lenta et مقوم recta sunt loco substantivi رمح (hastae) omissi.

2) Poenitentiam nil prodesse, hic sensus in voce اى quaenam latet; quasi dixisset; sed quodnam poenitentiae tempus erat?

sequente. Quum persequens ad alterum appropinquasset, hic per Deum et cognationem eum obtestatus est; sed alter verborum nullam rationem habuit. Accidit autem, ut, quum currens fugientem paene attigisset, ille apud domum lanceam terrae infixam inveniret. Alkattalus lancea sumta contra eum se vertens eum occidit et fugae se dedit. Sociis occisi eum persequentibus ad filiam patrui cuiusdam Sainab appellatam, quae ab aqua remota habitabat, in domum subito intravit, et mulieri roganti, quid ei supervenisset, dixit: Vestimenta tua super me proiice! Vestimenta igitur sua ei induit, rica texit et re Alhinna sumta manus eius infecit. Re peracta ab eo recessit. Persecutores autem quum ad domum transiissent ipsam Sainabam esse putantes, ubi turpis esset, interrogarunt. Is respondens aliam, quam qua ipse iturus erat, regionem indicavit. Ipse autem, quum eos longe remotos esse sciret, aliam viam ingressus ad montem Ahmajah pervenit. Ibi hosce versus composuit: (metr. Thawil) Deus pro nobis (et in eius manu remuneratio est), monti Ahmajjah bonum retribuat, qui cuiuslibet propulsi mater (pater) est. Ne eum despiciat gens, si in eo habitat, et si rex omnem tabellarium mittit. Eius omnis collis eminens longo collo praeditus mons me defendit et omnis petra multis scrobibus praedita difficilis adscensu. In quo monte quum per temporis spatium commoraretur, fratre res ipsi necessarias adferente pardus ad eum tantopere se adsuevit, ut unus alterum praedae, quam venando cepisset, participem faceret. Frater interim pro eo pacem cum inimicis **(p. 96.)** composuit. Cuius rei nuntium cum adiutor[1]) adtulisset et uterque a montibus descendentes in campos descendissent, pardus abeundi voluntatem cognoscens modo ad dexterum, modo ad sinistrum, modo ante eum, modo post eum transiit, ut vir timore commotus, ne ab eo occideretur, sagitta eum necaret. Huius autem rei in versibus sequentibus mentionem fecit dicens: (metr. Thawil prima syllaba abjecta) Merwanus ad me nuntium misit, ut ad eum venirem. Ego sane errori insistebam (leg. اذا لمضلل). Non me inobedientia, non longa via itineris me retinuit, sed Merwani carcerem metuebam. In loco Sahat-Alahnka aut in monte Alahmajah[2]) aut in Alodama ab inimicorum metu refugium mihi erat. In antro socius mihi erat, et quam praestans socius Abu-l'Djaun (pardus), nisi quod lenibus verbis quietari non poterat. Verba eius هدك صاحبا laudi inverviunt. Relatores iis sensum verborum كفاك من رجل (tanquam vir tibi sufficit) tribuunt et haec fere intentio verbis inest. Derivandus est loquendi modus a verbis هددت الحايط (destruxi parietem), ut sensus sit: »Hic vir te vincet«. Dicunt quoque مررت برجل هدك من رجل et voci casum genitivum tanquam adiectivo, eam tanquam nomen adhibentes, dant. Significationem separationis habet; quasi dixerit ad virum transii, (qui) tibi separatio est. Verba ابو الجون pardum designant. Vox لا يعلل aut cum vocalibus activi, ut actio pardo adscribatur, aut passivi efferri potest, ut is sit, in quem

1) De Sacyus suspicatus est, legendam esse loco vocis ناصره vocem فاخبره »et ei nuntiavit«.

2) In Kamuso nil legimus, nisi quod nomen montis sit. Vocem poetae in numero dualis adhibuisse. الاحمى nomen loci esse in Kamuso legimus; de loco ساحة العنقا nil habeo.

agatur. Quotiescunque conveniebamus, sermo noster silentium erat et oculi intuitus instar cuspidum lancearum coloris cinerei. (Vox اطحل eum designat, cui color arenae est, alii dicunt, proprie splenis colorem significari). Ambo nos inimici eramus, si alter motum in inimico videret et quilibet in inimicitia bene agebat. In deserto nobis fovea magna bibendi locus utrivis primum venienti. Dorcades nobis carnem assandam spoponderunt, cuilibet nostrum carum longum carnis segmentum concisum. (Vox اروى pluralis vocis اروية est, qua vaccae silvestres significantur. Grammatico Sibawaihi forma افعل est, Saihdo b. Masahdah فعلى). Ego autem in praeparando commeatu eum vinco, quod ego noxam ab eo amoveo[1]), dum ille se non abstinet[2]). Vox يهلل desumta est a loquendi modo: ما هلل عن قرنه »ab adversario non abstitit et timidus retrocessit«. Dicere vult, eum carnem crudam vorare.

XLV.

Dixit Kaisus b. Sohair b. Djadsimah Ahbsita, quum Hamalum b. Badr die Djafr-Alhabâah occidisset[3]).

1. Caede Hamali ben-Badr animum meum sanavi et caede Hodsaifahi gladius meus me sanavit.

Species prima metri Wafir et homoioteleuton متواتر ita constitutum est, ut مردف, مطلق, موصول sit. Hamalus b. Badr Malicum b. Sohair fratrem Kaisi occiderat. Hanc ob causam eum eiusque fratrem Hodsaifah, quibus potitus erat, occidit.

2. Etsi per eos vehementem (vindictae) sitim meam sedavi, tamen eis (occisis) nonnisi digitos meos amputavi[4]).

Dicit: Etsi per caedem ardorem in corde exstinxi, tamen iis occisis extremos meos digitos amputavi, quoniam potentia mea iis nitebatur, ut manus loco mihi essent. Quum igitur iis privatus essem, ei, cuius digiti amputati sunt, similis factus sum. Haec res ad eas pertinet, quae inter gentes Ahbs et Fesarah ob equos Dahis et Ghabrah acciderunt. Proverbiali modo hunc sensum verba exprimunt: »Per brachium manus valida est« (conf.

---

1) Dicere vult, carnem innoxiam a se redditam esse assando.

2) Ex verbis, quae beatus de Sacyus exemplari suo adscripsit, non omnino clarum est, quem sensum versui tribuerit; sed vereor, ne ille mecum non consenserit; adscripsit enim فأغلبه plerumque accidit, ut etc.; ita ut vox comparativi formam ipsi habuisse videatur, dum ego primam futuri personam esse puto. Ars enim commeatus in eo consistere videtur, quod carnem assat, dum pardus statim crudam devorat. In hoc autem vir se pardum vicisse dicit. De Sacyus porro adscripsit: vult poeta, se ut plurimum carnem devorasse crudam, ut, quod ego pardo tribuerim, ille viro tribuisse videatur.

3) Res ante Mohammedis tempus accidit conf. Meid. T. II. p. 280. Poeta primus fuisse dicitur, qui ab ipso occisum defleret conf. Rasmussen. Additam. p. ٣٤.

4) In Tebrisii codice ante hunc versum alterum legimus sequentem: قتلت باسرتى سادات قومى وعمر كانو لنا حلى الزمان »Occidi in cognatis meis dominos gentis meae, qui nobis temporis ornamenta erant«; sed initio versus vox لا in fine vox الى a seriore manu adscriptae versum delendum esse ostendunt.

Meid. C. II, 31.). Dixit: Ii mei pars erant, et quum eos occidissem, erat ac si corporis mei partem amputassem.

XLIV.
Dixit Alharits [1]) b. Wahlah Dsohlita.

Vox وعلة petram imminentem superioris partis montis designat, qui eius locus inaccessus est. Dixit Abu-l'Ahla: Dicunt in explicando nomine Wahlah, vocem وعلة eandem significationem, quam وألة habere, qua voce stercus et huius similia, quae in domo congregantur, significentur et وعلة stercus esse dicunt. Vir quoque nomen accepisse potest a capra montana, quiescente media radicali, dum وعْلة loco vocis وعِلة dicitur. Sunt, qui dicant, ansam vasis (gutturnii) وعلة appellari. Quod si rectum habetur, a loquendi modo لا وعل i. e. »non effugium est« derivatum est, quasi ad ea confugit et ad paupertatem redigitur, ut vasa auferantur. Dixit poeta Dsu-l'Rommah: (metr. Basith) Donec quum effugium non invenit, et eas impedivit ob metum iactus, ut omnes sitibundae essent [2]).

(p. ٩٧.) *1. Gens mea, o Omaimah! fratrem meum occidit; quum igitur iaculor, sagitta mea me vulnerat.*

Species secunda generis secundi metri Camil et homoioteleuton متواتر ita constitutum est, ut مطلق, موصول, مجرد sit. Dicit: Gens mea, o Omaimah, me fratris caede adflixit et mihi ulciscendi officium imposuit; sed si ab iis ultionem exigere volo, huius rei noxa ad me redit, quoniam viri potentia gente sua nititur. In hoc sermone tristitiam et moerorem manifestat, res non narrat.

2. Quibus si ignosco, gravem rem ignosco; sin vero in eos impetum facio, ossa mea debilito.

Dicitur عفوت عن الذنب cum nomine actionis عفو »peccatum condonavi«. Praepositione omissa verbum ipsum لاعفون (cum nomine ipso) coniunxit. Sensus est: Si vindictam ab iis sumendam omitto, rem magnam condono; sin vero ab iis me vindico, os meum debilito. Voces autem وهن et وهى eandem debilitandi significationem habent. Verbum سطا cum vehementia capere significat; sed vox جلل iis vocibus adnumeranda est, quae contrarias significationes habent, parvi et magni. Haec posterior significatio in versu locum habet. In utroque versus hemistichio iusiurandum supplendum est, cuius phrasis consequens in priore verbo لاعفون, in posteriore verbo لاوهنن continetur. Littera ل in utroque verbo iusiurandum inducit.

3. Ne a gente securus sis, cui iniuriam intulisti et quam contumelia et violentia prius lacessisti,

Sermone mutato a narrandi modo ad alloquendum minans transiit [3]). Vox رغم nomen actionis verbi رغمت فلانا (quum dixisti alicui رغما aut alicui id fecisti, quod nasum in terram de-

---

1) In Mersukii libro nomen الحرث scriptum est.

2) Videtur sermo esse de onagro aut alio animali, qui feminas a loco bibendi, ubi venatores timet, retinet.

3) Versus hic cum praecedentibus haud bene cohaerere videtur; in illis enim de caede fratris sermo erat, in hoc

primit et vilem eum reddit). Vox رغام terram significat. Grammaticus Chalil retulit ارغمته nadegi eum ad rem, quam denegare non poterat«.

4. Ne aliis palmas fecundent; res[1]) *autem, quam contemnis, mox crescet.*

Dicit: Quum iniuriam iis infers, ne ab eorum vindicta securus sis, nam hostes tui ulciscendo sibi solatium parabunt, ut ei similis sis, qui alius rem concinnat. Hoc proverbiali modo simile est: »Is in funem alius ligna colligit« (conf. Meid. C. 27, 109.) et »saepe quidam pro sedente currit« (conf. Meid. C. 10, 64.). Verba autem ان يابرو accusativi locum tenent tanquam appositio vocis قوما in versu antecedente, quasi dixerit: Tibi haud securo timendum est, ne homines, quibus iniuriam intuleris, palmas aliorum fecundent. Dicitur ابرت النخل et ابّرت »palmas fecundasti«. Quidam dixit, versus sensum esse: Si iniuria nos adficitis, a vobis recedimus; tum vobis nobis absentibus manendi locus non erit. Aut vobis migrandum erit aut hostis vos in potestatem suam rediget, ut palmae, quas vos et nos foecundavimus, eis solis commodo futurae sint. Dixit Abu-l'Ahla: Variae de versus sensu sententiae prolatae sunt. Sunt, qui dicant, eum dicere voluisse, se eos relicturum et cum sua gente terram palmis abundantem, quarum possessores ab ipsis depellerentur, habitaturum, ita ut eas fecundent, quasi illis minitetur, se illos relicturum esse, quae res in causa futura sit, cur despecti fiant. Hanc interpretandi rationem indicari putant verbis, quae in carmine occurrunt: »Dirue tentoria tua et terram pete ab iis remotam, qui tibi iniuriam inferunt[2])!« Alii dicunt, eum velle dicere, se iis bellum illaturum esse, tum eos aliis (hostibus) praeparare, tum palmis similes reddere, quae fecundatae sint, siquidem hostis eos in potestatem suam redacturus sit, quum ei opem ferat. Alii dicunt, eum significare, se eorum mulieres captivas facturum et subacturum esse. Hanc autem rem cum fecundatis palmis eum comparare. Hoc cogitandi rationi inter Arabes usitatae aptissimum est, quoniam per metonymiam mulieres palmae appellantur[3]). Dixit poeta mulierem alloquens: (metr. Wafir) O palma loci Dsat-Ihrk, tibi sit Dei misericordia et salus[4])! Homines de te interrogavi et mihi quandam rem de te nuntiarunt, quae generosis ingrata est. (In eo, quod Deus permisit, malum non est, nisi cum illicito miscetur.)

---

de verborum contumeliis potius sermo est. Quem si bene cohaerere sermonem putas, illi post fratrem occisum etiam verborum contumelias priori iniustitiae addidisse putandi sunt.

1) Loco vocis والنشي et res in exemplari Mersukii والقول et verbum legitur.

2) Huic interpretandi rationi ego ita adsentior, ut putem verba palmas aliorum fecundare non intelligenda esse ad verborum significationem; sed de auxilio aliis praestando, quo et honor et potentia eorum augeretur, dum se cum iis suos relinquentes coniunxissent, nam et poeta Tharafah de fecundandis palmis simili modo locutus est: (metr. Ramal) ولى الاصل الذى فى مثله يصلح الآبر زرع المؤتبر »Mihi talis est origo, ut palmas fecundans sata eius aptat, qui ut palmae fecundentur, petit.«

3) Beatus de Sacyus in codice suo يكنون عن المراة بالنخلة legit, id quod praeferendum est. Inter lineas codicis Tebrisii voci بالمراة vox مقدم superscripta est, qua vocem بالمراة anteponendam esse, iudicari videtur.

4) Est pro السلام ورحمة الله conf. p. ٣٧٤ infr. In fine inclusa verba ab alia manu addita sunt.

5. *Et vos contendistis, nobis prudentiam non esse; baculus prudenti pulsatus est*[1]).

(p. 98.) Vox زعم in rebus falsis aut dubio obnoxiis maxime adhibetur. Hanc ob causam تزعّم pro تكذب (mentitus fuit) adhibetur et dicitur: زعم فى غير مزعم »concupivit rem haud concupiscendam«. Particula أن in verbis أن لا حلوم لنا orta est abiecto signo Teschdidi. Dicere vult: انه لا حلوم لنا, ita ut pronomen ه pronomen rei (Gram. Arab. II, 372.) sit et verba لا حلوم praedicati locum teneant. Verba hoc valent: Dixistis, rem esse in eo positam, quod nobis ingenium desit. Et si res talis est, qualem dixistis, nos commonefacite, nam Ahmirus b. Althsarib baculo pulsato, quum grandaevus a recto in iudicio ferendo deflecteret, commonefiebat. Haec autem verba ludibrio sunt (sed legas تهكم منه) i. e. vos nobis obiecistis, nos esse insipidos; sed nobis verba implicita loco verborum clare expositorum sunt, quemadmodum baculum pulsari ingenioso sufficit. De viro ingenioso, cui baculus pulsatus fuit, dissentiunt. Iemanenses contendunt, virum Ahmruum b. Homamah Dausitam fuisse. Sic Schahbita Ebn-Ahnasi (leg. puto عباس Ahbbas) auctoritate nixus retulit. Gens Modhar rem Ahmiro b. Althsarib Ahdwanitam vendicat. Hunc poeta Dsul-Izbah (Ahdhwanita) verbis suis significavit: (metr. Hesedj) Ex iis arbiter est, qui iudicium fert; iudicium, quod fert, non abrogatur. Gens Rabiah rem sibi vendicat dicens, virum fuisse Kais b. Chaled Schaibanitam, qui avus Bisthami b. Kais b. Masuhd b. Chaled erat. Gens Banu-Kais b. Tsahlabah Sahdo b. Malec b. Dhobaiah rem attribuit. Res, quae Ahmruo b. Homamah et Ahmiro b. Althsarib (leg. الظرب) adscribitur, eodem modo relata est. Utrumque arbitrum inter Arabes fuisse, ad quem in omni re dubia se conferrent. Res de Ahmruo b. Homamah relata inter Arabes vulgatior est. Arabibus ad eum tanquam arbitrum convenientibus quum grandaevus in iudicio ferendo errorem commisisset, filia dixit: Tu in iudicio tuo interdum erras. Is autem dixit: Si rem talem mihi accidisse vides, baculum pulsa! Quotiescunque igitur baculum pulsabat, rem intellexit. Rem autem, quam gens Kais b. Tsahlabah sibi arrogavit, talem narrant. Primum qui baculum pulsaverit, Sahdum b. Malec b. Dhobaiah b. Kais b. Tsahlabah fuisse (conf. Meid. 1, 146.). Fratri suo Ahmruo b. Malic eum baculum pulsasse, quum Sahdus regi Nohmano cum equitibus, quorum pars ducerentur, pars sine capistris neglecti incederent, occurreret. Advenientem quum Nohmanus de causa quaereret, respondit, se illos non duxisse, ut eos impediret (sc. a pastu) et eos capistro incedere non sivisse, ut eos amitteret. Tum rex Nohmanus eum de terra, quam incoleret, interrogavit, num eam pluvia, cuius vestigium laudaretur, aut cuius arbores bene rigatae essent, adfecisset. Respondit: Pluvia est larga et folia de novo succrescunt et macie confecta est vigilans et debilis est satiata, dormiens; at terrae, ubi plantae رمث proveniunt, prata impleta sunt et latus madidum est. Pro voce جنابتها invenitur جنابتها »loca altiora eius«. Planities sunt stagna, quae non adscendunt; oves parvae taedio captae non cessant dentes denundare, quum bonis fruuntur. Nohmanus autem odio eum habens ob acrem linguam dixit: Per patrem tuum, tu loquax es; sed, si vis, rem tibi adferam, cuius responsum non habebis. Dixit alter: Volo, si modum non excedis, et longinquius

1) Hoc in versu verborum contumelias ipsis illatas describit.

non abis. Tum Nohmanus famulo mandatum dedit, ut colaphum ei infligeret; optavit enim, ut, dum ille in sermone modum excederet, eius necandi occasionem haberet. Tum dixit: Quid responsi est? Sahdus autem dixit: Stultus, qui mandatum accepit (Meid. C. 12, 48.), quae verba in proverbium venerunt. Nohmanus famulo imperans: Iterum colaphum ei infligе! dixit: Quale responsum habes? tum alter: Si prior ei interdictus fuisset, ad posteriorem non revertisset (conf. Meid. 23, 3.). Et haec quoque verba postea proverbii loco erant. Tum Nohmanus tertio colaphum dari iussit, dicens: Quale huius responsum est? Sed alter dixit: Dominus servum suum castigans (conf. Meid. C. 10, 176.). Nohmanus autem, ut quarto colaphus daretur, imperans rogavit, quale responsum esset? Alter denique dixit: In potestatem redegisti; sed parce (conf. Meid. 24, 132.)! Nohmanus tum dixit: Conceditur; et conside! Aliquamdiu quum apud eum commoratus esset, Nohmano placuit, ut aliquem pabulum quaesitum mitteret. Ahmruum b. Malec, fratrem Sahdi b. Malec, misit. Qui quum redire cunctaretur, hanc ob causam ille iratus iuravit, se sive laudans pabulum sive vituperans adveniret, eum occisurum. Sahdus, Ahmruo redeunte, apud Nohmanum in consessu hominum sedens, quippe qui Nohmani iusiurandum audivisset, Nohmano dixit: Num cum eo colloquendi veniam mihi das? Quum ille, se linguam ipsi amputaturum, si loqueretur, diceret: An indicii manu faciendi? et Nohmano dicente, se, si faceret, manum resecturum esse; rogavit: An nutus? et Nohmano minante, se oculos ei evulsurum esse, denique, ut baculo pulsandi veniam daret, petiit. Quam veniam quum accepisset, baculum a quodam simul praesente sumsit et coram se deposuit. Tum suo ipsius baculo alterum, dum frater stabat, una vice percussit. Quo facto quum frater eum intueretur, baculo signum versus eum fecit, ex quo cognovit, eum dicere: Loco tuo mane! Tum **(p. 99.)** baculum una vice pulsavit et ad coelum sustulit, tum baculum suum altero abstersit, ex quo cognovit, eum velle, ut diceret: Sterilitatem non inveni; tum baculum pluries extremo baculo suo pulsavit et postea paululum sustulit, e quo cognovit, eum velle, ut diceret: Neque plantas [1]). Denique una vice baculum pulsavit et versus Nohmanum direxit, e quo intellexit, eum velle, ut illum alloqueretur. Ahmruus b. Malec autem processit eo usque, donec coram Nohmano staret. Nohmanus interrogavit: Num anni proventum laudas an infertilitatem vituperas? Alter respondit: Herbas non laudavi, terra avara est; neque eius proventus noscitur, neque eius infertilitas describitur. Pabulum quaerens stat, et eius nesciens novit et eius securus timet [2]). Tum Alnohmanus dixit: Malum tibi superveniat! hoc te liberasti! Sic e periculo evasit. Primus is erat, cui baculus pulsaretur. Sahdus b. Malec, quod baculum pulsaverat, hosce versus dixit [3]): (metr. Thawil) B a c u l u m p u l s a v i, d o n e c s o c i u s m e u s i n t e l l i g e r e t, e t s i h o c n o n f u i s s e t, h o m i n i b u s b a c u l u s p u l s a t u s n o n e s s e t. E t d i x i t: T e r r a m v i d i n e q u e s t e r i l e m n e q u e t a l e m, u t l i b e r e i n c e d e n s p a s c e n d o s a t i a r e t u r; m e d i a e r a t, n a m n o n t a n t a i n f e r t i l i t a s, u t s c i r e t u r, n e q u e l a r g a

---

1) Beatus de Sacy in codice suo ولا نباتا legit, quod idem in Tebrisii codice invenio.

2) In Meidanii opere verba paulum diversa sunt. conf. Meid. C. I, 146. p. 55.

3) De hisce versibus conf. Meid. C. I, 146.

pluvia adfecta, ut pabulo abundaret. Et eo (baculo) animam personae generosae liberavit et non multum aberat, quin, si hoc non fuisset, inter eos dissecaretur. Sahdi autem verba, quorum antea mentio facta est, الورق شكير, significant, plantas parvas et non magnas adultas. Verba النافدة فساهرة pecus designant, quod macie consumtum est, ut nullae vires ei remanserint; id autem vigilans est, quoniam nondum satiatum est, ut insomnium ex defectu satietatis oriatur. Vox حازرة a verbis حزرة المال »opum (pecoris) melior pars« derivanda est i. e. id ob robur suum pasci potest, et hanc ob causam satiatum dormit. Vox رمثاء terram, in qua plantae رمث crescunt, designat. Vox مسارب est pluralis vocis مسرب, qua voce locus designatur, in quo pecus pastum it. Vox جنابة in verbis ابتلت جنابتها voci جناب significatione similis est. Quod si loco eius vox جنابثها admittitur, voci جنابذ plurali vocis جنبذة similis esse potest. Haec autem vox locum elatum significat, littera ذ in ث mutata, ut in verbis جث et جذ. Voce رهماء (loco vocis رمثاء) admissa terra significari potest, quae leni pluvia رهام adfecta est. Vox جوف depressam terrae partem designat, et vox غدر pluralis vocis غدير est. Significat, in valle pluviam copiosam non esse, ut fluat in ea et torrens usque ad latera vallis attollatur terminum lacuum transiens. Vox حذف speciem ovium parvarum designat. Voce عزاف autem significare vult, eas ob copiam taedio adfici et verbis لا ينكع earum potum non abrumpi. Dicitur انكع et نكع (abrupit). Dixit poeta: (metr. Thawil) O gens Banu-Tsoahl, ne capris potum abrumpite, o gens Banu-Tsoahl! qui capris potum abrumpit, iniustus est. Vox تفتر significat, eas capita a pascendo seu bibendo tollentes dentes denudare. Verba اولى لك ei dicuntur, qui a malo, quod eum paene attigerat, vix liberatus est. Verba autem حوباء نفس كريمة vario modo interpretantur. Dicunt, vocem حوباء animae significationem habere. Quae significatio si admittitur, vox حوباء cum anima (نفس), quod voces diversae sunt, coniuncta est. Dicunt quoque, vocem حوباء puram animae partem significare, alii dicunt, vocem designare spiritum cordis.

6. Et tu odio plenus nos calcasti, quemadmodum camelus pedibus vinctus plantam Harm calcat.

Nos adflixisti modo eius, qui odio plenus iratusque est, sicut camelus pedibus ligatus, quum hanc infirmam plantam calcat, adfligit. Pedibus ligatum proprie appellavit, quoniam durius pedem ponit, siquidem pedes ex voluntate ponere non possit, sicut odio plenum proprie appellavit, quoniam rarius alterum in vita conservat. Vocem وطا in accusativo posuit tanquam appositionem i. e. وطًا يشبه هذا الوطء »gressu, qui illi gressui similis est.« Arabes dicere narrantur: »Ad Deum confugio a gressu vilis« i. e. ne me calcet, quoniam eius gressus vehementior est, quod male servos tractat; quemadmodum alius dixit: (pars hemistichii metri Thawil) Et te non vicit instar viri saepius victi. Simili ratione dicitur: »Modo timidi eum percussit« et »modo caeci eum ligavit.« Germinantem peculiariter dixit novam plantam significaturus, quae recentior tenuiorque sit. Legitur quoque: يابس الهرم (arida planta Harm.)

7. Et nos reliquisti similes carni in laniario, si carnis partem reliquam esse velles.

Vox وضم mensam lanii designat. Dicitur وضمت اللحم »in mensa carnem posui«

et اوضعته »ei mensam collocavi«. Vox ميضعة locum designat, in quo mensa illa **(p. 100.)** ponitur. Id est: Tu nos reliquisti haud defensos instar carnis in mensa lanii[1]), quam qui vult capit. Verba لو كنت تستبقى من اللحم significant »si partem carnis relinqueres«. Phrasis consequens particulae لو (si), in eo, quod praecessit, invenitur. Comparatione hac usus significavit, eum ipsos omnino perdere velle aliisque diripiendos dare[2]).

XLVII.

Arabs campester, ad quem frater pro necato illius filio iure talionis occidendus duceretur, proiecto e manu gladio, versus sequentes recitavit.

1. Animae patientiam suasurus et solaturus dico: Una manuum mearum me adflixit invita.

Primum commentarii auctor duobus nominibus actionis تاساء[3]) et تعزية explicandis operam dans utrumque a nominibus derivat, ita ut posteriori corroborandi animi significationem esse dicat. Aliorum simul sententiam adferens, »solatii« significationem cum significatione »ad patrem suum eum retulit« cohaerere vult, quod adflictus in recordatione maiorum suorum solatii causam inveniat. Tale autem solatium Chansam[4]) poetriam sibi adtulisse versibus (elegiacis) (metr. Wafir): Nisi multi deflentes suos fratres me circumstassent, me ipsam necassem, nam fratrem mei similem non deflent; sed patientia utens animam consolor[5]). Casum accusativum verborum تاساءا et تعزية ex eo pendere dicit, quod nomina actionis locum status (حال) teneant[6]) i. e. quod loco verborum مؤسّيا et معزّيا posita sint. Posteriorem autem versus partem ita explicat, ut tanquam obiectum vocis اقول sit, quippe verba a poeta dicta contineat. Verba احدى يدى »una manuum mearum«[7]) phrasis subiectum, verbum autem اصابتنى (me adflixit) praedicatum esse, dum verba لم ترد (noluit) subiecti statum designant.

2. Uterque eorum alterius vicem explet; hic frater meus est, quando eum voco[8]) et iste filius meus.

In hoc versu causam, cur vindicta omittenda sit, exponit. Quum unus alterius vicem expleat, fratrem occidendum non esse, ne utroque privatus sit.

---

1) De hoc proverbiali loquendi modo conf. Meid. C. I, 42. et Hamas. p. ۱۴۱ v. 1.

2) I. e. eum minime eo contentum esse, quod despectui aliorum exponerentur. In sequentibus ad verba non verti.

3) Forma تفعال (nomen actionis secundae verbi formae) rarius adhibetur. Significationem a significatione nominis derivari, saepe in scholiis Arabicis invenimus.

4) Chansa poetria ante Islamum vivens sine dubio caedem fratris Zachri deplorat.

5) I. e.: Multi quum sint, qui fratribus amissis patientia utantur, eorum exemplum in patientia mihi imitandum est. Cohaerere autem puto significationem vocis تاسى cum voce اسوة exemplum et sic discrimen utriusque vocis تاساء et تعزية in eo videre licet, quod prior in aliorum exemplo et patientia solaminis causam adfert, posterior in animo corroborando. Duae autem voces coniunctae cuiuslibet generis solatium designant.

6) In primo versu Moallakae Amrul'Kaisi vox وقوفا eodem modo a nonnullis explicatur.

7) Quum consanguinei sibi opem ferant et contra alios se invicem defendant, poeta fratrem filiumque manus suas appellavit. Ut autem manus una alteri nocere non solet, sic fratrem filium ipsius invito tantum animo occidisse dicit, ut vindicta sumenda non sit.

8) Hisce verbis hic sensus esse videtur: Quando unum aut alterum voco ad auxilium mihi ferendum, unus tanquam filium se ostendit alter tanquam frater, dum uterque auxilio est.

XLVIII.

Ijas b. Kabizah Thajjita dixit.

Grammaticorum sententiam adducens commentarii auctor, vocem اياس nomen actionis verbi اوس esse, quod tanquam nomen proprium adhibitum sit, Soccarium (nomen gerit Abu-Saihd Alhasan b. Alhosain, qui cognomen ab eo, quod saccharum venderet accepisse videtur) refellit dicentem, nomen actionis a verbo ايس derivandum esse. Verbum ايس inversum esse ex يئس; huiusce vero nomen actionis si exstitisset, invertendum non fuisse. Probat autem verbum inversum esse eo, quod non inversum modo verbi هاب et جال in praeterito است formandum fuisset. Formandi igitur tanquam verbi sani rationem indicare, mediam litteram ى locum litterae ا tenere. Adfert quoque, verba عور et حول modo verborum sanorum formari, ut voces inde derivatae ex. gr. voces أعور et احول, modo sanorum necessario formandae sint. Nomen قبيصة cum radice قبص cohaerere, ita tamen, ut ab alia re in personam translatum non sit. Ijasum b. Kabizah (nam sic loco vocis Kabizah legendum puto), occiso a Cosroe Nohmano, (de causa caedis conf. Ebn-Kotaibah p. 198 ed. Eichh.), confiniis Arabum praepositum Hirae regnasse tempore (regnavit octo tantum menses et in loco Aihn-Altamr diem obiit), quo Mohammedes prophetam se professus esset.

1. Ne filius feminae pudicae gentis Rabiah[1] *sim, si amori tantum indulgeo, ut eam (feminam) sequar*[2]*!*

Primum verbi مالأ significationem definiens, eam cum loquendi modo هو ملئ بكذا »is ea re opulentus est aut talis, in quo fiducia ponatur« cohaerere dicit[3]). Particulam ل in voce لئن indicare, verba, quae rem narrent, tanquam iuramentum accipienda esse. Voci حاصن **(p. 101.)** autem, ut voci حصان, quum duplex significatio aut p u d i c a e aut n u p t a e inesse possit, duplex quoque verborum in versu sensus esse potest, unus »ne sim filius feminae generosae«, alter »ne sim filius feminae nuptae« i. e. spurius sim. Ad probandam verbi احصن significationem locum Corani Sur. 4, 30 adtulit.

2. Nonne vidisti, terram esse amplam, spatiosam[4]*; num igitur regio aliqua ex regionibus eius me vincet?*

Voci بقعة grammaticus Chalil significationem regionis non eiusdem formae quam adiacentis

1) Se filium feminae gentis Rabiah appellat, licet Thajjita in inscriptione dicatur. Vir طى appellatus filius viri ادد erat filii Saidi filii Cahlan, dum Rabiah filius viri خيار, filii Maleci, filii Saidi, filii Cahlan erat. Aut igitur statuendum est, patrem ad gentem Thai pertinuisse, matrem e gente Rabiah originem duxisse aut putandum est, eum genti Thai, quacum aliae ipsi cognatae gentes se coniunxerint, licet re vera Thajjita non esset, adnumeratum fuisse. Gens autem Thai e regione Iemen migraverat. conf. Ebn-Kotaib. p. 141. 161. et Djauhar.

2) Verba transposita esse possunt, ut posterior pars لئن phrasis antecedens et ما ولدتنى consequens sit. Suffixum in لاتباعها ad mulierem referendum est. Non autem amorem omnem vituperavit; sed talem, quo animus mollis laxusque fiat. Duo autem priores versus quomodo cum tertio cohaereant, clarum non est. Femina eum commovere voluisse videtur, ut ipsam sequeretur.

3) Id sic intelligendum videtur, quod si dives cum altero se coniungit, in hunc opulentia transit, ut ei auxilio sit.

4) Aut admittendum est, vocem رحب adiectivum esse feminini signo hoc in loco carens, ut utraque vox cum

tribuit. Voci الم »nonne« in affirmandis rebus Arabes utuntur, ut saepe admirandi significatio cum ea coniuncta sit.

3. Quotiescunque (equites) dispersos instar parvarum locustarum per terram expansos, retrudi, ut properantes ad cunctantes recederent[1])!

Genitivus vocis مبثوثة, ante quam vox خيل supplenda est, e significatione vocis رب, quae litterae و est, pendet. Vocem رددت autem sic interpretatus est, ut poeta tanquam dux agminis, cui unusquisque obsequium praestet, nimis properantes equites facie percussa ad cunctantes retrudat[2]).

4. Et processi, dum lanceae Chaththenses[3]) inter nos vibrabantur, ut timidum a strenuo dignoscerem.

Verbis والخطى etc. status rerum describitur, dum poeta praecedit; in verbis لاعلم autem causa est, cur praecedat. Quum verbo علم eadem significatio quam verbo تبين (distinxit) sit, idem construendi modus cum praepositione من[4]) sequitur.

XLVIIII.

Vir e gente Tamim, cuius equam Sacabi rex quidam petierat, recusans dixit[5]).

1. Ne dira tibi precentur! Equa Sacabi res praestans, pretiosa est, quae neque mutuo datur neque venditur.

Verba ابيت اللعن saluti regibus ante Islami tempus dicendae inserviebant[6]). Verborum sensum esse dicunt: Ne rem peragas, cuius causa dira tibi precentur. Vox سكاب (nomen

eadem significatione spatiosissimam terram designet aut vocem رحب pluralem vocis رحبة esse, quacum adiectivum فسيحة coniunctum sit. Sensus autem versus sic cum antecedente cohaerere videtur: ut terrae regionem, quum spatiosa sit, mihi non amplius placentem relinquo, sic feminam non sequor, ne me subigat et debilitet. Verbis autem الم تر »nonne vidisti« quendam allocutus est, qui ipsi verba antecedentia negare videretur.

1) Adiungit fortitudinis bellicae, qua inclaruerit, descriptionem. Verba من سراعها sunt pro سراعها.

2) Magis autem mihi arrideret, si de fortitudine, qua hostium priores equites in posteriores retrudat, intelligeretur, nam in versu sequente, quemadmodum e verbis تخطر بيننا patet, de hostibus sermo est. Equites poeta comparavit cum parvis locustis, quod eae simul dispersae sunt et solum tegunt, semper sese moventes. Locustae autem magnam multitudinem designant. Sic in proverbio. Meid. C. 5, 45. Gens sicut locustae multae et dispersae advenit conf. Meid. C. 5, 86. Verba من سراعها obiecti locum verbi رددت tenent conf. Ham. p. ٤١ v. 1. et Gram. Ar. T. I. p. 491.

3) Adiectivum omisso substantivo positum est. De lanceis conf. Ham. p. ٣١ v. 1.

4) Magis conveniens autem esset, si من شجاعها sequeretur ob praecedens من جبانها; sed homoioteleuton hoc non patitur aut si simpliciter جبانها dictum esset. Suffixum ها ad equites خيل v. 2. referendum est.

5) Versus ante Mohammedem compositi sunt; nam verbis primi versus nonnisi ante Mohammedis tempus reges alloqui solebant.

6) Haec est causa, cur poeta dixerit: ولكل ما نال الفتى قد نلته الا التحية »Et profecto omne, quod vir assequitur, tu assecutus es excepta salute i. e. regia dignitate.« Hanc ob causam lexicographi voci تحية regni significationem tribuerunt.

equae) aut ad secundam declinationem pertinet (Gram. Ar. T. I. p. 408 et 397.), qui formandi modus genti Tamim[1]) proprius est aut in fine semper cum vocali Kesra effertur, qui incolarum regionis Hidjas loquendi modus est. Vox علق rerum pretiosarum et opum significationem accepit, quod hisce rebus cor adhaeret, cui ad vim significationis augendam vox نفيس addita est. Quod vero dixit poeta neque mutuo datur neque venditur, eo significat, se nullo modo ista equa carere velle.

2. Dato pretio liberanda[2]), nobis honorata, ut familia eius causa fame adficitur, dum ipsa famem non tolerat.

Causam, cur nemini concedatur in eo esse dicit, quod tanto in honore habita sit, ut omnibus opibus defendatur et ipsi familiae praeferatur. Arabes autem equos generosos ipsi **(p. 102.)** familiae praeferre, versu Malici b. Nowairah, cui metrum Thawil est, probatur: Equus Dsu-l'Chimar[3]) remedium meum et agendi modum, quum filii (mei) parvi esurientes[4]) noctem transigerent, rependit.

3. Duobus cursu vincentibus genita, quorum genus si investigatur, ad admissarium Alcorah pertingit.

Hoc in versu causa antecedentis quaerenda est; est enim illa equa ex duobus equis oriunda, qui victoria in cursu certaminis celebres ab admissario illo originem duxerant. De certaminibus cursus equorum inter Arabes frequentes conf. Meidan. 3, 5. 21, 96 et Ham. p. ٤٦. Et verbo سل et adiectivo سليل nonnisi poetae in hac significatione utuntur. Adiectivum generis communis est et interpreti signum feminini additum videtur, quod loco substantivi positum sit (conf. De Sacy Gr. Ar. T. I, p. 321 et T. II, p. 275.). Mersukius auctor est, formas نجلا et تناجلا eundem sensum offerre. Nomen كراع admissario illi noto celeberrimoque inditum dicitur ob magnitudinem.

4. Ne igitur tu (diris devotus ne sis!), eam cupias, nam ab ea prohiberi potes!

Suadet regi, ne amplius eam cupiat, nam dum modo ab ea prohibendi potestas sit, se eam daturum non esse. Duo autem suffixa cum nomine actionis coniunxit (conf. De Sacy Gram. Ar. T. II. p. 379.); quorum posterius ها loco vocis عنها est.

---

1) Gens Tamim, quae in regione Bahrain et inter Bazram Meccamque sedes habebat (conf. Abulf. Ann. T. I. p. 211. adn. p. 298. et eiusd. Geograph. p. ٨١) lingua tam ab incolis Nedjdi quam Hidjasi discrepabat. Si versus re vera Tamimitae sunt, سكاب legendum est; sed in Kamusi opere aut Tamimitae aut Calbitae aut Ohbaidahi b. Rabiah b. Kohfar equum fuisse legimus, ut non mirum sit, quod interpretes in enunciandae vocis سكاب modo in varias sententias abierint. Caeterum voci eadem ratio quae voci قطام et حذام est, quoniam femininum مونث est; sed huic addendum معدول et معرفة.

2) I. e. Pro qua liberanda vita et familia periculo exponuntur.

3) Cognomen sine dubio inde equo inditum est, quod caput album haberet quasi velo tectum. Est quoque cognomen equi, quo Alsobairus b. Alahwam die Aldjamal dicta utebatur.

4) Quum Arabes equis lac cameli porrigerent, fieri potuit, ut ipsi liberi in lactis inopia fame laborarent, id quod uxoribus ingratum erat. conf. Ham. p. ٣٠٨ v. 1.

L.

Dixit mulier e gente Thai.

1. Vocavit die Alschara[1]) dicens: Ad auxilium veni, o Malice! et cui mos non geritur in defensione gloriae, is vulneratur.

Narrat mulier, virum die isto pugnae Malicum ad auxilium vocasse; sed quum adiutus a suis non esset, eum occisum esse. Vocem حفيظة scholion voce غضب (ira) explicat; sed potius ira est, qua accendimur videntes iniuriam aut vim nobis aut amicis nostris illatam, ut ad defendendum incitemur (conf. Ham. p. ٥. et Meid. 6, 86.). In verbo يكلم metonymice loquendi modus est, quo eum victum occisumque esse poetria significavit. Littera ل tanquam praepositio in verbis يال مالك proprie cum vocali Kesra enuncianda vocalem Fatha accepisse dicitur, quod cum voce coniuncta sit, cui similis ratio quam pronomini cum illa coniungendo, nempe persona Malici advocata (conf. De Sacy Gram. Ar. T. I. p. 475.).

2. Et o iuvenum iacturam! quum in valle Alschara eum instar admissarii generosi, cuius os capistro obstructum esset, vi abducerent.

Narrat, eum captum esse et vi abductum comparans virum cum camelo generoso difficile domando, ut os eius obstruant, ne mordere possit. Virum fortem cum admissario camelo comparare solent (conf. Ham. p. ٣٤٧ v. 4.). Explicata voce عتل scholiastes dicit, verba يا ضيعة quamquam invocandi formam habeant, tamen rem narrare, ita tamen ut admirationis sensus cum verbis coniunctus sit. Vocabulum فنيق camelum designat (Grammaticus Abu-Said in libro de camelis dixit, vocem فنيق cameli nomen esse cum plurali فنق; sed Ebn-Doraidus pluralem أفناق adnotavit), quo bene habito, quum nonnisi pullis procreandis inserviat, non vehuntur. Qui autem quum mordax sit, os eius vinculo كعام dicto obstructum est. Fit quoque, quum camelus difficilis domitu sit, ut nares obstruantur conf. Ham. p. ٣٣ v. 3. Mersukius adnotans esse, qui illum fuisse Baghdalum b. Kirfah ad gentem Nabhan pertinentem dicerent occisum iure talionis ob caedem Ebn-Djahdahi Machsumitae (leg. المخزومى), res in versibus narratas illi sententiae non favere contendit. Tebrisius autem **(p. 103.)** magistro suo Abu-Becro b. Tsabet Alchathib. qui auctoritatem Abu-Saihdi Alhasan b. Alhosain Alsoccari in eo, quod de latronibus refert, secutus est, nixus Mersukio contradixit narrans quae ad primum auctorem Abu-Ohbaidahum grammaticum referenda sunt: Regnante Abbd-Almalico b. Merwan Auhno b. Djahdah Meccam proficiscenti infra locum Sobalah[2]) latrones, inter quos Samharijjus b. Bischr Ohclita, Bahdalus et Merwanus filii Kirfahi Thajjitae, occurrerunt.

---

1) De hoc pugnae die nil certum habemus. Si versus, quod alii iure in dubium vocant, in Bahdali caedem dicti sunt, tempore, quo Hischamus b. Ismael Medinae, Hadjdjadjus in Iraca praefectus esset, iste dies fuerit, necesse est. Schara plurium locorum nomen est. Est via in monte Salma leonibus abundans nec non mons ditionis gentis Thai in terra Nedjd, mons in provincia Tehamah, vallis inter Caucabum et Nahmanum ab Ahrafa noctis via distans. Versus tempore, quo Hischamus b. Ismail Medinae praefectus erat compositi sunt. conf. p. ١٠٣ l. 16. Tempus post Islamum e versu secundo p. ١٠٤ cognoscimus.

2) Duorum locorum nomen est, unius Sabalah, alterius Sobalah enunciandi.

Alii dicunt, eum redeuntem ab Ahbd-Almalico, quum Medinam iter dirigeret, ieiunasse. Donum [1]) illi petentes, quum cibum primum in scutella oblatum et tum quoque commeatum recusassent, eos latrones esse cognovit et apparatu perfecto cum iis pugnans a Bahdalo, cuius sagitta nunquam aberraret, ictus cecidit. Latrones autem quum impedimenta invadentes nil tale, quod speravissent, invenirent, terrore impleti, nil eius diripientes fugae se dederunt. In itinere autem et avunculus e gente Thai et plures satellites eum comitati erant. Rei nuntio perlato Ahbd-Almalicus b. Merwan Hischamum b. Ismaihl Medinae praefectum et Hadjdjadjum b. Ioseph Iracae praefectum, et provinciae Iemamah praefectum, ut Auhni occisores persequerentur vehementissimaque poena adfligerent, litteris iussit. Et latronibus fuga dispersis Alsamharijjus terram gentis Ghathfan [2]) ingressus ab Ajjubo b. Salamah Machsumita arreptus et ad Hischamum b. Ismaihl ductus est. E carcere, in quem coniectus erat, die Veneris in hominum socordia fugiendi occasionem invenit et vinculis ruptis et abiectis libere per noctem iter fecit. Conspecto autem corvo [3]) in sinistro latere in arbore Ban, qui evulsas plumas proiiciebat, pastorem e gente Lihb [4]), cui genti rei [5]) notitia esset, quid hoc viro e carcere fugienti significaret, interrogavit. Respondit ille: Si avis verax sit, fore, ut cruci adfigatur [6]). Samharijjus verbis auditis, in ore tuo lapides sint! [7]) (i. e. mortuus sis!) dixit et via pergens sequentes versus metro Thawil cecinit: Heu domum! quam tu relinquis; at neque oblivioni tradita neque a te visitata erit. Me delectat, quod hastarum fragmenta conspiciam et prostratos armatos in pugna, cui ego praesens sum. Et si

---

1) Vocabulum عراضة proprie id designat, quod alteri offertur, sive cibus est sive donum. Haec quoque res in causa erat, cur primum cibus, tum commeatus latronibus offerretur. Tum donum est, quod quis genti ex itinere rediens adportat. Hanc significationem voci latrones dedisse videntur. Accusativus ex omisso verbo ex. gr. عِوَضْ pendet.

2) Gens ista Muhammedis tempore in terra Nedjd frequentissima fuisse videtur. Abulf. Ann. T. I. p. 108.

3) Inter diversas gentes variae hac de re opiniones; sed plures erant causae, cur pastor pessimum omen esse putaret. Corvus inter omnes res pessimum omen porrigebat, quippe in quo discessus ab amicis omen autumabant (conf. Meid. 13, 128.). Erat hic corvus in arbore بان, qua voce eadem separatio designatur (conf. versus Meidan. T. I. p. 696.). Corvus in latere sinistro erat (conf. Meid. C. 24, 409.). Corvus denique plumas evulsit dispersitque conf. Ham. p. ١٥٩ l. 10.

4) Ex tempore ante Islamum de ominibus opiniones in seriora tempora inter homines propagatae sunt, ita ut in quibusdam gentibus rerum talium scientia conservata putaretur.

5) Scientia ex avium volatu ominis cognoscendi زجر appellata erat. Nomen sine dubio ex eo ortum, quod aves e loco abigebantur. Vir scientiae gnarus زاجر nomen gerebat. Habuit quoque nomen خاطّ, quod duas lineas ducebat, ut, ni fallor, lateris sinistri et dexteri fines accuratius definiret conf. Meid. C. 13, 127. et Diwan Amru-l'Kaisi p. ٩٨.

6) Cruci adfigi poena antiquissimis temporibus usitata erat (conf. Ham. p. ١١٥ supr.). Praecipue, ut mihi videtur, in servis adhibita poena, dedecori erat, ut in ipsis mortuis adhiberetur. Abulf. Ann. T. I. adn. 226. Abu-Becrus latrocinium eo puniendum iussit, ut ligatus in ignem iniectus cremaretur conf. Meid. 26, 105. Serioribus temporibus ista poena frequens erat. conf. libr. meum: Regnum Saahd-Aldaulae p. 18. vers. Abulf. Ann. T. II. p. 174.

7) Eandem significationem habere puto verba, quae verbis est: في فيك التراب »In ore tuo terra sit!« Proverbialis loquendi modus est, de quo conf. Meid. II, 36.

salvus evado. o Laila, saepe vir salvus evadit, sin alterum contingit, separatio discessus a te est, quem timeo. Vidi corvum decidentem in arborem Ban, qui plumas superiores evellebat et in aerem dimittebat. In corvo peregrinationis absentiaeque, in arbore Ban discessus manifesti omen exstitit (Videre licet omen cum nomine cohaerere. Vox بان cum verbo بان separatus fuit, vox غراب cum verbo اغترب peregrinus fuit.) Tum in terras gentis Kodhaah intrans ad gentem Odsrah[1]) pervenit, ubi statu suo mutato, ut non cognosceretur, in camelis mulgendis et aqua haurienda genti servivit. Socordia gentis usus camelam conscendit et eius pudendis impletis[2]) noctu vias inter montes ingressus est. Ipse matutino tempore terram amplam ante se quum conspexisset, putans viam rectam esse, aliquamdiu processit, donec ante se montes frequentes videns errorem cognovit. Retrocedens eadem viâ gentem, quae mane eum persecuta erat, in via ipsum exspectantem invenit. Relinquens igitur camelam montes conscendit et in terram gentis Asad[3]) intravit. Interea magna praemia eum capturo exposita erant. Qui quum igitur in deserto Manihdj[4]) a gente Fajid b. Habib potum petens propter cicatrices novas vinculorum in pedibus cognitus captusque ad principem Medinae Ohtsmanum b. Hajjan Morritam adductus esset, hic eum filio fratris Auhni occidendum tradidit. Hunc decepturus ut nasum amputaret dixit, mirari se, quod ipsum nesciens, num re vera patruelem suum occiderit, necare in animo habeat. Si propius accedat, se occisorem ipsi ostensurum. Quum socii, ut canem illum caveret, clamarent, eum neci dedit. Gens Thai autem quum loco Bahdali et Merwani punienda esset, se si in carcerem **(p. 104.)** coniiciatur, illis potiri non posse dixit; petere igitur se, ut libertas quaerendi sit. Scholion dicit, vocem تنحس cum significatione vocis تحث »quaerere« dialecto gentis Thai propriam esse. Vario autem modo Thajjitarum sermo a reliquis se distinguebat. Illi autem duo venando se alebant. Qui vivendi modus quum ob longum temporis spatium ipsis molestus esset, Merwanus ad pastorem e montibus descendit[5]) et sermone habito potum accepit. Pastor, quum alter securus factus esset, abiens eum indicavit, ut pretium promissum acciperet et poenam a gente sua removeret. Tempore Alwalidi b. Ahbd-Almalic captus et ad Ohtsmanum b. Hajjan, praefectum Medinae deductus occisus est. Merwano occiso Bahdalus ad collem montis Salma se recepit. Merwano in regione gentis Thai reperto gentem presserunt. Princeps quidam gentis de loco Bahdali certior factus quum ad radices istius collis cum gente castra posuisset, viri die lucente ex tentoriis mulieribus relictis abiere. Bahdalus, quum viri mulieribus relictis ex tentoriis abiissent, duas principis filias adiit et audiens, quaenam

---

1) Odsrah est minor gens, quae ad totam gentem Kodhaah, quae est Iemanensis, pertinet.

2) Loquendi modum ملا فروجها »Implevit pudenda eius« nullibi inveni. Nisi omnia me fallunt, hoc factum est, ut camela impediretur, quominus aut urinam emitteret aut stercus egereret, quae persequentibus viae indicio essent.

3) Gens ista antea in regione Tehamah sedes habens postea in regionem Nedjd migravit. Ham. p. ٩٣ l. 9. infr.

4) Kamusi auctor loci nomen esse dicens Djeuharium cum vocali Fatha enunciantem vituperavit.

5) Verbum هبط raro quoque cum significatione descendendi adhibitum, proprie in loco declivi adhiberi videtur.

essent et qui status, tranquillus erat. Pater earum re audita viros in insidiis collocavit, et filiis, ut eius caput unguento adhibito lavarent et pediculorum causa perscrutarentur, imperavit. Si viri advenirent, crinibus arreptis, licet eorum naturae non conveniat, eum retinerent. (Loco vocis ساجيجته legendum videtur ساجيحته. Sensus esse videtur: Licet crines non satis longi sint, ut bene arripi possint. De Sacyus adscripsit »absque ut eum excoriaret.«) Sic captus ab Ohtsmano b. Hajjan, ad quem deductus erat, occisus est. Filia eius autem hisce versibus mortem patris deflevit.

3. Nonne est in gente Hizn pugnis vehementibus adsuefactus, inter viros vindictam quaerens, intrepidus?

Interrogans optat, ut talis vir sit et ad vindictam excitat. Gens Banu-Hizn familiae nomen est, ad quem occisus pertinebat. Bahdalus autem iure talionis occisus erat, ut nesciam, num versus hic in eum quadret; post Islamum enim caedes talis viri vindicanda non erat; licet Arabes illius consuetudinis non omnino obliti essent. Praepositio من quodammodo superflua est aut ellipsis admittenda (De Sacy Gram. Ar. T. II. p. 491.). Vocabulum ابن intimam rei coniunctionem, ut quasi inde prodierit, indicat. Vox كريهة rem ingratam proprie designans usu poetico in bellum dicitur. Huic voci in Tebrisii codice alter legendi modus كريمة generosae superscriptus est. In significatione vocis غشمشم constituenda non omnino consentiunt aut ab iniuria derivantes, ut multum iniustum designet aut ab inconsiderate agendo, ut multum audacis significationem habeat. Haec mihi primaria significatio videtur, quae alteri originem dederit. Huiusmodi voces ex repetita radice, dum contrahitur, ortae vim significationis auctam semper habent. Tam forma vocis طلاب, quam pluralis vocis ترات virum illum consuetudinem vindictae petendae habere, significat.

4. Ut Djabrum pro viro occidat, qui ei aequalis non erat: sed sanguinem inter se non metiuntur.

Explicata voce بواء causam, cur particulam ف futurum Nasbatum sequatur, scholion in eo invenit, quod cum antecedente optato (conf. De Sacy Gr. Ar. T. II. p. 26.) cohaereat, ut ان supplendum sit. Djabr autem eius nomen est, qui alterum occiderat. Hic etsi occiso dignitate par non erat, lex Islamitica plures pro uno occidi vetuit. Talionis mos cum Arabum cogitandi ratione moribusque tam intime coniunctus erat, ut Mohammedes lege eum tollere non posset; sed, ne modus excederetur, legi vindictam subiecit, tum ne quis pro licito occideret, neque pro uno dignitate pollente, id quod ante Islami tempus fieri solebat, plures occiderentur, interdixit. Et Kamusi auctor et Djeuharius postremis versus verbis sensum esse dixerunt, nonnisi eum solum, in quem talio cadat, occidendum esse.

LI.

Dixit quidam gentis Fakahs, quae ad gentem Asad pertinet.

Sunt, qui Morrahum b. Ahdda Fakahsitam versuum auctorem dicant.

1. Vidi patrueles meos esse, qui me desererent in temporis vicissitudinibus, quum instarent.

Se a suis ope destitutum queritur. Hoc in versu vox موالي, cui plures significationes

sunt, eos significare debet, a quibus maxime auxilium exspectare poterat, proxime cognatos, patrueles. Pronomen الألى, quod vocis الذين significationem habet, cum verbo ipsi coniuncto secundi obiecti verbi رابت locum tenet. Verba على حدثان الدهر cum suffixo نى cohaerent statum (Gram. Ar. T. I. p. 481.) significantia, ut كاينا »existentem« i. e. dum expositus sum, suppleatur et verbis ان ينقلب momentum temporis accuratius definiatur.

2. Cur contra virum mei similem me non compararunt (se invicem desiderent!), quando adversarius est inflexo dorso, capite inclinato et humero uno depresso?

Stultitiam in eo vidit, quod talem virum contra adversarios auxilio sibi non paraverint. Voce لمثلى se virum fortem esse indicavit. Verbum تفاقدوا, cui optativi sensus (sibi invicem opem non ferant!) est, sententiam intermediam a caeteris separatam facit. Duplex in versu aut ان aut اذا legendi modus reperitur. Quod si اذا recipitur, ex plurimorum grammaticorum sententia verbum sequi debet (Gram. Ar. T. I. p. 521.); sed Achfaschus grammaticus permittere videtur, ut verbum desit. Est igitur duplex in voce ابزى interpretandi ratio. Alii qui verbum esse dicunt, ut tam ان quam اذا admittatur, alii adiectivum, ut particula ان praeferenda sit. Hi si vocem اذا in versu habent, verbum, quod voce ابزى explicetur, supplendum esse statuunt. Verbo ابزى significationem alteri rem nimis molestam imponendi, ut iniuria adficeretur, tribuerunt dicentes, primam formam cum accusativo obiecti **(p. 105.)** usitatiorem esse, a qua vox باز falco derivata sit. Voci مايل casum nominativum, quum vocis خصم appositio sit, convenire. Tanquam verbum cum nomine خصم coniunctum, vox ابزى p. ٥٠٢ v. 1. occurrit, qui locus ad probandam et explicandam hanc interpretandi rationem adhiberi potest. Praeferunt tamen ابزى adiectivum esse [1]; sed in significatione definienda non consentiunt. Qui voci significationem pectus elatum et dorsum depressum habentis tribuunt, versum Cotsajjiri (mort. anno 105 conf. Meidan. app.) rei probandae ergo adnotarunt: (metr. Thawil) E gente est vir pectore elato dorsoque depresso praeditus, inflexus, ventriosus. Adversarium descripsisse dicunt, quemadmodum verbo حدب (de quo vid. Reisk. ad Taraph. p. 44.) et قعس utantur. Sexta autem forma تبازى aliquem incedendo virum talem simulare, significat. Sic in versu Ohaihahi b. Aldjolah [2] (metr. Hesedj) reperitur: Commodo utere incessu [3]! inutile est, quod te virum ابزى esse fingis. Alii dicunt, vocem بزى significare, pectus intrare, inferiorem ventrem prodire, ut in versu poetae metri Ramal (conf. Darstell. d. Ar. Versk. p. 138. c.): Se ostendit pectore intrante, ventre inferiore prostante et ego nates ei protendi modo, quo camelum mactans sedet, nervum extrahit [4]. Vocem autem

1) Causa in eo est, quod verbum nullo interposito nomine particulam اذا statim sequitur.

2) Mediunae princeps, qui tempore Amru-l'Kaisi b. Hodjr vixit. conf. p. ١٢ text. Ar.

3) Verbis خفض عنك فى المشى eundem sensum tribuo, quam خفض عليك المشى. Vox تبازيكا ob homoioteleuton pro تبازيك est.

4) Djeubarius sub radice تجى hunc versum; sed cum vario legendi modo sic adnotavit: فتبازت فتبازخت لها

insidiantem, decipientem, quippe cui saepe hic corporis habitus sit, designare. Alazmäihus dixit, vocem ابزى eum designare, cuius medium dorsum super nates emineat. Voci انكب autem inclinati significationem esse, proprie eius, qui humeris laboret, ut in latere et capite inclinato incedat i. e. ob superbiam obliquum faciei latus habens. Videre licet, nomen خصم collectivi sensum hoc in loco habens proprie litigantem adversarium designare, tum in hostem translatum esse. Quod autem poeta voci خصم talia statum hostis insidiantis aut pugnantis describentia adiectiva addidit, eo rem melius depinxit, quam si comparandi modo usus esset.

3. Cur contra mei similem me non compararunt (se invicem desiderent!), dum in terra dispersi sunt serpentes scorpionesque?

Repetitis iisdem verbis vim sermonis auget, tum aliis additis versum antecedentem expingit. Voci الشجاع »foedi serpentis« significationem esse Jarbuihtae [1]) in versu videmus (metr. Sarih): Mane invadit et impetus eius non mentiuntur; tum insilit modo serpentis foedi (conf. p. ٣٩٢ l. 2.). Poeta Djerirus (mort. ann. 111) hunc serpentem nomine الاشجع appellavit in versu sequente: (metr. Camel) Genti Raghwan nuntia, ipsorum fratrem iam momordisse et necasse serpentem foedum (conf. p. ٣٩١ infr.). Abu-l'Ahla dixit, nonnullos Modjaschihum b. Darem (Ante Mohammedem vixit conf. Meid. C. 23, 313.) cognomen رغوان accepisse putare, quod, qui ab introitu ad regem prohibitus esset, cameli vocem imitatus intrandi veniam impetrasset, dum Kamusi auctor ab eo, quod disertus esset, cognomem derivatum esse adnotavit. Haec quoque causa esse dicitur, cur poeta Djerirus gentem (quae ad Tamimitas pertinebat) satyra perstringens dixerit: (metr. Thawil) Die Sobairi vociferati estis quasi hyaenae in loco Dsu-Kar essetis, quae optata proferunt[2]). Modjaschihum quoque Abu-Raghwanum appellarunt. Sic poeta Djerirus eodem metro usus: Gladio Abu-Raghwani, gladio Modjaschihi percussisti, neque gladio Ebn-Thsalimi percussisti. Serpentibus scorpionibusque, metonymice omnis generis hostes, ita ut quaelibet vox collectivum sensum habeat, malumque significantur (conf. p. ٣٨٣ v. 1. et Meid. C. 18, 225. et 227.) Grammatici casum nominativum sic explicant, ut aut appositio (vocis مبثوث) sit aut subiectum praemisso praedicato in voce مبثوث. Hoc quum regulis linguae contrarium sit, ut nonnisi licentiae poeticae tribuatur, in causa fuisse videtur, cur alii vocem شجاع appositionem esse dixerint (conf. Gram. Ar. T. II. p. 517. 533.). Fieri quoque posse dicunt, ut voci مبثوث tanquam statum describenti casus accusativus tribuatur, ita ut voces فى الارض praedicati locum teneant.

جلسة الاعسر يستنجى الوتر, dum pro فتبازخت in margine فتبازيت adnotatum est. Addit vero ad explicandam vocem يستنجى haec: واصله الذى يتخذ اوتار القسى لانه يخرج ما فى المصارين من النجو »et hoc inde desumtum est, quod qui chordas arcus praeparat, excrementa ex intestinis removet.«

1) A gente Jarbuh b. Hentselah, quae pars gentis Tamim erat, derivatum cognomen. Altera tamen gens Jarbuh ad gentem Morrah pertinebat.

2) Dies Sobairi dies esse videtur, quo Sobairus occisus est, dies cameli appellatus (conf. Abulf. Annal. T. I. p. 294 sqq.). Locus Dsu-Kar inter Wasethum et Cufam, propinquior Cufae situ.

Verba autem sic disponenda sunt وشجاع وعقرب فى الارض مبثوثا pro وهم مبثوثون i. e. »Serpentes et scorpiones in terra exsistunt, dum dispersi sunt«. Poeta autem voci مبثوث dualis numerum non dedit, quod totum hostium genus tanquam unam rem significaturus erat.

4. Ne caedis pretium sumite! nam dedecus manere video, dum res, quae pretii loco dantur, abeunt.

Monet, ne caedis pretium, omissa vindicta, sumant. Dedecus ob vindictam omissam mansurum et pretium caedis periturum esse. Voci المعاقل aut tanquam novi sermonis initium, casus nominativus tribui potest, aut accusativus, i. e. video dedecus mansurum, et caedis pretium abiturum esse, ut cum voce والعار coniungatur. Voces معقلة et عقل proprie nomina actionis adiectivorum significationem acceperunt, sunt enim (iumenta) adligata in atrio eius, cui vindictae sumendae officium est seu id, quo caedes expiatur. Ad caedem expiandam camelae biennes et triennes (non parvae aut pulli) offerebantur conf. Sohair. Moall. v. 15. Ante Mohammedis tempus centum camelae oblatae videntur Hamas. ۴٥ l. 18. Arabes ante Mohammedem putabant, vindicta omissa occisum in sepulcro non quiescere; sed e capite evolare avem clamantem اسقونى »bibendum mihi date (sanguinem)! conf. Taraf. Moall. v. 61 schol. et sepulcrum talis viri obscurum esse; at vindicta expleta splendere (conf. Schultens ad Ispahan. p. 18.). Vir igitur hoc officio neglecto summo dedecore adficiebatur. Poeta (metr. Thawil) dixit: Quum id, quod in utre est, effunditur, scias sanguinem principis esse; sanguinem igitur principis bibe aut sine[1])! i. e. lac camelorum, quas, principis vestri occisi pretium, accepistis, tanquam illius principis sanguinem esse. Interdum dactylos pro pretio occisi acceptos esse, ex versu sequente (metr. Thawil) videmus: Dactylos multos interdiu manducabat, dum dactyli sanguine[2]) macerati erant striis instar purpurae praediti.

5. Quod si tu, quod petebas, assequeris est ac si te ne una quidem nocte tempus **(p. 106.)** *praeverterit.*

Ad vindictam impellit dicens: Etsi quis seriore tempore vindictam sumit, damnum praeteritum reparat et dedecus removet. Hominem, si rem intermittit, tempus cursu praevertit; sed id re reparata assequi potest. Hic mihi sensus versus verbis inesse videtur, scholion paulo aliter versum explicat, dicens, qui caedis vindictae satisfecerit, ei similem esse, qui omnino non adflictus sit et poetae versum, quo ad opes comparandas impellit, adducit: (metr. Thawil) Ac si vir, quum vestitur, per diei tempus nudus non fuerit, et quum dives evadit, inopia pressus non fuerit. (Loco verborum فى بوس in codice Mersukii صعلوكا pauper legimus). In versu Hamasae من الدهر ليلة est pro ليلة من الدهر.

---

1) Vocem دعا dictum esse puto pro دع a ودع littera Alif ob homoioteleuton addita.

2) Sed aut يصون asservat aut quod de Sacyus opinatus est, يضوز manducat legendum est. Hoc melius videtur. Vox ورد hoc in versu poetice sanguinem designat. De voce سبايب conf. Ham. p. ۳۴v v. 1.

LII.
Alius quidam dixit.

1. Si gens talis esset, ut opes tanquam caedis pretium acciperet, ad eam quasi opum torrentem tumidum adduxissemus;

Non dubito, quin prioris versus pars ratione habita verborum, quae sequuntur, ad agendi modum praeteritum gentis referenda sit. Quod si ita est, mirum videri potest, quod poeta futurum يقبل posuerit; attamen vero causa in eo videtur posita, quod non solum praeteritam rem, verum etiam isti genti solitam agendi rationem describat. Arabum grammatici particulâ لو, etsi futurum sequatur, praeteritam rem semper significari censuerunt (Gr. Ar. T. I. p. 166 adn.), cui sententiae beatus De Sacyus iure adversatus est. Voce فدية conditionem opum describit, ut pro وهو فدية »dum est caedis pretium« sit. Opes (مال), ut ex verbo سقنا videre licet, hoc in versu nil nisi cameli sunt. Voci حيا articulus, quippe gentem certam ante oculos habeat, conveniret, scholion autem poetam articulum eam ob causam omisisse dicit, quod gens ista audientibus nota esset. In verbo سقنا indicium est, quomodo verba سيلا من المال intelligenda sint. Torrens tam ob vehementiam cursus quam ob aquae copiam cum exercitu comparatur conf. Ham. p. ٣١٩ v. 3. Posteriorem comparationis partem cum nostro versu coniunctam esse, ex adiectivo مفعم indicante aquis vallem eum implere, videmus conf. Ham. ٢٨٩ v. 1. In scholio adnotatum est, proprie سيل مفعم »torrens impletus« dici non posse, quum ipse torrens non impleatur; sed res potius torrente impleantur, et duplex explicandi ratio adfertur. Aut similem esse loquendi modo هم ناصب »cura fatigata« pro cura fatigans, ut vocis مفعم sensus sit implens. Significationem relationis frequentius coniunctam esse cum nominibus agentis ut in vocibus طالق et مرضع, quemadmodum نخلة موقر »palma onusta« aut, id quod Mersukio praeferendum videtur, voce multitudinem significari, quemadmodum nomini agentis in verbis شعر شاعر et موت مايت summi et extremi significatio tribuatur.

2. Sed viri gentis cuius frater occisus erat, dedecore contenti esse noluerunt; sanguinem igitur lacti praetulerunt.

Illi pretium recusantes, quod dedecori esset, vindictam opibus oblatis praetulerunt. Vox الدنية (res vilis, vitium), qua pretium occisi acceptum significatur, in scholio sine dubio ob homoioteleuton cum sequente الدية adhibita est, et quin Mersukius hanc sententiam ex alio quodam commentario in suum inseruerit non dubito, plura enim eiusmodi cum homoioteleuto coniuncta verba sparsim in Mersukii commentario inveniuntur. Rarius ista in nostrum Tebrisii transierunt. Metonymia usus poeta lac pro camelis dixit, et eandem ob causam, qua in priore versu حيا sine articulo posuit, in hoc قوم adhibuit. Fieri autem non potest, ut verba يقبل المال فدية in priore versu adiectivi locum vocis حيا teneant, hoc enim admisso, particula ان praedicato caret. At vero in versu posteriore verba اصيب اخوهم vocis قوم adiectivi locum occupant, dum رضا العار obiectum verbi ابى sunt. In Mersukii codice loco vocis فاختاروا legitur واختاروا.

LIII.

Cabschah soror Ahmrui b. Mahdi-Carib dixit.

Vide Meidanium in appendice. Versus paulo ante Islamum, antequam vir Mohammedanum se confessus erat, vel initio eius compositi videntur. Nomen derivatum non esse ex eo cognoscimus, quod vox كبش (aries) femininum habere non possit. Raro tantum a voce رجل (vir) vox رجلة (femina) formatur, ut in versu poetae (metr. Madid C. p. 181.). Sinus puellarum lacerarunt, feminam inviolabilem esse non curarunt.

1. Ahbd-Allahus, quum dies mortis advenisset, ad gentem suam misit: Ne caedis meae pretium ab iis accipite!

Poetria ad vindictam excitatura morientem nuntium misisse ad gentem fingit, qui, ne caedis pretium acciperet, hortaretur. Iste Ahbd-Allahus poetriae frater erat. Abu-Rijaschus dixit, sororem fratrem Ahmruum eiusque gentem contra gentem Banu-Masin, quae pars gentis Banu-Sobaid esset, instigasse, quae fratrem Ahbd-Allahum occidisset. Fratrem Ahmruum hisce versibus commotum multos necasse (in margine Mersukii). Scholion vocem دمى tanquam obiectum verbi عقلت pro eo, cuius caedes expianda esset, sensu claro dictam esse putat. In Mersukii codice loco vocis المعقول lin. 3 legitur المفعول. Djeuharius versum nostrum adferens verborum sensum esse dicit »alicuius commodo, pretio accepto, vindictam omittere.«

2. Ne camelos parvos iuvencosque ab iis accipite, ut in domo obscura in regione **(p. 107.)** *Zahdah relinquar!*

3. Et sine Ahmruum, nam Ahmruus pacem vult. Nonne Ahmrui venter cibo spithama est?

Pluribus rebus ad vindictam incitare studet. Cameli quum parvi momenti sint, iis acceptis occisi sepulcrum obscurum manebit conf. Ham. ١٠٧ v. 1. et esurienti Ahmruo cameli ad satiandum opusnon sunt, quippe cui parum cibi sufficiat. Parvorum autem camelorum iuvencorumque, qui pretio sanguinis non dantur (conf. Sohair. Moall. v. 25.), nonnisi mentionem fecit, ut pretium caedis in despectum veniret (conf. p. 192 v. 4.). Litteram و futurum Nasbatum sequitur, quod phrasis consequens interdicti est, ut littera locum vocis أن occupet. Sepulchrum tanquam mortui habitaculum domum appellavit. Zahdah est locus in terra Iemen, unde fratres oriundi erant, ex quo loco, ni fallor, provincia (مخلاف) nomen accepit (conf. Abulf. Geogr. p. ٩٤). Provinciae Hidjasi incolis مزالف, Nedjdi incolis مدارع appellabantur. Verbis ودع عنك sensus tribuitur »adversare«; sed mihi potius sensus est: Ne cum Ahmruo tibi res sit, nam etc. Vix autem credendum, Ahmruum ad pacem inclinasse; poetria eum talem simulat, ut ad vindictam celeriter sumendam, qua falsa suspicio tollatur, paratum se praebeat. Ventris autem locum, qui cibo excipiendo aptus sit, nonnisi spithamae magnitudinem habere i. e. parvum esse dicit, ut parum cibi sufficere indicet. Eandem quoque ventris descriptionem in verbis traditione ad nos delatis invenimus. »Hominis venter latitudine et longitudine spithamam aequat« conf. Harir. ٤٥٠ l. 5 schol.

4. Vos autem si caedem non ulciscentes, caedis pretium accipitis, auribus resectis instar struthionis incedite!

A fratre ad gentem se convertens dicit, eam vindicta neglecta dedecus admissuram esse. Formae verbi octavae اتلى significatio »pretium sanguinis accipere« tributa est, ut verbo اتهب significatio »donum accipere« est, quam significationem in verbis Mohammedis invenimus: »Cogitaveram, me nisi a Koraischita aut Medinensi donum accepturum non esse«. Eadem quoque significationis ratio verbo اقتضى (accepit, exegit debitum) est. In voce فمشو duplex aut cum vocali Fatha aut cum Dhamma enunciandi modus reperitur. Ille imperativo secundae formae verbi مشى, hic imperativo primae verbi مش est. Illa secunda forma frequentem incessum (conf. Gr. Ar. T. I. p. 131.) significat, haec significationem »palpate, abstergite!« habet. Imperativo aut mandati significatio aut imprecationis esse potest. Priorem enunciandi modum ob ipsam quoque praepositionem ب praeferendum puto. In auribus resectis vilitatem et ignominiam videt (conf. Ham. ١١٤ v. 3.). In eo fortasse illis temporibus puniendi modus erat. Comparatione autem cum struthiocamelo instituta aures omnino resectas, ut nil earum remanserit, indicat. Struthiocamelis quamquam id natura proprium erat, tamen earum aures amputatas esse finxit (Pro voce تصغيرا l. 5 schol. in codice Mersukii تصويرا melius legitur.). Fabula est, struthiocamelum cornua duo petiturum exiisse; sed auribus amputatis rediisse. Idem asino accidisse narrant (conf. Meidan. C. 9, 76.). Alii autem qui struthiocamelos omnino surdos esse ob aurium defectum, ut quae opus sint, nonnisi odore distinguant, esse putant, verborum in versu sensum sic definiunt: Ite tanquam surdi nil audientes eius, quod homines contra vos ob neglectam vindictam loquuntur conf. Bocharti Hieroz. T. II. 261.

5. Neque ad aquam nisi a mulieribus relictam accedite, quum calces earum sanguine inquinatae sunt!

Verbis aut interdicti aut imprecationis sensus tribui licet. Infimo loco ob dedecus vobis adhaerens habendi sitis! Talis ad aquam accedendi ordo apud Arabes observabatur. Primum viri accedebant; tum mercenarii et pastores; denique mulieres, quum reliqui omnes inde recesserant. Solebant enim mulieres et corpus et vestes lavare, dum securae ab omni re ipsas turbante erant. Qui aqua, donec inde mulieres recessissent, abstinebat, maximo dedecore adficiebatur. Mulieres autem sanguine menstruorum inquinatas fingit, ut res gravior fiat. Alnamarita, auctore Abu-Rijascho, diversum interpretandi modum adtulit, hunc sensum esse dicens: Si pretium sanguinis accipitis, a nulla re turpi postea recedetis, ut cum uxoribus vestris menstruis laborantibus res vobis futura sit. Hoc sensu recepto poeta voce فضول menstruorum reliquias designavit et metaphorâ usus initum accessum ad aquam appellavit. Abu-Mohammedes Alahrabi hunc verbis sensum tribuit: Pretio sanguinis accepto ne ad nundinas veniatis honore vestro dedecore inquinato, quasi mulieres menstruis laborantes sitis. Huic Djeriri sententia in versu metri Camel similis est: Ne regum vestes memorate (quibus vos ornati estis), nam post Sobairum vos menstruo laboranti, quae lavata non est, similes estis! (conf. Ham. p. ١٠٥ adnot.).

LIV.

Dixit Ahntarah b. Alachras Mahnita ad gentem Thai (p. 108.) pertinens[1]).

Viri nomen عنترة a musca caerulea derivatum putant. Sunt, qui voci عنترة fortitudinis bellicae significationem tribuerint. Voci معن parvi, levis significationem esse scholiastes sequente hemistichio probat: (metr. Wafir) Opum tuarum interitus res levis non est. Abu-Hilalus dixit, Ahntarahum filium Ohebarae, quae avia materna eius fuisset, appellatum esse. Poeta et eques celeber erat. Mortem Chaledi filii Iasidi b. Moahwijjah (mort. anno 82) carmine deploravit conf. Meid. C. 16, 2.

1. Diu erga me inimicitiam odiumque fore et quamdiu vis, vive et vide, cui noceas!

Se odium inimici sui parvi habere dicit, quum ipsi nocere non possit. Duplex in versu حمل et حبل legendi modus. Priorem scholiastes iure praeferendum putat, quum poeta odium tanquam animi foetum descripserit. In altero odio funis tribuitur. Vox شناءة odium cum inimicitia et prava animi indole mixtum et vox شنف inimicitiam vehementem designat. Verbum ضار dialecto cuidam aut poetis usitata vox eandem, quam ضر significationem habet. Verba عشت ما casum accusativum habent, quum tempus definiant, et vox من, quum interrogando inserviat, ita ut praecedens verbum eam regere non possit, obiectum verbi يضير est. Sensus idem versui sequenti (metr. Thawil) est: Tu si odio me habes, mihi non noces, et si mihi prodesse vis, eius potestatem non habes.

2. In manibus tuis nullum commodum est, quod sperem et alius alienatio res gravis est.

Se, quum ipsi commodo esse non possit, quod inimicus factus sit, parum curare. Alius viri contra ipsum inimicitiam maioris momenti rem futuram esse. Loco vocis نفع (commodum) خير (bonum) quoque legitur. Vox مرتجى locum adiectivi vocis نفع tenet, ut idem sit quam نفع مرتجى. Dixit poeta غير صدودك loco verborum صدود غيرك; sed conservato verborum ordine hic sensus est: Res alia quam alienatio tua est magni momenti i. e. alienatio tua res nullius momenti est.

3 Nonne vides, carmina mea circumlata esse, dum carmina tua domum tuam non relinquunt?

Hisce verbis praestantiorem se poetam gloriatur. Carmina inimici ipsi nocere non posse. Duplicem interpretandi modum admittunt. Aut, quod eius carmina in poetam dicta mendaciis fucata nil veri contineant, poetam non adficere et opprobrium ipsum non attingere, dum ab ipso contra eum prolata vera sint, semper domum eius circumdent inde non abeuntia. aut sua carmina ob praestantiam inter homines divulgari, dum carminum inimici nemo rationem habeat. Nomen actionis ut cum subiecto coniungitur. sic quoque cum obiecto coniungi potest. Fieri igitur potest, ut vox شعري carmen designet in me dictum; شعرك autem carmen sit, quod in te dictum est. In Mersukii codice (schol. l. 3.) loco vocis ملازم legitur ملازم.

1) Mahn pars gentis Thai est

4. Quum me conspicis, te avertis, quasi sol a meo latere circumvertatur.

Ob odium tuum me adspicere non potes, quasi inter nos sol sit. Dixit poeta (metr. Thawil): Adiutor inter quem et me sol esse videtur. Quotiescunque occurrimus, ex eorum numero non est, quos obiurgo. i. e. eius amore haud egeo, ut eum obiurgando corrigere studeam. Ausus [1]) simile quid protulit dicens: (metr. Basith) Ecce! a latere vultum in me dirigunt, quasi oculi ob odium in me caeci sint. Ex oculis interna animi cogitatio re vera cognosci potest et poetae isto loquendi modo diverse utuntur. Sic poeta (metr. Thawil): ارانى اذا ما جئت اطلب حاجة نظرت الى وجهى كانك ارمد »Quotiescunque ad te venio rem mihi necessariam petiturus, te tanquam lippum me adspicientem video.« i. e. illum ob avaritiam eum non videre simulare. Nil quoque impedit, quominus verbis alium sensum tribuamus. Timore alterius impletus aut alterum summopere reveritus quum eum vix adspicere audeat, inimicum ipsum vultum in eum dirigere non audere, fortasse poeta noster significare voluit.

LV.

Dixit Alahwazus b. Mohammed . . . . Alanzarita [2]).

(p. 109.) Nomen Alahwaz derivatum esse dicitur a voce حوص (angustia oculorum), quippe cuius oculi quasi consuti sint. A voce احوص plurales irregulares tam حوص, quam احاوص formantur, ut in Ahschae versu (metr. Thawil): Minae parvis oculis adspicientium e gente Djahfari ad me venerunt; et, o serve Ahmrui! si parvis oculis adspicientibus interdixisses [3]).

1. Ego ob res tibi notas invisus angeor non impediente odio inimicitiaque.

Odium aliorum spernit, quum nil ipsi noceat. Voci علم eadem significatio quae voci عرف (novit) est, ut unum obiectum ei sufficiat. Voces على ما قد علمت et على البغضاء statui describendo inserviunt, ut priores a voce محسد, posteriores a voce انمى rectae sint. Fieri quoque potest, ut verba على ما قد علمت cum sequente voce محسد coniuncta putentur, verbum حسد enim rem, cui invidiae causa inest, ope praepositionis على secum coniungit. Hic vero construendi modus statuendus videtur. Voci علمت in codice tam masculini quam feminini vocales datae sunt, ut aut virum aut feminam alloquatur. Suffixum نى subiectum est et vox محسد eius appositio; vox autem انمى praedicati locum tenet. Alii voci شنآن odii cum inimicitia et prava animae indole mixti significationem tribuerunt, ut diversa sit a praecedentis بغضاء significatione, alii eandem significationem utrique voci tribuentes eas vis augendae causa coniunctas esse voluerunt, ut in hoc versu (metr. Thawil): وهند اتى من دونها النأى والبعد »Distantia efficit, ut Hinda attingi nequeat.«

---

1) Plures poetae tale nomen gerentes sunt. Hoc in loco, ni fallor, filius Hadjari ante Mohammedem vivens significatur.

2) Poeta tempore Alwalidi b. Abd-Almalec (chalifae creati anno 86, mortui anno 96.).

3) Omissa est phrasis consequens: melius fuisset aut simile quid conf. Gram. Ar. T. II. p. 464.

2 *Qui casus gravis me petens mihi supervenit, is nonnisi me nobilitat et rem meam auget.*

Omnes se ipsi occurrentes difficultates vincere, ut inde honoratior prodeat hominibus videntibus, quanta in eo virtus sit, dicit. Coniunxit cum voce ملمة tanquam nomine vocem خطب initia rei gravis indicaturus. Quod si nomen خطب a petendo originem duxit, proprie voci rei hominem petentis significatio subest. Vocabulum ملمة proprie res ad aliquem devertens est: sed omisso cum eo iungendo nomine maxime poetis usitatum casus fortunae adversos infortuniaque potissimum designat. Vox ملمة quoque tanquam adiectivum, quemadmodum p. ١٣٩ v. 5 factum videmus, cum praecedente nomine coniungi potest. Ex scholiis l. 3. alterum legendi modum وترتع شاتي, qui in margine codicis adscriptus invenitur, cognoscimus. Praepositio من in versu superflua est et verbum تعتريني cum nomine خطوب cohaeret conf. Gram. Ar. T. I. p. 490 sq.

3 *Quum recedit, a (viro) vehementer ira aestuante recedit, cuius celeres irae impetus viris virtute haud imparibus timentur.*

Fortunae casus eum non deprimunt, ut idem maneat adversariis haud imparibus semper timendus. Vox متخمط vocibus superbiente, irato explicatur; sed proprie est camelus admissarius iratus barriens, quocum vir confertur conf. Ham. p. ٢٩٣ Harir. p. ٢٧٨. Vox بادرة proprie properans, tum in animi vehementiam ex qua vehementes celeresque irae impetus oriuntur, translata est conf. Harir. p. ٣. Addidit autem voces على الاقران, ut sensus completus fiat, maiori enim laudi est, quod iis, qui ipsi virtute pares sint, timeatur. Verba autem تخشى etc. praecedenti متخمط adiectivi loco sunt.

4. *Quum viri absconditi sunt, me instar solis, qui nullo loco absconditus est, invenis.*

Cum sole se comparans celebritatem suam praedicat. Se omni loco instar solis splendere, ubi alii viri ob famae obscuritatem, etsi adsint, non cernantur. Ex hoc sensu verba sua Baschscharus (b. Bord mort. anno. 186 aut 167) derivavit dicens: (metr. Basith) Ego inauribus ornatus nemini absconditus sum; oriens sol me remotis et propinquis ostendit. Abu-Saido auctore, qui a viris suis (Medinensibus) rem relatam tradidit, versuum ansa haec fuit. Mohammedes b. Ahmru b. Hasm poetae crimen obiecerat. Qua de re questurus quum ad Alwalidum proficisceretur, Machsumitae cuidam occurrit se ipsi contra Ebn-Hasmum auxilium praestiturum promittenti. Alwalidum igitur ita allocutus est: Per Deum! si res, quam mihi Ebn-Hasmus obiecit ad religionem (mundum) [1]) pertinuisset (nisi quod tanta eius (viri) vilitas est), eam evitassem [2]); sed quomodo, dum maximis erga Deum criminibus accensenda est? Ego autem is sum, qui dicit: (metr. Thawil) Sane exstiterunt, dum eorum manus te signis indicabant. Tum quum Machsumita surgens Ebn-Hasmum laudaret, Alachwazus dixit: Hoc, per Deum! verbis poetae (metr. Thawil) simile est: Tu

1) De Sacyus ad hunc locum adscripsit, in suo exemplari (schol. l. 4 5.) امر الدنيا inveniri et sic legendum esse.

2) Vox لاجتنبه, cui praeteriti vocales superscriptae sunt, a seriore manu correcta videtur.

instar lupi pravi eras, qui quum aliquando in socio suo sanguinem conspexisset, in sanguinem irruit. Alahwazus Medinam rediens ab Ebn-Hasmo verberatus et in foro Medinensi ignominiae expositus est [1]). Ibi stans magna voce hos versus recitavit.

LVI.

Dixit Alfadhl b. Alahbbas b. Ohtbah b. Abi-Lahab [2]).

1. Lente, o patrueles nostri! lente, o propinqui nostri! Ne inter nos eruatis, quod sepultum erat!

(p. 110.) Monet cognatos, ne inimicitiam vetustam renovent et res occultas manifestas reddant. Nomen مهل quietem et lenitatem in agendo designat. Sic in versu poetae (metr. Thawil: يقولون مهلا يا جميل واننى لاقسم ما بى عن بثينة من مهل »Dicunt: quietem (habeas), o Djomaile! sed ego iuro, me sine Botsaina quietem non habere«. Accusativus مهلا e verbo abiecto pendet. Vox مهلا repetita est, ut vis sermonis augeretur. Nil quoque obstat, quin ludibrio sermo inserviat. Fortasse propinquos agendi rationem sequentes vidit ad maiora ducentem, quae reparari nequeant. Haec igitur monendi causa est. Verbis eruendi et sepeliendi metaphorico loquendi modo res ad lucem proferri et occultari significavit.

2. Ne cupiatis, ut nos parvi habeatis, et ut vos honoremus et ut a vobis noxam retineamus, vos autem damno nos adficiatis.

Monet, ne erga ipsum suamque gentem iniuste agant. Scholion dixit, ante particulam ان praepositionem فى abiectam esse. Id placere, quippe praepositione apposita sermo nimis longus sit. Non autem licet praepositionem omitti, si loco verbi nomen actionis ponitur.

3. Lente, o patrueles nostri! ne stirpem nostram laedatis! lente potius incedite, ut antea incedebatis!

Monet, ne honorem suorum laedant, sed lenitati modestiaeque operam dent. Vox اثلة arboris (tamaricis sc.) nomen est. In verbis نحت اثلته voci significationem radicis (اصل) tribuunt, quod non ita intelligendum puto, ut voci radicis arboris significatio sit; sed in hominum radicem, stirpem seu originem translata est, nam gente cum ista arbore comparata, gens ipsa talis arbor appellatur (Ham. ۴٦٨). Radicem arboris, quae sub terra occulta est, dolando laedi non item convenit. Honor viri cum veste confertur (conf. Ham. p. ۴٨۴ v. 2.) qua detracta homo nudatur et ignominiae exponitur. Cortex arboris eius quasi vestis est. Tum ista arbore, quemadmodum vidimus, loco gentis posita dolando istius arboris corticem removeri, idem est, quam honorem gentis laedi, eo potissimum, ut in maiores contumeliae dicantur. Originis ratione habita minus bene نحت فى اثلته, quemadmodum Kamusi auctor adnotavit, dicitur. Poeta Ahscha (conf. Meidan. app.) eodem loquendi modo, quo noster usus est dicens: (metr. Basith) الست منتهيا عن نحت اثلتنا ولست ضايرها ما اطت الابل

---

1) In Djeuharii opere legimus, vocem البلس saccos stramine impletos designasse, super quibus malefacientes ignominiae publice exponebantur, praecone poenae causam nuntiante. Iste Ebn-Hasm sine dubio aut praefecturam aut aliud munus in oppido Medina gerebat.

2) Abu-Lahab abavus poetae tempore Mohammedis vixit. Poeta tempore Farasdaki vixit, qui anno 110 aut 114 aetate paene centum annorum diem obiit conf. Meid. T. 1. p. 613. Citab-Alaghani.

»Nonne laedendo honore nostro abstines, dum ei haud noces, quamdiu cameli in cursu caudam femoribus adplaudunt« (conf. Har. p. ٣٥٨). Quod poeta de incedendi modo dixit, id in agendi rationem transferendum est. Sunt qui loco hemistichii posterioris habeant: مهلا بنى عمنا مهلا موالينا »Lente, o patrueles nostri! lente, o propinqui nostri!« quibus in verbis minarum sensus inesse potest conf. v. 1.

4. *Deus scit, vos in amore nobis non esse, neque vos vituperamus, quod nos non amatis.*

Hominum animi quum ita constituti sint, ut eos ament, qui ipsis benefecerint, non mirum est, quod mutuus amor inter nos non existat. Nobis igitur animus non est, ut ad amorem vos cogamus; sed iustitia tamen inter propinquos exerceatur, necesse est, ut sine causa honor non laedatur. Loco vocis لا alter legendi modus ان لم in Tebrisii codice inter lineas scriptus est.

5. *Quilibet ex animi proposito in alterum odium concipere potest; per Dei gratiam vos odio habemus et nos odistis.*

Homo in eo quod alterum odit, liber est; nos autem id Dei gratiae tribuimus, quod talis inter nos mutui odii conditio est. Indicare vult, se ista mutui odii conditione contentum esse, quippe separatio utriusque gentis ipsis commodo sit. Similis loquendi modus in Corani loco Sur. 68, 2. (alter locus est Sur. 52, 29.) reperitur: Tu per Dei gratiam insanus non es. Verbis نقليكم وتقلونا status significatur. Vocem تقلونا duplici ratione explicari licet, aut obiecto omisso, ut pro تقلون sit, aut littera ن verbi abiecta, ut pro تقلوننا sit. Verbum قلا quum eam animi conditionem significet, qua unus ab altero ob internum odium se separet, poetam tale odium, quo unus alteri noxam inferat, non probare videmus. Tali nonnisi odio contentus est, quo unus ab altero se separat. Qui litterae abiiciendae modus regionis Hidjas dialecto proprius in versu sequente (metr. Redjes) observatur: Laqueus sublatus, quid igitur est, quod caveas? nam تحذرى est pro تحذرين et in hemistichio sequente (metr. Wafir): Cuiusnam desiderio arguto sono (o camela!) me imples? nam تشوقينى est pro تشوقيننى. Sibawaihii grammatici sententia, qua poetae vocalem grammatici flexus necessitate postulante abiicere licitum est, hoc modo confirmatur.

LVII.

Dixit Thirimmakus b. Hacim[1]).

Nomen الطرماح longum designare dicunt. Sic in hemistichio (metr. Ramal): Is longus est eiusque digitorum ossa longa sunt. Verbum طرمح transitivam (longum reddere) significationem habet; sic in versu poetae: (metr. Basith) Eorum (camelorum) latera (gibbum) longa reddidit viridis (planta) matris pulverulentae (terrae), cuius admissarius (pluvia) ad leonem (sidus leonis) refertur i. e. Cameli pascentes pingues evaserunt, ut gibbi in altum assurgerent plantis e terra crescentibus, quae a

1) Poeta hic tempore Alcomaiti (qui natus anno 60, anno 126 obiit) pueros in oppido Cufa docuit conf. Meid. T. III. P. 2 p. 318. Citab-Alaghani.

pluvia, tempore signi Leonis (In codice de Sacyano اراد انه كان, quod placet) e coelo decidente, tanquam ab admissario fecundata erat. Thirimmahum. qui pueros Cufae docuisse traditur, tanti faciunt. ut si tempore paulum anteriore vixisset, Ferasdako et Djeriro praeferendus fuisset. **p. (111.)** Narrant. eum in consessu a praesentibus postulasse, ut ex eo rem linguae Arabicae difficilem. se enim omnia cognovisse, quaererent et quum quidam, quaenam vocabuli ضمح significatio, interrogasset, eum rem ignorasse

1. *Sane! amorem mei ipsius auxit, quod omni viro, in quo nil boni est, exosus sim,*

Dicit, se ex eo, quod vilibus exosus sit, suum ipsius meritum cognoscere, ut odio aliorum suus in se amor augeatur. Si vili similis esset, hic eum amore amplecteretur. Mersukius sic habet: ولو كان بيننا تشاكل او تقارب لما نبغضني ولا ابغضني وهذا الكلام تعريض بمنابذ له verbis كان ..... لاحبني omissis. Verba انني بغيض subiecti loco verbo زادني sunt. Loquendi modus غير طايل »non longus« inde desumtus est, quod viris corporis longitudo laudi est conf. Ham. p. ٥٢٥ v. 5. A viris in res translatus est conf. Ham. p. ٣١٥. Primum corporis roborem designans, tum ad potentiam, beneficentiam et generaliore significatione bonitatem significandam adhibetur. Forma masculini, sine dubio quod de viris primum in usu erat, adhibetur. Nec non nominibus generis feminini definiendis inservit; sed nonnisi in negando voce utuntur.

2. *Et quod vilium culpa miser sum, neminem enim per eos miserum esse vides, nisi animi indole generosum.*

Hic versus cum antecedente coniungendus est. Vox اني pro انني levioris pronunciationis causa, prima littera ن abiecta[1], dicta est. Scholiastes vocem شقيا de calumniis, quibus ei nocent. intelligendam putavit. Loco verborum واغتابوني in scholio l. 3. legas واغتابوني. In priore versus parte rem narravit, in posteriore socium allocutus est.

3. *Quotiescunque me videt, subito inter ipsum meque visum abrumpit modo cognoscentis, qui ignorantem se simulat.*

Videmus ex hoc versu poetam personam quandam ipsum odio persequentem significare velle, quem talem describit, ut iniuriae in poetam conscius et pudorem inde concipiens, hunc adspicere non audeat. Visus (haec enim hoc in versu voci طرف significatio tribuenda est), ab una persona usque ad alteram quasi extensus, id quod verbis بينه وبيني indicatur, tanquam res omnino abscinditur palpebris celeriter compressis. Accusativi vocis فعل causam scholiastes in eo videt, quod nomen actionis sit ex eo pendens, quod verbis قطع الطرف indicetur. Dicere vult vocem فعل locum tenere vocis قطْع aut تقطيع obiecti absoluti (مفعول مطلق conf. Gram. Ar. T. II. p. 113.) cum verbo قطع cohaerentis.

4. *Terram ei tam angustam reddidi, ut ei ob angustiam quasi retia tendentis scrobs videretur.*

Quantam in angustiam inimicum redegerit describens dicit, se terram contra eum tam

---

1) In scholiis Mersukii النون الاولى legimus. Litterarum nomina modo masculini generis modo feminini, qui frequentior usus videtur, adhibita invenimus. Quae res in causa est, cur in Mersukii codice cum feminino, in Tebresii cum masculino inveniantur.

implevisse, ut nullus ne movendi quidem locus ei superesset. Duo loquendi modi ملات عليه et ملات منه ob diversum praepositionum usum sensu paene oppositi sunt, dum prior significat, alterum in angustias omnino redactum esse; posterior, eius laude terram impletam esse. Vox حابل eum designat, qui feris capiendis laqueos tendit, a prima verbi forma, quae ut octava feram laqueo capere significat. Mors autem quam tanquam venatorem sibi fingunt, homines laqueo capere احتبل dicitur. Vox كفة scrobem significare potest, in qua venator laqueum ponit, quoniam torqui similis redditur. Chalilus grammaticus quum voci كفة hanc significationem tribuerit, ad veritatem proprius accedit quam alii, qui voci كفة retis, laquei aut latibuli venatoris significationem dederunt. Vox autem a colligendo significationem duxit. Et scrobis et laquei vox cum venatore coniungi potuit. Sensum versui similem expressit poeta alius dicens: (metr. Thawil) Quasi viae amplae inter montes terrae, dum spatiosae sunt, timenti, petito (ab hostibus) scrobs venatoris sint. Duplex autem sensus versui nostro ab interpretibus tribuitur: aut ob odium, quo in me impletus est, me semper fugit, si in propinquo sum aut ob inimicitiam me timet, ut fugienti ipsi terra nimis angusta videatur.

5. *Nam omnis vir, qui officio haud satisfacientem patrem suum invenit, generosis, primoribus infestus est?*

6. *Quum patris sui agendi ratio commemoratur, adfligitur; sed in homines bene meritos contumelias dicere haud aegre fert.*

Iniuriam et impudentiam, qua pravis parentibus oriundi bene meritos contumeliis persequi solent, describit. Hi duo versus, nec non proxime sequens in Mersukii opere non leguntur. Interrogatio in priore versu quodammodo sensum adfirmat. Scholiastes vocem **(p. 112.)** مسعاة nomen actionis, ut سعى, esse dixit eique agendi significationem generaliorem tribuit, rei probandae causa locum Corani (Sur. 53, 40.) adnotans. »Homini nonnisi est, quod agit.« Causa, cur hunc interpretandi modum admiserit, ni fallor, in eo invenitur, quod nomen مسعاة cum plurali مساعى (conf. Harir. p. ٣٣٢) nonnisi in factis laude dignis adhibetur. Verbo اتضى significationem corpus contrahendi, quacum morbi significatio cohaereat, adscribitur.

7. *Domus autem neque defenditur, neque eius incolae apud homines in honore sunt, nisi hastis et equitum agminibus.*

Quod si hic versus cum praecedentibus cohaeret, sensus ita coniungendus est. Contumeliis honorem non defendi, sed armis.

LVIII.

Dixit quidam e gente Fakahs. (Pars gentis Asad est.)

1. *Quot virorum odium animo foventium, inimicitiam manifestantium, ulcerosis cordibus praeditorum, erroribus in consilio adsuefactorum*

In hoc versu, qui cum proxime sequente cohaeret, inimicos odium contra ipsum foventes describit. Scholion vocem ضب odium occultum significare dicit a lacerta appellatum, quae

per totam hiemem in latibulo abscondita sit. Neque derivandi modo adsentiendum, neque hoc in loco ob sequentia verba inimicitiam manifestantium odii occulti significationem quadrare puto. Pluralis et multum et varium odium designat; neque enim ob plures personas positus videtur. Verba قرحى القلوب »Corda vulneribus dolentibus laesa habentes« eos, quorum corda inimicitia odiumque laeserant, designant. Vox قرح proprie vulnus dolens significat. In Haririi loco p. ١٥٣ de tristitia dicitur: فودعته بقلب دامى القرح »Ei valedixi corde, cuius vulnus sanguinem emittebat«. In Corano pluribus locis homines haud probe agentes in corde morbum habere legimus conf. Sur. 24, 49. Duplex autem pronunciandi modus in voce الافناد est. Tanquam pluralis nominis فند, qua voce error in consilio aut turpiter agendi ratio significatur. Designantur igitur ii, qui iterum iterumque in consiliis capiendis errant aut rebus turpibus agendo et loquendo adsuefacti sunt. Alter pronunciandi modus cum vocali Kesra nomen actionis formae quartae designat. Forma verbi quarta, dicere aliquem in consilio errare aut delirare, significat. Nec non eiusdem significatio mendacium proferendi a Kamusi auctore adnotata hic locum habere potest.

2. *Odium ipsorum modo oblitus sum eosque reliqui, dum revera, quum amici mentio fit, inimici sunt.*

Versus hic sensu cum antecedente cohaeret. Dicit, se virorum, quos descripsit, odium oblitum esse, ita ut ipsi illi odii obliviscerentur. Se eorum nullam rationem habuisse, etsi, si amicorum mentio fiat, inimicis accensendi sint. Tertia verbi forma mutuam oblivionem inter utramque partem fuisse designat, se igitur odii illorum obliviscentem effecisse, ut et illi sui odii obliviscerentur. Sed de vera oblivione sermo non est, se oblivionem simulasse dicere vult. Ob sequentem pluralem اعاد (pro اعادى) vox الصديق amicos designat.

3. *Ut contra mihi inimiciores eos compararem; nam interdum odium erga nos animo foventes adire (auxilii causa) cogimur.*

Causam adfert, cur erga eos ita se gesserit. Leniter se eos tractasse, ut inimicitiae obliti contra alios ipsi auxilio essent. Ex scholio autem, ubi legimus, Arabem quendam dixisse, patrueles esse inimicos nostros et inimicos inimicorum nostrorum, videmus, poetam cognatos erga se odium foventes animo habuisse, ad quos contra remotiores inimicos i. e. cognationis vinculo cum ipso non coniunctos ipsi confugiendum esset. Post vocem لابعد vox منى sc. عداوة »remotior a me sc. inimicitia quam illi« supplenda est, tum vox الاباعد voci الاقارب opposita haud cognatos designat (conf. Schultens. ad Iob. p. 1122. et Harir. p. ٣٥٧). Verbum اجاء idem esse quod اشاء et ألجأ, ex Corani loco Sur. 19, 23 probatur. Abu-Helalus dixit, fieri interdum, ut homo in quibusdam rebus ad inimicos confugere cogatur. Eundem vero sensum poeta verbis sequentibus (metr. Thawil) expressit: Superstitem relinquo virum pravum (sc. cognatum) tanquam apparatum contra inimicitiam adversarii ex hominibus, peregrini. Canes peregrinorum eorumque latratum timeo, quum canes propinquorum iis non respondent. Dicere vult, peregrinos, si propinqui aut non adsint aut auxilio non sint, se timere. Canum nonnisi ad exornandam sententiam mentionem fecit. Namirita voci ابعد hoc in versu significationem ve-

hementioris (inimicitia) أشد, ut in Corani loco Sur. 4, 165 tribuit. Abu-Mohammedes Alahrabi autem, eum duplici ratione errasse contendit, uno, quod versus, qui Mirdasi b. Djoschaisch, fratris gentis Banu-Sahd b. Tsahlebah sint, Fakahsitae adscripserit, altero, quod voci أبعد, cui significatio remotioris cognatione conveniat, vehementioris significationem inesse voluerit. Versus sensum similem esse verbis Hadhramijji b. Ahmir (metr. Camel) dicentis: Patienter vos tuli non nescius morborum, qui in vobis essent, ut contra mihi inimiciores vos compararem, nam interdum ad cognatos confugere cogimur[1]). Excepto homoioteleuto posterior versus nostro omnino similis est.

LIX.
Dixit Iasid b. Alhacam Cilabita.

1. Verbis vos repulimus, donec insolentes fieretis, tum manu, donec digitis repelleremini.

Narrat, se primum verbis usos esse ad eos repellendos et quum hoc nil prodesset, **(p. 113.)** sed audacius ii procederent, manu leniter se eos removisse, tandem vero quum ad extremum ventum esset in audacia, se cum vi digitos adhibentes, eos repulisse. Inimicos tanquam invadentes fingit. Narrant Koraischitam quendam rem illatam quum levipenderet, dixisse: hic repulsus est, qui manu fit. Alterum respondisse: imo, cum ea (manu) digiti sunt. Ibrahimus b. Alahbbas diversos gradus, quibus insolens removeatur, describens dixit: (metr. Thawil) Patientia et si non prodest, minae post eam veniunt et si eae inutiles sunt, firma eius proposita prosunt. Apud vocem بالراح ex praecedente دفعناكم supplendum est. Scholiastes dixit, vocem دفع aut praedicatum esse omisso subiecto دفعنا »donec repellendi modus noster est repellendi modus per digitos«, aut verbo كان significationem verbi حدث »exstitit«, tribuendam esse, quippe cui subiectum sufficiat i. e. donec repellendi modus manibus existens est, ut verbum كان a grammaticis تامة perfectum appellatum (Gram. Ar. T. II, p. 433. p. 60. 86.) praedicatum in se contineat. Ratione autem habita prioris versus partis, sic potius, altera ellipsi admissa, verba constituenda videntur: حتى زاد بطركم وكان »donec vestra insolentia augeretur et esset . . . .

2. Quum vero vidissemus, ignorantiam vestram non finiri et prudentiam vestram absentem non redire,

Omnia ista inutilia fuisse, et istos a stulta agendi ratione non recessisse narrat. Voces جهل et حلم oppositae sunt, ita ut illa proprie ignorantia stultitiam in agendo adversus alios, haec prudenter et leniter agendi rationem designet.

3. Patrum rem perquisivimus; at nos omnes a stirpe in gente sua haud vili oriundi sumus.

Versus cum antecedente sic cohaeret: Quum eos ad sanam mentem reducere non posse-

---

1) Ad verba vertendum fuit: »Complicui vos non obstante humiditate.« Homines cum utre conferuntur, qui si madidus est, molestiam parat, nam si madidus complicatur, non potest non corrumpi. Similem sensum sequens versus offert: (metr. Thawil) طوينا بنى بشر على بللاتهم وذلك خير من لقاء بنى بشر »Complicuimus gentem Banu-Bischr non obstante humiditate eius, et hoc melius erat, quam occursus (bellum) gentis Banu-Bischr.«

mus, causam in origine positam putantes, quaenam maiorum conditio esset, perquisivimus. Non autem in maioribus vitium esse invenimus. Scholion verbo مس aut attingendi inveniendique aut petendi significationem tribuit, quam petendi significationem in Corani loco Sur. 56, 78. »non petunt eum nisi puri redditi« interpretes inveniunt. Tum in scholiis sequuntur verba: وعلى هذا يحمل قوله تعالى وانا لمسنا السماء et secundum hoc verba Corani (Sur. 72, 8.) »et quod nos coelum petivimus« explicant. Haec autem omnia Tebrisius ex Mersukii commentario exscripsit; sed quum ob incuriam, ut videtur, post verbum يطلبه omiserit verba: قل واللمس كالمس فى انه يوضع فى معنى الطلب قال »Dixit: et verbum لمس verbo مس in eo simile est, quod ei petendi significatio tribuitur; dixit«, ad quae verba locus Corani posterior referendus sit, haec verba cum antecedentibus minime cohaerent. Ante verba الى حسب verbum ننتمى vel ننتهى aut simile quid, ad quod praepositio referatur, supplendum est. In Tebrisii codice voci حسب vox نسب tanquam alter legendi modus superscripta est. Scholion autem petendi significationem in verbo مس praeferens, hunc versus sensum constituit: Nos a maioribus nostris rem (i. e. auxilium) petentes, contra eos aliquo modo gloriati sumus, dum quilibet nostrûm nobilis genere erat. Vox قوم familiae significationem habet et voci واضع a verbo وَضُعَ derivandae significatio vocis وضيع tribuenda est.

4. Et quum ad matres (perquirendo) pervenissemus, vos patrueles vestros nobili prosapia oriundos invenistis.

Neque in matribus nostris causam invenimus, cur nos levipendatis. Scholion sic habet: Perquirentes nos et vos aequales patrum nobilitate invenimus, sed nos matrum nobilitate superavimus. Hanc vero antecedenti versui tributam sententiam verbis expressam non invenio; sed posteaquam patrum nobilitatem significaverat, dicit, ipsos adversarios agnoscere debuisse, a matribus nobilibus ipsos ortos esse. In mutata persona وجدتم »invenistis vos« pro وجدنا »invenimus nos«, (nam praemissa voce بلغنا »pervenimus nos« sic potius dicendum erat) quandam sermonis vim videmus; nec verbis وجدتم بنى عمكم »invenistis patrueles vestros« pro وجدتمونا »invenistis nos« aut اباءنا »patres nostros«; matres suas illis praestantiores esse, clare dictum video. Vox المضاجع uxores designat et eodem modo كريم المفارش (conf. Djeuh et Harir. p. ۴۳٥) dicitur.

5. O patrueles nostri! ne contumeliam in nos dicite; potius nobilitatem defendite, quae distantia tibiae tenuioris non abiit.

Hic et versus sequens in Mersukii opere non leguntur. Inest adhortatio. Verbum دافع praepositione عن (conf. Sur. 22, 39.) cum nomine coniungitur, nec vero in versu praepositionem على locum praepositionis عن tenere puto. Statuendum igitur est, in versu obiectum verbi دافعوا ex. gr. عنا omissum esse, ut verba على حسب statum omissi illius suffixi describant i. e. defendite (nos) potius, qui dignitate maiorum praediti sumus etc. Membra aut membrorum partes mensurae constituendae causa adhibentur. Sic vox ذراع (Harir. p. ٥٩٩) cum voce قيد coniuncta est. Pluralis hoc in versu homoioteleuti causa positus singularis significationem habet.

6 Et ignorantia, a patrueles nostri, inter nos se extulerat. Tum quilibet quietem haud cupiens ius ipsi debitum obtinebat.

Dicit stultitiam, quam cum admissario comparavit, (hic enim comparandi modus in verbo نزا cernitur) effecisse, ut homines ex ea conciperent et stultam agendi rationem proferrent. Sic bellum inter gentem ortum in causa fuisse, cur quilibet, dum non quiesceret, (nam in bello inter gentem quies nulli conceditur), suam ipsi debitam malorum partem acciperet. Scholiastes voce جهل mala ex ea orta intelligenda putat et voci نزا simplicem saliendi et sese tollendi significationem tribuit.

LX.

Dixit Djabir b. Ralan Sinbisita.

Poeta tempore Nohmani b. Mäi-ssema vixit conf. Meid. C. 24, 299. Ham. p. ٢٩٩. Sinbis autem familiam gentis Thai fuisse scimus. Nomen رألان cum Hamza formam **(p. 111.)** فعلان a radice رأل derivatam habet. Hamza non admissa aut levior enunciandi modus eiusdem formae esse potest aut forma فعلان a verbo روّل (panem butyro condivit et veretrum pendulum habuit equus), quacum radice vox راوول (dens post alium dentem nascens) cohaeret. Forma فعلان, si regulis apta esset, رولان ut جولان esset; sed modo vocis داران et ماهان facta est. Abu-l'Ahla vocem a nomine رؤال (saliva equorum) derivari posse indicat. Nomen سنبس, sicut ei similia nomina translatum nomen non est. Alii parvitatem corporis et maciem, alii granum plantae cibo inserviens significari dicunt. Radix سبس nota non est, littera autem ن addita putatur.

1. Per vitam tuam! Ignominia haud adficior, quotiescunque genus meum memoras, nisi vanum mendaciaque contra me profers.

Tantum maiorum honorem sibi esse, ut, quae de genere memorata sint, dum a vero non abhorreant, ignominiae ipsi esse non possint. Grammaticus Sibawaihi in capite de inserendis litteris (ادغام) dixit, in homoioteleuto tertiae metri Thawil speciei nonnisi perfectam lenitatem in enunciandis litteris و et ى, ita ut cum vocali Dhamma aut Kesra proferendae sint, inveniri, cui sententiae versus nostri in vocibus مَيّنا (pro مينا) contrarii sunt. Vocem لعمرك dicunt esse subiectum praedicato omisso, ut pro لعمرك ما اقسم به »Profecto! vita tua est, per quam iuro« dictum sit. Vox اخزى aut a verbo خزى cum nomine actionis خزى (vilis est) aut a verbo خزى cum nomine actionis خزاية (erubuit) derivari potest. Verba اذا ما نسبتنى tempus verbi اخزى definiunt (tempore, quo) et verba اذا لم تقل appositionis eius locum tenere possunt. Quod si poeta vocem اذا non repetiisset, ei dicendum fuit ما اخزى اذا ما نسبتنى ولم تقل بطلا ومينا »Ignominia non adficior, quotiescunque genus meum memorasti et vanum mendaciumque non dixisti.« Admitti non potest, vocem اذا a voce نسبتنى regi, nam cum ea (tanquam nomen consequens cum antecedente), ita ut ei explicandae inserviat, coniuncta est. Nomen autem, quod cum antecedente coniunctum est, antecedens non regit. Admittere licet, priorem vocem اذا cum verbis ei adiunctis et cum vocibus ab ipso

rectis esse phrasin, quae vocis اذا phrasin consequentem efficiat, quasi sic dixerit: »Quum vanum contra me non profers, per vitam tuam! ignominia non adficior, quotiescunque genus meum memoras.« Vox بطلا tanquam objectum vocis تقل accusativi casum obtinuit, quoniam post vocem dicendi phrases referuntur; tum autem in earum loca; non autem in voces vim grammaticam exercet et post id (dicere) vox separata occurrit, quum phrasis sensus accusativi casum ab eo rectum habet[1]).

2. *Sed ignominia vir potius adficitur, cuius podicem lanceae gentis suae vulnerant, quum hastae decidunt.*

Hisce verbis factum eius respicit, quocum ei res est. Virum ignominia adfici dicit, qui fugam capiens in pugna cum patruelibus suis in tergo vulneretur. In podice eum vulneratum esse dicit rem turpem loco turpi significaturus. Voce قومه (gens sua) patrueles designat. Lanceae autem, quum ad confodiendum dirigebantur, demitti solebant, et haec est causa, cur vocem تحوينا (pro تحوين) (deciderunt), adhibuerit. Scholion dicit, gentem suam cum eo pugnasse ob odium, quod contra illam foveret, quae res sola ad ignominiam ipsi inferendam suffecerit.

3. *Si nos odio in pectoribus recondito habetis (hoc mirum non est); quod (aures vestras) amputavimus et vos ipsos vendidimus.*

Mirum non est, quod nos odistis, nam vos vicimus et ignominia adfecimus. Verba في صدوركم cum iis, quae cum iis coniungenda sunt[2]) locum adiectivi vocis بغضة tenent. Post haec verba phrasis consequens لا عجب فيه aut simile quid omissum est. Vox بغضة proprie modum designat et cum antecedente verbo tanquam obiectum absolutum (مفعول مطلق Gram. Ar. T. II p. 113.) coniuncta est. Sequentibus autem verbis فانا etc. odii causa describitur. In hisce plura omissa sunt. Verbo جدعنا, cuius obiectum aut الاذان aures aut الانوف nasos deest, alterum verbum اسرناكم captivos vos fecimus antecedens cogitari debet, tum verbum شرينا obiecto suffixo كم caret. Verbo شرى, cui emendi significatio frequens est, vendendi significatio tribuenda est, (conf. Coran. Sur. 2, 203.) ut in verbo باع, cui vendendi significatio propria est, emendi invenitur. Ex verbo جدعنا (amputavimus) (nasos aut aures) (conf. p. ١٠٧ v. 3.) sequi videtur, Arabes post pugnam captivis nonnullis, quos tanquam servos venderent, ignominiae causa aut nasos aut aures amputasse. Captivis celebribus praesertim libertate donata pro testimonio victoriae pars crinium anteriorum amputabatur. conf. Ham. p. ٢٥٣, ٣٨٩ l. 15. Meid. C. 13, 116. Scholion verbis في صدوركم sensum tribuit, eos odium timore adductos in pectore occultasse.

---

1) De Sacyus ad rem explicandam haec exemplari suo adscripsit i. e. Quia post verbum قال inducere licet sermones rectos iisdem verbis, quibus a dicente prolati sunt e. g. dixi: Saidus me occidit, tumque hoc verbum in hos sermones, quatenus proferuntur, nullam actionem exercet, agit tantummodo respectu loci, quem occupant i. e. textus, quia locum (obiecti) مفعول به occupant; ubi vero post verbum non propositio; sed pars tantum propositionis incidit, in accusativo ponitur etc.

2) Dicere vult, adiectivum راسخة aut tale quid coniungendum esse.

4. Per montes eorumque potentiam nos vicimus et nos gentis Ghajjits et Bodain haeredes sumus.

Poeta quum ad gentem Thai, quemadmodum initio carminis diximus, pertineret, e gentis suae more (conf. Ham. ٧٣٥ v. 2.) montes, quorum altissimi et difficillimi accessu Adja et Salma sunt, gloriatur. Montibus autem ipsis potentiam, quae incolis propria est, tribuit. Montes quum difficillimi adscensu sint, eorum incolae potentes appellari possunt. Inde montes poetis potentiam significant Ham. p. ٥١, ٤١٣. Dicunt montibus significari montes **(p. 115.)** Adja, Salma et Alauhdja appellatos. Virum Adja mulierem Salma amasse et mulierem Auhdja eas conciliasse narrant. Tres illas personas detectas ibi cruci adfixas montibus nomina dedisse. Ghajjits vero et Bodain nomina virorum in gente Thai celebrium fuisse. In Kamusi opere Ghajjits filius Ahmrui b. Alghauts dicitur. Non dubito, quin ad gentem Ghauts ille referendus sit, siquidem ista gens montes illos incolebat conf. Ham. ١٧٧ l. 2. Est igitur illa haereditas et potentiae et montium, quam gloriatur.

5. Quos gloriae clivos nonne adscendimus, dum vos irati contra nos dentibus frendebatis?

A potentia ad gloriam describendam transit. Quae quum sit difficilis adsecutu, cum arduo monte eam contulit. Nullam ipsis gloriam tam arduam fuisse quam non assequerentur, quamquam inimici invidia pleni, quum rem impedire non possent, vehementer irati essent. Vocabulum اى, quod interrogando inservit, hoc in versu sensum negandi efficit. In codice duplicem et accusativi et nominativi vocalem habet. Vox ثنية ut in monte sic in re aut negotio arduo adhibetur. Loco vocis تحرقونا legas تحرقون. Proverbialis est loquendi modus: يحرق على الارم aut الازم »Dentes molares contra me fricat« (conf. Meid. C. 1, 144.), id quod irae indicium est. In versu nostro, quum proverbialis loquendi modus omnibus notus sit, verbi obiectum omissum est. De verbis طلوع الثنايا conf. Reisk. a. Taraf. p. 71. 94. Verbum اطلع cum praepositione الى et ل construitur.

LXI.

Dixit Sabrah b. Ahmru Fakahsita,

cui Dhamrahus b. Dhamrah, quod camelos multos possideret, obiecerat. Poeta tempore Ahmrui b. Hind et Nohmani b. Almondsir vixit (conf. Meidan. T. III. sub. Dhamrah b. Dhamrah). Nomen Sabrah a significatione matutini temporis frigidi translatum esse dicunt.

1. Num oblivisceris, te, quum relictus esses, a me defensum esse, quum torrens Korakir vilitate super te irruisset?

Dhamrahus b. Dhamrah in pugna a suis relictus a poeta defensus et liberatus fuerat. Hanc rem ei in mentem revocat ostensurus eum prave agere, quod divitias ei obiecerit, qui strenuum se et fidelem amicum ipsi ostenderit. In interrogatione sensus vituperationis est. ut sensus sit: Cur tu oblivisceris, me te defendisse tempore, quo adiutore careres. Vox Korakir fluvii (Kam. aquae in provincia Nedjd) nomen est. Dicunt comparatione instituta سال عليك الذل كما يسيل السيل »Fluxit super te vilitas, quemadmodum torrens fluit.« Fluvius ob aquae copiam multitudini significandae inservit conf. Ham. p. ١٠٦ v. 2. Fieri

igitur potest, ut sensus sit: torrens quasi vilitatis aquarum copia te submersit. Nil quoque obstat, quin simul exercitus instar torrentis irruens significetur conf. Ham. p. ٢١٩ v. 3. et p. ٢٨٩ v. 1. Quid, quod ipsum fluvii nomen Korakir apposuerit? Inde sequi videtur, apud locum illius nominis rem ipsam accidisse. Namirita autem sensum hunc inesse vult: Quum ipse ille fluvius aqua sua in te irrueret, tu ob debilitatem in alium locum te transportare non poteras. Abu-Mohammedes Alahrabi hanc sententiam refutans, ut eum errasse significaret, ex consuetudine sua proverbium: »Erravit foetus muris in quaerendo foramine suo« (Meid. C. 15, 6.) adduxit dicens: Rectus legendi modus pro verbis من ذل est من نصر »ob Nazrum« et Nazrus b. Koaihn b. Alharets etc. significatur. Dicit: Istam gentem a te repuli, quum vallis s. fluvius eam contra te adduceret, sicut alius poeta dixit: (metr. Thawil) Nos effecimus, ut vallis Hajel[1]) contra te in locum adscensus flueret et ante hoc nemo vallem sursum fluentem vidit. Id est: Viri, qui vallem implebant, tanquam fluvius contra eum proruebant. Qui interpretandi modus Tebrisio maxime placet.

2. Dum mulieres vestrae in pugna retectis faciebus apparebant, ut servae putarentur, dum ingenuae erant.

Statum, quo ipsi auxilium tulerit, tanquam summi terroris pluribus describit. Erat status fugae, ut mulieres nobiles vultibus detectis apparerent. Scholion dicit, vocem نسوتكم eiusque praedicatum cum verbis وقد سال cohaerere; sed ista verba statum describunt. Mulieres autem ingenuas quum nonnisi, ut ignominiam hostibus inferrent, captivas abducerent, ingenuae pudoris immemores, ut pro servis haberentur et a captivitate liberae essent, detectis vultibus apparebant. Nil quoque impedit, quominus sensus sit: Vobis fugam capientibus feminae ingenuae, vultu detecto apparentes servae putabantur, dum servae ingenuarum locum occupabant. Si poeta dixisset: يخلن اماءا وهن حراير, sermoni aptius fuit; sed ut maior in sermone vis esset, nomen الاماء loco pronominis هن repetivit. Verba وجوهها بادية pro باد وجوهها sunt. Ut in verbo nomini antecedente masculini genus aut feminini esse potest, ut dicatur بدا وجوهها et بدت وجوهها, sic quoque in loco nostro بادية وجوهها et باد وجوهها dici potest conf. Gram. Ar. T. II. p. 232., quum nomen وجوه, quod efficit, ut verbo genus femininum sit, natura significationis suae (ut امراة mulier) femininum non sit (conf. Gr. Ar. T. II. p. 231.). In scholii linea quinta loco verborum وان تانيث الفعل in Mersukii codice ولان تانيث الوجوه legitur.

(p. 116.) *3. Num lac earum (camelarum) carnemque obiecisti, dum eius rei dedecus, o Ebn-Raîthah! cessat?*

Interrogans vituperat, ut sensus sit: quamnam ob causam lac camelarum carnemque reprobasti, dum camelos acquiri licitum est. Voci ظاهر significatio cessantis est, ut in versu Abu-Dsoaibi (conf. Meidan. append.): (metr. Thawil) Vituperatores eam vituperarunt, quod eam amem; et hic morbus est, cuius dedecus tibi esse

---

1) Kamusi auctor dicit, Hajel nomen loci in duobus montibus Thai (Adja et Salma) et loci in regione Nedjd esse. Comparavit autem, ni fallor, viros armatos in valle cum torrente.

cessat. In hoc autem versu, nisi me omnia fallunt, vox ظاعر nonnisi ob coniunctam praepositionem عن cessandi significationem accepit, ut in versu Hamasae quoque ellipsis statuenda videatur. Copula و in voce وذلك etc. statum designat. Cur dedecus cesset, sequente versu exponit (In scholio l. 2. ظاعر legas).

4. Aequales nostros iis (camelis) adiuramus, eosque parri habemus. Eorum autem pretium vino consumimus et in alea eos perdimus.

Plures res sunt, quae dedecus removeant. Camelis liberales non parcent; sed quibus opus sunt, iis dono eos dant hiemisque tempore iis venditis vinum emunt, quod bibentes liberalitati operam dant et in alearum ludo mactatos camelos pauperibus distribuunt. Liberalitas tantae laudi apud Arabes erat, ut liberalissimi quique in proverbium venirent (Meid. C. 5, 155. 6, 183.). In camelis aut mactandis aut donandis maxime liberales sese ostendebant (Ham. p. ٤٥٩ v. 4. conf. Ham. p. ٣٩٤). Pro voce نحابى sunt, qui legant نحاذى, ut sensus sit: Eorum ope cum aequalibus nostris vivimus et bene erga eos agimus.

Abu-Ohbaidahus retulit, Sabrahum b. Ahmru versus hosce in certamine honoris causa instituto inter Ahbbadum b. Auf et Mahbadum b. Nadhlah b. Alaschtar Fakahsitam dixisse. Hic Mahbadus frater Chaledi b Nadhlah erat, in quem Alaswadus b. Iahfor (vixit ante Mohammedem conf. Meidan. app.) hunc versum dixit: (metr. Thawil) Et antea mortui sunt duo viri Chaled appellati, columna gentis Dhahwan, et Ebn-Modhallal (Ebn-Modhallal erat Kais b. Malec b. Monkids b. Tharif.). Uterque centum camelis pignori dispositis ad Dhamrahum b. Dhamrah, ut in lite arbiter esset, venerant. Ahbbadus arbitro centum camelos, si ipsum victorem declararet, promiserat. Quod quum fecisset, primus arbiter tempore ante Islamum est iudicandus, qui donum acceperit. Cuius rei Mahbadus certior factus verba dixit: In asino saltus non est (Pro voce لا legendum videtur ما aut vertendum »num quid saltus in asino est?«) quae verba in proverbii consuetudinem venerunt (conf. Meid. 24, 45.). Significant virum honoratum vilem redditum esse. Abactis tum camelis, quos pignori posuerat, funes combussit, qua ex re cognomen »comburens funes« accepit. Ahbbadus autem quum tanquam victor camelos postularet, Sabrahus dixit (metr. Sarih conf. Darstellung p. 246.): Dhamrahus b. Dhamrah patrem suum futuat in pudendo albo nigroque (sc. lepra) variegati (conf. scholion l. 2. infr.) (podicis) primo visu! Per Deum! ex iis (camelis) ne iuvencum quidem alligabimus, nisi Alnohmanus (rex) pro eo iudicium tulerit Rex ad quem, ut litem dirimeret, venerant, ad templi Deae Ohssae (quae dea a Koraischitis et Ghatfanidis maxime colebatur; sed dissentiunt auctores) custodem eos misit. Hic autem Ahbbado, qui Dhamraho centum camelos debebat, camelos non dans utrumque abire iussit. Inde gentem Fakahs gente Alzaida (Utraque gens ad maiorem gentem Asad pertinebat) nobiliorem esse, homines cognoscebant. Sabrahus autem Dhamrahum satyra perstringens dixit: (metr. Camel) O Dhamrahe! (est pro ضمرة) quomodo iudicium tulisti? mater tua orbata sit! Qui operam dat (ut verum inveniat), eum iudicium rogant. Num, quod

stipulatus es, observasti, aut fidem servasti, an huic simile, quod non divulgatur, audivisti? Turpis, vertebras frangens (infelix) (agendi ratio) gentem Nahschal (Arbiter. Dhamrah ad gentem Nahschal pertinebat) spurcitie tanquam stragulo tegit, dum socii (proficiscentes) rem in regione Ghur (Tehamah) et Nedjd[1]) divulgant. Camelorum vectariorum amor iudicium tuum (a recto) deduxit; sed tibi occursus est, dum vehens iis privatus est[2]). Nulla res iis aequalis est (i. e. nulla re eos consecuturus es); sed tragacanthae decorticatio[3]) eos defendit, cuius spinas manus timet. Gentem ignominia adfecit, dum semper similis erat cani, qui caudam movens a stupidis[4]) repellitur. Porro in Dhamrahum dixit (metr. Thawil): Num ab eo Dhamrahus, qui bicolorem anum et occiput habet, sperat[5]) et num nobis similis in huic simili re tibi ignoscet? (Mahbadus autem leprosus erat). Hunc versum Hamasae versus sequuntur.

LXII.

Alius quidam e gente Fakahs dixit.

Abu-Hilalus versus Ahmruo b. Masuhd b. Ahbd-Morarah adscripsit.

1. Num gens Schaddad erga nos superbe se gerit, dum Schaddado cameli pullus ad vociferandum non impellitur?

Queritur poeta et gentem Schaddad obiurgat, quod superbe se gerat, dum huius rei causa nulla sit. Verba: Schaddado cameli pullus ad vociferandum non impellitur, vario modo explicantur. Primum avaritiae indicium inesse dicunt, dum camela a pullo suo, aut quod dono detur aut quod mactetur, non separetur, ita ut pullus hanc ob causam vocem edat, dum in eo paupertatis summae indicium vident, ut sensus sit: pullum cameli in iis non esse, ut ad vociferandum impelli possit. Simili ratione poetam dixisse (metr. Sarih): Lacertam in ea non vides, quae in latibulum ingrediatur i. e. Nulla ibi lacerta est. Denique in verbis indicium iniustitiae inveniunt, ut sensus sit: nulla vos iniuria laedimus, ne pullum cameli quidem ad vociferandum impellentes. Hanc interpretandi rationem de Sacyus Gram. Ar. T. II, p. 373. secutus est. In Tebrisii codice alius legendi modus يرغو »vociferatur« ab eadem manu adnotatus invenitur. Sunt, qui يرغى cum vocalibus activi enunciantes sensum hunc verbis tribuant: erga cameli pullum modo non agit, quo ad vociferandum ob eum eius mater impellatur ما يفعل بالفصيل ما يحمل امه على الرغاء له. In scholiis ad sequentem versum hic interpretandi modus ab Abu-l'Ahla defenditur: Eundem loquendi modum esse ما تروح له شاة »Ovis ei

---

1) Regiones Ghur et Nedjdj oppositae hoc in versu universam Arabiam designant.

2) Significare vult, ni fallor, eum illis centum camelis non occursurum; sed nonnisi uni vehentis reliquis abactis.

3) Difficillime tragacantha decorticari potest, ut in proverbium cesserit. conf. Meid. C. 8, 13.

4) Ut canis caudam movet et stultis adulatur, ut os ei proiiciatur, sic Dhamrahus hominibus stultis iudicio ferendo adulatur. Vox خطال pluralis forma esse videtur.

5) In codice de Sac. ترجو »O Dhamrahe! num spem ponis in homine etc.«

non terretur«. I. e. quamnam ob causam nobis noxam infertis, dum vobis abstinemus. Verbis quoque sensum inesse posse, eos tam viles esse, ut ne pullus quidem cameli eorum causa vociferet. Similem sensum versui poetae esse: (metr. Thawil) **Parva gens, quae in foedere perfida non est et nemini grano sinapis nocet.** Argumentum eius, quod de donis sermo non sit, in sequente versu, in quo minae proferantur, invenit.

2. Et si articulos nostros palpando exploras, crassos eos in digitis eius, qui impetum facit, invenis.

Si in statum nostrum inquiritis, nos vobis noxam inferre posse, cognoscetis. **(p. 117.)** Minae verbis insunt. Membra alicuius quum palpamus, statum corporis num pingue an macrum, robustum an debile sit, cognoscimus. Crassa qui membra habet, robustus est, ut alterum laedere possit. Explicandi causa addit من يصول probaturus, se non omnibus; sed iis tantum, qui in ipsos invehantur, noxam illaturos esse. In scholio loco vocis تجدها explicatum invenitur تجدنا »tu nos invenis« et hic alter legendi modus in margine codicis Tebrisii adnotatus est.

LXIII.

Dixit Djasus b. Colaib Fakahsita.

Abu-Mohammedes Alahrabi dixit, poetam Djerirum b. Colaib esse. Poetam post Mohammedis tempus vixisse, ex versu quarto videmus. Nomen جزء derivatum est a verbis جزات الشى »partem rei sumsit« unde versus, cuius dimidia pars sumta est, مجزوء appellatur.

1. Ebn-Cusus (et stultitia instar nominis sui est), ut e nobis uxorem duceret petiit, quod hiemis tempore noctes transegeramus.

Insolentiam viri vituperat, qui, quod inopia pressi sint, connubio cum ipsis se iungere voluerit. Vox تبغى duplicem interpretandi modum patitur, ut aut modum transgrediendi, insolenter, iniuste se gerendi significationem habeat aut petendi. Verba autem والسفاهة كاسمها sententiam intermediam efficiunt, cuius sensus est: ut stultitiae substantia et agendi ratio turpis habetur, sic nomen stultitiae et animis et auribus turpis invenitur. Haec verba indicant, Ebn-Cusi agendi rationem stultitiae tribuendam esse. Mihi autem talis sensus verbis inesse videtur: stultitiam, quam Ebn-Cusus (filius canthari) in agendi ratione ostendit, quum stulti nomini, quod gerat, ipse haud dissimilis sit, probare, recte ei nomen inditum. Verbum تبغى cum sequente verbo ope particulae ل, quum verbi اراد significationem habeat, coniunctum est. Sic verbum اراد in Corani loco Sur. 61, 8. (sed Sur. 9, 32. ان sequitur). Ut in Corani loco verba ليطفيوا نور الله locum tenent verborum اطفاء نور الله, sic quoque in versu ليستاد منا sunt pro verbis الاستياد منا. Sed verbum استاد cum accusativo obiecti adhibetur. Aut igitur obiectum omissum est aut, quod magis placet, vocabulum منا locum obiecti occupat, dum praepositio superflua est. Quod autem poeta hoc verbo usus est, (significat enim **nobiles in matrimonium petiit**) ex eo poetam nobilem fuisse videmus, alterum originis ignobilis. Hiemis tempus quum sit penuriae, sensus est: tu connubio te nobiscum coniungere vis, putans inopiam hiemis et paupertatem nos depressisse. Verba ان شتونا, quae pro لان شتونا

dicta sunt, loco futuri **Nasbati** sunt. Abiecta autem praepositione في verbum (cum sequente nomine) coniunctum regit. Vocem ليالى, quae pro في ليالى sit, obiectum verbi شتونا esse vult scholiastes. Silentio praetermittendum non est, in scholiis l. 5. verba ويجوز ان يكون تبغى اى ادخل non accurate scripta esse. Melius se habet locus in Mersukii commentario ويجوز ان يكون اراد بتبغى ادخل.

2. ***Non autem maximâ aegritudine adficior, quod vituperatus a nobis reversus es et ipse vituperans (nos).***

Se eum eiusque vituperationem haud magni facere dicit. Accusativus vocis حزازة modo a grammaticis تمييز appellato positus voci praecedenti اكبر ab aliis distinguendo inservit (Gram. Ar. T. II. p. 78. 538.). Praepositio ب in voce بان superflua est, ut in verbis ما زيد بمنطلق »Saidus dimissus non est« (Gram. Ar. T. I. p. 471.). In Mersukii commentario pro verbis هو الباء في ما legimus هى الباء التى فى قوله ما. Hoc accuratius scriptum est. Diximus quoque nomina litterarum alphabeti maxime generis feminini esse. Hoc in Mersukii commentario semper invenitur, in nostro saepius masculinum adhibitum est. In scholiis l. 2. vox تقطيعه cum praecedente non cohaeret. Huius rei causa in eo cernitur, quod Tebrisius Mersukii scholion, unde illa verba derivata sunt, nimis contraxit. Haec Mersukii verba sunt: ليس انصرافك عنا عائبا علينا حين لم نسعفك بمرادك ولم نجبك ابا خطبت من خطايب الى ملتمسك ومعيبا عندنا حين عدوت طورك فتجاوزت مستحقك وقدرك بشى يكبر عندى تقطيعه فى الصدر وتاثيره فى النفس اى ارغامك واسخاطك يهون علينا »Quod a nobis recessisti nos vituperans, propterea quod voluntati tuae non satisfecimus, et quum in matrimonium petiisses, desideria tua non implevimus et apud nos vituperatus, quando finem tuum transgressus eras, tum modum excesseras in eo, quod tibi debebatur dignitatique tuae, id res magni momenti apud me non est, dum dolorem mihi parat et me movet; id est: quod ad iram excitas, nobis res parvi est.« Post vocem زاريا supplendum est علينا. Abu-Hilalus hunc verbis sensum tribuit: Aegre non fero, quod frustratus desiderio tuo haud potitus recessisti, vituperatus quod repulsam a nobis tulisti, nos vituperans, quod putas, nos nobis malum intulisse, quod a te recesserimus.

3. ***Et nos, quamquam tempus nos adfligit, quemadmodum vides, quia ab ignominia abhorremus, calamitates subimus.***

Ratione habita versuum antecedentium et sequentis huic versui sensus specialior tribuendus est. Dedecus, quod ipsis ex isto connubio petito ne proderet, timebant, evitaturi, temporis noxam patienter tulerant et auxilium spreverant, quod ipsis, si eius desiderio satisfecerint, laturus fuisset. Verba على عض الزمان statum designant. Tempus cum fera mordente comparatum est. conf. Ham. p. ١٧١ v. 5. p. ٣٦٢ v. 4. Verbum ترى est pro تراه. Praepositio من aut causam »ob aversionem ignominiae« indicare potest aut ex voce omissa هاربين pendet, ut vox كره significationem vocis مكروه habeat »dum fugimus ab ingrato ignominiarum.«

4. ***Ne igitur eam expetas, o Ebn-Cuse! nam ex quo tempore propheta surrexit, homines puellas aluerunt.***

Se autem non videre causam, cur istam feminam sibi in matrimonium petat; puellas

enim raras non esse, ex quo tempore, ne vivae sepelirentur, Mohammedes interdixerit. Arabes ante Mohammedem puellas recenter natas sepelire solebant. Huiusce rei causa in paupertate, inopia et ignominia quaerenda est, nam antiquissimis temporibus dedecori putabant filias peperisse conf. Hum. p. ١٩٠ l. 19. Ex proverbiis autem videmus, puellas sepeliri, rem bonam Arabes putasse (Meid. C. 3, 61.). Quidam Arabes ob metum penuriae et pueros sepelivisse dicuntur. Primus, qui, quominus puellae vivae sepelirentur, impediret, Ferasdaki avus, Zahzaahus b. Nadjijah fuisse dicitur. Nam camelas duas errantes quaerens (p. 118.) quum ad familiam veniret, mandatum puellae, si nasceretur, sepeliendae audivit. Illam natam duobus camelis datis emit. Tum postea morem hunc retinuit, ut pro puella duas camelas et unum camelum daret. Tempore, quo Mohammedes religionem suam docebat, trecentas puellas emerat. Quam rem Ferasdakus memorans dixit: (metr. Motakarib) A v u s m e u s e s t, q u i p u e l l a e v i v a e n e s e p e l i r e n t u r, i m p e d i v i t e t e a s v i v a s c o n s e r v a v i t, n e s e p e l i r e n t u r. In pluribus gentibus, ut in gente Cendah, mos ille erat; sed tempore Mohammedis rarus nisi in gente Tamim. Cur ibi diutius remanserit, ad Meidan. C. 15, 50. legimus. Kaisus b. Ahzim, cuius filia captiva facta quum apud maritum remanere, quam ad patrem redire mallet, iratus iuravit, se omnes filias sibi natas sepeliturum esse. Decem filias sepelivit et mos in familia eius retentus in causa erat, cur a Mohammede (Coran. Sur. 81, 8) vituperaretur. Postea, ut e nostro versu videre licet, omnino abrogatus est. c o n f. Pocock. specim. p. 323. Hic quoque versus sensus admittitur: Tibi eam in matrimonium non dabimus, nam matrimonium tecum initum pro eius sepultura habendum esset, quippe quae perderetur. Abu-Mohammedes Alahrabi sensum esse dixit: Nisi religio Islamitica, ne eam sepelirem, mihi interdixisset, meam filiam, metuens ne tuae personae similis eam in matrimonium petiturus esset, sepelirem. Ebn-Cusus autem nomen gessit: Jasid b. Hodsaifah b. Cus Asadita.

5. *Superbia, quam in nasis collisque nostris esse dicentes audivisti, eadem est, quae antea fuit.*

Duplicem sensum habere possunt verba, ut superbia, quae ipsis ante annum infertilem aut ante tempus Islami genti propria fuisset, significetur. Verba في انوفنا tertii obiecti verbi حدثتها locum tenent. Ad intelligendum, quomodo voces في انوفنا tertii obiecti verbi locum tenere possint, verbo حدث eandem ac verbo اعلم construendi modum tribuere debemus. In verbis اعلمك النخوة باقية في انوفنا »Certiorem te fecit, superbiam esse restantem in nasis nostris« in persona te unum obiectum, in voce النخوة secundum, et in verbis باقية في انوفنا tertium est. In verbo حدثتها unum obiectum latet in persona; sed mutato verbo in passivum, subiectum factum est; secundum objectum est suffixum ها. Voces كما هي praedicati loco particulae ان esse possunt, ut ما superfluum sit, dum كهي i. e. perseverans statu suo dicere voluerit. Statuere quoque licet, vocem هي subiectum esse et كما praedicati locum habere. Dicunt: انا كما انت »Ego sicut tu« i. e. inter nos similes sumus. Vox ما aut haud determinata est, aut determinata voce determinante omissa, ut sit pro كما حدثته aut كشيء حدثته »sicut res, quae tibi narrata est.« Superbia quum in nasis et collis in altum elatis se ostendat, eorum hoc in versu mentio facta est. Hoc autem in loquendi modo sese ostendit. Di-

citur enim: في انف فلان خنزوانة »In cuiusdam naso superbia est«, زمر فلان بانفه »Quidam nasum sustulit (superbus fuit)« et انفه انف الاسد »Nasus eius nasus leonis est.« Sed hoc potius eum defensum esse significat conf. Meid. C. 6, 213. ut dicatur: هو احمى انفا من ان يقبل كذا »Eius nasus magis defensus est, quam ut hoc admittat.« Simili ratione dicunt: في عنقه صور et في عنقه صيد et في خده صعر et في ناظره شوس et في ناظره صاد.

LXIV.

Dixit Sijadah Haretsita.

Ad gentem Harets b. Sahd pertinebat frater Ohdsrahi [1]). Abu-Rijasch dixit, eum fuisse Sijadah b. Said e gente Sahd Hodsaim b. Laits b. Sud b. Aslom b. Alhaf b. Kodhaah.

1. Non vidi familiam, quae quum optima in gente sua esset, hanc rem erga gentem suam minus gloriaretur, quam nos.

Familiae suae nobilitatem vendicans eam erga suos non superbe se gerere dicit. Voces خير قومهم antecedentis vocis قوما appositionem esse possunt aut adiectivum, dum vox اقل tanquam obiectum secundum et vox فخرا ad accuratius definiendam vocem اقل, id quod grammatici تمييز (Gram. Ar. T. II, p. 113.) appellarunt, casum accusativi obtinuit. Pronomen autem in voce به ad rem, quae vocibus خير قومهم indicatur, referendum est, ut sensus sit: اقل بكونهم خيرين »minus de eo, quod sunt optimi, gloriantes« conf. Gram. Ar. T. II. p. 374. Simili modo poeta pronomine in hemistichio usus est: (metr. Wafer) »Quum stultus increpatur, ad eam (stultitiam) currit.« Sensus versus ita constituendus est: Non vidi optimos gentis sicut nos minus gloriantes quam nos, erga gentem suam i. e. Nos erga gentem nostram non superbimus; sed eam nobis aequalem putamus, ut comiter nos erga eam geramus. In Tebrisii codicis margine alter legendi modus على قومنا superscriptus est.

2. Neque vero superbia in causa est, cur eos despiciamus, ut, si nobiscum loquantur, parum tantum cum iis loquamur.

Modum agendi in singulis describit. Vocabulum نزرا accusativi casum habet tanquam adiectivum nominis actionis omissi, ut sit pro كلاما نزرا. In Tebrisii codice alter legendi modus (p. 119.) عشرا »decem verba« superscriptus est. In scholio p. 119. l. 1. loco vocis يستخفنا legendum est لا يستخفنا, modo, quo in codice legitur. Verba autem ان نكلمهم sunt pro من ان نكلمهم.

3. Nos filii Mäo-ssemäi sumus, neque ullum nobis finem sequendum putamus nisi regni dignitatem.

Hic versus in Mersukii opere non legitur. Vox قصر in versu finem, scopum designat et dicitur: قصرك ان تفعل كذا »finis tuus est, ut sic agas«. Eodem modo قصارك et قصاراك adhibetur. Mao-ssema (aqua coeli) nomen feminae fuisse dicunt pulchrae, cute tam

1) Quum plures familiae nomen Harets gerentes essent, gentis Sahd nomen addit. Ex proxime sequente carmine, in quo filii eius mentio facta est, poetam aut paulo ante Islamum aut initio Islami vixisse cognoscimus.

pura praeditae, ut cum ista aqua conferretur. Mäo-ssema regis quoque nomen erat, ita cognominati, quod liberalitate pluviam aequaret. Poeta dicit, se a regibus oriundos esse, ut nil praeter regiam dignitatem petendum putent.

LXV.

Eius filius Miswar dixit,

quum septem sanguinis pretia a Säihdo b. Alahzi oblata recusaret. Alii dicunt, carmen ab Ahbd-Alrahmano, patruo eius, compositum esse. Carmen, ni fallor, dictum est tempore, quo Saihd b. Alahz Medinae sub Moahwijaho praefectus erat. conf. Meid. T. III. P. 2. p. 309.

1. *Num post eum, qui in loco tibi obverso montis Cowuicib sepulcro terrâ lapidibusque composito traditus est,*

Versus cum sequente cohaeret. Particula interrogandi, quae cum verbo in initio versus sequentis cohaeret, negando inservit. Sensus est: Num ego, tanquam is qui in vivis occisorem superstitem reliquerit, commemorabor, dum ille in sepulcro iacet. Scholion vocis نعف significationem partis nobis obversae esse dicit. Alii autem aliter. Cum significatione illa autem forma verbi octava انتعف (se opposuit) et tertia ناعف (in via alteri occurrens impedivit) cohaeret. Alii dicunt vocem نعف hoc in versu significationem loci elati et obversi habere. Nomen كويكب montis fuisse in scholio est. In Kamusi opere templi Mohammedis inter Medinam Tabucumque nomen esse legimus. Voce رهينة, qui rem pignori datam designat, status vocis الذى describitur i. e. dum est tanquam pignori datus. Voci رمس ab occultando derivatae et terrae sepulcri et loci sepulcri significationem tribuunt. Ex nostro versu apparet, vocem sepulcrum ipsum significare. Idem esse videtur quod قبر; sed apud poetas magis usitatum. Partes sepulchri humum et lapidem esse dixit, quod terrae tumulo egesto lapidem latum imponebant. Plures quoque lapides imponebant رجم appellatos conf. Ham. p. ٧٩ l. 11. infr.

2. *Ego ita agam, ut me in viris reliquisse eum, qui me adflixerit, saepius narrent; dum eum in viris relinquendi modus is est, ut summo cum studio (eius occidendi) semper flagrem.*

Turpe esse declarat, pretium sanguinis ab eo accipere, qui summo cum studio vindictae causa occidendus sit. Scholion vocem اذكر voce اسام »movebor ut pretium postulem« conf. Ham. p. ٤٧ v. 1. explicavit. Videtur igitur voluisse, ut verbo اذكر significatio »adigor, ut dicam, me in vivis relicturum esse« tribuatur. Sed quominus id faciam, praepositio in voce بالبقيا me impedit; dicitur enim ذكره بالشى »rem ei tribuit«, ut secunda forma aut significet »multum ei rem tribuit« aut »effecit, ut aliquis ei rem tribueret.« Vox بقيا autem vocis ابقاء superstitem esse sinere significationem habet. Quod eum superstitem esse sinit, id studium جهد non est; sed studium (eius occidendi) loco illius est. Similis loquendi ratio in hoc poetae versu (metr. Wafir): وخيل قد دلفت لها بخيل تحية بينهم ضرب وجيع. Quot equitibus cum equitibus occurri, dum salus dicta (i. e. loco salutis dictae) ictus dolorem adferens erat. Littera و in voce وبقياى statum indicat. Littera illa

omissa phrasis denuo incipiens et a praecedentibus separata esset. Post vocem جاهد supplendum est فى قتله »in eo occidendo« et post vocem مؤتل (sic Mersukius scripsit) suppleas فيه, nam octava verbi الو forma sequente فى significat »minus fecit, quam debuit.«

3. Et si hodie aut cras vindictam meam non sumo, o patrueles mei; sed tempus longum est.

Fieri quidem posse dicit, ut non statim mortem ulciscatur; sed tempus, quod longum sit, ulciscendi occasionem oblaturum esse, sperat. In his et constantiae, firmi propositi et prudentiae laus est. Hodierni et crastini diei mentionem fecit, proximum tempus indicaturus, ut in tempore proxime praeterito significando hesternus dies dicitur. Sensui versus similia sunt verba: »cum hodierno die est crastinus« etc., nec non verba poetae, quae in proverbium venere (metr. Wafir) »Crastinus dies eum exspectanti propinquus est« conf. Meid. C. 1, 361. (ubi et prius versus hemistichium legitur) et proverbium (Meid. C. 23, 40.) »Qui mortuus non est, non praeteriit.« Vox متطول nomen actionis est ut تطول. Haec forma significat »tempus de novo semper in longum se extendere,« ut vindicando nunquam nimis breve sit. Prior versus pars cum posteriore constructione non cohaeret, ut ante vocem فالدهر ellipsis statuenda sit.

4. Ne gens mea ad diem gravem me vocet, si celeriter ictus non infligo au tceleriter non percutior.

Si occasione oblata adversarium suum celeriter non occidat aut ab ipso non **(p. 120.)** occidatur, principis dignitate indignum se esse, ut sua gens ipsum in auxilium contra calamitates vocare non debeat. Quamvis verbis preces insunt, ne aliquid fiat, tamen re vera iurat, se celeriter acturum esse. Post اعجّل supplendum est لقتلها. Ordo verborum in versu transpositus est, nam verbis لئن لم incipiendum erat, ut فلا يدعنى sequeretur.

5. Ut nobis prima vice belli durum pectus incumberet, effecistis et iam nos efficimus, ut vos belli durum pectus premat.

Illos suam gentem bello adflixisse dicit, iam autem se illos bello premere. Bellum cum camelo comparavit, qui procumbens pectore calloso premit. Sic infortunium, tempus cum camelo comparantur, ut dicatur رماهم الدهر بكلكله »Tempus in eos pectus suum proiecit« conf. Imper. Ioctanid. p. 164. et اخنى عليهم الدهر بجرانه »tempus procumbens pectore suo eos pressit« conf. Hamas. p. ١۴٥ v. 5. Voce كلكل proprie locum pectoris callosum, durum, in quem camelus procumbit, significante usus est, ut bellum premens describeret. Participium منيخوها, quod poeta adhibuit, statum hunc duraturum esse indicat.

6. Viri, quibus neque pater neque frater occisus est dicunt: Accipe opes, quae tanquam caedis pretium tibi offeruntur.

Hic versus cum duobus sequentibus in Mersukii opere non legitur. Esse quosdam dicit, qui hortentur, ut caedis pretium accipiat; sed eorum voluntati, quum dolorem suum non experti sint aut patre aut fratre occiso, satisfaciendum non esse. Quidam sapiens dixit: »Quilibet irascente socio suo mansuetus est« et cum versus sensu proverbium (Meid. 26, 44.) conferendum est: V a e c u r i s p r e s s o a c u r i s l i b e r o!

7. Generoso multi lupi supervenerunt, dum eum nescientem ab omni latere invadebant.

Occisum illum generosum fuisse, eique nescienti multos hostes supervenisse. In hoc occisi tanquam viri strenui laus est; contra unum enim aut ipsos plures, dum adventum cognovisset, se defensurus fuisset. Fortes et hostes cum lupis conferuntur conf. Ham. p. ١٣٩, ٣٨٣ infr. In quibusdam exemplaribus pro verbis ذياب كثيرة invenitur ديات كثيرة »pretia, quibus caedes expiantur, multa«. Alter legendi modus est: حتى جئن في غير مدخل »ut venirent in locum introitus alium, quam solitum.« Videmus quoque fuisse, qui من غير مدخل haberent, quibus verbis plures introitus locos significari scholion dicit.

8. Patris Arwae recordatus sum; tum lacrymas effudi, quarum fluxus ex oculis vix suppressus est.

Dolorem, quo in occisi illius memoria opprimebatur, ut lacrymas vix sedare posset, describit. Vox دمع generalius lacrymarum nomen, vox عبرة specialius est. Huic lacrymae primum oborientis significationem tribuunt.

LXVI.

Quidam familiae Djarm, quae pars gentis Thai est, dixit.

1. Puto, te mihi gentem Djofaif et Halah minitari; ego, o gens Halah! tibi interdico.

Reprehendit aliquem ipsi minitantem. Abu-l'Abla dixit, vocem اخالك aut cum vocali Fatha aut cum vocali Kesra enunciari. Vocali Fatha recepta duplex interpretandi modus est, ut aut littera ا particula interrogandi sit et vertatur »num avunculus tuus?« aut signum primae personae futuri »puto te.« Verbis puto te etc. autem se minas illas parvi facere indicat. In posteriore autem versus parte gentem Halah alloquitur, qui loquendi modus التفات Enallage appellatur conf. celeb. De Slane Diw. Amru-l'Kaisi p. 125 (Sed puto انّى enunciandum esse). Arabes postquam de pluribus in alloquendo aut narrando (in scholiis legas (او الاخبار) sermo fuerat, ad unum eorum, qui aut maximus est, aut optime attendit, se convertunt. Verbi اخال prima futuri persona aut cum vocali Fatha aut cum vocali Kesra enunciatur. Hic loquendi modus primum genti Thai proprius in caeteras gentes transiit, ut ille alter paene aboletus nonnisi apud Asaditas remanserit. Vox هالة est nomen circuli lunam circumdantis. Cui voci quum genus femininum tribuerit, gentem significat. Si genus masculinum haberet, gentis auctor designaretur. Vocem tanquam pluralem adhibens sensus rationem habuit. Diverso hoc loquendi modo poeta in sermone usus est.

2. Quod si tu, o Halah! non abstines, in te aliis mihi adversantibus exemplum edam!

Minis gentem Halah a facto deterrere studet. Scholion discrimen inter verbum transitivum نكل cum futuro ينكُل et verbum intransitivum نكِل cum futuro ينكَل statuit, ut illa forma genti Tamim [1]), haec Hidjasi incolis propria sit.

1) Gens Tamim regionem inter Meccam et Bazram incolebat nec non in regione Bahrain sedes habebat conf. Abulf. Geogr. p. ٨١ et Annal. T. I. p. 211. adn. p. 298. conf. p. 101. Hamas. adnott.

(p. 121.) *3. Si proventu abundatis, inimici estis, sin vero inopia laboratis, familia (nostra) estis.*

Gentem istam tanquam talem describit, quae victus abundantia ad insolentiam impellatur.

LXVII.

Alius quidam dixit.

Abu-Hilalus auctorem esse dixit Alhacamum b. Sohrah Djomahitam. Sohrah matris nomen esse. Esse filium Almikdadi b. Alhacam b. Alzabbah ad gentem Mochaschin b. Ohzaim, quae pars gentis Sohrah b. Kais b. Kais .... b. Fesarah esset. Nomine Alhacam surdi Fesaritae virum notum fuisse. Abu-Rijaschus versus poetae عويف القوافي (conf. p. ۱۳۷), qui Hadjdjadji tempore vixit, cognominato adscripsit.

1. Vilitas ipsa generosior est, quam Wabr eiusque genitor et vilitas ipsa generosior est quam Wabr et ii, quos genuit.

Gentem Wabr vilissimam esse dicit. Versuum autem tenor quum satyricus sit, non video, cur non potius inter satyras iis locus concessus sit. Mersukius dixit, fragmento nonnisi ob secundum versum hoc in libro locum concessum esse. Mentione enim facta eorum, qui iure talionis, sive difficile hoc fiat sive facile, occiderentur, e contrario eos memoratos esse, quibus iure talionis occidendis abstineretur. Wabr filius Aladhbathi familiae ad gentem Cilab pertinentis nomen. Gens ab animalculo in montibus vivente et domibus adsuescente appellata dicitur. Vox لوم avaritiam in eo, cuius origo vilis est et interdum ipsam originis vilitatem designat. Comparare autem quum soleant accidentia cum accidentibus et res substantes cum substantibus, ante vocem وبر vox اخلاق supplenda est, ut indoles et natura gentis Wabr cum indole et natura vilitatis comparata sit. Ut autem voce والد omnes maiores sic vocibus ما ولد omnes posteri significati sunt. Dum autem ipsam vilitatem generosiorem ista gente esse dicit, genti summam vilitatem adiudicat. Voces ما ولدا pro من ولدا dictas esse vult scholion, ut totum genus significetur; mihi vero et in vocis ما usu despicatus indicium esse videtur.

2. Gens, cuius si quis crimen commisit, ob vilitatem ne talione puniatur, secura est.

Versus in Ebn-Challikani opere No. 780 invenitur. Vilitatem gentis tantam esse dicit, ut, si quis eius hominem ad aliam gentem pertinentem occiderit, caedes non vindicetur, quum tota gens nimis vilis sit, quam ut pro uno homine occidatur. Sed hic interpretandi modus minime admitti potest, si auctor post Islami tempus vixit, nam post Mohammedis tempus nonnisi unus pro uno occidebatur (conf. p. 104 adn.). Aut igitur verba جنى جانيهم (quamquam generaliorem sensum habent, ob finem versus crimen caedis significare possunt), sensu collectivo dicta sunt, aut verbum يقتلو totam gentem non significat. Si quis hominem pro homine occiso occidit iure talionis, dicitur اقدته به; sin vero ob rem ingratam ipsi illatam alteri idem facit, loquendi modus استقادوا منه in usu est. Quod ad generalem versus sensum adtinet, cum eo verba poetae congruunt: (metr. Sarih) شاتمنى عبد بنى مسمع

فصنت عند النفس والعرضا ولم اجبه لاحتقارى له من ذا يعض الكلب ان عضا Contumeliam mihi dixit servus gentis Mismah; sed ab eo animam honoremque servavi eique non respondi, quod eum despicio. Quis est, qui canem, si mordet, mordeat? Similem sensum Abu-Tammamus sequentibus expressit (metr. Camel): Quod ad satyram attinet, honor tuus nimis parvus est, quam ut eam adtingat; laus autem, quemadmodum scis, tibi nimis magna est; abi igitur! nam honor tuus libere dimittitur; est enim honor, quo tu honoratus es, dum vilis es.

3. Morbus, quo gens Wabr perit, vilitas est, alio autem morbo nunquam perit.

Talione occidi, quum in eo laudem fortitudinis viderent, laudi sibi ducebant. Hanc fortitudinis laudem isti genti detrahens dicit, vilitatem eorum nonnisi in causa esse, cur non occidantur. Est vilitas quasi morbus, quo laborant, et iste morbus ad crimina, ut furtum aliaque, quae turpia ducuntur, eos ducit, ut occidantur. Non autem censeo, hoc in versu verbo قتل moriendi significationem, ob antecedentem vocem داء (morbus) tribuendam esse, quamquam sunt, qui dicant, mortem (الموت) appellari قتل (occidi). Non dubito, quin poeta verbis يقتلون hoc in versu ratione habita verborum antecedentis versus يقتلو etc. usus sit. Vilitatem autem recte morbum appellavit, quia ut morbus corpus, sic vilitas animum depravat. Caeterum Arabes dicere solent: »Vitia causae mortis sunt.«

LXVIII.

Dixit alius quidam.

1. Eheu! Vos duo Raschido, qui olim amicus meus patruusque erat, nuntiate, quotiescunque genus suum memorat,

In more Arabibus est, initio carminis duas personas alloqui, ut nuntium perferant (conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 1. schol. Diw. Amru-l'Kaisi p. ٢٣ v. 1. conf. Ham. p. ١٢٩ infr. ١٨٩ v. 1.). Verba autem varium explicandi modum patiuntur. Vocem قديما in accusativo positam tanquam loco adverbii temporis ad vocem خلتي referendam esse, scholion dixit; sed mihi ad vocem صنوى quoque vox pertinere videtur; (i. e. qui olim tanquam amicus patruusque se gerebat, non olim patruus meus erat). Verba اذا ما اتصل nonnisi ad vocem صنوى referenda sunt. Almobarred grammaticus dixit, Arabes duas res describendo coniungere et summatim eas explicare sperantes, fore, ut audiens rei cuilibet id, quod conveniat, tribuat. Dualis صنوان duas res designat ex una radice prodeuntes; tum fratres duo sic appellantur. Patruus viri autem صنو ابيه dicitur. Et dualis et pluralis eandem formam صنوان et صنوانٌ **(p. 122.)** habent, id quod praeter hanc nonnisi in voce قنو observatur. Quod si vero voci اتصل significatio vocis انتسب »genus memoravit« tribuitur (ut Raschidus ad poetae familiam pertineat), et vox قديما ad vocem صنوى refertur, scholiasti in voce قديما vitiosus loquendi modus esse videtur, quum dici non possit: »Saidus ad familiam meam aut ad patrueles meos pertinet olim.« Hanc ob causam voci اتصل sensum verborum يال فلان »ad auxilium veni o quidam!« tribuendum esse putat. Hunc sensum verba Mohammedis nobis tradita habere: من اتصل فاعضوه

»Qui dicit: ad auxilium venite! ei ictum gladii infligite!« Dixit quoque poeta Ahscha: (metr. Thawil) Quum ad auxilium vocat, dicit: O Becr b. Wajel! et gens Becr eam captivam fecit, dum nasi in terra demersi erant (i. e. dum vilis erat). Dixit Abu-Ohbaidahus: Ad hunc loquendi modum referenda sunt verba Corani (Sur. 4, 92.). »Nisi qui ad gentem pertinent, inter quam et vos foedus est.« Coniungenda autem sunt verba اذا اتصل cum verbo ابلغه, non cum voce صنوى. Sic quoque vox قديما nonnisi vocem خلقى spectat. Referri quoque potest اذا اتصل »quum genus suum memorat« ad vocem صنوى i. e. qui mihi dignitate originis aequalis est. In codicis Tebrisii margine صنوى القديم alterum legendi modum esse, adnotatum invenimus.

2. *Rem parvam excitare rem magnam et potentem, si velit, fieri vilem,*

Versus hic cum antecedente coniungendus nuntii verba continet. Praepositio ب in voce بان superflua est. Arabum grammatici dicunt, eam confirmando inservire (conf. Gr. Ar. T. I. p. 471 adnot. infr.); nam particula أن cum verbis eam sequentibus locum secundi obiecti verbi ابلغا occupat. Posterioris hemistichii sensus est, potentem, qui terminum suum transgrediatur et rebus ipsum non spectantibus occupatus sit, vilem fieri. Loco verborum يستعمل ما Mersukius يشتغل بما habet, quae verba praeferenda videntur. Verba اذا شاء autem poeta ad metrum potius complendum quam sensus ratione habita adhibuisse videtur. Sensum hemistichii prioris proverbium (conf. Meid. C. 13, 140.). »Mali initium parvum est« et verba poetae (metr. Camel) »bellum initio iuvenca est« et alius verba »Quot pluviae initio parvae sunt« conf. Ham. p. ۱۹۹ exprimunt.

3. *Et prudentiae esse lancearum cuspides in aliam gentem quam nostram dirigere.*

Versus hic cum priore arcte cohaeret. Monet poeta, ne contra suam gentem bellum gerant. Causa autem moniti varia esse potest aut quod viribus impar vincere non potest aut quod, qui suam gentem opprimit, sibi ipsi noxam infert aut quod qui a sua gente victus est, in alia auxilium non inveniet, ut inde, qui ante potens fuerit, vilis evadat. Vox حزامة proprie firmitatem animi levitati oppositam significat, quae ut in animi constantia, sic in prudentia adhibetur. Vox لحى est pro الى حى, hae enim praepositiones saepe inter se permutantur. Vox اسل est ipsa lanceae cuspis. Vocabulum صدر nonnisi cum voce coniuncta est, quod lancearum (رماح) significationem habeat.

4. *Si princeps noster es, principatum in nos exerce; sin vero superbia te occupat, abeas superbiasque!*

Dicit poeta, si ut principi conveniat, se gerat i. e. gentis commodum suo semper praeferat, se ei submissuros esse, sed si superbum se ostendat, se nullam rem cum ipso habituros esse. Arabes dixerunt: Princeps gentis eius miserrimus est i. e. ei summae molestiae ferendae sunt. Hanc ob causam poeta dixit: (Metr. Wafir) Principatus gentis, scias (hoc), fastigia montis alti sunt, cuius adscensus longus est. Scholiastes dixit, si verbum خل cum vocali Fatha enuncietur, ei opinionis significationem tribuendam esse.

ut sensus sit: Abeas et opineris! sin vero cum vocali Dhamma enuncietur (quod homoioteleuto minus convenit) significationem superbiendi id habere. Sed non video, cur in uno aut altero enunciandi modo superbiendi significationem habere non possit; permutantur enim verba. Quae mea sententia scholii verbis postea sequentibus confirmatur. Similem loquendi modum, qui in voce اذهب abi! observatur, poeta adhibuit dicens: (metr. Basith) Abi, nam in te et diebus nil miri est. Significationem abeundi autem in versu Hamasae urgendam non esse, ex eo videmus, quod scholion loquendi modum contulit cum aliis قم فاعطنى حقى »surge et da mihi debitum meum!« in quo non surgendi; sed dandi debiti mandatum datur. Similis modus est in verbis اخذ يتمسك بكذا »Incepit hoc prehendere« et طفق يتحدث بكذا »Incepit sic narrare« et جعل يشتمه »incepit eum calumniari.« Sic quoque dicunt: وقام يهزا به »et surrexit eum ludibrio habens« et قعد يظن انه امير »Consedit putans se principem esse;« in quorum sensu neque sedendi neque surgendi ratio habenda est. Nonnisi statui exornando et rei affirmandae voces inserviunt.

LXIX.
Dixit quidam gentis Asad.

Duae gentis partes ob puteum, quem quaeque suum esse contendebat, inter se pugnabant.

1. Uterque frater noster si terretur, gentem suam multos camelos possidentem et exercitum ingentem ducentem in auxilium vocat.

Utravis gentium illarum inter se pugnantium quotiescunque ab hoste terretur, auxilio nos vocat, nos, qui sumus et divites camelorum numero et potentes exercitu numeroso. Se cum utraque gente fraternitatis vinculo coniunctum dicit, ut una et altera tanquam a fratre datis monitis satisfaciat, tum suam gentem divitem potentemque esse addit, ut si altera illis non obeditura sit, timeat, ne contra ipsam alteri auxilium ferat. Vocem يرع »terretur« nonnisi in hostem referre licet; causa autem, cur advocet (يدع), voce »terretur« indicata est. Vox جامل camelos tam mares, quam feminas designat, dum vox جمال nonnisi de maribus adhibetur. Camelorum multorum, quum nil ad bellum gerendum faciant, hoc in versu mentionem fecit, quia illis venditis arma sibi comparare solent. Vox عرمرم poetis usitata tanquam appositio cum antecedente voce جمع coniuncta est, ut generalior prioris vocis significatio accuratius definiatur. Verba autem ذوى جامل antecedentis vocis قومه **(p. 123.)** (sic enim corrigendum est) ad eius statum definiendum apposita sunt.

2. Uterque frater noster socius virorum est, qui instar leonum loci Schara crassis praeditorum cervicibus, mordacium sunt.

Hoc in versu poeta fortitudinem suorum describit significaturus, ut mihi videtur, eum victum futurum esse, contra quem tales viri auxilium praestiterint. Verba quoque non obstant, quin poeta gentem fratrum describere voluerit; utramque laudans, ut consilio suo laude eam propitiam reddat. Fortitudinem significaturus eos cum leonibus et quidem cum leonibus

loci Schara comparat. Heroes saepius cum leonibus conf. p. ٢٧٣ v. 4. ٣٣١ v. 2. etc., cum leonibus istius loci p. ٨٠ v. 2., qui audacissimi dicuntur et cum leonibus loci Ihfirrin p. ١٣١ v. 1. comparantur. Crassum collum autem in animalibus signum roboris est. Illi viri non solum leonibus loci Scharae similes sunt; sed leonibus robore praecipuo praeditis, mordacibus.

3. Rectum autem non est, quod pulchram conditionem vestram calamitate permutetis et pretio sanguinis effusi aquam bibatis.

Stultum in agendi ratione ostendens, ut pacem faciant, hortatur. Vox بئيس nomen actionis ut بوس est. Formam elegit, ut voci نعيم oppositae aequalis esset. Qui autem vocem بئيس adiectivum esse statuunt, ellipsin admittunt, ut vox عيش vitam (sc. duram) omissa sit. In posteriore versus parte duplex interpretandi modus est, unus quo sensus fit: quod aqua, quam bibitis, sanguine occisorum mixta sit. Similis ratio in poetae Djeriri verbis in carmine contra poetam Alachthalum prolato est: (metr. Thawil) Occisi non cessarunt eiicere sanguinem suum in Tigridem, donec rubrum cum albo mixtum colorem haberet aut altera, quem in versione verbis tribuimus, ut بالدم vertatur »pretio sanguinis«. Hunc modum praeferendum puto, nam hominis sanguis multo pretiosior est, quam ut pro aqua simplici effundatur.

LXX.

Dixit Moraits filius Ahnnabi Nabhanita.

Vixit tempore Ohmari conf. p. ١٢٤ l. 17. et p. ٣١٢. ٦٥٠, ٦٥١. Inter poetas temporis Omajjadarum recensitus non est, quia campester pauperque erat et in carminibus neque laudi neque satyrae operam dabat. Nomen حريث deminutivum vocis حارث est; nomen عناب autem aut non translatum, dum ex eorum nominum numero est, quae origine sua nomina sunt non ex adiectivis orta, sicut كلّاء, جبّان, قيّاد, جبّار, عقّار et خطّار aut translatum est, dum a voce عنب (uva) formatur, quemadmodum تمّار a تمر et عطّار ab عطر formatur. Abu-l'Ahla dixit, Nabhan nomen servi esse, qui auctorem illius gentis ad gentem Thai pertinentis aluerit. Hanc ob causam gentem nomen illud accepisse. Vox نبهان autem a verbo تنبه »evigilavit e somno« aut a نبه »nobilis, clarus fuit« derivari potest.

1. Agite! Vobiscum de gloria certabo, num gens Ahja et Fakahs gloriae propior sit an gens Hatimi?

Vox تعالوا, imperativi forma, proprie significat »elevate vos unus cum altero« et inde futurum apocopatum pendet (Gram. Ar. T. II. p. 33 sqq.). Ahja et Fakahs familiarum nomina sunt ad gentem Asad pertinentium. Gentes autem Asad et Thai foederatae erant. Mersukius loco verborum العيا وفقعس a quodam adductum legendi modum الأعيان ففعس vel الاعيار فقعس, ut in nostro scholio et Mersukii margine legitur, adnotavit. Hunc, qui negat, Ahja gentis nomen esse, Mersukius refellit dicens, familiam Ahja ad gentem Sahd b. Kais pertinere genealogiae peritis aliisque notam et virum Wahb (loco vocis وهب legas ووهب in scholiis) filium Ahjae Asaditam exstitisse. In versu quoque magis convenire, quod gens cum gente comparata sit, quam quod singuli cum gente, siquidem voce اعيار (aut اعيان) singuli

significati sint. Caeterum omnia et quidem diversissima exemplaria in vocibus العيا وفقعس consentire. Non igitur a poetae verbis recedendum esse. Hic silentio praetereundum non est, quae sequantur verba, ea quum versum nostrum spectent, Tebrisium haud recte cum scholio sequentis versus coniunxisse. Verba العيا وفقعس interrogando inserviunt, dum a primaria sua significatione in aliam translata sunt, ut sensus sit: Re gesta, ex qua ista interrogatio provenit, coram arbitro de gloria vobiscum certaturus sum. Voci ادنى, licet de duabus personis sermo sit, numerum dualis non tribuit, quoniam forma comparativi est, cuius significatio sequente praepositione من perfecta fit. Interrogatio autem cum ista cohaeret. In adiectivis comparativorum singularis, dualis, masculini et feminini formae aequales sunt (Gram. Ar. T. II. p. 304 sq.). Accuratus et completus loquendi modus hic esset: ام عشيرة حاتم ادنى الى المجد منهم »An gens Hatimi (tribus Thai) gloriae propinquior sit quam illae gentes? Poeta quum nil obscuri in verbis esset, nonnulla omisit. Similem autem quam in priore versus parte loquendi modum Djerirus in sequentibus adhibuit (metr. Thawil) هلموا نحاكمكم ففى الحكم مقنع الى العز من ال البطاح الاكارم »Adsitis, ut vobiscum certemus apud iudicem, nam iudicium sufficit tanquam testimonium, tendentes ad virum honorificum incolarum vallium glariosarum nobilium.« Sine dubio iudicem e Koraischitarum gente significare vult, quia Koraischitae ista loca olim incolebant. Noster autem poeta viri Hatimi (sc. filii Ahbd-Allahi Thajjitae) mentionem fecit, quia eius generositas liberalitasque tanta erat, ut in proverbium veniens gentis celebritatem augeret (Meid. C. 5, 155. 21, 137, 22, 245.) Vixit circa Mohammedis tempus.

2. Apud iudicem e gente Kais-Aihlan dirimentem et alterum e duabus gentibus Rabiah gnarum.

Arabes honoris cupidissimi certamen de honore inire solebant et pignore posito **(p. 124.)** arbitrum adibant (conf. Ham. p. ١٢٩ v. 2 schol.). Diversae gentes diversos arbitros habebant. Sic nomina arbitrorum gentis Tamim, gentis Kais, gentis Koraisch conservata sunt. Et feminae isto munere fungebantur, inter quas Zachra filia Lokmani, Hinda filia Alchossi, Djomah filia Ahmiri b. Althsarib appellantur. Dixit Namarita, arbitrum e gente Kais-Aihlan fuisse Ahmirum b. Althsarib Ahdwanitam, alterum e gentibus duabus Rabiah fuisse Daghfalum. Gentes duas Rabiah esse Becr et Taghlab, sed unum virum e duabus gentibus originem non ducere. Poetam igitur unam tantum gentem dicere voluisse. Eundem loquendi modum in verbis Corani (Sur. 43, 30.) observari: »Super virum e duobus vicis oriundum, magnum.« Duobus vicis Mecca et Thajef significantur et in verbis Sur. 55, 22. »prodeunt ex utroque uniones et margaritae.« Utraque autem res e mari tantum provenit. Quod si quis ad verba explicanda dicit, poetam voluisse patrem eius e gente Taghleb, matrem e gente Becr oriundam esse, ita ut ad utramque gentem pertineat et sic virum a patris matrisque parte ab Ahbbaso et Ahlio oriundum Ahbbasidam Ahlidam appellari, eius tamen locus nimis angustus est, quam ut sensus eius, cuius mentionem fecimus, ei insit, quamquam modus ipse rectus est[1]). Abu-

1) Scholiastes proverbiali modo loquens negat, hoc in loco talem sensum esse, quamquam modus interpretandi rectus sit. Alahbbas b. Ahbd-Almoththaleb respicitur, qui duobus vel tribus annis aetate maior, quam Mohammedes erat. Anno 32 aut 34 circiter 88 annos natus diem obiit. Ahlius autem ille omnibus notus imperator est conf. Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. 331 ed. cl. Wustenf. et ibid p. 435.

Mohammedes Alahrabi Namaritae sententiam refellens ex more suo proverbio usus est: Multitudo verborum amoris proprii est[1]). Se autem non videre, quomodo iudex in versu commemoratus Ahmir b. Althsarib Ahdwanita esse possit, quippe qui ducentos annos ante Islamum vixerit. Horaitsum b. Ahnnab tempore Ohmari viventem usque ad Moahwijahum illius coaevum non esse. Iudicem gentis Kais-Aihlan Haremum b. Kothbah b. Sajjar b Ahmru Fesaritam, iudicem (conf. Rasmussen Additam. ٤٤) autem gentium Rabiah Daghfalum esse[2]) (sic legendum est). Gentes Rabiah autem esse Dsohl b. Schaiban b. Tsahlebah et Dsohl b. Tsahlebah. Eum patruum Dsohli b. Schaiban esse et patruum viri patris locum tenere.

3. Vos percussimus, donec, quum curvum vestrum rectum esset, gladiis secantibus hostes a vobis repulimus.

Res narrat, quibus ista in versu primo interrogatio nititur. Duas res memorat, quarum una est, se illos adversantes ad rectam agendi rationem vi coegisse, altera, se illos contra hostes defendisse. Ex utraque autem re sequi, se illis praestantiores esse. Vox عنكم cum verbo ضربنا non cohaeret, sed e verbo omisso ذب, aut huic simili pendet (Gram. Ar. T. 1. p. 486.). Curvitas autem hominis vitia designat conf. Meid. C. 23, 279. Simili ratione in proverbio dicitur: لاقيمن صعرك »Obliquitatem colli tui rectam faciam! i. e. te corrigam Meid. C. 23, 234.

4. In regionibus meis et gentis meae regionibus habitatum venite, ut in proelii angustia, ubi vehementer pugnatur, praesidii loco vobis sim.

Quum tales nos vobis praestiterimus, prudenter agetis, si in regione nostra habitatis, ut vos defendamus. Eo, quod dixit in regionibus meis et regionibus gentis meae, ut plures et sibi et genti suae regiones vendicaverit, gloriatur, sic enim describit regionem, quam incolunt, tanquam vastam. Vocem مأقط locum angustum in bello significare, cum Kamusi auctore consentiens scholiastes dixit. Kamusi auctor quoque habet: locus ubi pugnatur. Est potius locus prosternendi, a verbo اقط ex Kamusi auctoritate. Non igitur locus pugnae cum generaliore significatione est; sed locus in campo proelii, ubi invicem pugnant, seque prosternunt. Cum hac voce in versu vox متلاحم (participium formae sextae) coniuncta est. Huic densi significationem tribuunt, dum plures res inter se separatae uno loco coniunguntur, quemadmodum separati pugnatores in unum locum concurrunt. Sed altera interpretandi ratio magis placet, qua invicem se occidentes significat (a verbo لحم occidit.) Tribuitur autem loco مأقط, quod hominibus in eo loco congregatis tribuendum erat. Vox حرز proprie locus munitus est. Cum hoc igitur poeta se comparat, ut alii apud ipsum in loco securo sint.

1) Hocce proverbium a me neglectum est. Sensus autem verborum sine dubio est, Namaritam sibi nimis confidere et in eo quod multa verba explicandi causa adferat, iudicium amoris sui esse. In codice Tebr. ante vocem الاسباب vox كثرة inter lineas adscripta est.

2) Tempus Moahwijahi attigit. Tanta eius in genealogia doctrina erat, ut in proverbium veniret conf. Meid. C. 25, 96. C. 18, 267 conf. C. 1, 35.

5. Iam pater meus mihi praeceperat, ut vos mecum coniungerem omnemque iniustum a vobis depellerem.

Hisce verbis indicat, conditionem suam iam olim ita constitutam fuisse, ut illos et gloria et potentia superaret. Quod si aliter esset, pater mandatum illud daturus non fuisset. Verbum اضاف eandem significationem, quam ضم (coniunxit) habet. Hanc ob causam alterum legendi modum اضمكم in codicis Tebrisii margine adscriptum invenimus. Cum significatione coniungendi hospitis (ضيف) significatio cohaerere dicitur.

LXXI.

Dixit Ibrahim b. Conaif Nabhanita. (p. 125.)

(Quae quarto versu protulit, poetam tempore Islami verba dixisse indicare videntur).

Nomen Ibrahim antiquum et origine haud Arabicum esse, Abu-l'Ahla adnotavit; qua in re causa quaerenda est, cur vario modo Ibrahîm, Ibrahâm et modo breviore Ibrahim et Ibraham enuncietur. Ahbd-Almoththalib dixisse fertur: (metr. Redjes) Eo confugio, quo Ibrâhimus iam confugit, se ad Kiblam vertens, dum stabat et (metr. Ramal): Nos Dei familia in eius templo sumus; hoc ex tempore Ibrahami esse non cessavit. Nomen viri Cinf a voce كنف (pera) derivatum est; sed formam deminutivi Conaif aut a كَنَف (tutela) aut a كنف (pera) derivare licet.

1. Patientem te gere (o anima!), nam patientia ingenuo magis convenit et in temporis vicissitudinibus fiducia non est.

Se ipsum ad fortitudinem et patientiam in infortunio hortatur duas ob causas, quarum una est, quod viro forti indignum sit calamitatibus deprimi, altera, quod spes sit fore, ut status mutetur. Verbo تعزى eadem, quae voci تصبر est, significatio tribuitur, dum vox عزاء patientiam, عزى patientem designat. Forma verbi quinta autem virum operam dare, ut patientem se gerat, indicat. Solatium adlaturus animam suam poeta alloquitur. Origo significationis patientiae (صبر) a ligando petenda est, ut videre licet in verbis قتل فلان صبرا »Quidam ligatus occisus est« (conf. Reisk. ad Abulf. Ann. T. II. p. 12.). Vox حر omnis rei nobiliorem partem designat, ut facici pars nobis in occursu apparens حر الوجه appelletur. Vox معول idem est, quod مُحمل, ut fiduciae significatio a portando derivetur; verbum عوّل cum على personae rem alicui portandam imponere significat. Voci عول autem vehementiae rei, nempe gravis et auctae significatio est. Inde verba عول الفريضة explicanda sunt i. e. portio lege definita, quae augetur. Hoc quoque a loquendi modo عالني الامر (pressit me res, vicit me) derivari potest. Sed vocis عالة significatio tugurii ex arboribus confecti ab augendo derivanda est, quod pastor ramis invicem iunctis, et resectis ramis super impositis tugurium sibi parat (عوّل). Poeta Ahbd-Manaf b Ribh Hodsailita dixit: (metr. Basith) Confossio est sonus, qui auditur in confodiendo et percussio ense sonus gladii modo, quo is, qui sub pluvia continua tugurium sibi parat, resectos arboris ramos percutit.

2. Et si in eo, quod vir in casu adverso tristem se ostendit, commodum esset aut humilitas prodesset;
3. Tamen in omni calamitate et fortunae casu, ut patientem se ostendat, viro ingenuo dignius convenientiusque est.

Hi duo versus in Mersukii opere non leguntur. Patientiam in calamitate omnino praeferendam esse dicit. De patientia Arabibus laudata conferas Meid. C. 1, 457. 13, 40. 14, 131. 8, 74. 6, 60. et Abu-Becrus eam laudavit ibid. T. III. (61). Si in verbo كان versus posterioris pronomen non esse putatur i. e. si nonnisi subiecto cum praedicato coniungendo inservit, duae res contra grammaticam, quarum causae nonnisi in metri ratione quaerendae sunt, observantur, una quod in voce التعزى, quae praedicati locum tenet, accusativi casus quiescente littera ى expressus non est, altera autem, quod nomen verbi كان i. e. subiectum, (voces scilicet اولى واجمل) indefinitum est, dum praedicatum (sc. vox التعزى) definitum (sc. articulo) est. Grammatici in verbo كان nomen الشان aut القصة res suppleri posse dixerunt, ut, quae sequantur, subiectum et praedicatum cum verbo كان cohaerentia non sint. Sed raro tantum Arabes hunc loquendi modum adhibuerunt. Hanc vero rationem sequentes versum Alohdjairi Salulitae[1]) recitarunt: (metr. Thawil) Quod si morior, homines duabus partibus constabunt, quarum una gaudio adfecta est, altera quod agebam laudat.

4. Et quomodo? dum omnis quisque neque mortem effugere neque id, quod Deus decrevit, evitare potest.

Hic versus, qui in Mersukii libro non est, praecedentibus explicandis inservit, dicens: quanto dignior viro patientia est, quum in impatientia nullum sit commodum? Post vocem كيف suppleas verba: »patientia viro dignior non est« aut his similia. Verbum عدا hoc in versu currendi, praevertendi significationem habet; مزحل autem locus est, quo quis recedit, ne eum res attingat (conf. Ham ٥٠٣ v. 5.). Mortem neminem effugere posse, Arabes docent conf. Meid. C. 1, 284. 23, 413. 24, 585. 25, 62. Ebn-Alrumi poeta[2]) eundem sensum inde derivatum pulchre expressit dicens: (metr. Thawil) Patientiam puto laude dignam esse, etsi causa est, cur non adsit, et quomodo? quum nulla causa sit, cur absit. Hic patientia decet et patientia necessaria est; sed in re, quae evitari non potest, necessarior est. Vir patientia manum corroborat. Tutamen ei est, cuius funes non abrumpuntur. Quum calamitates temporis **(p. 126.)** circumdant, ei cui effugium non est, in ea refugium liberans est.

5. Etsi dies inter nos permutabantur modo vitam calamitosam modo commodam adferentes, nam sic fortunae casus agunt;
6. Tamen hastam nostram duram mollem non reddiderunt et agendi rationi haud pulchrae nos non subiecerunt.

In his poeta fortem suorum animum laudat, qui infortunio fractus non sit. Haec est

1) Alohdjair b. Abbd-Allah b. Ohbaid b. Cabb tempore Omaijadarum poeta pauper erat, quem Ebu-Salamus classi quintae poetarum Islami adnumeravit. Versum beat. de Sacyus in Antholog. Gram. p. 335 adnotavit. Ibi loco vocis تصفان legitur صنفان, quod praeferendum videtur.

2) Natus anno 221 in urbe Bagdad, anno 283 aut 284 aut 286 ibidem mortuus est conf. Ebn-Chall. No. 474.

patientiae utilitas. Quum autem in versu posteriore se suosque tanquam patientes describat, sunt, qui dicant, vocem تعز in primo versu sensum offerre »persevera in patientia«, qui interpretandi modus haud necessarius videtur, quippe qui tempore praeterito patientem se probaverit, is ut tempore futuro talem se praestet, hortari se potest. Arabes, ut virum tanquam fortem aut debilem describerent, in comparando lancea usi sunt dicentes. »Quorundam lancea dura aut quorundam lancea infirma est.« Dixit poeta: (metr. Camel) L a n c e a m e a p e r e u m, q u i e a m r e c t a m r e d d e r e s t u d e b a t (conf. Ahmru b. Kelth. Moall. v. 59 sch. et v. 57.), d e b i l i s f a c t a n o n e s t; s e d m a t u t i n u m v e s p e r t i n u m q u e t e m p u s m o l l e m e a m r e d d i d i t. Comparandi modus inde desumtus est, quod ope ferri ثقاف appellati lanceae lignum rectum reddebant. Vir id faciens غامز appellabatur. Interdum autem fiebat, ut lignum virum id adigentem vehementer percuteret. Diverso modo mulier quaedam dixit: (metr. Basith) Q u u m d e b i l i t a s v i r i h a s t a m v i l i p e n d i t (i. e. efficit, ut vilipendatur), f i l i u s S a h d i h a s t a m d u r i l i g n i m o v e t. Verba والحوادث تفعل sententiam intermediam inter conditionem eiusque propositionem consequentem constituunt. Obiectum verbi تفعل g r a t a e t i n g r a t a supplendum. Talis autem sententia intermedia rei expositae vim auget.

7. Sed animas generosas iis (casibus) obiecimus, quibus si res, quas portare non valent, imponuntur, eas tamen portant.

Fortitudinem animi, qua nulli rei etsi gravissimae cedunt, laudat. Verbum رحلناها vario modo explicant. Suffixum ها ad vocem الحوادث c a s u s f o r t u n a e referendum est, ita ut praepositiône omissa ها pro لها sit, quemadmodum كلتك pro كلت لك et وزنتك pro وزنت لك (tibi mensus sum) dicitur. Hoc admisso vox نفوسا verbi obiectum est i. e. Animas tanquam sella instruximus pro casibus fortunae. Comparantur igitur animae cum camelis, quibus calamitates ferendae imponuntur. Ut homines cameli generosi dicuntur, sic animas poeta generosas appellavit indicaturus, eas instar camelorum generosorum nil difficile recusare. Sed fieri potest, ut suffixum ها ad nomen sequens نفوسا pertineat, suffixo adhibito antequam nominis mentio facta erat. Nomen igitur cum pronomine tanquam appositio pronominis explicandi causa coniunctum est c o n f. Gram. Ar. T. II. p. 370.

8. Pulchra patientia utentes animas nostras custodivimus. Ita factum est, ut honor noster haud laesus sit, dum homines (alii) extenuati sunt.

Hoc in versu, qui in Mersukii opere desideratur, patientiae utilitatem et vita et honore conservato describit, dum alii, qui agendi rationem hanc secuti non sint, vita conservata honorem perdiderint. Quod حسن الصبر dixit, eo significare voluit, suam patientiam non solitam, quae in aliis quoque reperiatur, sed insolitam excellentemque fuisse. Verba autem sunt pro بحسن صبرنا, quum ob articulum in voce الصبر suffixum cum nomine coniungi non possit (Gram. Ar. T. 1. p. 491.). Honor cum animali comparatus dicitur sanus et morbi expers. Hic comparandi modus in verbis والناس هزل observatur, nam والناس est pro واعراض الناس »honores hominum«. Ut autem animal emaciatum parvi aestimatur, sic quoque honor aliorum.

Suos igitur aliis praeferendos esse dicit. Alius quoque interpretandi modus admitti potest. Animal emaciatum neque magnum onus portare valet neque longam viam facere. Verba igitur significare possunt: Alii tantam patientiam quam nos praestare non possunt, quum viribus destituti sint, ut verba والناس هزل cum priore versus parte cohaereant. Sed hoc minus placet.

LXXII.

Alius quidam dixit.

1. Quot graves casus, qui mihi supervenerunt, patienter tuli, tum me non humiliavi.

Patientiam suam in casibus adversis describit dicens, istam patientiam durantem fuisse, ut nunquam se humiliaverit. Duplex vocis كم explicandae ratio adnotata est, una ut post vocem كم suppleatur مرة quot vicibus et praepositio من pleonastica sit conf. Gram. Ar. T. II. p. 55.). Grammaticus enim Alachfasch[1]) ut in phrasibus negantibus sic in adfirmantibus praepositionem من pleonasticam esse dicens inter alia haec verba indicii causa adnotavit قد كان من مطر فخل عنى »Pluvia iam erat; me igitur dimitte!« Verba autem صبرت عليها adiectivi locum vocis خطوب tenent. Altera interpretandi ratio est, qua vox كم subiectum est, quocum voces من خطوب explicandi gratia coniungendae sunt. Inter voces autem coniungendas verbum دهمتنى, quod praedicati locum tenet, intercessit. Hunc intelligendi modum praetuli. Verba autem ثم لم اتخشع indicant, eum in patientia constantem fuisse, etsi malum diuturnum (p. 127.) esset, donec tandem casus adversi cessarunt. De vocibus خطوب ملمة conferas p. ١٠٩ v. 2. Alii nonnisi in ingratis rebus vocem خطب, alii in ingratis et secundis adhiberi dicunt. Verbum خشع eo a verbo خضع diversum est, quod hoc in corpore, illud in voce visuque adhibeatur. conf. p. ٢٤ v. 2.

2. Ultionem mihi impositam obtinui; quod autem vos egistis, in collis vestris torques sunt haud cessantes.

Gloriatur ultionem, quam obtinuerit vituperatque simul socios, qui ipsi in ulciscendo auxilium non praestiterint. Verba والذى قد فعلتم sunt pro والشى الذى قد فعلتموه. Res autem, quae alicui adhaeret, sive bona sit sive mala, cum torque comparatur. Inde quoque verbum derivatum est تقلد الامر »Re assidue occupatus fuit« conf. doct. Weyersi specim. critic. p. 160 schol. et latiore sensu تقلد السيف dicitur. Bischrus dixit: (metr. Thawil) وقلدها طوق الحمامة جعفر Djahfarus ei torquem palumbis appendit. Hoc in versu ignominia et dedecus significantur. Huic loquendi modo verba Corani similia sunt: Sur. 3, 179. »Die resurrectionis eo, quod avari recusarunt, tanquam torque circumdabuntur.« Conf. quoque libr. meum: Selecta ex historia Haleb p. 72 adnott. Vox تقطع tam cum vocalibus passivi secundae formae quam cum vocalibus quintae pronuntiari potest.

LXXIII.

Dixit Ohwaif Alkawafi Fesarita[2]).

Ohwaif forma deminutivi vocis عوف est, quae aliis penem aliis statum designat. Sic in

1) Tres sunt grammatici hoc nomine appellati. Simplici cognomine appellatus est medius scholae Bazrensi addictus, omnium celeberrimus. Mortuus est anno 215 aut 221. conf. Meidan. app.

2) عويف بن معاوية بن عقبة poeta pauper tempore Omajjadarum Cufam incolebat, ubi eius familia celebris erat. conf. p. ٦٧٣ v. 2.

verbis نعم عوفك »bonus sit status tuus!« Haec quoque verba quum novo marito dicantur, per metonymiam penem significare videntur. Abu-Rijaschus hanc versuum causam adnotavit. Soror poetae Ohjainaho b. Asma nupta repudio dimissa erat. Quapropter iratus dixit: Ingenua sine crimine repudio dimittitur. In Mersukii opere prima manu scriptum erat الحرة لا تطلق لغير باس »Ingenua sine crimine repudio non dimittitur» sed vox لا non deleta est. Tum vero quum Ohjainahus ab Hadjdjadjo in carcerem coniectus esset, poeta versus dixit. Soror Ohjainahi erat Hind filia Asmae, de qua conferas Meidan. app. Fratris nomen in aliis Meidanii codicibus عتيبة scriptum erat.

1. Somnus abiit et somnus non percipiebatur ob id, quod te adflixit, dum visitantes dormiverunt.

Se ob eius calamitatem summopere adflictum, ut somnus eum omnino fugiat, dicit, dum alii ipsum visitantes minorem inde dolorem percipiunt, ut bene dormiant. Ex homoioteleuto primi versus initium carminis esse cognosci potest. Voces رقاد et رقود nonnisi somnum nocturnum designant. Priori voci articulum addidit, ut genus omne definiret (Gram. Ar. T. 1. p. 436 adn.); posteriorem articulo destituit, ut species quaedam somni significaretur. In scholio l. 3. legas أختصصْت.

2. Nuntius mihi adlatus est de Ohjainaho dolorem excitans; parum abfuit, quin iecora (dolore) rumperentur.

3. Ad animas eius (nuntii) calamitas pertigit, ut mortui videremur, dum in nobis anima sanguisque erat.

Hi duo versus in Mersukii opere non leguntur. Describit, quomodo nuntius de Ohjainahi calamitate adlatus ipsum adflixerit. Tanto terrore percellebatur, ut mortuus videretur. Priorem versum sic interpretandum puto, ut verba اتانى عن عيينة adiectivi locum nominis خبر teneant; praedicatum autem vox موجع sit, cui explicandi gratia verba كادت etc. apposita sint, quibus verbis summus tristitiae dolor indicatur. In margine codicis Tebrisii alter legendi modus امسى عليه تصدع adscriptus est. Ut nobis in corde adfectuum sedes putatur, Arabes in iecore dolorem sentiri dicunt. Posteriore autem versu talem describit dolorem, ut non externus ad internas hominis partes penetraverit. Voci autem الاجساد hoc in versu sanguinis significatio tribuitur, ut in poetae Nabeghah hemistichio (metr. Basith): Qui sanguis super idolis effusus est. Pluralis autem الاجساد hoc in loco nonnisi homoioteleuti causa adhibitus videtur. Scholiasti, quum una vox aut الروح aut الاجساد sufficeret, duae, ut vis sermonis augeretur, adhibitae videntur.

4. Lapsum fortunae nostrae sperant; at vero si per nos infortunia non repellerent, perirent.

Et hic versus in Mersukii opere desideratur. Inimicos, ut mihi videtur, Omajjadarum parti adscriptos, vituperat, quod in Ohjainahi infortunio suorum casum sperent, quum antea ipsos ab interitu deliberassent. Poeta fortunam tanquam personam descripsit. Hunc prosopopoeiae modum vox عثرة indicat. De loquendi modo conf. p. ٣٩٥ v. 5. Verba commentarii

لولا مكاننا »nisi locus noster fuisset,« rem potius praeteritam, versus autem verba لا يدفعون statum praesentem potius spectare videntur (conf. Gram. Ar. T. 1. p. 162. No. 370. et p. 163. No. 373.).

5. Quum de Ohjainaho ad me perlatum esset, ei vespera vincula multa indita esse,

Hoc in versu calamitatem describens, Ohjainahum in carcerem coniectum esse dicit. Versus cum sequente versu تخلت cohaeret. Verba تظاهر الاقياد significant, eum multis vinculis, ita ut unum super alterum immineret, onustum esse. Dicunt ظاهر بين درعين »duas loricas unam super alteram induit.« Dixit poeta Ahlkamah b. Ahbadah: (metr. Thawil) Indutus vestimentis duobus ferreis, super quibus erant duo principes bellorum, secans et penetrans[1].« Vox تظاهر igitur passivum tertiae formae esse videtur. At vero quum scholion vocem تظاهر pro تتظاهر esse dicat, ad sextam verbi **(p. 128.)** formam pertinet, ut duplex enunciandi modus in versu exsistere videatur. Duplex autem est huius vocis pronunciandae modus, quippe cui passivi tertiae formae vocales dari possint. Inter lineas vox امست tanquam alter legendi modus a seriore manu adscripta est. Scholion verbo mutui auxilii significationem tribuens dicit, unum vinculum super altero, ut unum alteri quasi opem praestet id firmius reddens, siquidem formae tertiae ظاهر adiuvandi et voci ظهير adiutoris significatio sit. Posse tamen voci significationem adscendendi et elatum esse tribui, ut in verbis ظهر فوق البيت »super domo elatus fuit.« Verba autem تظاهر فوقه الاقياد (qui est alter legendi modus loco verborum تظاهر عليه الاقياد), siquidem revera vincula super homine non sint, significare, vincula hominem subigere, quemadmodum dicatur: اتاه من فوق vel من علو i. e. eum subegit et prope adfuit, ut in proverbio Meid. C. 1, 10. »Timido mors desuper descendit.« Ut autem in hoc proverbio locus superior significatus esse potest, sic quoque in versu sensus esse potest: Vincula super eius corpore sunt, et proverbiali modo homines dicunt. „Res a deo decretae a coelo descendunt."

6. Sinceram omnino voluntatem ei probari, nam in calamitatibus odia cessant.

Vidimus poetam Ohjainaho iratum fuisse; nihilominus vero se fidum ipsi amicum fuisse dicit causam simul addens in eo positam, quod generosus odii veteris in calamitatibus obliviscatur. Haec cogitandi ratio Arabum animis innata erat, ut in proverbii consuetudinem veniret. Sic Meid. C. 6, 86. الحفيظة تحلل الاحقاد „Ira odia abolet" i. e. Quando amicum iniuria laesum videmus, eum tamen, quamquam odio nobis venit, defendimus. Verbum تخل proprie cribravit et inde meliorem rei partem prava remota selegit significat. Dicitur quoque تنخلت الشى „selegi rem." Animam igitur tanquam personam describit. Vox انه aut cum vocali Fatha aut cum vocali Kesra pronunciari potest. Quod si vocem cum Fatha pronuncias, cum praecedente cohaerens causam indicat; cum vocali Kesra enunciata non

---

1) De voce عقيلا dubito, quum in lexicis عقيل non reperiatur. Videtur idem quod عقيلة. Gladium et lanceam, quos vocibus مجذم et رسوب designavit, principes bellorum appellasse videtur.

cohaeret et denuo sermonem incipit. Sensui posterioris versus partis poetae Alkathami [1] cognominati verba, quae in proverbium venerunt (conf. Meid. C. 3, 29.) simillima sunt: (metr. Thawil) In rebus ingratis (quae iram provocant) inimicitiae cessant. Haec quoque sententia in poesi poetae Alcomait [2] (quam scholiastes non addoxit; sed in codicis margine legitur كذا في الاصل »sic in auctoris exemplari invenitur«), expressa est; sed gentes, viro patre non cognatas, cum repagulis ferreis, quibus vas reparatur, pulchre comparavit significaturus, eius auxilium debile esse, non tantum valens, quantum familiae patris. In scholio pro voce يلاءم, quae in codice legitur, rectius يلأم, ut prima verbi forma sit, scribendum puto.

7. Et animo cogitavi, quis locum eius occuparet donis dandis, quum dona pauca sunt.

In calamitate Ohjainahi liberalitatem in memoriam revocans invenit, eius locum neminem explere posse. Talem igitur virum adiuvandum esse talisque viri calamitatem dolendam. Verbum ذكر hoc in versu mentis recordationem, ut nomen actionis ذُكر habeat, significat. Hoc si admittitur ellipsis in versu est: mente recordans, quae fuerit eius liberalitas, dixi: quis etc. Verbum سد proprie obstruendi, opplendi significationem habet. Dicit igitur poeta, Ohjainaho incarcerato liberalitatis locum vacuum esse, ut nemo sit, qui donis dandis (nam بالرفد est pro (ببذل الرفد) eum expleat. Verbi رفد prima forma adhibenda est, quarta enim, quae a lexicographis adnotata est, non probatur. Nomen est رفد donum cum plurali أرفاد. Vox تقاصر est pro تتقاصر, una littera ت lenioris pronunciationis causa abiecta. Verba autem quum sint cum voce حين coniuncta, genitivi locum occupant, ut sint pro حين تقاصر الارفاد »tempore defectus donorum«, quibus verbis annum sterilem, quo liberalitas non exercetur, designare vult. Ohjainahum talem esse dicit, qui tempore penuriae, quo nemo alius liberalitatem exerceret, liberalis fuisset.

8. Aut quis opes suas optimas nobis parvi habiturus esset et quem iterum iterumque adire possemus?

Pergit in describenda liberalitate Ohjainahi. Non solum tempore penuriae dona dabat, verum etiam optimam opum suarum partem non reservavit (id quod donis dandis optimisque camelis mactandis fieri poterat) neminemque, etsi pluries beneficii causa adierat, repulit. Particula أم separandi vim exercet et interrogatio moerorem poetae ob Ohjainahi calamitatem indicat. Vox كرائم pluralis vocis كريمة est, quae nominis locum tenet, ut in verbis Mohammedis traditione ad nos perlatis: اذا اتاكم كريمة قوم فاكرموه »Quum ad vos nobilis gentis venit, eum honorate!« Vox معاد et locum et tempus designat simulque nomen actionis est. Hisce in versibus quum poeta Ohjainahi calamitatem deploret, cur in capite hoc locum obtinuerit, causam non video.

---

1) Poetae cognomen etiam Alkothami enunciatur. Antea Christianus fidei Mohammedicae se addixit. Tum ad laudandum Alwalidum b. Ahbd-Almalic Damascum profectus est. conf. Cit. Alaghani.

2) De poetis hoc nomen gerentibus conf. Harir. p. ol et Meidan. indic. Beatus De Sacyus adscripsit, Alcomaitum eundem esse poetam, quam ante dictum Alkothami, sed huic ego adsentiri non possum sententiae.

LXXIV.

Dixit Bischr b. Almoghirah, qui filius fratris Almohallebi b. Abi-Zofrah erat.

Carmen dixit tempore, quo cum Almohallebo in provincia Chorasan versabatur, causa adductus, quod praefecturam non acceperat. Postea eam accepit. Almohallebus anno 79 provinciam Chorasanae obtinuit et anno 82 aut 83 ibi diem obiit. Carmen igitur post annum 79 compositum est. De Almohallebo conferas Ebn-Challik. No. 764. et Tahdsibo-l'Asmäi p. 582. et Harir. p. ۴۷۱; de Almoghiraho Meidan. app. Nomen بشر laetitiam in vultu designat. Narrant, virum nomen habuisse بُسْر, quo recens omnis res et aqua recenter e nube decidens significatur. Quod vero vocem المغيرة Almighirah enunciant, id cum vocibus شهيد, بعير et شعير, Schiihr, Biihr, Schihid enunciatis non cohaeret (quum forma eadem non sit). Narrant quoque, Arabem quendam vocem وعيد in verbis الجنة لمن خاف وعيد الله »Paradisus ei est, qui minas Dei timet« Wiihd enunciasse. Modum hunc enunciandi voces, **(p. 129.)** quarum prima vocalis Fatha est, sequuntur; in voce المغيرة, (participio activi formae quartae) prima vocalis Dhamma est. Raro autem vocalis haec in vocalem Kesra mutatur, ut in vocibus منتن Mintinon et منخر Minchiron. Hoc regulare non putatur, dum illud in vocibus شعير Schiihr, رغيف Righif, ضئيل Dhiihl regulare habetur. Nomen المهلب est participium passivum secundae formae verbi هلب »setas caudae equi evulsit«, ut proprie adiectivum in nomen mutatum sit. Arabs quidam الهلب appellatus inde nomen accepisse dicitur, quod calvo ipsi, quum Mohammedes caput manu abstersisset, crines denuo orirentur. Adiectivum igitur الهلب eodem modo, quo الصّعق in nomen proprium transiit.

1. Princeps in me iniustus fuit et Almoghirahus iam iniustus fuerat et Iasidus quoque a me latus suum deflexerat.

Poeta iniustitiam plurium queritur. Principis nomen, in cuius iniustitia versuum causa erat, Almohalleb b. Abi-Zofrah, quem in provinciam Chorasanam secutus erat sperans fore, ut sibi praefectura tribuatur. Quod quum non fieret, iniustitiam inesse putavit. Almoghirahus, frater Almohallebi, autem ipsius pater erat, a quo neglectum se esse dicit, nec non a filio Almohallebi Iasido, (de quo conferas Ebn-Challik. No. 826: et Abulf. Ann. T. I. 436. 443. et. Adn. p. 115.). Bischrus autem eques strenuitate insignis erat. In verbis قد جفا obiectum sc. ى omissum est. Verbum أزور declinandi significationem habet. Vox لى, quae pro عنى est (conf. Ham. p. ۴۹۲ v. 1.) post verbum ponenda fuit. Latus alicuius ab aliquo declinatum esse idem est ac eum aegre ferre, evitare.

2. Quilibet autem eorum tantum accepit, quantum ventri implendo sufficit; at viro satietas vituperio est, quum eius socius esurit.

Vituperii praecipuam causam in eo videt, quod unus quisque eorum, quos modo nominaverat, tantum accepisset, ut et ipsi partem impertiri posset. Officium igitur liberalitatis erga socios exercendae neglexerant. conf. Meid. 11, 23. 19, 32. et 6, 126. In verbis

قد نل شبعا لبطنه magnum vituperium est, indicant enim, illos nonnisi suo commodo studere et officii honorisque conservandi rationem non habere. Prior autem versus pars, quae in proverbii consuetudinem venit (conf. Meid. T. III, 1459.), posteriore explicatur. Poeta vero, quamquam satietatem memoravit, dicere tamen vult, eos, quum desiderio suo satisfecissent et commodo suo inservissent, sociorum rationem non habere. Sunt, qui nullum discrimen inter voces شِبْع et شِبَع statuant, ut hoc in versu voce شِبْع pro شِبَع (satietas) usus sit. Verbum شبع autem de aliis rebus, quam de cibo adhibent; dicunt enim صبغ مشبع. Tinctura satiata i. e. in qua multum pigmenti est et تشبع الرجل vir superbus fuit. In scholii linea tertia منه بما بعده, ut in Mersukii codice, legendum est.

3. Et o patruelis mi! lente agas! temporis vicissitudini, quae futura est, me compara, nam tempori res admirandae multae sunt!

Patruelem haud prudenter agere dicit, quod ipsum neglexerit, se enim esse talem, qui ipsi auxilio futurus sit, si temporis vicissitudines et ipsum adfligerent; fieri enim posse, ut temporis vicissitudines eum cogant ad eum confugere, quo nunc carere possit. Verbis quamquam sibi propensum reddere studet Mohallebum, tamen minas quodammodo adiunxit. Loco vocis نوبة vox نبوة et loco vocis تنوب vox تلم tanquam alter legendi modus adscriptus est; sed minus placet. Grammaticus Alazmäih appellatus vocem مهلا compositam esse vult ex مه et لا, ut vox increpando inserviat; ego autem iis potissimum assentior, qui derivantes a radice مهل cum ea significationem »ne festines in agendo« coniungunt. Littera ى a voce عمى abiecta est, quia in invocando, ut Nunnatio abiicitur, sic littera ى, quae vocali Kesra indicatur, abiici potest. Verba فان الدهر etc. quoque p. 157 v. 1. leguntur. Sensus est: Tempus tam miras adfert res, ut nemo, ne potentissimus quidem, statum suum duraturum confidere possit. Vox جم, quae de rerum multitudine conf. p. ٩١٠ v. 4. adhibetur, vocis عجايبه praedicati locum occupat. Loco vocis عجايبه in Ebn-Challikani opere No. 826. legitur نوايبه.

4. Ego gladius sum, nisi quod gladius hebes fit; sed viri instar mei acies tibi nunquam hebes est.

Fortitudinem suam descripturus cum gladio se comparat conf. p. ٢٣١ v. 6.; tum vero se corrigens dicit, ego nòn omnino gladio similis sum; sed gladio melior; siquidem mea acies nunquam hebes fit. Simili modo Djerirus locutus est dicens: (metr. Thawil) وليس لسيفى في العظام بقية وللسيف اشوى وقعة من لسانيا Gladius meus omnia ossa dissecat et profecto! gladius ictu debilior meâ linguâ est. Quum Bosrus (Sic enim ab aliis viri nomen scribitur) b. Almoghirah cum Almohallebo in Chorasana versans praefecturam non acciperet, dixit inter alia: (metr. Camel) Quid boni terrae est, in qua neque opibus neque merito neque stipendio potiris? O Moghirahe! Num tu mecum pacem facies, nam odia somnum impediunt? Num selectam partem eius, quod contigisti, alii tribuisti, dum tu tempus nos mordere vides? Tum vero dixit versus Hamasae: Princeps in me iniustus fuit etc. His auditis Almoghirahus ei donum dedit et eius causa cum Almohallebo locutus est, ut praefecturam acciperet. Post hunc versum in libro Ebn-Challikani l. c. quintus sequitur versus: على اى باب ابتغى الاذن

بعد ما حجبت عن الباب الذى انا حاجبه »Ad quamnam portam introitus veniam petam, posteaquam a porta, cuius custos sum, removebar?«

LXXV.

Dixit quidam familiae Ahbd-Schams, quae ad gentem Fakahs (quae pars gentis Banu-Asad erat) pertinet[1].

1. O vos duo vehentes, simul proficiscentes, genti Sinbis dicite, ne versus amplius dicat!

(p. 130.) Ex more Arabum poeta duas personas initio carminis alloquitur, ut nuntium perferant conf. p. ١٣١ et ١٨٩ v. 1. Est autem monitum, ne amplius versibus satyricis eum laedant. Monito isto prolato se ipsum supra illos extollit, dum illos gloria, quam de se in versibus praedicent haud dignos esse, se autem vituperium, quo in ipsum invehantur, haud mereri, declarat. Vox راكب omnes vehentes eo excepto, qui equo vehitur, designat. Pluralis irregularis ركبان et ركب est; in iis, qui navi vehuntur, nonnisi plurali ركاب utuntur. Sinbis familiae nomen est ad gentem Thai pertinentis. Verba فلتقطف قوافيها varium interpretandi modum patiuntur. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, Abu-Rijaschi verba indicare, verbum قطف hoc in versu decerpendi in fructibus adhibitam significationem habere, ut voci قوافيها casus accusativi sit. Hunc autem interpretandi modum, qui pulcher sit, duplicem sensum adferre, quorum unus sit, vocem قطف decerpere idem significare quam vocem قطع abrumpere. Hortatur poeta, ut versuum finis fiat, quum inter utramque gentem bellum sit maius, quam quod versus satyrici componantur. Alter a Namarita sensus expositus postulat, ut ratio verborum sit: »Decerpe quod plantasti et ede, o venator, carnem praedae tuae captae!« i. e. si malum iis inferimus, id fructus loco est, quem versus in nos dicti tulerunt. Hic sensus vehementer placet; sed sequens versus indicat, ipsos iis facta nondum pensasse. Nil quoque impedit, quominus verbo قطف (cum nomine actionis قطاف) significatio arcto gressu incedendi tribuatur, ut voci قوافيها nominativus casus sit. Comparavit igitur versus cum iumentis. Comparatione igitur instituta monet, ut gressus contineant et parum tantum verborum proferant. Proverbio dixerunt (conf. Meid. C. 23, 27.): Profecto efficiam, ut parvos gressus faciens celeriter incedentem attingat!« Quod si vox تقطف cum vocali Dhamma litterae ت, qui modus enunciandi bonus est, enunciatur, vox قوافيها accusativum casum habet, ut sensus sit: »gens efficiat, ut versus sui parvos gressus faciant.« Qui voci قوافيها subiecti locum tribuit et verbum »parvos gressus facere« significare dicit, ei litteram ط in verbo tam cum vocali Kesra quam Dhamma enunciare licet. Qui vero decerpendi significationem verbo tribuit, is vocalem Kesra adhibeat necesse est. Vox قطف decerptos fructus designat.

2. Ego vir sum animam suam honorans et cunctans, ne eam (gentem) contumeliis petam, ut ei factis rependam.

Se talem describit, qui illi similem agendi rationem non sequatur, ut contumelias

---

1) In margine codicis Tebrisii verba بعض بنى سنبس tanquam alter legendi modus adscripta sunt.

in hostes dicat. Se factis tantum rependere. In hoc igitur et hostium vituperium et poetae laus est. Particulae حتى cum verbo coniunctae duplex significatio est; aut donec aut ut significat (conf. Gram. Ar. T. I. p. 479.). Versus igitur sensus esse potest: Contumelias in eam non dico, donec ei rependam i. e. Se primum factis eis repensurum esse, ut se praevalere ostendat, tum vero contumelias dicturum. Magis vero alter sensus constituendi modus placet, quo poeta contumelias sua persona indignas declarat, ut nonnisi factis in rependendo operam daturus sit.

3. Quum eos (equos) ex vallis flexibus prodeuntes conspexissent, dum et eorum equites et ipsi dispersos pectineque non comtos habebant capillos;

Hic versus intime cum sequente cohaeret. Rem gestam describit, qua probet, hostes, ipsis advenientibus, fugam cepisse. Pronomen ها in voce راوها, ad equos (خيل) refertur, quae vox, quum non praecesserit, ex verborum sensu cognoscenda est (conf. Gram. Ar. T. II. p. 452.). Cogitare quoque possumus, in versibus ab Abu-Tammamo omissis equorum mentionem factam esse. Nomen الاجزاع est loco verborum اجزاع الوادى, quibus latera vallis significantur conf. Ham. ٩٤٧ l. 8. Verba autem شعثا فوارسها sunt pro وفوارسها شعث (conf. Gram. Arab. T. II, 201. 276.). Voci شعث in scholio pulvere inquinatorum significatio tribuitur (conf. p. ٤٩٩ v. 5.). Haec significatio ob vocem فوارسها convenit, aliter enim dispersi et pectine in ordinem non dispositi significatio, quae cum radice cohaeret, voci danda fuit.

4. Ibi ad summa montium cacumina confugerunt scientes, se noctu mandato seductoris sui satisfecisse.

Hostes cognoscentes, se advenientibus impares esse et male egisse mandatum ducis sui sequentes, ut ab iis securi essent, ad montium cacumina confugerunt. Pluralis اشعاف, quem scholion a voce شعفة derivandum dicit, potius a singulari شعف, qui collectivi significationem habet, originem duxit. Vox autem et montis cacumen et omnis rei superiorem partem designat, ut شعفة القلب »pars unde cor suspensum est,« dicatur. Particula هنالك et de tempore et de loco adhiberi potest, ut verti possit, tum temporis. Littera ل particulae, ut vis significationis augeretur, addita est, ita ut in particula هنالك remotionis significatio maiorem vim habeat, quam in particula هناك. Idem quoque in voce ذلك et ذاك observatur. Particula ان ex انّ orta est, ut sit pro انها. Rem autem, quae nimis festinanter acta et non bene disposita est, appellant talem, quae noctu disposita sit (بيت بليل). (Sic ex Mersukii opere scholion l. 5. pro قدر بليل legendum est. Nam si verba قدر بليل retinemus, locus Corani citatus aptus non est. In Mersukii loco pro لم يعمل legitur يعمل; sed hoc sensui repugnare videtur). Sic in Corani loco Sur. 4, 83. »Pars eorum noctu invenit aliud, quam id, quod dicit.« Hic a Mersukio adlatus interpretandi modus est. Abu-Hilalus hunc sensum profert: Obsecuti sunt mandato, quod in errorem eos ducens noctu disposuerat. Noctu autem eum mandatum disposuisse, ut eo solo occupatus summa vi adhibita firmum id redderet. Idem quoque Corani locum sententiae suae probandae causa adnotavit. Rijaschita autem (i. e. Abu-Rijasch) dixit, poetam satyram, quam ad eos misisset, cum (**p. 131.**) equitatu comparasse; eum autem diu patientia adhibita satyra eos perstrinxisse.

LXXVI.

Alius filium quendam suum significans dixit.

1. Ne, (o mulier!) Hondodjum vituperes, nam Hondodjus et leo loci Ihfirrin apud me aequales sunt.

Alloquitur poeta uxorem, quae filium alia matre genitum parvi haberet, interdicens, ne eum vituperet, quum apud se in summo honore sit. Grammaticus Abu-l'Ahla nomen Hondodj'a parvo arenae cumulo derivatum putat. Pluralem حناديج parvos camelos designare. Verba ليث عفرين pluribus modis adhibent, quorum modus verbis versus simillimus in verbis, quibus Arabes utuntur, invenitur: Homo viginti annos natus feminas petit, triginta annos natus videntium perspicacissimus, quadraginta annos natus fortissimus fortium, quinquaginta annos natus, leo Ihfirrin (ليث عفرين) est. Sensus igitur est: Hondodjus etsi puer, tamen apud me vir prudentia perfecta et experientia praeditus est, siquidem virum quinquaginta annos natum talem describant. Poeta Sohaim b. Watsil dixit [1]: (metr. Wafir) Vir quinquaginta annos natus summo robore praeditus sum, quem me rerum vices experientiam docuerunt. Virum autem quinquaginta annos natum leonem Ihfirrin appellarunt, quod in proverbio est. Fortior quam leo Ihfirrin (conf. Meid. C. 13, 121.). Haecce grammaticus Alazmäih aliique retulerunt. Contendit autem, verbis ليث عفرين animalculum significari, quod cum vehente pugnet cauda percutiens et se ei obiiciens. Grammaticus Abu-Ahmru Schaibanita dicit, verba leonem designare. Alii autem dixerunt, verba animalculum significare, quod apud murum terram colligat et homini obviam, quem senserit, terram spargat. Sunt, qui dicant, Ihfirrin loci nomen esse, proverbium autem alteri: fortior quam leo loci Chaffan (conf. Meid. T. III, 1471.) simile. Nil quoque obstat, quin عفرين pluralis vocis عفر sit, qua voce leo significetur, siquidem leo adversarium in pulverem (عفر) proiiciat. Hoc admisso loquendi modus similis est alteri: اسد اسد et ليث ليوث leo leonum. In versu vox عفرين cum Nunnatione effertur, quasi pluralis forma non sit; sed Nunnationem ut in voce مسكين acceperit. Vox autem tanquam indeclinabilis in bona poesi adhibita est. Recitant versus poetae Ahmrui b. Kamiah [2]) appellati (metr. Basith B, a. conf. libr. meum p. 192.) Poculum est regnum ei, qui id adhibet, et regnum eius parvum et magnum est. Eius potus matutinus est, qui me leonem loci Ihfirrin reddit et opes multae sunt [3]). Voci عفرين autem duplex ratio esse potest, ut forma similis voci مسكين modo declinabilis sit modo indeclinabilis tanquam loci nomen aut pluralis sit, dum littera ن litterae ن in voce مسلمين in hoc versu similis reddita sit; interdum enim id facere solent [4]). Sic in versu, quem Dsu-l'Azbaho Ahdwanitae tribuunt:

---

1) Ohtsmani et seriore tempore vivens conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 315. Tempore Ferasdaki princeps gentis Banu-Bijah et tempore imperii Ahlii conf. Ebn-Challik. No. 788.

2) Ahmru b. Kamiah b. Sahd b. Malec poetis excellentibus ante Islamum adnumeratur. Primus fuisse dicitur, qui e gente Nisar carmina diceret ante Amru l'Kaisum. Amru-l'Kaisus, quem ad imperatorem Graecum iturum in via invenerat, eum secum duxit; sed itinere diem obiit. Qui quum in terra peregrina mortuus esset, عمرو الضايع cognominatus est. Cit. Alaghan.

3) Sensus est: Vinum nos exhilarat, ut reges nobis videamur, tum potus matutinus nos fortes reddit et efficit, ut nobis opulenti videamur liberalitatem exercentes.

4) Dicere vult, interdum vocalem Fatham litterae Nun in hisce formis in vocalem Kesra mutari. Hanc rem

(metr. Basith) Ego sum difficilis, difficilis, familiam suam defendens, et filius difficilis, difficilis ex difficilibus. Vox ابيين Abijjini enuncianda est. In proverbii verbis ليث عفرين littera Nun nonnisi cum vocali Fatha effertur. Sunt denique, qui dicant, verba ليث عفرين animalculum muscas insiliendo venans designare, quocum vir dolo et astutia praeditus comparatus sit. Caeterum vox ليث عفرين tam in laude, quam in vituperio adhibetur. Foedus et ingratus عفر, عفرية et عفرنا appellatur. Leo quoque عفر et عفرنا appellatur. Vox سواء formâ proprie nomen actionis esse grammatici dicunt.

2. Ab eius matre diebus, quibus a menstruis libera erat, moechos retinui et nonnulli viri arrogantes quisquiliae sunt.

Ex versus huiusce verbis concludi posse videtur, uxorem filio obiecisse, quod spurius sit. Hanc rem poeta refellit dicens, se a matre eius sc. serva omnes moechos retinuisse. Qui vero, se rem cum eius matre habuisse, sibi arroget, ei fidem habendam non esse. Dierum, quibus mulier a menstruis libera erat, mentionem fecit, quia menstruis laborantes in secessu vivebant, ut viris ad eas adeundi facultas non esset. Fieri potest, ut poeta idem exprimere voluerit, quod Amru-l'Kaisus verbis: (metr. Thawil) Uxorem meam custodio, ne cum ea caelebs suspectus habeatur (conf. Diwan Amru-l'Kaisi edit. ill. de Slane p. ٢٠). Namarita autem verbis hunc sensum tribuit. Ante matrimonium eam e domo generosa, nobili castaque elegi, ut hic quasi custodiendi modus esset. Abu-Mohammedes Alahrabi **(p. 132.)** ex more suo proverbium (Meid. C. 5, 140.). »Vias, per quas in vallem (In Meidan. تغانين est, quod rectius videtur) intrandum est, Nohmanus ignorat« adferens dixit: poetam describentem servae filium dicere, se eam dimisisse non liberam, ut iret, quo vellet, quemadmodum in servis fieri solet; sed eam filium haud spurium peperisse. Veram esse sententiam, ea, quae ad versus illustrandos adlata sint, ostendere. Abu-l'Nedam autem ipsi sic dictasse: Virum e familia Djanab ad gentem Balkain pertinente filium habuisse nomine Sajjar, e filia patrui natum et alterum e serva Domlodj appellatum. Quem quum uxor erga Domlodjum benigne quodammodo agentem videret, irata eum vituperavit. Hanc ob causam virum hosce versus recitasse: »Num propter Domlodjum me vituperat? Domlodji et Sajjari societas apud me aequalis est. Amantes a matre eius tempore, quo menstruis libera erat, retinui, dum quidam viri arrogantes se cum ea scortatos esse dicunt«. Vox المدّعى virum designat, qui quum rem cum serva gentis suae habuerit, filium, quem peperit, suum esse dicit, quamquam eum emit aut dono accepit. Ante verba بعض الرجال supplendum est: دعاوى »res, quas de se praedicat.« In Mersukii codice loco vocis غثاء legitur جفاء. Hanc vocem explicaturus scholiastes noster eam partes designare dicit, quas olla bulliendo ejiciat. Legitur in Corano Sur. 13, 18. »Quod ad spumam attinet, ea eiecta abit.« Et verbum جفأ adhibetur. Verborum sensus est: Quidam viri instar

---

probare videtur in versu voce ابيين. Beatus De Sacyus verba adscripsit, quae eum locum aliter intellexisse probant. Verba loquendi modum spectare ei videntur, quo Arabes modo ليث لبوث modo ليث من ليوث dixerint; sed, num rectum hoc sit, dubito.

spumae pro nihilo habentur, dum alii hunc verbis sensum tribuunt: Quidam filii patribus, quibus tribuuntur, non sunt, sed spumae et quisquiliis similes sunt.

3. Genuit eum longis digitis praeditum, ut eius vitta in capite inter viros vexillum esset.

Eum statura procerum describit, ut capite super alios emineret. Statura longa Arabibus laudi est conf. Ham. ٥٣٥ v. 5. Sic Moslimus (De hoc poeta confer. Ham. p. ۴۳۸ adn.) dixit: (metr. Thawil) Erectus stat statura instar lanceae Rodainiticae et omnis balteus gladii longus ei nimis brevis est. Duo tempora filii descripsit, unum infantiae alterum adolescentiae. Vox سبط proprie in crinibus haud crispis adhibetur. Digiti quum longi sunt aliis quoque rebus longis significandis inservire possunt. In longis digitis pueri recens nati indicium est staturae longae in viro. Pro voce البنان Mersukius العظام ossa habet, quod minus probo. Posterior autem versus pars non arcte cum priore cohaeret, nam sine dubio aliud tempus viri describit. Ellipsis autem talis statuenda est: Vir factus talis erit, ut eius vitta inter viros vexillum videatur i. e. super capita eorum emineat. Diverso quidem modo eundem sensum alius expressit dicens: (metr. Thawil) يكاد يساوى غارب الفحل غاربه Parum abest, quin eius dorsum cameli admissarii gibbus (eminens) sit.

LXXVII.
Dixit alius quidam.

Abu-Rijaschus versus Abu-l'Schaghbo Ahbsitae[1]; Abu-Ohbaidahus autem Alakraho, filio Moahdsi Koschairitae adscripsit.

1. Ribathum vidi, quum eius iuventus perfecta esset et mea iuventus iam abiret, in pietate erga suos vituperio haud dignum.

Hoc in versu, qui in Mersukii opere non legitur, filium suum laudat. Verbis ليس فى بره عتب varium sensum tribuerunt. Nonnulli in amore eius in suos nil pravi et corrupti esse dixerunt. Abu-Hilalus autem, eum amore in suos beneficum non esse[2]), ut hanc ob causam vituperetur. Significare quoque possunt verba, eum pietate totam familiam suam amplecti, ut nemo eum vituperet, aut eum omnibus erga patrem officiis satisfacere, ut nullo vituperio dignus sit.

2. Quum aliorum filii dolore adficiunt, tu es licitum dulce et frigidum dulce.

Comparat aliorum filios cum suo dicens, filium suum, dum aliorum filii inobedientia malum suis intulerint, ipsum gaudio adfecisse. Vox حزازة a secando dolorem internum vehementem significat, dum ob tristitiam et magnum moerorem viscera quasi dissecari putantur (conf. Ham. p. ٦١٩ l. 2.). Ante vocem حزازة autem vox اسباب causae (doloris) supplenda est. Nec vero silentio praetermittendum est, in Mersukii opere حزارة legi et nescio, num rectus ille scribendi modus an vitiosus sit. Qui si rectus est, vox posteriori حلو et عذب

1) Tempore Heschami b. Ahbd-Almalec vixit, quo Iosephus b. Ohmar Tsakefita, qui antea provinciae Iemen praefuerat, Iracae provinciam obtinuit. Ebn-Challikanus أبو الشعب sine puncto No. 212. p. ٦ habet.

2) Sensus videtur, eum amorem suum non omnibus ostendere; sed iis tantum quibus debeatur.

opposita accidi saporis conditionem significare potest, ut aliorum filios cum acido lacte comparasse videatur. Alter quoque legendi حرارة fervor modus in margine Mersukii adnotatus reperitur. Haec vox alteri البارد opposita est. In scholio, ni fallor, vocibus الحلال الحلو significatio mellis tribuitur, nec vero dubito, quin iisdem aut lactis dulcis aut vini dactylorum significatio esse possit. Verbis البارد العذب aqua frigida dulcis, quae opposita est salsae amaraeque, significatur. Utraque res omnibus grata est.

3. Nobis unum eius latus facile est et alterum latus, quum hostes eum petunt, prohibitum, durum.

Sed ne quis eum debilem et hanc ob causam erga omnes bonum esse, putet, **(p. 135.)** talem eum describit, qui non eundem se praebeat amicis inimicisque. Non eundem loquendi modum in posteriore versus parte quam in priore retinuit poeta, dicendum enim fuit وللاعداء جانب منه اذا راموه. Voces دمث et دميث de loco arenoso et molli in hominis naturam translatae sunt (conf. Harir. p. ٣٠). Verbi secunda forma in proverbio (Meidan. C. 8, 11.) »Ante noctem lateri tuo locum cubando mollem para!« occurrit. Simili quo in versu modo هو لين الجانب et هو شديد الجانب dicunt. Lateris in loquendo mentionem faciunt, quod a latere hostem petimus et hostis latus suum contra nos defendit. Mersukius adnotavit, legi quoque متلفة صعب, quod minus probo.

4. In actionibus generosis alacritate movetur, quemadmodum ramus mollis vento calido movetur.

Teneros animi adfectus in viro descripturus eum cum ramo tenero, qui leni vento movetur, comparat. Ut ille ramus leni vento statim movetur, sic vir, quum generositas exercenda est, alacritate commotus ad opus faciendum accedit. Vox هزة proprie motum designans in alacritatem et motum animi transfertur, quo homo tremit. Talem motum significari ex eo elucet, quod cum motu teneri rami comparatur, super quem calidus ventus transit. Vox البارح ventum calidum designat, qui tempore aestatis e regione Arabiae felicis flat. Nomen venti derivatum dicunt a voce برح, qua res gravis, admiranda significatur. Sic in proverbio Meid. C. 2, 70. »O filia infortunii (calamitas), malum tuum super capite tuo sit!« Abu-Hilalus dixit, vocem ex Persico بيره ortam in linguam Arabicam translatam esse. Dixit poeta: (metr. Thawil) »Salma (mulier), per Deum, res pretiosissima, sed malum eam in matrimonium ducenti est; et quum vidissem parthenium flores emittens et non vidissem arborem Tannum domus meae memini. Hosce versus vir, qui feminam pulchram quidem, sed canos crines habentem in matrimonium duxerat, dixit. Habuit autem praeter illam uxorem iuvencam. Dixit, quum crinem canum eius similem flori parthenii vidissem et non vidissem arborem Tannum, qua crinem nigrum significare vult, quippe cui arbori nigredo tribuatur. Tannum esse cannabini plantam alii dicunt. Se domum suam recordari dicit, quod in ea uxor iuvenca sit. Venti بارح hoc in versu mentionem fecit, propterea quod aestate flat, quo tempore ramus denuo nascens tenerior est quam hieme.

LXXVIII.
Alius quidam dixit.

Sunt, qui versus Ahbd-Alzamado b. Almoahdsdsal[1]) aut Hosaino b. Mothair (conf. Ham. ٣٢٥) tribuant.

1) Poeta disertus tempore Abbbasidarum, cognomen Abu-l'Kasem gerens, matre serva Alsarka appellata utens

1. Discessi (ab amicis), ut absentiam non amplius curarem et si vicini mihi honorati abirent.

Pro verbis من النوى legitur quoque من انتوى »qui discederet.« Discedendi enim significatio hoc in versu formae octavae tribuenda est. Legitur quoque حتى ما احن من النوى »ut propter absentiam desiderio non adficiar. Post verbum فارقت obiectum (amicos) omissum est. Quod verbum quum tam multum quam paucum discessum significare possit, vocem حتى sensus accuratius definiendi causa cum eo coniunxit i. e. Una vice post alteram discessi, ita ut vel donec ob consuetudinem discedendi absentiam non amplius curarem.

2. Ita factum est, ut anima mea absentiam patienter ferat; et oculi mei amicis absentibus dormiebant.

Sententiam prioris versus magis exornat. Verbum جعلت initium conditionis indicat, quapropter obiectum non habet. Verbum طوى convolvendi, complicandi significationem habet. Anima igitur tanquam vestis super absentiam complicatur, ut non appareat, quo loquendi modo significant, quendam patientia usum rem ferre et in animo abscondere, ut eius vis in tristitia vultus non appareat. Eodem modo dicunt طوى احشاءه عليه (conf. Harir. p. ٥٥٩ schol. infr.). Magna autem tristitia adfectus quum somno privetur, se ipsum, qui ob dilectorum absentiam tristis non sit, somnum capere dicit. Somnus qui oculis clausis apparet, ipsi oculo tribuitur. Duae autem sunt causae, cur quis ob calamitatem tristitia non adficiatur, una in eo posita, quod calamitatis consuetudinem nactus sit. Haec proverbio exprimitur (conf. Meid. C. 15, 26.) »Pecora morte amisit, ita ut de calamitate non queratur.« Altera causa in eo cernitur, quod quum quis calamitatem exspectaret, ea inopinato non superveniat. Sic, quum ex Ohmaro b. Ahbd-Alahsis quaereretur, cur ob calamitatem incidentem moerorem non conciperet, dixit, se rem exspectasse. In codice Tebrisii voci الحبيب vox الصديق (tanquam alter legendi modus) superscripta est.

LXXIX.
Alius quidam dixit.

Grammaticus Abu-l'Ahla Moarredjo Sadusitae versus tribuit. Huius cognomen Abu-Faid erat. Nomen a verbo ارج (bono odore rem imbuit), cuius adiectivum أرج et اريج est. Verbum quoque significationem accendere bellum habet. Inde vir e gente Ihdjl cognomen Moarredj accepit, qui bellum accendisset. Vocem فيد folia croci designare dicunt.

(p. 136.) *1. Abitu amicorum territus sum, ut non amplius eo terrear et calamitatibus, quibus in familia mea vicinisque adficiebar.*

Poeta dicit, se calamitatibus variis saepe repetitis adsuetum non amplius inde terrorem concipere. Sed ex versu sequente videmus, poetam nonnisi calamitates spectasse ex hominum dilectorum abitu, morte aut aversione ortas. Verba autem وبالمصايب etc. cum voce بالبين coniungenda sunt, nam sensus verborum حتى ما يراع له ad illa quoque pertinet. Pro وجيراني in codice Mersukii واخواني et fratribus meis legimus.

Bazrae natus et educatus erat. In satyra foedo sermone utebatur. Fratrem habuit Ahmedem appellatum, poetam, virum castum, probum, inter Mohtaselitas dignitate pollentem et in oppido suo et apud principem honoratum. Hunc Ahbd-Alzamadus invidia satyraque persequebatur. Quum incolae Bazrae nostrum evitarent, inde Bagdadum et in oppidum Sorra-mau-raah migravit. Cit. Alaghan.

2. Tempus nullum dilectum mihi reliquit, cui vehementer deditus eram, quem aut absentiâ aut aversione non eripuerit.

Haec versus antecedentis verba accuratius explicant. Vox علق proprie res, a qua nos separare non possumus, in homines translata est. In scholii prima linea cum Mersukio فاستأثر به potius legendum puto. Ad sensum vèrsus verba, quae Alraschido adscribuntur, prope accedunt: (Metr. Wafir) Video, omnem rem, quam amore amplector, perire. Narrant Ismäihlem b. Ishak Alasrak Medinensem, cui scurrae munus esset, Alraschidum redeuntem ex funeris Dhajahae comitatu, puellae ipsi dilectae, interrogasse, cur tanto moerore adficeretur et respondenti: annon videat, omnes, quos in amore habeat, morte abripi? dixisse: me igitur ama, ut moriar. Alraschidum tum dicentem, amorem rem non esse, quam adducere homo possit, eum vero advenire causis excitatum, alterum rogasse, ut saltem diceret: te amo! Quod quum Alraschidus fecisset, illum febri abreptum esse, ut Alraschidus iterum lugeret.

LXXX.
Dixit Thofail Ghanawita.

1. Ego amicorum absentiam haud aegre fero, propterea quod olim benignorum vicinorum abitu adflictus eram.

Adsuefactus amicorum abitui non amplius inde moerorem se concipere dicit. Voci البين aut accusativus casus, ut obiectum vocis antecedentis sit, aut genitivus, ut cum praecedente coniungatur, tribui potest. Verba بذى لطف الجيران sunt pro بلطيف الجيران et sic in scholiis l. 2. legendum est.

2. Necesse enim erat, ab omni vivo, quocum societatem iniissem, separer. Quilibet mecum familiariter vivens, quum mihi honoratus est, a me separatur.

In eo solatium invenit, quod res in hominibus non aliter fieri possit. Verbo صدع ut بين scindendi et tum separandi significatio est.

3. Clientis autem, qui mihi neque prodest neque nocet, abitu delector.

Hic versus in Mersukii opere desideratur. Dilectorum abitum quum patienter feramus, quid est, quod eorum abitum, qui nobis neque prosint neque noceant, non delectemur. Huic similis ratio in verbis poetae est: (metr. Thawil) Quo oculum meum converto neminem mihi dilectum conspicio, at in domo multi sunt, quos non amem.

LXXXI.
Dixit Alräih.

Cognomen inde accepit, quod in carminibus camelorum frequenter mentionem faceret et eorum maxime gnarus esset. Nomen gerebat Ohbaid b. Hozain b. Djandal b. Kathan b. Rabiah b. Ahbd-Allah b. Alharets b. Nomair. Primoribus gentis suae adnumerabatur. Vixit tempore Djeriri et Ahbd-Almalici b. Merwan conf. Meid. T. III. Append.

1. Vicini per aliquod tempus me duxerunt et ego eos duxi; tum ab iis separatus sum, ut cameli mei desiderio non adficerentur.

Se cum vicinis per aliquod tempus vixisse, ut ab iis non separaretur, tum vero una vice post alteram ab iis se discessisse, ut ipsi cameli discessui adsuefierent. Qui alterum ducit aut ab altero ducitur, ab eo se non separat. Verba versus igitur significant, poetam per aliquod tempus semper cum iis versatum esse. Poeta quum in carminibus suis camelorum multam mentionem faceret, camelis ipsis, id quod animae tribuendum fuit, desiderium tribuit. Cameli autem ad locum adsuefacti inde discessum aegre ferunt et desiderio pleni et minime patientes furibundorum instar vagantur; sed quum saepius inde abscedunt, discessui adsuefiunt et per longum temporis spatium inde remoti eius obliviscuntur. Camelis desiderium poetae saepe tribuerunt conf. Ham. p. ١۴٩ v. 1. 2. Littera ا in voce جماليا et versu sequente ماليا nonnisi ob homoioteleuton addita est. A rei metricae peritis حرف الاطلاق appellatur (conf. libr. meum p. 310.).

(p. 137.) *2. Spes mea in te posita effecit, ut fratrum meorum haud reminiscerer et opes tuae effecerunt, ut opum mearum in loco Wahbin obliviscerer.*

Aliam causam, cur suorum oblivisceretur, adduxit. Iter fecisse videtur ad generosum quendam, in quo summam spem posuerat, fore ut dona pulchra ab eo acciperet. Haec igitur spes eum in oblivionem adduxit. Abu-Hilalus dixit, versum verbis poetae similem esse dicentis: (metr. Wafir) Effudit aquam et vaporem meridianum[1]) secutus est. Vox Wahbina loci nomen (conf. Kamus) est in regione Aldahna siti. Habet formam genitivi pluralis, ut in omnibus casibus mutationi haud obnoxia sit. Licet quoque admittere vocem duos casus habere, ut nominativus Wahbino[2]) sit.

LXXXII.

Alius quidam dixit.

1. Quotiescunque gladii nostri die, quo multum sanguinis effunditur, matutinum potum sumunt,

2. Manus interiores quasi suggestus sunt et regum capita eorum vaginae.

In hisce versibus fortitudinem suorum laudat. Gladii multum sanguinem effundunt; non debilium sed fortium regumque. Legitur quoque تُصْبِحُ, ut passivum primae formae sit »porrigitur gladiis potus matutinus.« Huius legendi modi ratione habita pro لنسقى (schol. l. 2.) cum Mersukio لتسقى legendum puto. Quod si vero legendi modus activi quartae recipitur, verbum praedicatum suum in posteriore versu habet. Gladii tanquam personae potum matutinum sumere dicuntur, quum matutino tempore stragem in hostes edunt. Gladii carnem edere dicuntur Ham. p. ٣٨١ v. 3. Lanceae quoque bibere dicuntur conf. p. ٨٠ v. 4. p. ٢٧٥ v. 3. conf. p. ١٩۴ v. 4. Quum verbum سفك praecipue in sanguine adhibeatur, يوم سفوك dies est, qui

1) Vapor meridianus speciem aquae offert et adeuntes fallit. Est igitur Abu-Hilali sententia, spem illam haud certam fuisse.

2) In Mersukii margine lego وهبين موضع بالدهناء كانه جمع وهب. De Sacyus in codice suo habet هذه وهبون, ut nominativus Wahbun esse possit.

multum effundit sc. sanguinem. Diei autem tributum est, quod hominibus convenit. Sic dicitur نهاره صايم »eius dies ieiunans est.« Comparandi modum in priore posterioris versus parte magis extendit. Gladios mandata dare dicit, ut manus, quibus teneantur, iis suggestus loco sint, e quo orationem habeant et hostes adhortentur. Gladium loqui vidimus Ham. p. ٨٠ v. 3. In posteriore parte hunc comparandi modum relinquens, capita regum istis gladiis vaginarum loco esse dixit. Similis ratio verbis poetae est: (metr. Wafir) يكون جفيرها البطل النجيد Earum (sagittarum) pharetra est strenuus, fortis i. e. pharetrae loco. Significare vult, gladios percutiendis capitibus regum semper occupatos esse. Capitum autem mentionem fecit significaturus, reges occidi. Simili modo poeta Ham. p. ١٩٥ v. 1. gloriatus est.

LXXXIII.

Alius quidam dixit[1]).

1. Ne anima desiderio, quo familiae et habitaculi impleta est, te impediat, quominus commoda vita in tranquillitate fruaris!

2. Ubicunque terrarum, quas habitas, familiam loco familiae vicinosque loco vicinorum invenies.

Monet, ne quis ob desiderium familiae absentis commoda vita in aliena terra minus fruatur. Ubi enim terrarum versetur, rerum, quibus careat, loca alia iis succedentia eum inventurum esse, quibus iactura reparari possit. Videtur igitur hortari, ut, si quis paupertate prematur, in alienas terras proficiscatur, suorum desiderio non retentus. Scholion alterum legendi modum نزاع نفس praeferendum putat, quippe vox نزوع a re desistendi; vox نزاع autem desiderii significationem habeat, etsi unam vocem pro altera poni licitum sit. Primaria verbi نزع trahendi significatio videtur. Inde ناقة نازع et نزوع dicitur (camela, quae desiderio loci relicti quasi retrahitur), quocum verbum انزع cohaeret (tales camelos habuit). Cum hoc quoque cohaeret خرج نازع اليد (obedientiam exuit). In posteriore versu alter legendi modus est: تلقى بكل بلاد انت ساكنها »In omni terra, quam habitas, invenies.« Versus autem solatii causa dictus est. Tebrisius causam, cur Abu-Tammamus tales versus in primo capite exceperit, in eo videt, quod a duro animo profecti in patria relicta non minorem patientiam animique constantiam, quam in caede declarent. Nonne in Corani loco (Sur. 4, 69.) legimus: »Si nos illis praescripsissemus, ut se ipsos occiderent aut e domibus excederent, nonnisi pauci eorum id facturi essent.« Abu-Sardjus, quum Abu-Dolafo[2]) hosce versus recitasset, pessimos Arabum versus eos esse, illum dixisse narravit. Tebrisius hoc dictum esse vult, quod in amore patriae, in amore suorum et amicorum generosae naturae indicium et laudis causa sit. Hoc probaturus plurium virorum dicta adnotavit. Sapientes dixisse: **(p. 138.)** »Desiderium patriae, quo vir impletus sit, virtutis indiciis adnumerandum esse« Sapientis (Persici) Busurdjmihr[3]) tale effatum esse: »Prudentis indiciis accensendum est, quod pius

---

1) In opere Ebn-Challikani No. 10. hi duo versus Ibrahimo b. Alabbas Alzuli qui anno 243 diem obiit, adscribuntur.

2) Vir Alkasem b. Ihsa Ihdjlita appellatus, dux clarus Mamuni et Almohtahzemi erat. Anno 225 aut 226 Bagdadi diem obiit conf. Ebn-Chall. No. 549. Abulf. Ann. II, 152. 174. 685. Har. ٢٥٤ sch.

3) Regis Cosroïs Nuschirwani Vezirus fuisse putatur conf. Calila wa Dimnah p. ٣٣.

in fratres est, desiderio patriae impletus est et gentem aetatis suae benigne tractat.« Arabem quendam campestrem dixisse: »Ne ob terram queraris, in qua gens tua est et ne terram, in qua obstetrices tuae sunt, iniuste tractes!« Arabes dixisse: »Equus optimus est, qui flagellum maxime timet; callidissimus puer, qui scholae maxime iratus est; generosissima puella, quae maximo domus desiderio adfecta est; generosissimus equi pullus, qui maxime matri adhaeret; generosissimus homo, qui hominum consortio maxime deditus est.« Narrant, Chaledum b. Ahbd-Allah Kesritam [1]) anno sterili pane, polenta, dactylis triginta millia Arabum cibasse. Arabi campestri quum quidam consilium ad Chaledum accedendi dedisset, hic dixit: (metr. Thawil) Filius Hadjdjadji dicit: Ad iter faciendum paratus sis, neque fame moriaris; in oppido Harran canes se invicem adlatrant. Et iam camelis vehentes nuntiarunt, frumentum fractum, cui velit distribui et liba, quae voraces satient. Aquam Euphratis non cupivi et utrem (vini), cuius potus in te repentium formicarum motum excitat. Sed iuro, liba Chaledi non vendam pro regionis Nedjd odoribus, quamdiu eius terra manet, quum in loco Ahrmatain et Zarah ventis plantae Chosama moventur, quando eius ampla loca madida sunt [2]).

LXXXIV.

Quidam gentis Banu-Asad dixit.

Sunt, qui Ahbd-Alahsiso b. Sorarah versus adscribant.

1. Si ex eorum numero, quos tu novisti, non sum; ego tamen ad gentem generosam pertineo, ex eorum numero, quos tu ignoras.

Se contra mulierem ob ignobilem originem ipsum vituperantem defendit. Se, quamquam nobilibus parentibus natus non sit, internis animi dotibus et factis generosis, quae mulieri ignotae sint, gloriam honoremque sibi acquisivisse. Quomodo interpretanda sint verba ممن علمت, ex posteriore versus parte illis opposita videmus. Verba الى نسب ex verbo omisso انتمى pendent. Vox كريم ob rhythmum a voce نسب separata est.

2. Et si ego summa liberalitate ornatus non sum; ego tamen nocte tenebrosa ob commeatum contumeliis non adficior.

Mulier illa fortasse obiecerat, eum liberalitate clarum non esse. Contra hoc se defendit,

1) Chaled b. Ahbd-Allah b. Iasid b. Asad b. Cors (كرز). Asad b. Cors tempore ante Islamum gentis Badjilah princeps erat. Inter eos erat, qui ante Islamúm vinum interdicebant eo abstinentes, Asad b. Cors eiusque filius Iasid Islami tempus attingens Mohammedis religionem professi sunt et Iasidus pauca de propheta retulit. Pater nostri Ahbd-Allah apud Habibum b. Moslimah Fehritam scribae munus administrans tempore Ohtsmani cognomen خطيب الشيطان accepit et dignitate polluit. Ipso mortuo locum eius filius Chaledus occupavit, postea Ihracae praefecturam accepit. Dicunt eum, Sendicismo addictum, Christianos Magosque Mohammedanis praefecisse. Chaledus autem dignitate apud Heschamum pollens postea ob verba in oratione prolata ab irato Heschamo a provincia remotus et punitus est. Eius quoque filius Iasidus b. Chaled occisus est.

1) Chaledus igitur in oppido Harran pauperibus cibum distribuisse videtur. Poeta dixit, se vitam campestrem regionis Nedjd vitae commodae in oppido praeferre.

dicens, se re vera liberalem esse, et se hospitem nocte obscura advenientem a domo sua non repulisse, ut commeatui parceret. Verba كل الجواد significant virum summa liberalitate praeditum, ut omnes quasi liberalitatis partes in se contineat. Verba على الزاد cum voce شتيم cohaerent, quamquam cum voce praecedente غير modo, quem grammatici مضاف اليه appellant, connexa sunt (conf. Gram. Ar. T. II. 47.); id quod fieri potest, quoniam vox غير modum particulae لا, dum utraque vox negando inservit, sequitur, ut idem sit, ac si dixerit لا اشتم »contumeliis non adficior.« Tebrisius haec adnotavit, quoniam ex grammaticorum regulis nonnisi cum priore duorum sic coniunctorum verborum (المضاف); nec vero cum posteriore (المضاف اليه) huiusmodi antecedentia verba cohaerent. In loco autem nostro quum vox غير locum vocis لا teneat, vox شتيم grammaticis non مضاف اليه quodammodo videtur. Sic enim rem explicarunt, ut regulam suam tuerentur et hanc exceptionem excusarent. conf. p. ١٣٩ v. 1. In tertia scholii linea loco vocis لانها cum Mersukio لانهما lego, ut ad vocem غير et لا referatur. Sunt vero, qui in versu nostro voce شتيم »austerum vultu« significari dicant, ut sensus sit: Etsi non summam liberalitatem exerceo, hilari tamen vultu hospitem excipio. Abu-lAhla dixit, quamquam in exemplaribus significatio haec adnotata inveniretur, huic tamen loco eam aptam non esse. Sensum esse; poetam ab abeunte hospite, quem laute exceperit, laudari, ob avaritiam non vituperari. Poetam dixisse: (metr. Camel) Paupertas melior est, quam pernoctare, ubi ego pernoctavi, in regione meridionali Nachlae apud familiam Moahrici. Obtulerunt frustum rotundum panis hordeacei, ambustum, inter me et adolescentem eorum ossibus imminentibus a duobus interscapilii lateribus praeditum, genua flectentem ad latus mensae, cibo edendo buccellis iteratis adsuefactum. Voci شتيم foedo vultu praediti significationem datam esse, quod talis homo contumeliis adficeretur. Tebrisius autem putavit, in versu voci شتيم foedo vultu praediti significationem tribui posse, quum de viro turpiter agente et hanc ob causam vituperato اسود وجهه (nigra eius facies est) et contra ابيض وجهه (facies eius candida est) et بيض وجهه (candidam reddidit faciem suam) dicatur.

3. Etsi summa strenuitate praeditus non sum; ego tamen collorum capitumque percutiendorum bene guarus sum. **(p. 139.)**

Versui huic eadem quam secundo ratio est, nisi quod de strenuitate agat. Ut in antecedente versu verba على الزاد cum voce شتيم cohaerent, sic in hoc vox بضرب cum voce عليم. Huiusce rei excusandae causa, siquidem cum antecedente coniuncta vox (المضاف اليه) in aliam praecedentem vim habere non potest, ita ut cum ea cohaereat, dicunt, vocem حق, quum nil novi ad sensum constituendum adferens nonnisi vi vocis عليم augendae inserviat, locum nominis a grammaticis مضاف appellati non occupare. Poeta autem voces negligens nonnisi sensus, rationem habuit, ac si dixerit بضرب الطلى عليم جدا. Grammatici licitum esse volunt, dicere: انت زيدا غير ضارب, quod verba غير ضارب pro لا ضارب sint; illicitum autem esse انت زيدا مثل ضارب, quod مثل re vera nomen a grammaticis المضاف appellatum sit. Aliis vox طلا colla, aliis latera collorum significat cum singulari طلية et طلاوة. De Sacyus putavit, loco vocis

طلاوة legendum esse طلاة et huic adsentior; nam in Mersukii margine legimus, grammaticos Abu-Ahmru et Alferra dixisse, singularem طلاة esse, dum Alazmäihus formam طلية adnotaverit. Agnus طلى appellatus dicitur, quod in collo eius funis طلاء dictus alligatur.

LXXXV.
Dixit Ahmru b. Schas.

Nomen Schas ex adiectivo, elati et duri significationem habente, ortum est. Hic Schas, filius Abu-Bolajji, nomen habebat Ohbaid b. Tsahlebah b. Rowaibah etc. Poeta ante Islamum natus, senex grandaevus tempore Islami erat. Pugnae apud Kadesiam anno 15 interfuit. Uxor eius e gente sua oriunda filium ipsi e serva nigra natum obiicere solebat et eundem noxa adficere, quo factum est, ut et filius uxori noxam inferret. Quam agendi uxoris rationem pater versibus reprobavit.

1. Voluit (uxor) Ihrarum nihili pendere; at qui Ihrarum nihili pendere vult, is, per vitam meam! iniuste egit.

Uxorem vituperat, quod filium Ihrar ex serva ipsi natum deprimere et in contemtum ducere voluerit, quum is tali agendi ratione haud dignum se praebuerit. Verbum ارادت uxori voluntatem in agendo significat, quam voluntatem tanquam iniustam designat.

2. Si mei pars es aut meam societatem vis, ei instar butyri sis, cuius causa uter concinnatus est;

Uxori minatur et postulat, ut erga filium lenem in agendo se praebeat. Narrandi modum, quem in antecedente secutus erat, relinquens uxorem alloquitur. Duas res ponit; eam, quemadmodum uxorem deceat, aut cum ipso consentire aut non consentientem ipsius societatem cupere. Sive unum sive alterum sit, semper cum filio benigne agendum esse. Quam agendi rationem comparatione instituta descripsit. Ut butyrum, quod in utre bene concinnato conservatur, semper dulce est et gratum saporem habet, sic uxoris agendi ratio dulcis semper esse debet. Uter autem decocto e dactylis parato concinnabatur. Vox ادم a singulari اديم derivandus pluralis est, qui derivandi modus a forma فعال, فعيل et فعول raro invenitur.

3. Sin vero a pilento meo te separare cupis, instar lupae ei sis, per quam oves perduntur.

Versus cum priore cohaeret, ut tertium ponat esse uxoris desiderium ab ipso discedendi. Se eam repudio dimissuram esse minatur, si Ihraro infestissima sit. Hostes cum lupis comparantur conf. Ham. p. ١٣٠ v. 3. Sed nescio, num poeta ratione habita comparationis in antecedente versu uxoris agendi rationem recte cum lupi in oves grassandi modo ab omni parte recte contulerit, diversae enim sunt utriusque conditiones, diversae oves numero. Est igitur in singulis comparandi modus non urgendus. Lupus in proverbiis tanquam malignus Meid. 7, 125.; perfidus 7, 126. 12, 114. 19, 61.; iniustus 18, 21. describitur; lupa autem in propinquum crudelis est 18, 233. Vocem ضاعت له duplici modo interpretantur, ut verbo ضاع aut pereundi aut libere evadendi significatio sit. Posteriore significatione admissa

comparandi modus aptior videtur. Ut lupus, a quo pastore custodiente oves salvae evaserunt, furore maiore exardet, sic uxor, quae patre defendente filio nocere non potest, maiore ira incenditur.

4. Sin aliter, modo vehentis in camelo incede, qui cum molestia aquationem, quae quinto die fit, suscepit et in cuius itinere propinquum non est!

Initio versus ellipsis statuenda est, ut sensus sit: Si mihi obsequium praestas, bene erit, sin aliter (conf. Gram. Ar. T. II. p. 484.); celeriter et festimanter abi et in remotam a me terram transmigra! Sed melius hic versus cum secundo versu cohaeret, ut versuum ordo hic sit 1) ارادت 2) فان 3) والا 4) وان كنت 5) وان. Significaturus, ei in abitu festinandum esse, eius incedendi modum comparavit cum viri modo camelo vehentis, qui nonnisi quatuor dies sitim tolerare potest. Huic, ne camelus siti pereat, festinandum est, ut ad aquam die quinto perveniat. Aestatis tempore plures dies sitim cameli ferre non possunt et hanc ob causam haec sitis اشام الاظما »infelicissima sitis« appellatur. Hiemis tempore sunt cameli, qui usque ad decimum diem sitim tolerare possint, conf. Meid. C. 21, 123. Altera quoque causa, cur festinet, in eo cernitur, quod remotum locum petit. Viatoris camelus si siti perit, ipsi in medio itinere pereundum est. Scholion autem verba ليس في سيره امم verbis على غير قصد »recta via non incedit«, explicat. Quod si ita est, infeliciori ipsi magis festinandum est. Altera lectio est ليس في سيره يتم »in cuius incedendi modo socordia non cernitur.« Poeta autem verbis suis declaravit, se filium illum uxori praeferre. Abu-Mohammedes Alahrabi Namaritam refellens, qui vocem امم eandem significationem, quam قصد habere dixit, e more suo proverbium: Asinus periit excepto crepitu ventris (Meid. C. 26, 22.) adduxit et alterum legendi modum يتم probavit.

5. Si Ihrari autem natura aspera est, eam patienter feras, nam naturae indolibus ego non impero. **(p. 120.)**

Duas adducit res, quibus uxor agendi rationem apud maritum excusaverat, quarum una in asperitate Ihrari est. Maritus dixit, illam asperitatem naturae patienter ferendam esse, quum ipse filii asperam naturam abiicere non possit. Vox شكيمة hoc in versu animae vehementiam asperitatemque naturae significat. Is, qui durus animae est, شديد الشكيمة, qui durus linguae et facundus est, شديد المعارضة appellatur. Cum hoc significatio lupi fraeni cohaeret.

6. Et Ihrarus etsi candidus non est, ego tamen nigrum amo, perfecto humero praeditum.

Altera res, qua uxor se excusaverat, erat, quod filius ignobilis et fusco colore esset. Arabes album in homine colorem indicium nobilis generis putabant conf. Ham. p. ٦٨ v. 2. et ٧٢٥ v. 2. et cum hoc colore honorem coniunctum esse existimabant. Cum hoc loquendi modus ابيض وجهه »pulchre se gessit«, cohaeret, cui اسود وجهه contrarius est.

Ihrarus vir disertus et prudentia insignis, a Mohallebo b. Abi-Zofrah ad Hadjdjadjum quandam ob rem legatus missus erat. Qui quum apud Hadjdjadjum clare rem suam expo-

suisset et interroganti bene respondisset, Hadjdjadjus animum suum significaturus primum versum recitavit. Quem audiens Ihrarus dixit, se Ihrarum illum esse, qua de re magna ille admiratione adfectus est. Hunc in versu nostro loquendi modum secutus Mamunus Ibrahimo b. Almahdi dixit (metr. Chafif): Si nigredinis in te portio est; at albedo indolum tuarum portio mea est [1]).

Ahmruus b. Schas quum inter uxorem filiumque pacem componere non posset, illam repudio dimisit, tum poenitentiam rei agens protulit (verba poetae)[2]) (metr. Thawil): Matris Hassani recordatus horrore correptus est in fine, quum clarum factum esset consilium, quod ira commotus ceperat. Non autem amorem meum peccatum frequens abstulerat. Haec est viri voluntas, quem fatum abripit. At iuravi, me non emturum esse camelum pilosum pro altero; omnes enim homines camelos suos optime norunt. Vox زبيب deminutivi forma vocis ازب camelus pilosus est. Pilosi cameli fugaces sunt, ut in proverbio (Meid. C. 22, 16.) »Quilibet camelus pilosus fugax est«, dicatur. Uxorem igitur suam cum tali camelo comparavit. Alteram repudiatae loco in matrimonium se non ducturum esse dicit, quum quaelibet vitiat sua habeat.

LXXXVI.

Alius quidam dixit, qui Ishakus b. Chalaf fuisse putatur.

1. Si Omaimah (filia mea) non fuisset, ob penuriam tristis non fuissem et tenebrarum terrores nocte obscura non tulissem.

Hunc versum carminis initium esse, ex homoioteleuto العدم et الظلم videmus. Hic modus a rei metricae peritis تقفية appellatur conf. libr. meum p. 117. adnot. Se nonnisi ob filiam suam penuriam timuisse et nocte tenebrosa iter suscepisse, ut eam averteret. His igitur verbis tantam animi fortitudinem sibi tribuit, ut penuria non commotus mortem non timeat. Post particulas لو لا verbum, in quo praedicatum est, aut praedicatum ipsum omissum est, ut in nostro versu منعت aut مانعة suppleatur (conf. Gram. Ar. T. I. p. 162.) i. e. Si Omaimah non impedivisset, tristis non fuissem etc. Loco verborum ولم اقاس الدجى etc. legitur quoque ولم اجب فى الليالى حندس الظلم et noctibus caliginem tenebrarum non pertransiissem. Vox حندس summas tenebras et caliginem significat et verbum حندس de nocte adhibetur. Cum voce الظلم tanquam pars cum tota re coniuncta est, ut الظلم sit pro الليالى المظلمة noctes tenebrosae. Vox الدجى quum tenebras quoque designet, poeta tenebras significantia verba nimis cumulavit. Vox antecedens اهوال terrores (tenebrarum) omissa est. Nocte tenebrosa autem itinera per deserta et videntur periculosiora et sunt. Poeta autem eiusmodi itinera suscepit, ut filiae suae victum quaereret. Quod vero ad alteram اجب etc. legendi modum attinet, verbo جاب eadem significatio quam verbo قطع est etc. Ante verba حندس الظلم aut vox طريق via, aut مواضع loca supplenda est.

1) Quaedam in scholiis sequentibus ad versum quartum pertinent.

2) Hic in codice spatium vacuum invenitur, quasi scriba verba omisserit.

2. Vitae autem desiderium in me auxit, quod scio patre orbatam esse despectam, quum ab uterinis iniuste tractatur.

Ne quis eum ob tantum vitae desiderium, ut mortem timere videatur, (p. 151.) vituperet, causam illius desiderii explicat. Vivens ipse contra propinquorum iniuriam et despectum filiam suam tueri vult. Nomina actionis vel nomina رغبة et معرفة cum obiectis modo verbi, unde proveniunt, coniuncta sunt (conf. Gram. Ar. T. II, 166 168.); vox autem يتيمة statum patre orbatae designat. Vox ذوو الرحم hoc in versu uterinos i. e. eadem matre; sed non eodem patre natos significare videntur.

3. Metuo, ne aliquo die paupertas eam attingat, ita ut, dum celum eius rumpatur, instar carnis sit super macello.

Hic versus, in quo causam explicavit, cur opibus comparandis operam det, arctius cum primo versu cohaeret. Non sibi, sed filiae suae paupertatem metuit. Quum vox الفقر obiectum verbi sit, verba ان يلم بها huius obiecti magis explicandi causa loco adpositi بدل addita sint, necesse est. Sensum verborum احاذر المم الفقر بها exprimunt. Poeta autem, quum paupertas filiam attigerit, fore dicit, ut defensore carentem quilibet violenter eam tractans sibi capiat. Quod homini tribuendum fuit, id paupertati ipsi adscripsit; ea est, quae velum rumpit. Velum autem signum nobilis feminae est; nobiles enim feminae sine velo nonnisi in summo periculo aut luctu apparebant. Velum rumpere igitur idem est ac inhoneste tractare et laedere. Feminam significari, ex postremis versus verbis videmus. quae ex proverbio (Meid. l. 1, 42.) Mulieres caro super macello sunt desumta sunt. Verba, quae rem haud defensam esse designant, alius quoque poeta Ham. p. 99. v. 2. adhibuit. Verba in scholiis الا ما ذب, quae in Mersukii quoque codice leguntur, nisi pars eius defensa pars proverbii sunt; sed in operibus, quae proverbia tractant, ea non inveni.

4. Vitam meam dum optat, ego misericordia ductus eius mortem opto, nam mors mulieribus generosissima hospes est.

Quum talis sit filiae conditio, se, ut illa moriatur, optare. Cum hac cogitandi ratione quodammodo proverbialis loquendi modus consentit: نعم الختن القبر Optimus socer sepulcrum est i. e. patre aut marito mortuo optimum contra iniurias auxilium mulieri in sepulcro est et proverbium (conf. Meid. C. 3, 61.) Sepelire filias est quaedam actio generosa. Hocce proverbium cum more Arabibus ante Mohammedis tempus usitato, quo puellas recens natas sepelire vivas interdum solebant, cohaeret. De hoc more conferas, quae diximus ad p. 8 et 215 vers. Mortem igitur, prosopopeia usus optimam hospitem, apud mulieres devertentem appellavit.

5. Patrui inhumanitatem et iniuriam fratris metuo, dum eam a noxa verborum defendebam.

Causam, cur, ut illa moriatur, optet, in hoc versu amplius explicat. Se vivo eam contra verba dura semper defendebat, se autem mortuo cognatorum iniuriam ei timet. Versuum sensui similes sunt versus sequentes (metr. Wafir): لقد زاد الحيوة على حب بناتي انهن من الضعف

احاذر ان يرين البوس بعدى وان يشربن رنقا بعد صاف وان يعرين ان كسى الجوارى فتنبو العين عن كرم عجاف ولو لا ذاك قد سومت مهرى وفى الرحمن للضعفاء كاف Vitae amor in me augetur, quod filias debiles habeo, timeo enim, ne me mortuo calamitate adfligantur et turbidam aquam post puram bibant et nudae sint, dum puellae (aliae) vestitae sunt; nam oculus adspectum generosarum emaciatarum ferre non potest. Si hoc non fuisset, equum meum libere pastum dimisissem et Deus misericors debilibus (pauperibus) sufficit.

Silentio praetermittendum non est, Abu-Tammamum hosce et similes versus, in quibus virtus bellica non laudetur, in capite Hamasae locum dedisse, quod constantia et animi fortitudo in iis describatur.

LXXXVII.

Alius dixit, qui Hiththan b. Almoahlla fuisse dicitur.

In proverbiis tempore antiquo vivens Hiththan memoratur; sed nomen pluribus personis commune erat. Kam. Nomen a verbo حط, ut forma فعلان sit, Abu-l'Ahla derivandum censet. A radice حطن, quae in usu non sit, derivari non posse. Scholion plures a radice حط derivatas voces explicans observavit, mulierem dici محطوطة الكشح et محطوطة المتن. Posterioribus verbis autem significari, eius dorsi latus quasi instrumento محط appellato laevigatum esse; sed prioribus, licet eundem intelligendi modum admittant, potius significari, eius podicem elatum et hypochondrium depressum esse. Dixit poeta Alkathami (metr. Basith): Alba, quasi laevigatis dorsi lateribus praedita, mollis, succi pleno podice, quae gravida infantes non lactavit.

1. A loco alto ad humilem tempus iussu suo me deiecit.

Queritur fortunae iniustitiam, quae ipsum a loco dignitatis alto ad humilem deiecerit. Apud vocem شامخ vox مكان (locus) supplenda est. Verba autem شامخ et عال, quae idem designant, altissimum locum significant. Vox خفض forma sua nomen actionis, hoc in loco participii passivi significationem habet.

2. Et tempus magnas opes mihi subito eripuit, ut praeter honorem nullae opes mihi sint.

Opibus quamquam fortunae casu subito privatus sit, tamen honoris divitias sibi remansisse dicit. Duplex legendi modus est aut غالنى »perdidit me« aut عالنى »vicit me.« Voci وفر multitudinis opum significatio ut p. ٩٧, tribuitur. Cum hac voce الغنى (opulentia) coniuncta est, ut vis significationis augeatur i. e. tanta opum copia erat, ut opulens esset. Arabes autem ob minimam, quae intercedit, coniungendi causam, duas voces sermone connectere solent. Ante vocem وفر nomen سبب (causa) aut استلاب (abripiendo) supplendum est i. e. me perdidit ob causam opum aut eo, quod opes abriperet etc. Grammatici autem dixerunt, nil impedire, quominus بوفر statum temporis (i. e. dum illas res secum abripit) designet modo, quo Arabes فاتنى فلان بكذا »Quidam me cum ista re praeteriit« i. e.

مستصحبا له »nullam rem secum sumens« dicant. Similem quoque rationem esse verbis جاءنى فلان فى اطمار «quidam, vestibus tritis dum erat tectus, ad me venit.« Alii autem (**p. 142.**) dicunt, construendi modum verbi غال cum praepositione ب in eo causam habere, quod verbum significationem verbi فجعنى »tristem me reddidit« in se continent, quasi dixerit: فجعنى بوفر aut اصابنى »adflixit me« Vox سوى accusativi locum occupat, quum sit exceptio, qua reliqua excluduntur [1]), tali autem exceptione vis negandi augetur. Similis ratio verbis poetae est (metr. Thawil): N u l l u m i n i i s v i t i u m e s t, n i s i q u o d i n g l a d i i s s u i s c r e n a e s u n t o b p u g n a s c u m a g m i n i b u s. Sed vox عرض in versu animae quoque significationem habere potest, ut ante eam vox مال (opes) suppleatur. Tum vertendum est: Opes mihi non sunt praeter opes animae i. e. Nullae opes praeter animam restant.

3. Tempus effecit, ut lacrymas effunderem et o quoties risum meum movit concedens quod cupiebam!

Hoc in versu temporis vicissitudines, quibus Arabes omnia tam bona quam mala adscribunt, describit. Iis effectum esse, ut, qui antea bona conditione usus esset, calamitatibus iam adflictus sit. Verbis ابكانى et اضحكنى nil nisi animi aut tristem aut laetam conditionem in malis et bonis exprimere vult. Ex verbis بما يرضى videmus, in priore versus parte post vocem الدهر verba similia his لما يسخط »rebus quibus indignationem movet« omissa esse. Post vocem يا invocando inservientem, is qui invocatur (قوم »homines!«) omissus est. Utitur autem voce moerorem ostensurus ob fortunae vicissitudinem. Vox ما, cum voce رب coniuncta in causa est, cur haec vocem, quae sine ea nonnisi nomen sequentem regit, verbum sequi potest, nam ista vox ما locum istius nominis necessarii tenet (c o n f. Gram. Ar. T. I, 499 et Anthol. Gram. Arab. p. ۱۱ text. Ar.). Sic quoque in Corani loco (Sur. 15, 2.): »Saepe (ربما) amabant ii, qui increduli erant.« Versui similia autem sunt verba poetae (metr. Thawil): E t s i d i e s m i h i u n a v i c e b e n e f e c e r u n t ; e o r u m c r i m i n a (e r g a m e) i a m r e d i e r e. Post vocem يرضى obiectum personae omissum est.

4. Si filiolae instar pullorum avis Katha non essent, quae ab uno ad alterum protrudebantur;

Hic versus cum proxime sequente cohaeret. Vocem لو لا p. ۱۴۰ v. 3. explicavimus. Vocem بنيات subiectum (مبتداء conf. Gram. Ar. T. II. p. 98.) esse posse, quod sequentibus definitum fiat, scholion dicit. Haec addidit, quoniam grammatici subiectum non posse non definitum esse statuerunt (conf. Gr. Arab. T: II. p. 103.). Filiolas autem suas cum pullis lanugine tectis et pennis ad volandum carentibus avis Katha comparavit, ut probaret, eas parvas patris auxilio carere non posse. Alhothaiah poeta eadem comparatione usus est dicens: ما ذا تقول لافراخ بذى مرخ حمر الحواصل لا ماء ولا شجر (metr. Basith): Q u i d d i c i s p u l l i s

---

1) Verba استثناء خارج significant sine dubio exceptionem, qua res, quae non sunt eiusdem generis excipiuntur, ut res omnino negetur. Ex. gr. si quis dixerit, se opes non habere praeter equos, is, se nullas opes habere, non indicaret, quum equos, quae opum pars sint, possideat; sed quum in poetae verbis honor pars opum non sit, se omnino opes habere negat.

avis in loco Dsu-Marah rubra ingluvie praeditis, quibus neque aqua neque arbores sunt. Et Ham. ٣٥٩ infr. eandam comparationem invenimus. Verbis رددن etc. hunc potissimum sensum tribuendum puto, eas ab uno ad alterum protrusas esse auxilio aliorum omnino destitutas; sed interpretes in varias sententias abiere. Sunt, qui dicant, sensum esse: Congregabantur mihi spatio temporis brevi et quidem e secunda (uxore) post primam et ab uno latere ad alterum, ut multae essent. Simili modo poeta dixit (metr. Thawil): Congregatae sunt e diversis partibus, tres et quatuor et una, ut octo congregatae essent i. e. venerunt dum una alteram sequebatur. Dicunt quoque, verbo رد repudio dimittendi significationem tribui posse i. e. matrimonio ductae tum repudio dimissae cum parvis filiis rediere. Praepositionem الى significationem praepositionis مع interdum habere, ut in his هذا الى ذاك »hic cum illo«, ut verba من بعض الى بعض statum (حال) designent et sensus sit: repudio dimissae sunt cum aliis. Quod si legatur رُددن من بعضى الى بعضى »retrudebantur ab una parte mei ad alteram«, sensum esse: Erant in lumbo meo et quum eas genuissem, in corde meo erant. Lumbus et cor duae poetae partes sunt. Cor igitur meum earum causa adflictum est. Legitur quoque in versu رددن من بعضى الى بعضى, quibus hunc sensum tribuunt: »Incurvarunt me et inflexerunt dorsum meum« (pro من ظهرى in Mersukii codice ظهرى legitur). Legitur quoque in Mersukii codice واضافة البعض الى البعض. Sunt denique, qui legant: جُمعن من بعض الى بعض »Congregatae sunt ab uno ad alterum« Abu-Hilalus dixit, verbis رُددن من بعض الى بعض non multum sensus esse; fortasse sensum esse, eas e diversis matribus natas ab una ad alteram retrudi, sed poetam hunc sensum haud clare explicasse.

5. Profecto! locus, ubi versarer, in terra mihi esset longus latusque.

Hoc in versu, cum priore arcte cohaerente, se excusat, quod itinere suscepto opes sibi acquirere non studuerit. Retentum se esse cura et misericordia filiarum parvarum. Vox مضطرب proprie locum designat, ubi quis se movet et ultro citroque it.

(p. 143.) *6. Nam re vera liberi nostri, etsi in terra incedunt inter nos, tamen iecorum nostrorum instar sunt.*

Liberos cum parentibus intime coniunctos esse, ut ab iis se separare non possint. Hanc intimam coniunctionem indicaturus eos iecora parentum appellavit. Simili modo filius فلذة من الكبد „segmentum iecoris« appellatur. Vox انما rei ab una parte affirmandae, dum ab altera parte negatur, inservit. De hac particula conf. Gram. Ar. T. I. p. 530. Loco vocis تدخل in Mersukii codice يدخل legitur, id quod praeferendum est. Verbum تمشى statum liberorum designat et vox بيننا loco adverbii loci est cum verbo تمشى coniungendi, ut verba ob rhythmum transposita sint.

7. Si ventus super unum eorum flasset, profecto! oculus meus levi somno clausus non fuisset.

Hoc in versu, qui in Mersukii codicis textu desideratur (in margine adscriptus est),

poeta curam, qua liberos suos custodiat, describit. Minimum quod eos tangeret, ipsum somno privasse. Loco vocis لو etiam ان et loco vocis لامتنعت legitur تمتنع. Vox غمض nictum oculi in somno designans brevissimi somni hoc in versu significationem habet.

LXXXVIII.
Dixit Hajjan b. Rabiah Thajjita [1]).

Formam nominis حيان diverso modo explicarunt. Tebrisius hoc poetae nomen ab Abu-Tammamo adnotatum falsum esse dicens, Hajjan b. Ohlaik b. Rabiah Thajjita enunciat et simul alterum legendi modum Abu-Ahmed Djabbar b. Rabiah vituperat, quum in ista gente tale nomen non reperiatur.

1. Gentes iam cognoverunt, gentem meam studio (pugnandi) flagrare, quum loricae induuntur.

Fortitudinem gentis suae in bello laudat. Huius rei omnes gentes testes esse. Loco verborum ذوو جد legitur quoque ذوو حَد. Voci حد scholiastes armorum significationem tribuit, sed nil impedire videtur, quominus voci aciei animi et fortitudinis significatio detur. Si voci حد armorum significatio est, verba اذا لبس الحديد ad hostes referenda sunt, ut sensus sit: Quum alii loricas induunt, gens nostra arma parata habet ad pugnandum. Voces autem اذا لبس tempori definiendo inserviunt, et voces ان قومی etc. verbo علم obiectorum loco sunt.

2. Et nos semper pulchros versus componere, quum de gloria certamen exardescit et carmina dicuntur.

Poesis quoque laudem, quae in Arabibus magni habebatur, suae genti tribuit; versus autem cum antecedente cohaeret. Vox حلس pannum designat, qui iumentorum clitellis in dorso supponitur. Comparatione utentes tam in vituperio quam in laude vocem adhibent. Vituperantes dicunt: »Quidam strato abiecto similis est« i. e. inutilis. Mersukius dixit, se invenisse هو كالحلس »is strato similis est« i. e. in equo firmiter non sedet, equitandi peritus non est et احلاس البيت „strata domus" i. e. strata, quae utensilibus bonis substernuntur. Homines autem artis equestris peritissimi et optime equis insidentes احلاس الخيل „equorum strata" appellantur. Cum hoc loquendi modo verba احلاس القوافی cohaerent conf. Ham. p. ٣٦٤. Homoioteleuta seu versus cum equis comparantur. Dicunt quoque ما هذا من احلاس فلان „Hoc ex instrumentis cuiusdam non est." Cum hoc cohaeret loquendi modus فلان من احلاس العلم „Quidam scientiarum perfectissime gnarus est", cui contrarium est فلان من حقش العلم „Quidam in scientiis haud bene versatus est." Pauper is dicitur esse, cuius anima non satietur, etsi strata ipsi aurea sint (i. e. cuius cupiditas habendi nunquam impletur). In scholii linea 4. ante vocem هذا vocem ما addas. Maior autem scholii pars quum ex Mersukii libro desumta sit, Tebrisius nonnulla tantum Mersukio adscribens, ut caetera sibi vendicasse videatur, haud bene fecit. Sunt, qui versui sensum

---

1) Hajjanus Thajjita p. ١٠٣ l. 7. memoratur. Eius duo filii tempore Abhd-Almalici b. Merwan latrones erant.

tribuant, gentem suam ob pulchra facta ab aliis semper laudari. Hic vero sensus verbis احلاس القوافى minus aptus est. Vocem autem استعر „exardet" nonnisi ea causa adductus adhibuit, quod certamen, ut bellum, cum igne comparavit conf. p. ١٨٠ v. 1. ١٩٩ v. 3. ٢٨١ v. 2. 3. ٧١٥ v. 4. et ٢٣٩ v. 3. Non igitur Tebrisius bene fecisse videtur, qui voce استعار hoc in loco multitudinem significari dixerit. Verbum تنافر de certamine adhibetur, quod Arabes pignore posito apud arbitrum de honore inibant conf. Ham. p. ١١٩ v. 2. Ut poeta forma التنافر usus est, sic, nisi homoioteleuton obstasset, التناشد ei dicendum fuit. Certamina autem illa, in quibus poetae aut eiusdem gentis aut diversarum gentium carmina dicebant, apud Arabes frequentissima erant.

3. Nosque armis tectum agmen gladiis invadere, donec in fugam se convertat; cuius rei gladii nobis testes sunt.

Versus quum laudem fortitudinis bellicae contineat, cum primo potius versu cohaeret. Vox ملحاء (femininum vocis املح) colorem album cum nigro mixtum, qualis est ferri, designat. Fortasse a sale impuro, cuius color talis esse videtur, derivata significatio est. Omisso substantivo كتيبة de agmine loricis induto adhibetur et agminis regis Nohmani, cuius singuli equites loricis tecti essent, nomen fuisse videtur. In nostro versu forte potius agmen significat, nam fortitudo hominis cum securitate crescere solet, ut, quo quis armis maxime defensus sit, eo audacius irruat. Post vocem تولى vertit (se) supplendum est منهزمة „in fugam acta." Voci شهود, ut initio scholii legimus, praesentium (حاضرة) significatio non convenit, in (p. 144.) pugna enim tali gladii semper praesentes sunt, ut superfluum esset; sed testium significatio apta est. Gladii crenis, quae ictibus factae sunt, eius, quod gentes sciunt, testes sunt. Gladii autem in Arabum carminibus saepe personam agunt conf. p. ٣٩ v. 4. p. ٨٠ v. 3. Legitur quoque in versu نضرب „in percutiendo vincimus" et لها pro voce لنا.

LXXXIX.

Dixit Alahradj Mahnita.

Mahn gentis Thai familia est. Rectius tamen Ahmruo b. Jatsrebi versus tribuuntur. Carmen post annum 36 Hedjrae compositum est. conf. Ham. p. ٧١١.

1. Ego Abu-Barsah sum! quum magnus homines timor occupavit; haud debilis et in aliis fiduciam haud ponens creatus sum.

Celebrem se dicit, ut cognomine suo omnibus notus sit. Causam in eo invenit, quod fortem se et nonnisi in se fiduciam ponentem semper ostenderit. Verba: Ego Abu-Barsah sum i. e. talem me ostendo, qualem vir hoc cognomine notus se semper gessit. Cum hisce verbis sequentia اذ etc. coniungenda sunt. Similis loquendi modus in versu est (metr. Sarih v. Redjes) Ego Abu-Nedjm sum et poesis mea poesis mea est. Altera in versu lectio ابو بُرْدة est. Verbum خلقت (natus sum) indicat, indolem illam ipsi natura insitam esse, ut eum nunquam relinquat. Debilem زمل appellatum dicunt, quod vestimentis involutus dormiat. Similis descriptio legitur Ham. ٩١٥ v. 6.

2. Robore praeditus et iuventute prima. Hodie tristitia non est, licet vitae finis propinquus est.

Pergens in se describendo robore praeditum se et mortem propinquam non timentem esse dicit. Accusativus e verbo خلقت pendet. Voces شباب مقتبل iuventutem primam i. e. eam, quae nondum ad finem suum pervenit designant. Est igitur aetatis tempus, in quo vir maximo non solum robore utitur; verum etiam ille robur molestiis non statim consumitur, quemadmodum in viris paene senibus fieri solet, quorum vires in molestiis perferendis non durant. Verba igitur antecedentibus ذا قوة explicandis inserviunt. Discrimen autem in verbis ذا زمل et ذا قوة tale statui posse, scholion dixit, ut prius in statura corporis, posterius in consilio ponatur, aut ut ذا قوة de duritie in perferendis molestiis intelligatur, quippe, qui debilis non sit, eum durum esse oporteat. Vocem اليوم tempori finis vitae propinqui definiendo inservire et verba على قرب الاجل praedicati locum particulae لا tenere. Nil quoque impedire, quominus vox اليوم praedicatum sit, cuius explicandi ergo verba على قرب الاجل apposita sint, aut statum designet. Fieri denique posse, ut praedicatum post praedicatum positum sit, quemadmodum dicatur: هذا حلو حامض „hoc dulce, acidum est.“ Post haec Tebrisius vituperat Mersukium, qui quendam seriore tempore loquentem introducens, verborum auctorem Ebn-Djinnium esse non dixerit. Hunc enim dicere, praepositionem على obiectum cum verbo hoc in loco non coniungere, quum hoc poetae voluntati contrarium sensum adferret. Sensum potius esse: hodie ob mortem tristes non sumus, dum vitae finis noster propinquus est. Quod si ob mortem tristes non sumus, dum vitae finis nobis propinquus est, quid nos facere putas, dum remotus est? Mihi autem Tebrisius vituperandus videtur, qui Mersukio ea nonnisi verba tribuerit, quae vituperio ipsi digna viderentur, quippe e cuius opere permulta desumta sint.

3. Mors nobis dulcior est quam mel; nos gens Banu-Dhabbah sumus, socii cameli.

Silentio praetermittendum non est, in Mersukii opere diversum versuum ordinem inveniri. Post versum الموت sequitur ردو, tum نحن بنى et denique ننعى. Deest autem versus نحن بنو الموت. Abu-Rijaschus, sic in codicis Mersukii margine legimus, nonnisi versus usque ad verba من العسل Abu-Barsaho tribuendos esse; reliquos autem a viro e gente Banu-Dhabbah in pugnam cameli dictos esse, contendit. Accusativum verborum بنى ضبة e verbo omisso اذكر „in memoriam revoco“ aut simili pendere dicunt (conf. Gram. Ar. T. II. p. 81. 366.), quod laudando inserviat et subiecti نحن praedicatum verba اصحاب الجمل esse. Si dixisset نحن بنو ضبة, ut بنو praedicati et اصحاب adiectivi locum teneret, laudis nihil in verbis inesset. Nil quoque obstat, quin ambae voces aut praedicata duo aut vox اصحاب appositum vocis بنو putetur. Poeta autem in verbis socii cameli pugnam inter Alium et Thalhahum, Sobairum Ahjeschamque, Mohammedis uxorem, contra illum coniunctos factam respicit. Pugna illa dies cameli (يوم الجمل) appellabatur, quod circa camelum, quo Ahjeschah vehebatur, acerrime pugnatum fuit. Anno 36 illud proelium commissum est. conf. Abulf. Ann. T. I. p. 294 sqq.

4. Nos filii mortis sumus, quum mors advenit; cuspidibus lancearum utentes filii Ahffani mortem annuntiamus.

Fortitudinem gentis describit, quae mortem Ohtsmani ulciscatur. Mors autem Ohtsmani (De hoc viro tertio post Mohammedem imperatore confer Citab Tahdsibi-l'Asmai p. 409.) multarum pugnarum causa erat. Qui Ahlio, post Ohtsmani necem imperatori creato, infesti erant, ii se, dum Ahlio arma inferrent, mortem occisi ulturos esse, dicebant. Arabes, ut intimam inter duas res coniunctionem indicent, vocibus fratre aut filio utuntur. Ut اخو الغمرات p. ٣١, v. 4. اخو الحزم p. ٣٣ v. 2. اخو حروب p. ٥٨ v. 3. dictum fuit, sic hoc in versu بنو الموت dictum est. Et in nostro versu mors tanquam adveniens hospes (conf. p. ١۴١ v. 2.) describitur, quem gens, tanquam filii advenientem patrem laeto cum vultu excipit. Verbum نعى „mortui nuntium adtulit", significat. Solebant Arabes mortui nuntium equis vehentes verbis نعاء فلانا divulgare (conf. Caahbi b. Sohair carm. p. 143 ad.). Mortuo autem principe inter gentes circumequitans in collibus exclamare نعا فلانا solebat conf. Mersuki. In Meidanii opere C. 22, 58. Wacihi mortem in montibus (نعى على الجبال) nuntiatam esse legimus. Verba autem significant, se statim, dum mors annunciaretur, arma cepisse, ut eam ulciscerentur.

(p. ١۴٥.) *5. Reddite nobis principem nostrum! Tum sufficit.*

Observavimus, versum hunc in Mersukii codice diverso loco esse. Qui si cum antecedente sensus nexu cohaerere putatur, dicentes supplendum est. Voce شيخنا (senem nostrum) Ohtsmanus significatur. Principatus quum senibus in familiis antiquis temporibus proprius esset, senex hoc in versu principem designare potest. In verbis versus autem talis ellipsis mihi statuenda est: Reddite nobis principem nostrum! Tum hoc nobis sufficit; sed si eum non redditis, eius nex ulciscenda est. Particula ثم phrasi cum phrasi coniungendae inservit. Vocem بجل autem tanquam nomen subiectum, cuius praedicatum supplendum sit, esse scholion dicit, quasi dixerit: ثم بجلنا ذاك »tum sufficientia nostra id (erit).« Poeta Lebidus dixit (metr. Ramal): Nunc mihi vitae pars peracta sufficit [1]). Grammaticus Alahfasch adnotavit, vocem بجل semper quiescente littera Lam enunciari, ut بَجَلْكَ modo vocis قَدْكَ et قَطْكَ dicatur; sed non dici بَجَلْى sicut قَطْنِى et قَدْنِى; sed بَجَلِى. Illud quiscente littera regulis convenire.

XC.

Dixit alius quidam.

Sunt, qui versus viro e gente Banu-Asad tribuant.

1. Patrueli pravo absentiâ, dum te eo carere posse ostendis, mediceris! absentia enim, dum eo non uteris, optime medicatur.

Cognatorum pravorum agendi rationem tractans, eorum agendi rationi optimum reme-

1) Hemistichium hoc longam poetae aetatem respicere videtur conf. De Sacy Notice sur le poete Lebid p. 113. Hemistichium fortasse cum versibus cohaeret, qui ibidem p. 121. adnotati sunt.

dium in abeundo videt. Reprehensio enim invidi a proximo incipiens ad proximum pergit, ut ab invido remotissimus a vituperatione maxime securus sit. Dixit quoque Arabs quidam: »Si in domibus invicem remoti estis, amore inter vos propinqui eritis.« Vocem بالغنى locum nominativi tenere dicunt e verbo كفى pendentis (ut sit pro كفى الغنى conf. v. 4.), dum vox مداويا aut statum (حال) designet aut accuratius definiendo (تمييز) (conf. scholion versus quarti et Gram. Ar. T. II. p. 113 etc.), id quod praeferendum videtur, inserviat. Similis loquendi modus in Corano Sur. 4, 81. invenitur.

2. Deus Mihzano calamitatem, qua me adflixit, pro me rependat, etsi cognatus meus propinquus et avunculus est.

Hoc versu causa dati consilii continetur. Poeta a cognato, cui nomen Mihzan, adflictus fuerat. Huius prepinquitatem quum fugisset, securus erat. Scholion verba جزى الله »rependat Deus!« verbis »si bonum bono, sin malum malo« recte explicasse non puto; in versibus enim nonnisi de malo sermo est. Se non ulturus rem suam Deo tradit. Voci autem مولى scholion specialem patruelis significationem tribuit, ut duplex et a patris et a matris parte (voce خالي) cognatio significata sit. In scholii secunda linea pro voce النسيب cum Mersukii codice التنسب legendum puto.

3. Quod eo non utor et ab eo absens sum, pectoris eius morbos removet et mutua propinquitas asperitatem et mutuum odium producit.

Hic versus primum versum melius sequeretur. Quod si cognati invicem propinqui sunt, ex meliore, quo alter gaudet, statu interdum invidia oritur et inde odium nascitur. Hos pectoris morbos appellavit poeta, quorum si causa, propinquitas, cessat, ipsi desinunt. Eandem sententiam, quam poeta pronuntiavit, in proverbii consuetudinem venit conf. Meid. C. 20, 3. »Si gentem Maahdd separas, se invicem amabunt.«

4. Tempori contra me auxilium praestitit, quum eius cutis dura in pectore fricaret (me). Quod si tempori (mihi nocendi) curam mandasses, omnino suffecisset.

Hic versus, in quo cognati sui agendi rationem describit, cum versu secundo melius coniungitur. Queritur, quod in temporis calamitate non solum auxilium ipsi nullum tulerit, verum etiam noxam intulerit. Alter legendi modus حل بركه litterarum similitudine in scribendo ortus est. Poeta tempus cum camelo procumbente, qui pectore suo calloso premit, comparavit. Loquendi modum p. ١٣٠ v. 5. explicavimus. Vox كافيا, quae accuratius definiendo (تمييز conf. v. 1.) inservit, nominis actionis sc. كفاية loco esse potest; participia enim verb activi nominum actionum loco saepius posita sunt, et sic quoque vice versa. Similis ratio in hemistichio Bischri est (metr. Wafir): Absentia ab Asma iam sufficit In hoc quoque vox كاف loco nominis actionis est; sed modo, quo alius poeta in voce ايديهن usus est: (metr. Redjes) Quasi eius pedes anteriores in campo plano essent casum accusativum non tribuit, in voce a verbo, cuius tertia radicalis littera و vel ي est, derivata vocalem accusativi omittens, siquidem nonnulli Arabes vocalem Fatha cum littera Ia enunciandam

aegre ferant. In proverbio (conf. Meid. C. 18, 64. et Harir. p. ٥٩). »Da arcum dolanti« vox باريها nonnisi cum littera Ia quiescente pronunciatur. In hocce autem proverbio accusativum vocali Fatha insigniri non licet; proverbiorum enim pronunciandi modus non permutatur. Silentio omittendum non est, initio versus poetam rem narrasse, in fine autem ipsi adversantem allocutum esse conf. primum versum sequentis carminis. Voci بركه in versu tam nominativi, quam accusativi vocales datae sunt, quae duplicem legendi modum حكك et حل spectant.

XCI.

Vir quidam ad gentem Calb pertinens dixit.

(p. 116.) *1. Ob agilitatem desideriumque camela mea argutum sonum edidit. Cuiusnam desiderio sono tuo tu me incendis?*

In itinere versatus camelam, qua vehitur, ob desiderium loci relicti quasi gementem inducit. Camelos et prati et stabuli consueti magno desiderio teneri Arabes dicunt. Talis camela ناقة نازع appellatur. Initio versus rem narrat, tum ipsam interrogans et agendi rationem reprobans camelam alloquitur, Arabem loquendi modum secutus, quo unum modum relinquentes ad alterum statim transeunt. Accusativum طربا positum esse dicunt, quod aut statum designet (Gram. Ar. II. p. 72 sq.) aut causam (ibid. II. p. 114.). Vox autem inquietudinem et agitatem ob moerorem aut laetitiam supervenientem significat. E voce تشوقيني unam litteram Nun, duabus convenientibus, abiecit poeta, qui abiiciendi modus in versibus saepius observatur (conf. Gram. Ar. T. II. p. 506.). Simili modo in verbis poetae: (metr. Wafir) Male agunt mulieres caput perscrutantes quum caput meum perscrutantur, nam فليني pro فلينني dictum est. In explicandis verbis الى من duplicem rationem scholion proposuit, unam, qua vox من interrogando inservit, alteram, qua interrogando non inserviens hominem designat (conf. Gram. Ar. T. I. p. 448.). Interrogans vituperat camelam, quae quum redeundi spes non sit, ipsum sono illo desiderio impleat. Rem narrat, ita tamen ut vox من neque definita neque descripta sit[1]). Fieri tamen potest, ut vox من magnifaciendo ei, cuius desiderio impleatur, inserviat i. e. Hominis desiderio et qualis hominis tu me imples! Dicere autem solent مررت بما صالح »transii ad rem bonam« et مررت بمن كريم »transii ad hominem generosum.« Sunt, qui Corani verba Sur. 2, 34 مثلا ما بعوضة sic interpretentur, ut vox ما loco vocis شيا (rem) sit, dum vox haud definita; sed descripta sit, sc. voce بعوضة addita. Similem sensum poeta verbis expressit: (metr. Wafir) تحن اليهم وهم نفوها فما حاولت ويحك بالحنين Desiderio eorum impleta est, dum eam abegerunt; sed quid, vae tibi! desiderio tuo vis?

2. Amor meus amori tuo similis est; sed anima mea de iis desperat.

Se quidem eodem, quo camela desiderio, teneri confitetur; sed quum inutile sit, ei non indulgendum esse dicit. Initium versus vario modo grammatice explicari potest. Nil obstat,

1) Scholion dixit, vocem من esse haud definitam et haud descriptam, licet rem narret poeta, ea de causa, quod si quis rem narret, eam definire aut saltem describere soleat.

quominus verba مثل ما تجدين praedicatum subiecto suo وجدى praemissum sit et tota phrasis praedicatum vocis ان aut vox مثل praedicatum vocis ان et vox وجدى appositum pronominis in voce انى sit, ac si dixerit poeta: ان وجدى مثل ما تجدين. Vox انى autem pro اننى est, una littera Nun abiecta trium convenientium, aut, quomodo in vocibus ليتى pro ليتنى et لعلى pro لعلنى, una abiecta est. Vox ما autem aut locum vocis الذى tenere potest, quacum verbum تجدين coniunctum est (conf. Gr. Ar. II. p. 261.), ita ut pronomen in fine verbi omissum sit pro تجدينه aut vox ما cum verbo loco nominis actionis esse, quasi dixerit: انى وجدى مثل وجدك »moeror meus moerori tuo similis est.« Verbo اصحب eadem, quae verbo انقاد, significatio tribuitur, quod de camelo dicitur, qui duci se patitur. Sensus igitur est: Anima mea instar cameli obsequentis necessitati obsequium praestat, dum ab iis abeundum est. Sed alter legendi modus sensu haud mutato واسمحت est. Vox عنهم ad vocem omissam (abiens) aut huic similem referenda est. De voce قرون anima conferas Harir. p. ١٣٩.

3. Throni mei latera viderunt destructa; sed quum destructa essent, me reliquerunt.

Causam, cur suos reliquerit, exponit. Se calamitatibus pressum a suis desertum esse dicit. Vox عرش, in Corano saepissime occurrens, maxime de throno regio adhibetur. Tum de omni potente, calamitatibus oppresso, ثل عرشه »eius thronus fractus fuit« proverbiali modo conf. Meid. 4, 8. dicunt. Sic Sohairus dixit: (metr. Thawil) تداركتما عبسا وقد ثل عرشها وذبيان ان زلت باقدامها النعل Vos duo gentem Abbs reparastis, quum eius thronus fractus esset, et gentem Dsobjan pedibus cum soleis labentibus conf. Hamas. p. ٢٩٩ l. 2. Verba autem versus non tantum valent, quantum verba ثل عرشه. Poeta dixit, latera throni fracta esse. Medium igitur eius quum remaneret, non omnino destructus; sed oppressus tantum erat. Verbum quoque تثلم nonnisi de margine rei fracta (conf. Harir. p. ١٠٧) adhibetur. Particula ان post فلما superflua est.

4. Patruelis pravus bene se habeat, quod camela mea lactaria gentis Tsoahl vicina est!

Duplex verbis sensus inesse potest, aut dicit, genti suae, quam reliquerit, gratum accidisse aut ludibrii aut minandi causa verba protulit, gentem ex absentia sua commodum capturam non esse. Vox انى locum subiecti (فاعل) occupat (conf. Gram. Ar. T. II p. 98. 519.). Pronomen ego hoc in loco فاعل (subiectum) appellatum est, quod vox هنيئا, quae loco verbi est, praecedit. Vox مجاورة casum nominativum obtinuit, quod praedicatum vocis ان est; sed vox لبونى casum nominativum habet, quod subiectum (فاعلة) vocis مجاورة est. Sed nil quoque impedit, quominus vox مجاورة tanquam praedicatum subiecto لبونى praemissum casum nominativum obtinuerit, tota autem phrasis praedicati loco vocis ان sit, aut لبونى appositum sit pronominis in voce انى; vox مجاورة autem praedicatum, ut idem sit, quod ان لبونى مجاورة بنى ثعل. Mihi autem suffixum in voce انى nominativus absolutus esse videtur, quo repetito in voce لبونى vis verborum augetur (conf. Gram. Ar. T. II. p. 375. quamquam loquendi modus diversus est). Gens Tsoahl familia gentis Thai erat. Vox autem لبونى (camela lactaria, pro camela), quum ad sensum nil addat, nonnisi homoioteleuti causa adhibita est.

XCII.
Dixit vir quidam gentis Asad.

(p. 147.) *1. Neque ego debilis sum, neque qui, si amans eum deserat, irae indulgeat.*

Tanquam fortem se describit talemque, qui suis viribus confisus, si alii eum deserant, his non irascatur. In eo igitur, quod debilis non sit, causam, cur non irascatur, ponit. Similem sensum poeta in versu sequente expressit: (metr. Basith) Et ego, quotiescunque amicitia abrumpitur, non dico: vae mihi! ob amorem moeroremque. Vox نكس proprie sagittam, cuius crena rupta est, significans, in virum debilem transfertur. Ut نكس significationem participii passivi habet, sic quoque vox نقض (conf. Ham. p. ٣٩٥). Voci احرب duplex significatio tribuitur, una, qua poeta interitum et malum vocat dicens: واحرباه, altera, qua irascitur. Formae secundae ad iram excitandi significationem in Djeriri versu videmus: (metr. Basith) Ego, quum poeta socordiâ deceptus iram meam excitat, vicinus sepulcri sum ad Marranum[1]) terra operti. Dicendum fuit: صد عنه, ut in phrasi صلة appellata suffixum tertiae personae esset, quod ad pronomen الذى (موصول) referri posset (Gr. Ar. T. II. 259. 261.). Tebrisius poetam hoc fecisse dicit, quod sibi ipsi rem nuntians et inversione utens nil obscuri et dubii in verbis sibi visum esset. Eadem ratio in verbis poetae (Ahlii) est: (metrum Redjes) انا الذى سمتنى امّى حيدره Ego sum, quem vocavit me (eum) mater mea leonem. Loquendi modum, quamquam saepius occurrit, grammatici tamen non probarunt, ut Abu-Ohtsman Masenita dixerit, se, nisi tam vulgaris et frequens sit, eum reiecturum esse.

2. Sed ego, si (in amore) perseverat, persevero; sin vero ei a me discedendi animus est, et ego ab eo discedo.

Huiusce versus verba priorem versum illustrant. Se amicitiam quidem et amorem parvi non facere, ut amicos sine causa relinquat; sed in amicitia constantem se esse; attamen se suam personam non abiicere, ut eos persequatur amore, qui ipsum nolint. Legitur quoque in versu: ما دام »quamdiu perseverat«, ut tempus definiatur (ظرف) et praedicatum vocis لكن in verbo دمت sit. Altero autem legendi modo recepto vocis لكن praedicatum in conditione et phrasi consequente est. In verbis دام et دمت verba فى المصادقة »in amicitia« aut his similia supplenda sunt.

3. Profecto! Optimus amor amor est, cui animus lubenter se subiicit, non amor, qui fatigatus venit.

Quum amor liber esse debeat, in amore, quem quis invito animo nobis ostendit, nulla nobis utilitas est. Talem amorem cum camelo poeta comparavit, qui fatigatus ad iter faciendum cogitur. Similem sensum quidam, qui Moslim b. Alwalid fuisse dicitur, expressit verbis: (metr. Thawil) Nil boni in amore viri est, qui a te abhorret aut in socio, quocum tu non consentis. Quum vir me non eodem, qui meus erga eum est, amore prosequitur, scito me ab eo recessurum esse. Sed si vis, ei socius esto, dum nil boni in eo est; et si vis, eum amicum fac, dum simulatum ei ostendis amorem.

---

1) Marran oppidi in propinquo Meccae siti nomen est; sed nescio, num hoc poeta significaverit.

XCIII.
Abu-Hanbal Thajjita dixit.

Nomen حنبل adiectivum quadrilitterum proprie b r e v e m designat. Abu - Hilalus viri nomen Djarijah b. Morr Tsoahlita fuisse dixit. Vir Amru-l'Kaiso, ad ipsum devertenti, contra uxoris voluntatem fidem servavit, ut eius fides in proverbium veniret (conf. Meid. C. 26. 97.). Res autem proverbio, quod Meid. C. 27, 7.) adnotatum est, ansam dedit c o n f. Ham. p. ۱۴۸ l. 17.

1. Profecto! Sajjarus in fortunae casu, lanceis hostium inter se certantibus, me probavit.

Fortitudinem suam in bello laudat et huius rei testem Sajjarum adducit. Vir nomine Sajjar No. 29 occurrit. Pugnam autem lancearum discordiam appellavit, quoniam non eodem loco confodientes haud concordare videntur. Non autem totam lanceam appellavit; sed eam tantum partem, quae زج appellatur. Scholion autem dicit, partem pro tota re dictam esse, ut in hoc poetae hemistichio: (metr. Camel) S o l e a r u m a n t e r i o r i b u s p a r t i b u s s o l u m c o n c u l t a n t e s, quippe tota solea solum conculcetur. Vox زج maxime inferiorem lanceae cuspidem ferream, quae lancea erecta in terra ponitur, designat; quae autem vox quum teste Kamusi auctore cuspidem sagittae significet, non dubito, quin hoc in versu lanceae cuspis superior intelligenda sit.

2. Ita ut in reddendis iis (camelis) promissis omnino starem, nigris, pedes coniunctos habentibus, pici similibus (colore), cui iterum pix superinducta est.

Rem, in qua perficienda fortitudinem probaverit, indicat. Sajjaro, cui cameli ab hostibus **(p. 148.)** erepti essent, se ei aut ipsos aut pares redditurum esse, promiserat. Huic promisso omnino se satisfecisse dicit camelos illos etiam describens. Primum nigros دهما eos fuisse dicit. Vox دهم, pluralis vocis ادهم cum feminino دهماء, adiectivis huiusce formae, quae colorem designant, usitatus, ad omissum nomen ابل (c a m e l i) referenda est. In rebus, quarum color non intentior est, tum in equis et camelis (conf. Harir. p. ۳۸۳, in nocte ib. ۴۱۹ schol., in olla H a m. ۷۱۹) adhibetur. Eos quoque pedibus vinctos fuisse describit significaturus, se eos summa cum securitate, hostes non fugientem reduxisse, qua in re indicium et fortitudinis et potentiae cernitur, ut nemo eum persequi auderet. Quod si voci قر p i c i s significatio tribuitur, verbis istis vocem دهما poeta accuratius definit. Nigri cameli boni sunt, quo autem color eorum intentior est, eo meliores cameli habentur (c o n f. Ham. p. 76. vers. nostr.) Tales cameli, ni fallor, e Chorasana adducebantur. Verumtamen quum vox دهم camelos designet, quorum color natura intentior non sit, nescio, num picis comparatio, qua colorem eorum intentioris nigredinis fuisse probaret, omnino apta sit. Melius سودا dixisset, cui voci generalior nigredinis significatio est. Vocem اردفة duplicem sensum offerre posse, scholiastes adnotavit aut picem super picem illitam esse, ut camelorum nigredo summa fuerit aut picem sequi picem i. e. camelos primum venientes et hos sequentes i. e. omnes colore suo pici similes fuisse. Sunt etiam, qui vocem قر pluralem vocis قرة, cui significatio m o n t i c u l i sit, tribuant, ut camelorum magnitudo describatur. Tanta magnitudine erant, ut redeuntes montibus, dum unus post alterum adveniebat, similes essent.

.3 Olim iter faciendum erat; sed nunc a iumentis vestris descendite; nam ego cuilibet viro vicini pristini loco vicinus sum.

Quum vicino se opem ferre ostendisset, eos, qui a nemine defensi hostes fugere deberent, hortatur, ut in suam clientelam se reciperent. Se cuilibet adiutore destituto auxilium praestiturum esse. Vocem حمولة, vocali Dhamma enunciandam, pluralem vocis حمل (onus) esse, quocum signum feminini coniunctum sit, grammatici dixerunt. Qui quum litterae ة additae probabilem causam adferre non possent, vocis corroborandae ergo (توكيدا) litteram additam esse, voluerunt. Vocabulum autem حمولة vocali Fatha pronunciandum (sic enim distinguendum esse puto), iumentum, quod onera portat, designat, formâ vocibus ركوبة et قتوبة simile, nisi quod illo tanquam adiectivo, ut dicatur دابة حمولة »iumentum onus portans,« usi non sint. Verba من جارة جار duplici modo interpretantur, uno, quo vox من pro عوض (loco) posita sit et vox جار vicini significationem habeat i. e. ego cuilibet viro loco vicini, quem reliquit, vicinus sum; altero, quo vox جار malefacientem aut iniustum (ut fortasse pro جاير sit) et praepositio من contra significet i. e. ego cuilibet viro contra eum, qui iniuste eum tractat, auxilium ferens sum.

Horum versuum illustrandorum causa sequentia attulerunt: Versus ab Ahmiro b. Djowain dictos esse, quum Sajjarum b. Manalah b. Malec b. Taim-Allah b. Tsahlebah, qui vicinus viri ad gentem Tsoahl pertinentis, appellati Ahdijj b. Aflat esset, in clientelam recepisset. Tempore, quo Ahmirus b. Djowain iter faciens ad Ahdijjum transiret, factum erat, ut Sajjarus ludo alearum ab Ahdijjo victus omnes opes perdidisset. Gente igitur iter faciente Sajjarus duabus ancillis imperavit, ut cum sua familia retromanentes ad Ahmiri sellas secederent. Quod quum Ahdijjus vidisset, advenit eas translaturus. Id quod ne fieret, Ahmirus impedivit dicens, virum in suam clientelam se recepisse. Amru-l'Kaisus ben-Hodjr, quum apud Ahmirum habitans exiisset et tum apud Abu-Hanbalum devertisset, Abu-Hanbalus et Ahmirus sibi invicem carmen obtulerunt. Ahmirus versus لقد بلاني etc. incipientes dixit, inter quos versus est, cuius finis sic sonat: ويشتمني في الناس اوتنار »et sordidi inter homines opprobrio me petunt.« Quibus verbis quum Abu-Hanbalus se peti putaret, dixit: Per eum, cuius domus in coelo est! Hic versus verbis implicitis me indicavit; sed ego Ahmirum honore ornavi, ut eum proferre non deberet [1]). Verba autem: وذو بيته بسماء explicatione egere censuit scholiastes, quippe vox ذو loco vocis الذى genti Thai proprius loquendi modus sit et vox بسماء pro في السماء ab iis, qui grammatices regulas stricte observent, haud adhibeatur. Nihilominus vero in vulgi sermone talia saepe occurrunt, ut non sit, quod miremur. Ex verbis autem, quae pars hemistichii posterioris sunt, versus in Hamâsa longioris carminis fragmentum esse cognoscimus. Res autem quomodo facta sit, ex scholii verbis haud patet. Ahmirus proficiscentem Amru-l'Kaisum ad Abu-Hanbalum, novum hospitem, comitatus videtur, ubi uterque poeta, ut mos ferebat, carmina dicta recitaret, ut Amru-l'Kaisus, poeta quoque celeberrimus aut iudicium ferret aut versibus dictis oblectaretur.

---

1) De Sacyus verba فاكرمت عامرا عنها sic intellexit: Nimio honore prosequor Ahmirum quam ut succenseam illi propter huiusmodi versum.

XCIV.

Dixit Iasid b. Himar Sacunita die pugnae Dsu-Kar[1]) dicto.

Nomen السكون translatum non est modo, quo adiectivo tanquam nomine proprio utuntur Arabes (conf. Gram. Ar. T. I. p. 268.). Rem ita se habere, articulus cum voce, ut in nominibus العباس, الحرث, الصعق, coniunctus probat. Haec dicit scholiastes, quod nominibus propriis مرتجل dictis nisi iis, qui ex adiectivis orta sunt, articulus non additur (conf. Gram. Ar. T. I. p. 437.). Abu-Tammamus sic nomen adnotavit, sed rectum est, virum appellari Ahdijj b. Iasid b. Himar b. Obbad b. Salamah b. Auhf b. Torâghim b. Moahwijah b. Tsahlebah b. Ahkabah b. Sacun. Torâghimi nomen Malic erat. Ahdijjus vero tempore ante Islamum vivens, cognominatus Aldjaun (ruber), inter gentem Schaiban habitabat.

1. Ego gentem Banu-Schaiban laudavi, quum gentis meae ignes exstincti essent et in illa (gente) ignis accensus esset.

Gentis Schaiban, in qua habitabat, liberalitatem laudat in summa laude ponens, quod tempore infertili, quo ei alii operam non darent, ista gens liberalitati studuerit. Arabibus, qui nocte appropinquante in collibus ignes accenderent, ut viatores ad hospitium allicerentur (conf. Ham. p. ٥٣ v. 3.), ignes exstingui hospitio non excipere et ignes accendi hospitio excipere significat. Attamen, quum Arabes quoque belli consilio capto ignem accendere solerent (conf. Meid. C. 25, 90. Coran. Sur. 5, 69.) et bellum cum igne compararent, (conf. Ham. ١٨٠ v. 1. ٢٩ v. 3. ١٨٢ v. 2. 3.) sunt, qui hoc in versu belli ignem significari dicant. Prius tamen praeferendum est, quod in sequentibus infertilitatis mentio fit, neque causa est, cur gentem ob bellum laudaverit, quippe qui in sequentibus fortitudinem non commemoraverit. Loco vocis قومى in versu quoque قوم legitur; sed prius magis placet, **(p. 149.)** rei enim convenientius poeta suae gentis, quam aliorum hoc in loco mentionem fecit.

2. Tanta eorum (Schaibanitarum) beneficentia est, ut tempore penuriae vicinus inter eos se vicinum esse nesciat.

Tempore penuriae vituperationem non meretur, quod quisque sui potissimum suorumque rationem in dando habeat, alios negligat. Istius autem gentis liberalitatem tantam esse, ut vicino non minus, quam suis distribuant, ut sibi ex ipsorum numero esse videatur. Verba ومن تكرمهم sic explicanda puto, ut pro وشى من تكرمهم sint. In verbis انهم etc. subiectum et in verbis شى من تكرمهم praedicatum est (conf. Gram. Ar. T. II. p. 491 sq.) aut nil obstat, quominus, nulla ellipsi admissa praepositioni من significatio propter, ut causam sequentis indicet, tribuatur (conf. Anthol. gram. p. ٤٨ l. 1. infr.). Sic scholiastes verba intellexisse videtur, dicit enim لاكرامهم له »propterea quod eum honorant.« Pronomen in voce انهم, repetitum in voce فيهم, pleonasticum est; sed sermonis vim auget; est enim idem ac si dixerit: ان الجار لا يعلم. In versu verbum يعلم cum vocalibus passivi quoque enunciatur i. e. ut alii nesciant, eum vicinum in gente esse.

1) Pugna Dsu-Kar anno fuit, quo Mohammedes quadraginta annos natus erat conf. Meid. P. III p. 557. Pocock. spec. p. 438. 461. Nomen حمار ab altera manu in vocem حمان (Hamman) in codice mutatum est.

3. Ut ex ipsorum numero honoratus sit aut ut cum omnibus suis rebus abeat, dum liber est.

Vicini in ista gente duplicem statum esse dicit. Si in gente semper habitare vult, honoratus erit tanquam ad ipsos pertinens, sin vero abire in animo est, liber est, ut omnia sua abducat nemine impediente aut laedente. Sed in singulis explicandis varia via incessere interpretes. Verba من نفوسهم statum (حال) definire possunt, ut sint pro كاينا من نفوسهم aut وهو من نفوسهم, dum عزيزا praedicatum verbi كان est aut vice versa, ut من نفوسهم loco praedicati cum verbo يكون coniungatur et عزيزا statum designet i. e. ut ex eorum numero sit, dum honoratus est. Similem sensum verba من انفسكم in loco Corani Sur. 9, 129. offerunt. Particulae حتى duplicem significationem tribui posse dicunt. Particulam aut terminum designare, ut pro الى ان sit, quemadmodum in verbis اكرمنى زيد حتى اثرنى على نفسه »Saidus me honoravit talem in modum, ut me sibi praeferret.« Hac significatione admissa حتى in causa est, cur verbum يكون futuri Nasbati vocalem habeat. At vero si particula حتى statum designat, futurum Nasbatum non sequitur. Sic dici potest: سرت حتى ادخلَها »profectus sum, donec ad eam ingrediebar« et سرت حتى ادخلُها »profectus sum statu, quo ad eam ingrediebar« (Gram. Ar. T. II. p. 24 sq. et 570 sq.). Sic in verbis Hassani: (metr. Camil) Teguntur tali modo, ut eorum canes ne ganniant quidem. Aut particulam حتى causae consequentem rem, ut sit pro كى ita ut, designare dicunt. Vocem جميعا autem aut statum subiecti in verbo يبين describere aut eorum statum, quos relinquat. Priore modo recepto significare, eum omnia sua secum abducere, posteriore, illos ad valedicendum congregatos esse. Verba وهو مختار »et is eligens est« ad duas res aut manendi aut abeundi, referenda sunt. Similem sensum poeta Sohairus verbis expressit sequentibus: (metr. Wafir) وجار سار معتمدا الينا اجاءته المخافة والرجاءُ فجاور مكرما حتى اذا ما دعاه الصيف وانقطع الشتآء ضمنا ماله وغدا جميعا علينا نقصه وله النمآء Quot vicini confidentes ad nos profecti sunt timore et spe adacti. Honoratus vicinus noster erat, donec hieme finita aestas eum invitavit. Opum suarum sponsionem ei fecimus, ut decrementum nobis damno esset, incrementum ipsi commodo. In versus commentario plura leguntur, quae versum sequentem spectant.

4. Quasi caper montanus in cacumine montis alti esset, sub quo nidi avium rapacium.

Comparatione adhibita vicini securitatem describens eum in monte altissimo versari dicit, ad quem hostes adscendere non possint. Comparat eum cum capro montano mediocris staturae. De voce صدع lexicographi non consentiunt. Origine sua rem designare videtur, qua altera finditur, ut in medio eius sit. In animali translatam vocem designare dixerunt aut mediocris staturae (neque parvum neque magnum aut neque macrum neque pingue) aut mediae aetatis i. e. iuvencum. Quale horum sit, tale summis montium cacuminibus adscendendis aptissimum videtur. Poeta autem ex more Arabibus consueto adiectivum, ut in hac sic in voce شاهقة loco substantivi posuit (conf. Ham. ٣٦ v. 1. ٣٨٤ v. 4.). Montibus collibusque securitas significatur Ham. ٥١ v. 1. ١١٤ v. 4. ٤١٣ v. 1. ٦٠٩ v. 1. infr.; sed ut summa securitas sit, cacumen montis tam altum esse dicit, ut ne aquilae quidem ibi nidos ponant. Aquilae

autem in summis montibus adscensuque difficillimis nidos ponere solent. Verbis عتاق الطير non solum aquilae; sed totum genus avium rapacium significatur. Ut in praecedentis versus commentario plura ad versum sequentem pertinentia vidimus, sic in hoc plura sunt, quae priori illustrando inserviunt.

XCV.

Alius quidam dixit.

1. Ad gentem Almohallebi deverti hieme proficiscens, peregrinus a domo mea remotus, tempore penuriae.

Versus Alachnaso Thajjitae ab Ebn-Challikano (No. 764) tribuuntur. Gentis Almohallebi liberalitatem laudaturus hospitio ab iis se exceptum esse dicit. Almohallebus die, quo Mecca expugnabatur natus esse dicitur et anno 83 in loco Merweruds Chorasanae praefectus, cuius imperium per quinque annos tenuerat, diem obiit. conf. Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. 582. Quo autem beneficium in ipsum collatum maius esse eamque gentem maiori laude dignam ostendat, tria adfert, unum. se hiemis tempore, quod penuriae est, advenisse, alterum, se peregrinum a patria remotum i. e. ipsi genti incognitum et omni suorum auxilio destitutum se fuisse et tertium, annum infertilem, quo ipsa gens inopiâ premeretur, fuisse. Vox محل, proprie nomen actionis, defectum pluviae et terrae ariditatem designans, adiectivi locum obtinuit. Eiusque plurali مُحول tanquam singulari, nomini apposito, modo quo vocibus جُدوب et مزَقٌ **(p. 150.)** adhibent, usi sunt. Sed lexicographi formam مَحول quoque nescio, an errore ducti sint, adnotarunt. Forma ممحل vero in scholio versus adducta nonnisi in versibus interdum invenitur. Sic Hassanus b. Tsabet (Mohammedis tempore florens, Ohmari tempore grandaevus) dixit: (metr. Camel) اما ترى راسى، تغير لونه شمطا فاصبح كالثغام الممحل Caput meum colore mutatum mixtis albis crinibus vides instar deserti sterilis factum i. e. paucis crinibus tectum, ut in deserto arido paucae tantum plantae sunt. In Ebn-Challikani opere legitur بعيدا loco vocis غريبا et الزمن المحل pro زمن محل.

2. Ea autem honore me adficere et beneficiis benignitateque me prosequi non cessavit, ut meam gentem esse putarem.

Conf. versum secundum carminis antecedentis. Voces اكرام, اقتفاء et الطاف varia et honoris et beneficiorum et benignitatis genera complectuntur. Primum ad honorem, quo quis adficitur, secundum ad cibos optimos, qui offeruntur, tertium ad benignitatem, quae verbis et vultu ostenditur, referendum esse videtur. Verbum اقتفا a voce قفى cibo, quo quis prae aliis honoratur derivandum esse censent, ut praeferendi primariam significationem habeat, dum alii a sequendo derivatum esse dicunt, quasi res eius investigantes reparent. Loco vocis اقتفاوهم in versu quoque اقتقادهم legitur, qui legendi modus minus conveniens et ex mutatis ob similitudinem litteris ortus est. In Ebn-Challikani opere معروفهم pro اكرامهم et برهم pro الطافهم legitur.

XCVI.
Dixit Djabir b. Altsahlab Thajjita.

Grammaticus Abu-l'Fath nomen Altsahlab explicans plures vocem significationes habere dixit, ut vulpis, dum vulpis femina ثعلبة appelletur, cui voci podicis quoque significatio sit, et cuspidis lanceae superioris ligneae, quam verbis poetae probavit: (metr. Redjes) Et cuspis lanceae ligneae in eo fracta est et (metr. Motakarib) Cuspis lanceae lignea inter axillam et costas spurias fracta est. Vocem locum quoque significare, per quem aqua e loco, ubi dactyli siccentur, defluat et locum ipsum مربد appellatum; sed nomen a vulpe in hominem translatum esse. Hanc rem se ita habere, eo probari, quod cum nomine proprio articulus coniunctus sit, quippe quod nonnisi in iis, quae ab adiectivis derivata sint, fieri soleat. In aliis autem, excepta vulpis significatione, nil adiectivo simile inveniri. Vulpem autem deceptorem, astutum designare. Sic in proverbiis »astutior quam vulpes« (Meid. C. 10, 199. conf. Meid. 1, 89.). »Astutior quam cauda vulpis.« Poetam quoque dixisse: (metr. Sarih) Omnes illi astutiores vulpe sunt; quam similis haec nox proxime praeteritae est (Meid. C. 24, 86 Alhasano tribuitur; sed conferas Ebn-Dor. Makz. v. 17., in cuius scholiis posterior pars Tharafaho adscribitur).

1. Contumeliosae ad me venientes me vituperarunt hisce verbis: Quid est, quod semper in itinere verseris?

Patientiam suam in itineris molestiis perferendis, ut opibus potiatur, laudaturus feminis, quod semper in itinere versetur, ipsum vituperantes inducit. Verbum يلمحن statum vocis العاذلات describit. Illi autem voci vox يقلن appositi loco est. Quum autem vox يلمنني verba includat, in voce يقلن quodammodo pleonasmum videmus. Loco verborum الا تنفك ترحل مرحلا legitur quoque: الا يا ارحل لاهلك مرحلا »Eheu! tu pro familia tua iter suscipe!« Hoc legendi modo recepto vituperantes feminae eum incitant ad iter suscipiendum et versus sequentes causam exponunt, cur ei iter suscipiendum sit. Vox مرحلا modo nominis actionis casum accusativum obtinuit (Gram. Ar. T. II. p. 113. et T. I. p. 282.). Sic quoque dicunt: تخرج مخرجا et تبعد مبعدا. Tebrisius Mersukii aliorumque verba miscens scholion haud bene disposuit. Quae enim in fine primae lineae post alterum legendi modum verba: اى الا تزال ترتحل ارتحالا leguntur, ea illi alteri legendi modo explicando non inserviunt; sed in textum recepto modo. Quae autem in fine scholii leguntur, ea nonnisi alterum legendi modum, in textu versus non receptum, respicere possunt.

2. Sed vir forti animo praeditus medium hanc noctem ingreditur, ut dives fiat.

Quod si in versu antecedente textum receptum admittis, in hoc et sequentibus poeta causam exponit, cur tot itinera suscipiat. Est igitur initio versus ellipsis statuenda: ego vero iis respondi, providi et firmo animo praediti esse, pericula subire, ut dives fiat. Talem hisce verbis se laudat. Verba رامر بنفسه ita intelligenda puto, ut contra animam nolentem quasi vim adhibeat. Arabes enim animam tanquam periculis abhorrentem descripserunt (conf. Ham. ٧٣ v. 1.

٧٦ v. 2. ٨٥ v. 1. ١٧٨ ١٨١ et ٣٠٠ v. 4. Res et tempus cum personis conferentes iis capita, colla, iugula, pectora, ut primam mediamve partem, podicem, caudas, calces (conf. راس, نحر, عنق, هادية, صدر, جوشن, عجز, دبر, عقب, ذنب), ut postremas partes significarent, tribuerunt. Verba جوشن الليل et primam et mediam noctis partem designare dicunt. Hoc autem in versu mediam potius partem, quae obscurissima sit, significari puto.

3. Qui in gente sua ad paupertatem redactus est, divitias laudat et si patruorum avunculorumque nobilissimus est.

Verbis hisce dicentes, opes non tanti esse, ut pericula subeantur, refellit. Qui opes possideat, eum quanti sint, iudicare posse. Qui pauper sit, eum intelligere, opes et patruis et avunculis praestare. Primum igitur est, quod exponit, opes generis nobilitati praestare. Rerum naturam contrariis cognosci, poeta Abu-Tammam sequente versu carminis in laudem Mahdii b. Azram dicti expressit (Metr. Wafir): Reditus gaudium non est nisi ei, qui valedicendi tristitiam cognovit. Medius autem hoc in versu praestantem designat, ut in hoc poetae dicto (metrum Redjes): In medio gentis Malec et Hentselah fui et sic in verbis Mohammedis traditione ad nos perlatis »Ego gentis Koraisch medius sum nobilitate generis.« Loquendi modus a torque desumtus, in quo medium quodvis pretiosissimum est. Dicunt eodem sensu فلان واسط القوم, et وسيط القوم et اوسط القوم.

(p. 151.) *3. Paucitas opum efficit, ut viri ingenium despiciatur, etsi generosior quam viri et ingeniosior est.*

Alterum autem, quod agendi rationis suae probandae causa adducit, in eo cernitur, quod generosissimus et ingeniosissimus quisque, dum pauper sit, parvi habeatur. Hicce versus in Mersukii codice non legitur.

4. Est ac si vir, quum vestitur, nunquam nudus fuerit, et quum dives evadit, nunquam pauper fuerit.

Rem se ita habere, quemadmodum dixerit, ex eo elucere, quod viri conditione mutata pristinus status statim redeat, ut nonnisi in paupertate despectus causa quaerenda sit. Incitant quoque versus verba ad opes acquirendas, quum tanta in iis vis sit. Varius quodammodo sensus verbis poetae est (metr. Thawil): Per aliquod tempus et paupertate et opulentia contenti eramus et utraque res, quum evanuisset, nobis non exstitisse videbatur.

5. Et, si una tantum nocte cum dorcade (pulchra puella) languentibus nigrisque oculis suaviter confabulatur, nunquam calamitate pressus fuerit.

Versus cum antecedente intime cohaerens idem probat. Quum puellae cum dorcadibus comparentur (conf. Hamas p. ٥٨٤ v. 1. ٦١٩ v. 3. ٦٣٩ infr.), in hocce versu dorcadem ipsam loco puellae dixit. Puellam autem significari, ex voce يناغى cognoscimus, verbum enim praecipue in sermone, qui fit cum puella, adhibetur, qui pulchris verbis lenique sono caeditur. Pulcherrimi in dorcade oculi sunt. Dorcadis oculi tanquam ampli p. ٦٣٩ v. 5., nigri p. ٥٨٤ v. 1, et languidi describuntur. De forma ياك conferas p. ٣٦ v. 1. Loco ver-

borum فاتر الطرف legitur quoque ساجى الطرف »tranquillum intuitum et languentem habens.« Vocabulum اكحل eam personam designat, cuius oculi stibio illito nigri sunt, tum in eum transfertur, cuius oculi natura nigri suut.

6. Quum unum latus te fallit, ad alterum te converte, nam in terris locum, quo nitaris, invenies!

Hoc in versu, qui in Mersukii codice desideratur, poeta amicum vel alium quendam hortatur, ut, si in regione calamitate prematur, in aliam se convertat. Hunc sensum poeta Almohdats appellatus expressit (metr. Wafir): Quum in terra calamitate premeris, eam relinque et camelas praestantes, licet ungulas laesas habeant, ad iter faciendum impelle! Ne te decipiat quod socium vides in ea fortuna gaudentem, quum manus tua donis eius vacua est. Tu terram unam loco alterius invenis; sed animam alteram non invenis.

XCVII.
Quidam gentis Thai dixit.

1. Si carmina relinquo, quum verum falsum vicit; tamen in iis ad durum solum non perveni.

Se excusans, quod versus non amplius componat, se ea de causa rem non omittere dicit, quod facultate careat. In versu verba transposita sunt, nam verba اذ ازم temporis definiendi causa cum verbis ان ادع coniungenda sunt. Verbis quoque اذ ازم causam indicat, cur rem omiserit, se enim ad senectutem pervenisse, quo versibus tanquam rei vanae, quae iuvenes deceat, non amplius studendum sit. Comparavit autem poesin cum fonte, qui ex ingenio hominis prodit. Virum autem, qui versus componere non potest, cum fossore comparavit, qui in puteo effodiendo ad solum durum, quod penetrare non potest, pervenit. Hic comparandi modus verbo اكدى indicatus est. Maxime autem verbo اكدى in homine avaro aut eo, qui dona non amplius dat, utuntur. Sic in Corano Sur. 53, 35. invenimus: واعطى قليلا واكدى »Parum dedit et ad solum durum pervenit.« In eum qui dona dedit, tum dare omisit, dicunt: بلغ الناس كديته »Homines ad eius solum durum pervenere.« Verbis: verum, rectum, vanum seu falsum vicit senectutem oppositam iuventuti poeta indicare voluit.

2. Iam ea modo ipsis conveniente componebam et ab ignorante multum recedebam.

Se tempore iuventutis bonos versus composuisse; sed cavisse, ne cum ignorantibus poetis ipsi res esset timens, ne convitiis peteretur aut ipse alios peteret. Similem sensum poeta verbis sequentibus expressisse videtur (metr. Basith): انى امرؤ مكرم نفسى ومتئد من ان اقذعها حتى اجازيها Vir ego sum animam suam honorans et cunctans, ne eam opprobriis laedam, donec ei retribuam. Abu-Hilalus dixit, verba poetae قد كنت اجريه على وجهه non esse bene congruentia [1]) cum verbis واكثر الصد عن الجاهل. In poesi

1) Vocabulum لفق unam partem designat, quarum duae ملاءة sunt. In scholio unam partem sermonis cum altera congruentem designat.

vitium hoc esse. Idem quoque vitium in verbis poetae Alahschao invenit (metr. Thawil): Viri noctu ad te (o femina) iter facientis, dum deserta aquâ incolisque carentia et ampli tractus deserti eum separant, voci respondeas oportet sciasque, periculis liberatum a Deo adjutum esse, nam verba تستجيبى لصوته cum verbis ان المعان الموفق non congruere (sensu) putat. Hisce autem versibus cur hoc in libro locus concessus sit, non video.

XCVIII.

Alius quidam dixit (Abu-Rijaschus viro e gentem Thai (p. 152.) versus tribuit).

1. Contemeliosae contenderunt, camelae Djondobi in regionibus aquae Chabt sella deposita quietem concessam esse.

Poetae feminas vituperantes saepe introducunt conf. Hamas p. ١٥٠ v. 2. p. ١٧١ v. 4. Poeta se defendit contra feminas ipsum vituperantes, quod quieti indulgens ab itinere incoepto destiterit. Non generalem vituperationem prolatam esse, ex eo coniicere licet, quod poeta in hoc versu loci Chabt, in sequente autem Kadesiae mentionem fecerit. Chabt nomen aquae in regione gentis Calb sitae esse scimus, eamque in via, quae Kadesiam ducit fuisse, ex sequente versu sequi videtur. Verbum عريت (denudata fuit), hoc in versu de sella deposita adhibitum est. Vocalis Kesra in fine vocis اجمت ob metrum homoioteleutumque est.

2. Contumeliosae mentitae sunt. Si in loco Kadesia quietis locum nostrum vidissent, dixissent: Perseveravit in itinere et ea (camela) daemone obsessa est.

Refellit igitur vituperantes dicens, se longum iter Kadesiam perfecisse. Kadesia locus prope ad Kufam situs nomen inde accepisse dicitur, quod Cosroes, Persarum rex, loco virum Kades Harewitam praefecerit aut quod Abrahamus ibi caput laverit. Apud hunc locum Arabes tempore Ohmari contra Persas pugnarunt. Fieri potest, ut poeta istam celebrem pugnam respiciat. Vox مناخ locum designat, ubi cameli cubant. Locum autem posuit pro camelis ibi cubantibus. Sunt quoque, qui dicant, neque ipsum cubandi locum, nec ipsum cubare significari, ut sensus sit: Si ibi vidissent id, quod ibi paratum esset camelae nostrae vice loci cubandi etc. Arabum poetas interdum res non existentes commemorare, quemadmodum poeta dixit (metr. Basith) لما تذكرت بالديرين ارقنى صوت الدجاج وقرع بالنواقيس Quum recordatus essem in loco Aldairan, e somno me excitavit vox gallorum et percussio crepitaculorum lignerum [1]), quamquam ibi neque unum neque alterum esset. Pro voce جنت legitur quoque ذلت (vilis, obsequens fuit). Quid poeta voce جنت (daemone obsessus fuit) voluerit, non admodum clarum est, sed maciem camelae spectare videtur, quae daemoni adscribebatur. Vox ذلت camelam longo itinere emaciatam et vilem factam esse significat.

---

1) Crepitaculis ligneis precum tempus Christiani, quibus campanis, uti licitum non est, in Oriente indicant. Vox الديران, poetam in loco monasteriorum duorum fuisse indicare videtur, licet ea destructa essent.

XCIX.

Alräih dixit (conf. p. 136.).

1. Ihriffanus pro me dormivit et ego pro eo sidera observavi, dum somnus eum amplectebatur.

In itinere se vigilantem describens laudat, ita ut socius pro ipso dormire videatur. Ihriffan nomen socii in itinere est. Nomen quoque Ohroffan enunciatur, ab animali sic appellato, nonnullis lacerta, derivatum. Kamusi auctor, qui versum citans nomen, quod viri esset, nonnisi cum duabus vocalibus Kesra pronunciandum scripsit, tanquam animalculi autem nomen crassae locustae, quae nonnisi in planta Rimts et Ohnthsowan reperiatur aut alius animalculi nomen tum cum duabus vocalibus Kesra tum cum duabus vocalibus Dhamma afferri voluit Unum pro altero somnum capere quum re vera non posset, loquendi modum كفانى الكرى vituperarunt, eum nonnisi, ut congruus sit (طابق) verbis sequentibus كفيته كلوه, adhibitum dicentes. Quae res fortasse in causa erat, cur alter legendi modus كفانَى عرْفان الكرى »Mihi suffecit in cognitione somni« ortuus sit. Ortum autem et occasum siderum Arabes observare solebant, ut inde tempus pluviae cognoscerent. Arabum poesi proprium est, prosopopoeia frequentissime uti. Sic somnum tanquam personam hoc in versu descripsit dormientem amplexu tenentem. Verba autem designant, somno eum omnino teneri. Pagina ۴۲ v. 3. somnum hominis oculos consuere legimus. Voce كرى levem somnum significante, dum نعاس proclivitas in somnum est, usus est poeta indicaturus, ne levi quidem somno se occupari, dum socius semper somnolentus sit.

2. Per noctem (somnus) ei coniugem suasque filias ostendit; ego autem sidus ei ostendo, ubi eius occasus sit.

Quae in antecedente versu dixerat, ea magis exornat. Dum somnus somniis ei coniugem filiasque producit, ego sidera observo, ut ei occasum eorum ostendere possim. Scholiastes autem, quum vigilans re vera scire non possit, num alter somniet nec ne, adnotavit, poetam rem ex opinione sua descripsisse indicaturum, socium firmo dulcique somno teneri. Subiectum verbi يريه omissum sc. النوم est. In sermone res sibi oppositas, ut in huius versus posteriore et priore hemistichio, diserti saepe protulerunt. Sic in Corano Sur. 2, 190. »Qui contra vos inimicus est, contra eum inimici estote!« et ibid. Sur. 2. v. 13. 14. »Nos ludibrio habemus; Deus eos ludibrio habet.« Sed in posteriore hemistichio sensus sanae menti quodammodo repugnare videtur, nam vigilans ei, qui dormit, sideris occasum ostendere non potest, nisi eum e somno antea expergefecerit.

C.

Alius quidam dixit.

1. Non consido nisi ubi ipsa aut eius imago mendax apud sellam meam versatur.

Itineris conditionem describens dicit, a se aut vigilante aut dormiente amatae imaginem non recedere. Poetae simile quid saepius protulerunt. Sic Amru-l'Kais in versu (metr. Thawil): تنوّرتها من اذرعات واهلها بيثرب ادنى دارها نظر عال »Eius ignem e longinquo conspexi

e loco Adsriat [1]), dum eius familia Jetsrebi (i. e. Medinae) erat et maxime propinqua domus eius pars contemplatio alta erat« conf. illust. de Slane Diw. p. ٢١ v. 4. (i. e. quum ob spatium longe remotum eam oculis videre non posset, oculis in aerem sublatis imaginando eam se conspicere putavit). Ut vox بنازل obiecto caret, quod محلا aut منزلا est, sic quoque verbum المت subiecto هى vel حبيبتى. Imaginem autem mentientem appellavit, quod evigilans nullam rem viderat. Poetae imaginem amicae noctu ipsis apparentem saepius descripserunt conf. Ham. p. ٢٣ v. 1. Ex verbis posterioris hemistichii, quae priori opposita sint, poetam in priore statum vigilantis descripsisse videmus.

1. Advenit camela iuvenca filiorum duorum Sohaili, dum eius pascendi locus pilentis propinquus erat. **(p. 153.)**

Camelae iuvencae statum describens dicit: Ea itinere longo tam fatigata erat, ut a pilentis in pascendo non multum abiret. In explicando verbo جعلت duplicem interpretes rationem secuti voci قلوص aut casum nominativum aut accusativum tribuerunt. Grammaticus Abu-l'Ahla priorem pronunciandi modum vituperans dicit, verbum si incipiendi, id quod propinquitatem actionis (مقاربة) grammatici appellarunt (conf. Gram. Ar. T. II. p. 213 et 215.), significationem habeat, verbum sequatur, necesse esse. Sic poetam dixisse (metr. Thawil): Incepi, dum in me neque iniquitas nequé odium erat, vos visitare per diem et vos fugere per mensem.« Quod si quis dicat: جعل زيد فعله جميل »Saidus incepit; eius agendi ratio est pulchra«, omisso verbo, verba sensui convenientia cum reddere, quasi dixerit: جعل زيد يجمل. Praeferendum igitur esse, si voci قلوص accusativus casus detur, ut verbi جعلت, quod verbi صيرت significationem offerat, subiecti loco femina ipsa sit et verbum sequens necessarium non sit. Hoc admisso verbis مرتعها قريب obiectum secundum contineri (Gram. Ar. p. 546 et 131, 212.). In versu, qui in libro Anthol. gram. p. 338. citatus est, ابنى زياد legitur.

3. Ac si ei in mansione gentis pulli camelini cutis farcta sit; at nullus ei morbus nisi maxima fatigatio est.

Camelae fatigatae statum amplius describens dicit: Tantopere fatigata camela gentis sellis adhaeret, ut amore pulli ibi retineri videatur. Fatigatos camelos alio modo descripsit poeta (metr. Sarih): من الكلال لا يذقن عودا لا عقلا تبغى ولا قيودا Ob lassitudinem plantam Uhd non gustant; tu neque vincula neque lora desideras (ad eos retinendos). Camelae, et maxime annosae, pullis suis deditae sunt. Quodsi pullus aut mortuus est aut mactatus magna tristitia adfecta lac retinet. Quod ne amplius faciat, cutem pulli farciunt et ad camelam adducunt. Huic cuti farctae, cui nomen بو est, vehementer adhaeret. Vox ان in versu superflua est p. ٨٣ v. 6. ١٥٤ v. 2. ٤٣٧ v. 2. Morbi autem significatio voci طب raro datur.

---

1) Locus hic in Syria situs et cum vocali Fatha enunciatur. Kam.

CI.

Alius quidam, cuius clientem Hauschab appellatum patrueles verberaverant, dixit.

Vox حوشب magno ventre praeditum designat. Alii autem Djandalum b. Ahmru versuum auctorem fuisse dicunt. Voci جندل petrae significatio est.

1. Si ego non petor; sed si pharetra mea petitur, sagittae latus confodientes hypochondrium latusque meum confodiunt.

Comparatione instituta ostendit, se ipsum laedi, si quis alius, qui in clientelam suam se receperit, laedatur, ut enim, si quis pharetram in latere nostro haerentem petit, fieri potest, ut ipsum latus nostrum vulneretur, sic clientis nostri damnum ad nos transit. Videre licet, particulae إن vim grammaticam verbo كنت interposito in vocem ارمى (ut futurum apocopatum fiat) sublatam esse; sed redire in phrasi consequente, quemadmodum in voce تصب videmus (Gram. Arab. T. II. p. 34.). Loco vocis جانحات legitur quoque جايحات (perdentes). Priorem autem legendi modum praeferunt verbum جاح verbo رما non congruere dicentes. Voci autem جانحات aut latus confodiendi aut ad eum declinandi significationem tribuunt i. e. sagittae, quae a scopo declinantes ipsum confodiunt. Pharetram autem latus designare, quippe quae in latere viri locum habeat. Grammaticus Abu-Säihd Caecus Nisaburensis, Alazmäihi socius, viri clientem pharetram appellari vult, quod clienti suo vir secretum tradat, quemadmodum in pharetra sagittas ponat. Alii autem verbis proverbium usitatum inesse dixerunt, quod cum rebus inter Fesaritam et Asaditam gestis cohaereat. Inter viros duos, quorum unus ad gentem Asad, alter ad gentem Fesarah pertineret, in via quum occurrissent, certamen ortum esse, uter melior iaculator esset. Asaditam, cui vetusta pharetra esset, dum Fesarita novam haberet, suam pro scopo posuisse et quum Fesarita iaculando suas sagittas consumsisset, Asaditam sua sagitta Fesaritam occidisse. Proverbium autem adhiberi in viro, qui agens aliud opus ostendit, quam intendit conf. Meidan. C. 13, 34. Vocabulum نبل collectivam significationem habet. Pharetra كنانة a **(p. 154.)** tegendo originem duxit. In verbi كن prima et quarta forma tale discrimen statuerunt, ut hanc in secretis in animo occultandis, illam primam in rebus tegendis adhibuerint. Vocabulum كنانة nonnisi pharetram corio confectam, in quam sagittae recondantur, designare, Ebn-Doraidus dixit. Vocabulum جفير ligno confectam pharetram designare, duabus autem partibus coniunctis constantem قرن esse. Pharetram جعبة appellatam tam sagittis نبل, quam iis, quibus nomen نشاب sit, inservire confer quoque voces وفضة et زغرية. Vocabulum منكب hoc in versu non humerum; sed latus significet, necesse est, ita ut hoc superius eius latus, vox كشح autem inferius designet.

2. Dic igitur filiis patrui mei, nam per patrem ipsorum! amplis oris angulis praeditus, torvis oculis adspiciens, crassa praeditus cervice (leo) iis destinatus est,

Hoc versu, qui in Mersukii opere non legitur, minae continentur. Se fortitudine leoni similem iis superventurum esse, dicit. Heroes cum leonibus saepissime comparantur

conf. p. ٢٧٣ v. 4. ٣٣١ v. 2. ٣٨٣ v. 7. Leo autem hoc in versu nomine suo haud appellatus; sed adiectivis insignitus est. Vox هريت proprie diffissus, et omissa voce الشدقين amplis oris angulis praeditum designans, in leone ut vox اهرت maxime adhibetur. Poeta autem non bene fecisse videtur, quod vocem اشوس, quae nonnisi in viris adhibeatur, (conf. p. ٩٨ et ٧١١) inter duo adiectiva, quae leonis epitheta sint, posuerit, nam vox اغلب leoni praecipue propria est. Crassa cervix in animalibus magnum robur indicat.

3. *Ad sanam mentem redite, o filii Hasni! amor enim noster idem et cognatio nostra coniuncta, nondum abrupta est.*

Verbis hisce, quae cum verbis versus prioris coniungenda sunt, a prava agendi ratione, dum iam tempus est, reducere eos vult. Iam tempus esse, eo indicat, quod dicit, vinculum mutui amoris nondum abruptum esse. In versu vox تقضب in initio tam cum vocali Fatha, quam cum vocali Dhamma pronuntiari potest.

4. *Ne id (bellum) excitate, posteaquam vinculo ligatum erat, nam de fine quaerenti pravus eius successus nunciabitur!*

In hoc versu, qui in Mersukii opere desideratur, monet, ne bellum excitent, cuius exitus semper perniciosus sit. Bellum ipsum non appellavit; sed eam cum camela furibunda comparavit, cuius pedes, ne irruere possit, ligati sunt. Hanc autem comparationem indicatam videmus voce عقال, quae vox vinculum, quo pes brachiumque cameli colligatur, significat. Arabum proprium est, singula voce, qua utuntur, imaginem plures res complectentem indicare. Sensus igitur est, ne bellum postquam quievit, excitate simile camelo furibundo, cuius vinculum ruptum est.

5. *Et si id excitatis, tale id futurum excitatis, ut de fine quaerenti vituperandus et turpis eius successus nunciabitur.*

Hic versus antecedenti verbis tam similis est, ut unus ex altero ortus videatur. Uno omisso nullam sensus iacturam facit.

6. *Sane ego, o gens Hasni! Hauschabum de vobis vindicabo et si ille mihi nonnisi cliens est, et vos patris mei filii estis.*

Non obstante cognatione, quae inter ipsos intercedat, se ob iniuriam Hauschabo illatam ab iis poenam sumturum esse minatur. Alter legendi modus est: وان كان مولاى »et si cliens meus est« i. e. nonnisi vicinitatis et foederis iure mecum coniunctus. Hoc legendi modo recepto versus irregularis est, ut abiecta septima littera quiescente (pedis مفاعيلن) fiat مفاعيل (conf. libr. meum Darstell. d. Arab. Verskunst p. 83). Qui mutandi modus, a rei metricae peritis كف appellatus et generi زحاف adnumeratus (ibid. p. 77.), rarissime in metro Thawil existens. in toto Hamasae libro nonnisi semel reperitur conf. ibid. p. 174. Legitur quoque مولى لى, ut versus regulis aptus sit. Sunt denique, qui legant: مولائى, ut regulis versus conveniat; cui vero legendi modo grammaticorum Bazrensium sententia contraria est

negantium, vocabulum in fine breve extendi posse, ut ex مولى fiat مولاءْ, dum contrarium permittunt. Scholiastes dixit, مولاءى loquendi modo poetis proprio maxime aptum esse, siquidem بنى ابى sequatur, ita ut utraque vox suffixo addito definita sit. Non autem silentio praetermittendum est, in Mersukii codice بنى اب legi, quo fit, ut illa a scholiaste adducta causa non adsit.

CII.

Alius quidam dixit (in Mersukii opere Djamilo adscribitur).

1. Pater tuus, pater tuus Arbad sine dubio in causa erat, ut in loco ignominiarum, ubi ipse habitaverat, sedem haberes.

Virum Arbad appellatum ob pravam agendi rationem vituperans eam a patre in filium quasi haereditate translatam esse dicit. Ut locus elatus honorem designat (Ham. ١١٥ v. 1.), sic ignominia hoc in versu cum loco comparata est. Istum locum habitare idem est ac ignominia semper adfici. Grammatici versus verba explicarunt dicentes, prius vocabulum ابوك subiectum esse, vis augendae causa repetitum; nomen اربد autem appositi locum tenere et praedicatum in verbis احلك etc. esse. Voci غير شك tanquam nomini actionis casum accusativum datum esse, qua voce praecedentia, sicut voce حقا, confirmentur. Alii dicunt, vocabulum ابوك posterius prioris praedicatum esse posse, ut vox اربد appositi loco addita sit. Littera Alif in voce حلا nonnisi ob homoioteleuton est.

(p. ١٥٥.) *2. Non autem ego te inde depellam, cum viro viliore et magis vituperando quam pater tuus est, te coniuncturus, ut vituperatio tua augeatur.*

Versus verba indicant, patrem eum habuisse turpissimum; se igitur haud dicere, eum ab alio patre originem duxisse. Vocis لوما accusativus accuratius definiendae voci تزداد inservit modo a grammaticis تمييز appellato (Gram. Ar. T. II. p. 113. 538.). Praepositio ل in voce لالام cum verbo omisso cohaeret, ut haec ellipsis sit: ما انفيك من ابيك وادعوك لالام منه »A patre tuo te non depellam et viliori quam tuo te adiungam.« Haec autem ellipsis in causa est, cur verbo انفيك eandem praepositionem, quam verbo ادعوك dedit. Sic in Corani loco Sur. 79, 18. praepositio الى cum verbo omisso cohaeret, quod sensus est: هل لك ادعوك الى ان تزكى. Sic quoque in verbis Ferasdaki: قد قتل الله زيادا عنى praepositio عن cum verbo omisso صرفه »a me eum removeat« cohaerere dicunt. Sic quoque in versu, quem Sibawaihius in libro suo adnotavit (metr. Basith): اذا تغنى الحمام الورق هيجنى ولو تعزيت عنها امر عمّار Quum columbae fuscae vocem edunt, matrem Ahmmari in memoriam revocant, et si eius solatium ceperim verbum هيج modo verbi ذكرنى cum nomine coniunctum est, quod eandem significationem adfert.

CIII.

Dixit Djamil b. Ahbd-Allah b. Mahmar Ohdsrita.

Grammaticus Abu-l'Ahla contendit, nomen جميل ab adipe liquefacto derivatum esse, quippe hominis pulchritudo cum pinguedine coniuncta sit. Hoc proverbio Meid. C. 10,

140. probari: Ostende mihi pulchrum! dixit: ostendo tibi pinguem. In Mersukii codice hi versus alii cuidam nomine non addito adscripti sunt. Poeta Djamil adpellatus disertus excellensque erat. Artem versus componendi et aliorum poetarum versus memoria recitandi in se coniunxit. Tempore Moahwijahi Jasidique, quo Merwanus Medinae praefecturam tenebat, vixit et anno 82 in Aegypto diem obiit conf. Ham. p. ١٥٩ et ١٦٠ et ٥٩٢. De gente Ohdsr conferas Ham. ١٥٩. Versus satyris potius accensendi sunt.

1. Pater tuus Hobab hospiti vestem Jemanensem furatus est et avus meus, o Hadjdjadje! eques equi Schammas erat.

Maiorum dignitate supra Hadjdjadjum se extollit, dum patris sui agendi rationem cum patris Hadjdjadji agendi ratione comparat. Dicendum erat: سارق برد الضيف; sed participii modo verbi, cui duplex accusativus et personae et rei datur, obiectum tribuit in accusativo positum. Persona autem cum verbo ope praepositionis من coniungenda erat, sed praepositione abiecta verbum personam regit. Simili modo dicunt: اخترت الرجال زيدا pro من الرجال »Saidum e viris elegi« et participium adhibentes: هو مختار الرجال زيدا »is e viris Saidum eligit.« Nomen equi aut Schammar aut Schimmar pronunciatur. Priori modo forma praeteriti est, quemadmodum Ahnbar b. Mahsen خضمر Chadhdham, qui multum cibi sumeret, cognominatus est. Vocali Kesra pronunciatum nomen forma vocibus امّر et هلّع simile est. Hoc probato nomen equae oportet esse, quemadmodum mulier قنّب et دنّب appellatur. Haecce Abu-l'Ahla de nomine disputavit. Vox حباب aut appositi vocis ابوك locum tenere potest, dum سارق الضيف praedicatum est, aut illud praedicatum esse potest, ut hoc adiectivi locum habeat. Hoc eam ob causam praeferunt, quod sic cum verbis فارس شمرا melius congruat.

2. Proborum filii probi sunt et cuius parentes boni sunt, iis, ubicunque proficiscitur, occurrit.

Ex eo, quod in antecedente versu protulerit, sequi dicit, se virtute Hadjdjadjum praecellere. Praepositio in voce لآباء originem et auctorem indicat. Vox صدق hoc in versu mendaciis opposita non est; sed probitatem significat (conf. Moall. Ahmrui b. Kelth. v. 81.). Suffixum هم in voce يلقهم ad patres referendum est. Verba: patri probo occurrit, ubicunque proficiscitur, significant, eos patribus omnino similes esse, ut, ubicunque sint, patres in se inveniant. Verbum سير aut primae formae سار significationem habere potest aut secundae formae, ut obiectum supplendum sit (iumentum ad iter adigit).

3. Et si ob sortem, quam vobis Deus concessit, irascimini, scitote, Deum in eo, quod vos contentos non reddiderit, intelligentiorem fuisse.

Poeta inimicos suos iratos ob sortem vilem, quam Deus iis tribuerit, describens, eos meliore sorte indignos fuisse dicit. Horum verborum ratione habita inimicos illos, in quos invehitur, maiorem quam conveniret, dignitatem et auctoritatem sibi arrogasse puto. **(p. 156.)**

CIV.

Abu-l'Nasnâsch dixit.

Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, Alazmäiho nomen نشاش formam فعال fuisse a voce

نشيش derivatam. Verbum de vase figlino adhibetur, quod quum diu aqua impletum fuisset, ea percussum instar bullientis aquae sonum edit. De Sacyus de vocibus قرعت به dubitans exemplari suo فرغت به adscripsit, quae coniectura num recta sit, dubito Cisterna quoque نش dicitur. Quum aestus vehemens est; tum sonum edit, quum inde aqua petitur, qua adficitur (i. e. aqua paene exhausta bullientis aquae sonum edit). Dixit poeta Lebid (metr. Ramal): Illis duobus effudimus in vase antiquo, cuius lateribus erat sonus ob (effluentem) humorem. (Loqui videtur de vino vetere ex cado emisso). Vox نشاشة in terra salsuginosa aquam inbibente adhibetur. Arabs quidam dixit, voces سبخة نشاشة terram significare, cuius humus arida non sit et quae plantas non producat. Verbam نش in musco fricandi, comminuendi significationem habet. Nomen نشناش autem forma vocibus زلزال et قلقال simile est. Sibawaihio forma فعلال est; Farräo forma فعفال; quibusdam autem lexicographis forma فعفاع. Vox نشنشة scindendi significationem habet. Alii dixerunt, vocem نشنشة tractandi et versandi, ut res sonum haud altum emittat, significationem habere. Dixit poeta metro Redjes utens: Longus, quem currens equus longus aufert, cuius loricae in humeris sonus est. Loco vocis نشنشة in versu خشخشة, quae vox eandem paene significationem habet, legitur. Verbum نشنش significat: evulsit et proiecit (avis plumas). Dixit poeta (metr. Thawil): Vidi corvum decidentem in arborem Ban, qui evulsit superiores plumas suas et in aerem emisit. Hoc in versu plura mala omina sunt; unum in corvo, alterum in arbore بانة conf. Meid. T. I. p. 696. et tertium in plumis evulsis et dispersis conf. Ham. ١٠٣ l. 20.

1. Quum vir camelos mane pastum non ducit et vesperâ non reducit et propinquos sibi faventes non habet,

Paupertatem hominem deprimere descripturus, pauperem hoc in versu designat tanquam eum, qui camelos neque pastum educit neque domum reducit, Arabum enim campestrium maxima et paene unica pars opum cameli erant. Verbum سرح quum hoc in versu verbo اراح oppositum sit, matutini temporis camelos educendi significationem habere oportet. Scholiastes eadem res si repetatur, altero loco articulo definiendam esse censens, causam, cur vox سواما altero loco articulum non acceperit, hanc fuisse dixit, ex prato redeuntes camelos, quum aut aucti aut deminuti sint, aut pars eorum ob officia supervenientia a pastoribus ligata sit, quae res e divitum more fuerit, non eosdem fuisse, quam exeuntes; quae explicandi ratio mihi nimis longe petita videtur. Posteriorem versus partem cum priore sic cohaerere puto, ut paupertas in causa putetur, cur propinqui ipsi non faveant. Qui autem propinquis ipsi faventibus non gaudet, is neque potens neque honoratus est conf. Meid. C. 19, 74 et 12, 179.

2. Profecto! mors viro melior est, quam quod pauper sedet et patronum honorem suum laedentem habet.

Hic versus cum priore cohaerens mortem paupertati praeferendam esse dicit, quippe quae etiam cognatis despectos nos reddat conf. Meid. Prov. T. III, 3013. Verba con-

ditioni praemissae consequentia sunt, dum vox عديما statum designat pro وهو عديم. Posterior autem huius versus pars cum posteriore praecedentis congruit. Scorpio, quum clam adrepens homini noxam inferat, de noxa clam illata et maxime de sermone clam nobis nocente adhibetur. Sic Meid. C. 12, 3. in verbis: »Noctu ad nos pervenerunt scorpiones eorum« in proverbii consuetudinem venit conf. quoq. Meid. Tom. III, No. 897. et Ham. ١٥ v. 1. Non autem verbis specialiorem sensum, ut beneficia collata obiiciantur, tribuendum puto; sed generaliorem, quo calumniae, quibus ob paupertatem a cognatis hominis honor laedatur, significentur. Scorpionem repere in proverbium venit; dicitur enim: »Magis repens quam scorpio conf. Meid. T. III. No. 902. In Tebrisii codice voci قعوده vox حياته »vita eius«, ut alter legendi modus sit, adscripta est.

3. Quot autem deserta cum amplis regionibus, quorum viae lapides diruti erant, Abu-Naschnaschus vectariis camelis celeriter peragravit!

Praemissis illis de damno ex paupertate orto ad laudem suam transit, dicens, se periculosa et molesta itinera suscepisse. Genitivus in voce ونائية ob particulam و, cui significatio vocis رب est (Gram. Ar. T. I. p. 555.) aut potius, quemadmodum scholion dicit, quod vox رب supplenda est. Particulam و coniungendo inservire, neque loco ipsius vocis رب esse, inde sequi dixit scholion, quod particula ف, quae coniungendo inserviat, eius loco ponatur et وبل cum genitivo in sequente versu reperiatur: (metr. Thawil) فمثلك حبلى قد طرقت ومرضع وبَلْ بَلَدٍ Et quoties ad tui similem gravidam et lactentem infantem nutrientem noctu veni et, ut rectius dicam, quot terras. . . Vocem مرضع ex Mersukii codice addidi, ubi vox paene deleta est. Prius hoc hemistichium cum Amru-l'Kaisi versu 14 Moall. convenit. Loquendi modo poetarum proprium est omissis substantivis adiectiva ut نائية et طامسة ponere. Hoc in versu vox مفازة omissa est. Deserta autem, cuius latera remota sunt, ampla designant; cuius signa deleta sunt, ea periculosa, quippe viae indiciis carentibus viator in errorem facile induci possit. Signa, quae viam indicabant, altitudine diversâ diversa quoque nomina habebant. Altiora viri staturâ تاية, altiora his صوة, altiora quoque his امرة et altiora his denique ارمى appellabantur. Nomen generale علم est. Sic طامس الاعلام invenimus in carmine Caabi b. Sohair v. 15 Celeris quoque gressus, verbo خدى adhibito, **(p. 157.)** mentionem fecit significaturus, desertum periculosum esse, ut viatori ad aquam remotam festinandum sit. Poeta autem cognomine in versu se appellavit, nisi fallor, sui ipsius gloriandi causa.

4. Ut aut laudem consequeretur aut praedâ magnâ potiretur; nam hoc tempus multas res admirandas producit.

Hic versus in Mersukii codice non invenitur. Cum antecedente cohaerens causam indicat, cur itinera periculosa suscipiat. Duplex est aut gloriae aut praedae assequendae causa. Verba وعلّا الدهر etc. paene eadem sunt. quae p. 129 leguntur. Sensum autem iis talem tribuo: Tempus quum saepe res admiratione dignissimas adducat, fieri potest, ut ego, quemadmodum aliis contigit, et gloria et divitiis potiar. Ex scholio tertii versus, ubi adnotatum legimus, in

quibusdam exemplaribus ليكسب مجدا reperiri, sequitur, alia exemplaria in hoc versu ليطلب مجدا »ut laudem petat« habere.

5. Quot autem feminae de me absente interrogabant, quot viri! Quis autem pauperem, quo abeat, interrogat?

Saepius se in itinere periculoso fuisse dicit, ita ut aut misericordia commoti aut alia de causa de eius absentia et itinere homines interrogarent. Feminam virumque quaerentem nominat, ut aut multos aut omnes, quibus absentiae notitia fuerit, tanquam quaerentes designet. Quo autem plures de eo quaerebant, eo maius periculum fuerit, necesse est, ut tot hominum animos moveret. Ex verbis quoque, quae in fine addidit, suam rem omnium attentione dignissimam eum existimasse, sequitur. Quum enim pauperum ratio talis sit, ut ipsos nemo de itinere interroget, quippe qui mansionem stabilem non habentes, fere semper in itinere versentur, praecipua causa quaerenda est, cur poetam nostrum interrogaverint. Nulla autem eius rei causa nisi in maioribus periculosioribusque itineribus cerni potest. Scholion adnotavit, poetae dicendum fuisse عن الصعلوك, ut posterior pars in constructione cum priore magis congrueret; id autem omisisse poetam, ut vis sermonis augeretur. Rei enim quum minus conveniat, si quis pauperem interroget, quae ipsi non possit non esse dubia, multo minus probandum esse, si quis alium de re interrogaverit.

6. Nulla autem res paupertati mihi comparanda videtur, cui vir se tradidit et nocti obscurae, in qua petens nil consequitur.

In hocce versu hominem, qui se paupertati tradat, ut nil amplius petat cum viro, qui nocte obscura rem quaerit, comparavit. Ut hic quaerens rem non invenit, sic paupertate contentus nil obtinebit. Paupertas hoc in versu cum persona comparata est. Haec comparatio verbo ضاجع indicata est. Verbum enim significat, cum aliquo concumbere, i. e. loco socii perpetui eum habere. Alter legendi modus in versu est: مثل الهم »instar sollicitudinis.« Verbum اخفق significat »virum re potitum non esse aut spem frustratam habere. Vox طالبه autem pro الطالب فيه est »in ea quaerens;« coniungunt enim rem cum nocte, quia in ea est.

7. Tanquam pauper vive aut tanquam honoratus morere! Ego autem non video morti fugâ ullum evadere.

8. Quod si vivus mortem effugere potuisset, hic eo dignus fuisset, cuius cameli in itinere molestias perferrent.

Hi duo versus in Mersukii opere non reperiuntur. Prioris versus sensus talis mihi videtur: Sive paupertate contentus es, ut vitam conserves, sive mortis periculo te exponis et moreris, ut honore potiaris, neque unum neque alterum vitae spatium tibi producet; nam mortem nemo effugere potest. Huic posterior versus sic sensu adiunctus est, ut probet, eum, qui laudem quaerens molestias suscipiat, digniorem esse, ut morte liberetur conf. Meid. C. 6, 139. 17, 4.

CV.

Alius quidam dixit.

1. Nonne Alahzma die, quo ei occurreram, dixit: Video te iuvenem leni animo, multa coma praeditum?

In Mersukii opere hi versus carminis post sequens carmen locum habent. Simile initium

proxime sequenti est. Inducit feminam ipsum vituperantem, quod brevi temporis spatio peracto e iuvene senex factus sit. Versui talem sensum inesse dicunt Mersukii verba: قالت هذه المراة لما التقيت معها اعلمك عن قريب ناعم البال تام شعر الراس لم يتسلط عليك صلع ولا حدث انحسار شعر ولا شحوب لون فكيف تغيرت مع قرب الامد Haecce mulier dixit, quum cum ea convenissem: scio te fuisse ante breve temporis spatium leni animo, perfecta coma, non tibi supervenerat calvities aut crinium defectus aut mutatio coloris et quomodo tam brevi temporis spatio alteratus es? Nec non sensus versus proxime sequentis idem probare videtur. Vocem حديثا tanquam adverbium temporis positam esse, in scholio legimus. Sed mihi nil obstare videtur, quominus حديثا cum significatione iuvenis obiectum secundum sit verbi اراك, ita ut sequentia apposita habeantur. Hoc admisso mulier modo quodam satyrico utens verbis suis contrarium sensum tribuit, quemadmodum deformi dicimus: O quam pulcher es! Sed scholion verbis hunc sensum tribuit: Video te iuvenem, leni animo praeditum, perfectaque coma; sed nil praeter hoc possides neque opes neque bonam conditionem. Tebrisius duplicem vocis حديثا explicandae modum adtulit. Initio scholii vocem adverbium temporis (ظرف) esse dixit, ut sensus sit: »ante breve temporis spatium;« in fine autem scholii vocem verbis حديث السن »iuvenili aetate praeditus,« ut loco secundi obiecti sit, explicavit. In codice Mersukii loco vocis يوم legimus لما (quum). In scholiis adnotatum est, pro verbis اراك etc. inveniri كبرت ولم تجزع من الشيب مجزعا »Grandaevus es et ob senectutem tristitia adfectus non es;« sed non video, hunc varium legendi modum, nisi ut hic versus sensus sequentibus magis congrueret, ortum esse. Verba, quibus illum alterum legendi modum explicat اى لم تجزع حين ينفعها الجزع »i. e. tristis non est, quum tristitia ei utilis est« dubium movent. Vitiosa esse puto, nam verba حين ينفعها non conveniunt. Quamquam sic in codice legitur, tamen حين لا ينفعها »quum ei utilis non est« legendum puto.

2. *Eique dixi: Ne tibi displiceam, fieri enim non potest, ut vir aliis imperet, nisi canescentes capillos habeat.* **(p. 158.)**

Haud negat, se senem esse; sed pretium suum non modo non deminutum, sed etiam auctum esse contendit, quum virtute et dignitate creverit. Vox قلما negando inservit. Vox ما autem voci قل addita in causa est, cur subiectum (فاعل) non desideretur et a nomine in verbum transferatur. Hoc sic intelligendum est: Verbo قل, si vox ما non sequitur, nomen tanquam subiectum (ex. gr. parva est sc. res) necessarium habetur, sin autem vox ما sequitur, hoc subiectum (sc. res) necessarium non est, ut ope vocis ما cum sequente verbo coniungi possit. Quod si quis dicit: قل ما يقوم زيد, haec verba eundem sensum offerunt ac si dixerit: ما يقوم زيد »Saidus non stat.« Rem ita se habere, videmus e loquendi modo, quo utuntur dicentes: قل رجل يقول ذاك الا زيد, cui sensus verborum est: ما يقول ذاك الا زيد »Non dicit id nisi Saidus.« Dicunt etiam: قل ما يقول زيد et contrario sensu كثر ما يقول زيد »Saepe Saidus dicit.« Similem loquendi modum in versu libri (grammatici Sibawaihii) invenimus: (metr. Thawil) »Vultum avertisti (o mulier) (alienus fuisti) et diu vultum avertisti et vix fieri potest, ut in longa alienatione coniunctio duret. Sunt, qui vocem ما omnino pleo-

nastice positam putent. Idem loquendi modus in verbis كثر »multum est« et طال »longum est« adhibetur. Licet quoque admittere, vocem ما cum sequente verbo يسود locum nominis actionis tenere, quasi dixerit: Parum est, quod principatus (سيادة) viri perfectum se ostendat, nisi hoc in statu (sc. senectutis). Similis est loquendi modus in versu Lebidi (metr. Ramal): Vix dum quietis causâ consederat, quum nuntiis primae Aurorae eum excitarem; nam nocturnam quietem, quae ex consuetudine viatorum in desertis sit, omnino negare non vult, sed paucam eam fuisse dicere.

3. Et profecto! equus quinquennis validus melior est in cursu, qui una vice post alteram fit, quam biennis, qui paucus in cursu est. Illius cursus longius durat.

Comparatione instituta senectutem iuventute meliorem esse probat. Ut enim equus quinquiennis tam robore quam experientia bienni praestat, sic senex iuveni. Poetam senem decrepitum non significare, e rebus descriptis patet. Fortis cum equo quinquenni p. ٦١ v. 2. comparatus est. Anno quinto et sexto aetatis equi maximo robore praediti sunt. Ex dentibus autem quum equi aetas cognoscatur, ut voce قارح ad quinquennem equum sic voce جذع ad equum circiter triginta menses natum designandum Arabes usi sunt. Res autem in causa est, cur in diversis animalibus vox diversam aetatem designet. Sed quum non omnes equi quinquennes comparationi recte inserviant, vocem يعبوب ad sensum accuratius definiendum addit, in cuius significatione definienda lexicographi non omnino consentiunt. Praestantia autem equi quinquennis maxime in eo cernitur, quod currens omnes vires non statim consumat; sed reliquam eius partem retineat, dum equi biennes minus validi et maiore ardore impulsi primum tanta celeritate currunt, ut mox languescant. Silentio autem praetereundum non est, equos biennes, quippe qui nimis infirmi sint, operi faciendo vix aptos esse. Vox علالة postremam cursus partem opposita voci بداهة significat. Sic in versu poetae: (metr. Camel) Nisi cursus postremam partem aut cursus initium (equi) elatis pedibus currentis, altis pedibus praediti. Triplex legendi modus in versu est, nam tam vox المزجى quam المرخى cum vocalibus aut activi aut passivi formae quartae reperitur. Voci مزجى significationem paulatim paulatim in cursu propulsi scholion tribuit; sed non video, quomodo paulatim propulsi significatio conveniat. Simplex propulsi i. e. in cursum adacti, ut omnes vires consumat, significatio voci inest. Voci المرخى cum vocalibus activi lenis cursus significationem in scholio habet; cum vocalibus passivi autem neglecti et dimissi i. e. nondum exercitati; mihi autem in equo lenia i. e. nondum firma membra habente vox adhiberi posse videtur. Vox منزع scholio nomen actionis est, quo desiderium ad finem proveniendi significatur i. e. quum tantum robur in eo sit, diu currens finem cursus non desiderat.

CVI.

Alius quidam dixit.

1. Nonne Alchansa die, quo ei occurri, dixit: Aliquando te vidi collapsum ventrem habentem, gracilem.

Eodem modo, quo p. 157 fecerat, mulierem ipsum ob crassum corpus vituperantem

inducit. Arabibus crassus venter non laudatur (conf. p. ٥٥٩ v. 5. et ٦٢٩ v. 2. Alchausa nomen poetriae ante tempus Islami viventis est, quam si poeta respicit, carmen non potest non isto tempore compositum esse. Loco vocis لقيتها in Mersukii codice سويقة Sowaikah, quod nomen pluribus locis proprium erat (conf. Kam.), legitur. Fortasse diem pugnae mulier respicit.

2. *(Eique dixi:) Si hodie tibi ventrosus videor; ego in novenni (camelo) deserta peragrans invenior.*

Hoc in versu se excusat, dicens, se ventrosum fieri, quod semper in camelo sedeat itinera per deserta faciens, ut corpus haud frequenter moveatur. Causam igitur, cur ventrosus eveniat, multum abesse, ut vituperanda, ut potius laudanda sit. Cameli novennes optimi et molestiis ferendis aptissimi sunt; est enim aetas, qua camelus ad summum robur pervenit conf. Ham. ٥١٩ v. 4. et ٧٣١ v. 5. Horum autem mentionem fecit, ut itinera sua tanquam longa et periculosa designaret. Sed loco vocis البزل legitur quoque البرك, quae tamen camelorum agmen designans vox sensui minus apta ex scripturae similitudine orta videtur. Vocem مرجم eum designare, qui regiones sua persona iaculetur, in scholio legimus; mihi autem proprio sensu instrumentum, quod iaculando inservit esse videtur. Cum hoc quin lapidis, viri duri fortisque significatio cohaereat, non dubito. Particula اما sine dubio ex voce ان et ما contracta futurum apocopatum, ni fallor ob vocem ما coniunctam non habet; sed futurum energicum addita littera ن maxime sequitur (conf. Coran. Sur. 7. 36.).

CVII.

Dixit Schabib. b. Ahwanah Thajjita.

Grammaticus quidam Bazrensis versus Alcarawwaso Thajjitae adscribit. Carawwas, cuius genealogia nominis p. ٣١٤ et ٦٥٥ diverso modo explicatur, filius Saidi b. Alachsam Charidjah b. Sahd b. Fothrah est. Fothrah autem eadem est, quae Djadilah **(p. 159.)** adpellatur, e qua muliere gens Iemanensis originem duxit. Apud Merwanum b. Alhacem [1]), quum cum patruele litigasset, in carcerem coniectus hosce versus dixit.

1. *Merwanus heri inter nos iudicium tulit, quo mutuam nostram dissensionem auxit.*

Diximus, poetam coram Merwano cum patruele litem habuisse. Iudicium in ea latum utriusque dissensionem auxisse, poeta in versu dicit. Vox امس non hesternum diem; sed tempus propinquum designat. Vocalem Kesra eam ob causam accepisse dicunt grammatici, quod sensu tanquam articulo definita vox sit. Vox تناءى hoc in versu animorum mutuam alienationem designat. Quod nomen Merwani repetivit, in eo sermonis confirmatio est conf. de figura hac rhetorica Almokhtus p. 101.

2. *Quod si in terra ampla fuissem, id aegre tulissem; sed portae eius me retinebant.*

Se recusaturum fuisse illud Merwani iudicium, si in campo versatus esset, dicit;

---

1) Sine dubio tempore, quo hic Medinae praefecturam tenebat, tempore Moahwijahi Iasidique conf. Abulf. Ann. T. I. p. 351 et 403.

quominus autem id faceret, se impeditum fuisse eo, quod carcere in ipsa Merwani domo retineretur; siquidem in eius potestate poena ipsi timenda fuerit. Excusat se igitur, quod in illo iudicio se non opposuerit; sed lenem animum ostenderit. Vox الفضاء appositi locum vocis الأرض tenet. Littera Alif in voce وراتيا, nonnisi ob homoioteleuton addita est. Verba autem: Eius portae post me venerunt, significare videntur, eum pluribus portis clausis a fuga retentum esse.

CVIII.

Djamil b. Ahbd-Allah b. Mahwar Ohdsrita dixit.

De poeta conferas Ham. ۱۰۰ ٥٩٢. Gens Ohdsrah, ad quam poeta pertinebat, a voce عذرة (crinium complexus), cuius pluralis عذر est, nomen accepit. Dixit Koraiihta: (metr. Thawil) Brevem manicam vestis habens, longo collo praeditus Euro super latera dorsi (comam) plexam crispam demitto. Ohdsrah filius Sahdi Hodsaim erat. Hodsaim autem nomen servi erat, qui eum educaverat, ut ab eo cognomen acciperet. Sahdus erat filius Saidi b. Laits b. Sud b. Aslam. Nomen اسلم a quibusdam Aslom pronunciatur, ut forma pluralis a voce سلم (situla una ansa praedita) derivandi sit. Aslom denique filius Ilhafi b. Kodhaah erat. De nomine الحاف non consentiunt. Genealogiae periti versus excogitarunt, quibus eius nomen probant. Aliis in voce articulus est, aliis est forma nominis actionis formae quartae. Kodhaah nomen inde ortum esse dicunt, quod vir a gente sua se separaret. Alii alio modo nomen explicant. Abu-Hilalus dixit, tres poetas nomen Djamil gerere, et inter eos Djamilum b. Ahd-Allah b. Mahmar, cognominatum Abu-Ahmru esse. Sunt, qui dicant, poetam Djamil b. Ahbd-Allah b. Kamijjah Ohdsritam esse, cuius pater nonnisi cognomine Ebn-Kamijjah notus fuerit. Alsobairus b. Baccar[1]) vero dixit, nomen poetae nostri fuisse Djamil b. Ahbd-Allah b. Honn b. Rabiah b. Haram etc; Djamilum b. Almoahlla, qui ad gentem Banu-Ahmirah b. Djowajjah b. Laudsan b. Tsahlebah b. Ahdi b. Fesarah pertineret, sequentes versus dixisse: (metr. Wafir) A cibis me averto, quos vidi, eosque relinquo, dum famelicus sum; nam, per Deum, neque in vita neque in mundo bonum est, quum pudor abit conf. Ham. ٥١٩. Djamilum b. Sidan Asaditam auctorem sequentium versuum esse: (metr. Thawil) O Djomlah (mulier)! Num debitum tempore suo solutum est? Debitum illud necessario solvendum est et petenti necessarium. Eius somnia diuturna sunt, si id solvis et ob ea, quae effecisti, ut optaret, eius cilia interdiu moventur. Aut re vera te coniunge, aut te omnino separa, nam generosius est, quod socius socio non mentiatur. Ille autem ante alios dictus Djamil b. Ahbd-Allah (De hoc poeta confer Citab-Alaghani) iuvenis quum feminam Batsnah appellatam amasset, senex eam in matrimonium petiit. A qua quum repelleretur, ad eam in regione Wadi-l'Kora (conf. Abulfed. p. ٨٠) habitantem secreto venit. **(p. 160.)** Eius autem familia congregata operam dedit, ut eum caperet; sed se abscondidit dicens: (metr. Thawil) Etsi mille omnes zelotypi et pugnantes et ut me occi-

1) Vir doctissimus iudicis munus in urbe Mecca administrans anno 256 obiit. Opus genealogiarum gentis Koraisch composuit. Ebn-Challik. No. 239.

derent, diligenter operam dantes a Batsna me retinerent, eam tamen expeterem aut per diem, ut cum ea colloquerer aut itinere nocturna, etsi pes meus amputaretur. Quos autem quum satyra perstringeret, Merwanum tum temporis Medinae praefectum [1]) opem contra eum petentes adiere. Hic se eius linguam resecturum esse vovit. Quae res, ut ad familiam Djodsam (Familia Djodsam ad gentem Maalid pertinens in montibus Hisma (حسمى) sedes habebat Kam.) confugeret, eum coegit. Ibi dixit: (metr. Thawil) Nuntius de Merwano secretum adtulit, eum aut me occisurum aut linguam mihi resecturum esse; sed in camelis albis (nobilibus) refugium est et in terra fugiendi locus, quum ad celerem cursum eos adigimus. Permansit ibi donec, remoto a munere Merwano, ad suos rediit. Ad mulierem autem quum secreto veniret, familia eius, se eum occisuram esse, vovit. Hoc votum respiciens dixit.

1. Utinam, qui tua causa sanguinem meum voverunt et me occidere cupierunt, o Botsainah, mihi occurrissent!

Dum ipsis occurrere optat, ostendit, illos nil contra ipsum suscepturos esse timore impeditos. Accusativus رجالا e voce ليت pendet (Gram. Ar. T. I. p. 535. T. II. p. 61. Ham. p. ٨ v. 2.). Verba قد نذروا adiectivi locum vocis رجالا tenent et verbum تقوني praedicatum vocis ليت est.

2. Quotiescunque in calle prodeuntem me viderunt, dicebant: Quis hic est? dum me noverunt.

Horum ipsi minitantium agendi rationem describit, ex qua eos timore impletos esse, clarum est.

3. Dicebant: Salve! bene tibi sit! et si breve tempus me in potestatem redegissent, me occidissent.
4. Et quomodo? dum ne omnium quidem ipsorum sanguis sanguinem meum aequat et eorum opes tantae non sunt, ut caedis meae pretium solvant.

In describendo pergens dicit, eos ipsum coram adulari, quamvis odio acerbissimo pleni sint. In hoc vero suae fortitudinis indicium est. Quod autem ipsum occidere velint, in eo stulte eos agere, quippe quorum neque dignitas neque opes tantae sint, ut caedes perpetrata aut sanguine aut opibus omnium lui possit. Se igitur hisce versibus extulit. Vox ندحة cum vocali Fatha et Dhamma pronunciari potest.

Qui autem sequuntur tres versus, eos grammaticus Abu-l'Ahla cum antecedentibus coniunxit. In Mersukii opere desunt et sensu cum prioribus non bene cohaerent.

1. Deus eum contumelia adficiat, cuius amor utilis non est et cuius funis, quum extenditur, infirmus est.
2. Et qui, quum oculus adspectu novo eum intuitur, ob eum (amicitiae) vinculum omnis socii rumpit.
3. Et qui duobus coloribus distinctus in una animi conditione non perseverat, erga omnem securum perfidia utitur.

In hisce versibus ii vituperantur, quorum amor et amicitia neque utilis neque constans

1) Merwanus anno Hedjrae secundo (sed dissentiunt) natus cum patre in oppido Thajef, quo relegatus esset, vitam egit, ita ut Mohammedem nunquam videret. Imperator Ohtsmanus, cuius patruelis esset, revocato patre, filium scribam suum creavit et postea praefectum Medinae, Meccae et Thajefi creavit. Medinae praefecturam ei anno 48 detraxit. Mortuo Moahwijaho b. Iasid in Syria a nonnullis chalifa salutatus, post pugnam apud locum Mardj-Raheth Syriam Aegyptumque sub imperio tenebat. Anno 65 diem obiit conf. Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. 545.

est, qui ab uno amico statim ad novum transgrediuntur, qui in amicitia fiduciam ponentem perfidia decipiunt. Amicitia cum fune comparatur conf. Ham. ٥٠٣ v. 2. 3. Qui si rumpitur, amicitia constans non est. Hominis mutabilem animum diversamque agendi rationem cum coloribus comparant. Sic in nostro versu homo duobus coloribus praeditus appellatus est; Caahb b. Sohair autem mutabilem animum cum diversis coloribus et formis, quibus daemones hominibus se ostendunt, comparavit (conf. Carmen. in laudem Moham. dictum v. 8.).

CIX.
Dixit Jahja b. Manzur Hanefita.

Abu-Rijaschus in eo, quod Abu-Tammamus huic Jahjae istos versus adscripserit, errorem invenit, quippe qui ad gentem Dsohl pertinuerit. Versus autem esse Musae b. Djabir (Islami tempore viventis).

1. Patrem nostrum habitantem invenimus in regione media inter gentem Kais, Kais Aihlan et Fisr.

(p. 161.) Maiores suos inter gentes Kais Aihlan et Fisr iam antiquis temporibus sedes habuisse, dicit significaturus, eos remotos a gente Rabiah inter gentes Modhar habitasse, duae enim illae gentes ad tribum Modhar pertinent. Cognomen عيلان, ut ab aliis gentibus eiusdem nominis distinguatur, addunt. Kais Aihlan cognomen erat. Viri nomen, a quo gens originem duxit, Elias b. Modhar appellatur. Fisr autem cognomen Sahdi b. Said Manat erat. Qui quum gregem caprarum Ohcathsum duxisset, omnes singulas volentibus distribuit, ut in diversas terras dispergerentur. Inde factum est, ut caprae illae dispersae et nunquam congregandae in proverbii consuetudinem venirent et vir inde cognomen acciperet (conf. Meid. C. 23, 274.). Vox سوى tanquam adiectivum vocis بلدة casum genitivum habet et a grammatico Achfasch (conf. Meid. T. III. P. 2. p. 201.) cognominato cum vocali Dhamma et سُوَاء pronunciatur. Sic quoque in Corani loco Sur. 20, 60. Pone inter nos teque locum fixum, a quo neque nobis neque tibi recedendum est, quum locus rectus sit, ut voci سوى vocis عدل significatio tribuatur.

2. Et quum tota gens nos deseruisset, camelos procumbere iussimus; tum contra tempus cum gladiis foedus inivimus.

Gentis suae fortitudinem describens eam ab omnibus suis relictam et a gente Rabiah, quacum coniuncta esset, nil amplius exspectantem nonnisi in fortitudine et gladiis fiduciam posuisse. Verbis: camelos procumbere iussimus significare vult, sese ad pugnam paratos substitisse; solebant enim Arabes contra hostes proficiscentes camelis vehi, dum equi ad latus, ne itinere fatigarentur, ducerentur. Ad pugnae campum advenientes equos conscendebant. Arabum poetae rebus saepissime personam induunt. Hanc ob causam et gladium cum viro consentire p. ٤٨ v. 5. eiusque socium esse dicunt p. ٣٨٤ v. 2. In nostro loco homines cum gladiis tanquam cum personis foedus ineunt, quod alii fregerunt. conf. quoq. Ham p. ١٤٣ v. 5. p. ٨٠ v. 3. etc.

3. Die pugnae (hostibus) nos non tradiderunt et nos in vindicta sumenda palpebras non contraximus.

Gladii, quibuscum foedus pepigerant, ipsos non deseruerant. Gladios tanquam personas in versu genti opposuit. Ut illi tanquam boni socii optimum auxilium praestiterant, sic gens officio in ulciscendo non defuerat. Palpebras autem contrahimus, ut rem non videamus. Qui igitur vindictam sumendam non videt, is eam negligit. De verbo أغضى conf. Harir. ۴۲۷ schol.

CX.

Dixit Abu-Zachr Hodsailita (conf. p. ٥۴۴).

1. Fodhailahum Koraischitam vidi, quum equites, qui hastis vulnerarentur, vidissem.

In hoc versu, si hic vertendi modus admittitur, Fodhailahi laus est; nam nulli nisi fortes inter equites hastis pugnantes conspiciuntur. Quodsi verbum prius رأيت vertitur: »in pulmone vulneravi«, verbis, se eum occidisse, narrat. Narrant, poetam cum Fodhailaho in bellum profectum, quum ille non simul rediret, interrogatum, quaenam haud redeundi causa esset, haud clarum responsum dedisse In hoc autem responso, si res recte relata est, causam videmus, cur voci رأيت hanc i n p u l m o n e c o n f o d i e n d i significationem tribuerint; nam aliter nemini in mentem venisset talis vertendi modus. Quod si vox فضيلة ita pronunciatur, ut e x c e l l e n t i a e significationem habeat, voci القرشى collectivus sensus tribuendus est, ut de Koraischitarum excellentia in bello intelligatur. In versu autem inversio est, ut phrasis consequens ante antecedentem لما etc. locum habeat.

2. Et mors alas expanderat strenuos umbra tegens propinquis alis.

Pugnam acerrimam fuisse describit. Mortem autem cum ave rapace comparavit non in summo aere alis expansis occasionem decidendi exspectantem; sed paulum tantum super capitibus elatam, ut eos semper in summo mortis periculo versatos esse, significet. Verbo رنق iste comparandi modus indicatur, nam istum volandi modum alis haud motis avibus rapacibus proprium significat. Mortem autem cuilibet imminere, eo significavit poeta; quod eam umbram appellat. Res enim, quae super capite elata est, maxime nobis umbram facit. Addit autem indicaturus, mortem propinquam esse, verba: p r o p i n q u i s a l i s. Voci دانية inde casum nominativum esse dicunt, quod adiectivum vocis ظل sit. Voci ظل autem sensus causa feminini genus tributum esse. Vox autem دانية mihi potius ad nomen المنية referenda videtur, ut appositum vocis ظل sit, loco verborum وهى دانية الجناح. Licet quoque voci casum accusativum tribui, tanquam statum describenti.

3. Fortissimus autem eorum animo roboreque erat et in bellis vulnera optime ferens.

Versus hic in Mersukii codice desideratur. Eum tanquam fortissimum et constantissimum laudat. Duas autem ei adscribit virtutes, animi fortitudinem in suscipiendis periculis et patientiam in perferendis malis. In Tebrisii codice pro vocibus فى الحروب tanquam alter legendi modus vox للحروب superscripta est.

CXI.

Dixit quidam gentis Ahbs.

Ahbs et Harits filius Cahbi b. Dhabbah fratres Lami erant. Gens Ahbs ad gentem Kais Aihlan pertinet. Nomen عبس a verbo عبس derivarunt. Vox عبس quoque nomen plantae, Abu-Hatimo grammatico eiusdem, quae aliter شابابك appellatur, est.

(p. 162.) *1. Misereor ob cognationem, quam propinquam esse video, Haritsi b. Cahb, non Djarmi et Ras'bi.*

Propensum suum animum erga gentem Harits b. Cahb ob cognationem propinquam describit. Gens Harits b. Cahb inter Jemanenses sedem habebat; sed ad gentem Nisar origine pertinebat; dum familiae Djarm et Rasib orgine cum gente Kodhaah coniunctae erant, quae pars Jemanensium erat. Litteram ث, etsi vox حارث vocativus non est, poeta abiecit. Rem nonnisi in poesi licitam esse contendunt (Gram. Ar. T. II. p. 92 et 501.). De gente Rasib conferas: Monumenta antiquiss. histor. Arabum p. 139.

2. Et quod pedes nostros in eorum soleis videmus et nasos nostros inter barbam superciliaque.

Istam memoratam cognationem corporis similitudine quasi probat dicens, eorum pedes ipsorum pedibus magnitudine et eorum nasos ipsorum forma et loco similes esse. Ista autem similitudo tanta est, ut non poeta solus; sed tota gens (dixit enim: videmus nos), eam cognoscens putet, suos pedes in illorum soleis esse et suos nasos in illorum capitibus. Dicendum autem poetae erat: لحاهم وحواجبهم, quemadmodum نعالهم dixerat; sed, quominus faceret, homoiotoleuton et versus ratio impediverunt. Exteriores quasdam corporis partes, in quibus similitudo oculis saepius apparet, nominavit. De Sacyus maluit وان كان عـدكـهم legere pro وان كان عدادهم in scholii linea tertia. Idem adscripsit Alharitsum b. Ahmru b. Cahb ad posteros Nesar pertinere, quum e posteris Tamim filii Morr, filii Thabichah sit (Monum. autiq. hist. Arab. p. 96.). Tebrisium dicere Haritsum habuisse patrem Cahbum, filium Dhabbahi conf. Ebn-Kotaib (p. 89. ib.) et inter posteros Dhabbahi Cahbum quendam nominari. Djeuharium dicere, posteros Haretsi b. Cahb illos esse, qui vulgo بلحرث appellentur.

3. Et indolem nostram tam in dando quam in recusando (esse indolem eorum). Quotiescunque recusamus, liganti lac non emittimus.

Hoc in versu animi indolibus ipsos illos similes esse dicit. Verbis autem اعطاءنا واباءنا non ipsam liberalitatem et avaritiam significari puto, sed modum dandi et recusandi; nam causam non video, cur avaritiae, quippe quae nulli non vituperationi sit, mentionem fecerit. Tum quoque constantiam in dictis et firmum animum, ut vi contra voluntatem ad rem peragendam adigi non possent, commemoravit. Poetam autem sententiam suam non clare expressisse, nemo non videt, nam ei dicendum erat: واخلاقنا اخلاقهم فى الاعطاء والاباء; sed eo confisus, quod verborum sensus ex versu priore cum hoc coniuncto cognosceretur, praecedentia verba ambigua fuisse, oblitus esse videtur. Quae autem scholiastes verba:

كما زيد وعمر stetit Saidus et Ahmruus explicandi causa adduxit, ea multo clariora sunt. In posteriore versus parte comparatio invenitur. Vir recusans cum camela lac retinente confertur. Camela si semper lac recusat, عصوب appellatur. Talis camelae femur firmiter ligare solent, ut lac emittat conf. Meid. C. 13, 75. Vir autem, qui alterum, ut rem det, cogere vult, cum viro, qui camelae talis femur ligat, comparatus est. Apud Arabes viri camelas mulgere solebant, quam rem si mulier faciebat, dedecori ea putabatur (conf. Meid. C. 28, 20.). Ex scholiastae sententia in versu avaritiam describi, ex eo videmus, quod adnotavit, maxime avaras gentes esse gentem Alharits b. Cahb et Ahbs. Gentem Ahbs autem fuisse avunculos Alwalidi et Sulaimani (chalifa creatus anno 96 anno 99 diem obiit. De viro confer Ebn-Challik Nro. 275.) filiorum Ahbd-Almalici, quorum mater Waladah filia Alahbbasi etc. fuerit. Quum autem Mosawirus b. Hind b. Kais etc. Alwalidum filium Ahbd-Almalici doni causa adiisset, exspectatione frustrata ad Ahbd-Almalicum intrantem hosce versus dixisse (metr. Wafir): Per tres menses in domo exili apud Alwalidum donum speramus; sed Alwalidus in domo exili sperandus non est; sed si tu salvus inde evadis, ne redi! Et si, sicut scitis, Alwalidus abstinens est, is abstinentiam non e longinquo haereditate accepit. Hisce auditis Ahbd-Almalicum dixisse: Vae tibi! Num a mea parte an a tua? Illum autem respondisse, ne iram principis contra se excitaret: A mea parte, o princeps fidelium! Modus autem loquendi, quem poeta in verbis اذا ما ابينا etc. ab una re ad alteram cum priore non bene cohaerentem transiens adhibuit, ei similis est, quem in arte rhetorica التفات appellarunt (conf. lex. meum).

CXII.

Vir quidam gentis Himjar dixit.

Proelium spectat, in quo gentes Ahbd-Manat et Calb de gente Himjar, occiso Ahlkamaho b. Dsu-Jesen Himjarita, victoriam reportaverant. Schultensius in libro »Monumenta vetustiora Arabiae p. 15.« versibus, quos latine vertit, summam antiquitatem tribuit. Versus ante Islamum, fortasse ante Mohammedem natum compositos esse, non est, cur dubitem. Grammatico Abu-l'Fatah nomen Himjar neque ab alio nomine translatum neque nomen generis est. Tanquam nomen gentis indeclinabile (i. e. sine Nunnatione ad secundam speciem pertinens) est (conf. Gram. Ar. T. II. p. 397 et 404 sqq.). Calbita dixit, virum nomen accepisse a vestibus rubris, quibus uteretur. Nomen Ahlkamah amaritudinem significat. Vox autem يزن, a qua lanceae cognomen acceperunt, tum quod definitum (i. e. nomen proprium), tum quod formam verbi habet (e forma يزان orta), a grammaticis declinationi secundae accensetur (conf. Gr. Ar. T. I. p. 402 sqq.). Quomodo autem vocem ex forma يزان ortam putent, in scholiis videre licet. **(p. 163.)**

1. Quis diem (proelium) nostrum et diem gentis Banu-l'Taim vidit, quum eius pulvis sanguine cohaereret?

Versus hic rei introducendae inservit. Interrogatione usus est poeta, ut rem magnam

fuisse indicaret. Sunt, qui dicant sensum esse يا من راى o quis videt! Hac voce addita metrum in initio versus perfectum fieret, sed syllabam longam omitti licet. In scholio sequentis versus legimus, particulam invocandi omitti posse, quod interrogatio sit. Utriusque autem eandem rationem esse i. e. ut interrogandi particula abiici potest, sic quoque invocandi. Sententia autem particula abiecta non mutatur. Sed quum particula ad metrum constituendum necessaria sit, aliam causam, cur eam abiecerit, non invenio, quam quod versum alio metro Chafif appellato utens inceperit conf. p. ٤٠ v. 4., cuius prius hemistichium (omissa particula) metro Camel accenseri potest, dum carmen ad metrum Thawil pertinet. De Sacyus putavit, omissam esse particulam ف aut و, ut versus cum antecedentibus cohaereret. Dies proelium significat, qui loquendi modus Arabibus frequens est. Inde ortus videtur, quod istos dies memoria tenentes temporis spatia definirent. Quod si voci proelii significatio tribuenda non est, particula اذ temporis definiendi causa addita non convenit; sed in versu tam اذ quam اذا legitur. Huic similis est Corani locus Sur. 74, 8. »Et quum tuba inflatur et tum temporis dies gravis erit.« Nonne vides, in verbis Corani يوم عسير sensum formae فعل (nominis actionis) inesse. Factum igitur est, ut vox يومئذ ei temporis definiendi causa inserviret ac si dixerit: Iste tubae inflatus illo die inflatus diei gravis est. Quum vox يوم, si ei diei significatio sit, tempori definiendo inserviat, scholiastes ei particulam tempori definiendo inservire non posse putavit. Ut autem tempori definiendo inserviat, alia voci يوم detur significatio, necesse esse. In Corani loco id suppleta voce نقر factum est. Silentio praetereundum non est, in scholiis اذا esse et sic in Mersukii codice in textu reperiri. Vox صيق quum pulverem in aere elatum et densum designet, poeta dicere vult, sanguinem e vulneribus prorumpentem iam in aere cum pulvere denso coniungi, ut coniuncti in terram deciderent. Pulverem sanguinemque diei tribuit, in quo appareant. Singularem صيقة pluralem صيق habere, scholiastes poeta versu Rubahi probare studuit (metr. Redjes): Relinquunt humum terrae obscuratam pulvere.

2. Quum diem suum gravem esse vidissent, pectora sua super dolore constrinxerunt.

Gentem quum calamitatem isto pugnae die ipsos adtingere vidisset, ei fortem animum patientiamque opposuit. Gentem igitur ob fortem animum patientiamque isto die probatam laudat. Vox اشب adiectivum verbi intransitivi, primariam significationem mixti ex variis partibus habens, maxime in arboribus, cuius rami invicem perplexi sunt, adhibetur. Tum in lanceas invicem plexas et dimicantes invicem mixtos translata videtur (conf. تشاجر). Diei autem status, qui eius tempore est, tribuitur. Pectus (حيزوم) inde appellatum dicunt, quod firmi propositi (حزم) sedes sit, quippe cor قلب in pectore locum habeat. Fieri autem potest, ut nomen inde acceperit, quod cingulo حزام ligatur, nam حزيم (ligatus) quoque appellatur. Pectore autem ligando patientiam indicant. Sic Ahlius omisso verbo dixit: حيازيمك للموت فان الموت لاقيك »Liga (اشدد) pectus tuum; nam mors te attinget.« Loquendi modus inde fortasse desumtus est, quod ligando ventre et pectore dolor in intestinis melius toleratur. Suffixum in voce المه ad diem referendum est, ut diei id, quod eius tempore sit, tribuatur. Sunt quoque, qui idem ad vocem حيازيم referant, quippe cui plurali formae singularis sensus conveniat.

3. Quasi ii leones in lustris suis essent et nos essemus nox pulvere suo aestuans.

Poeta suorum fortitudinem laudaturus etiam hostium fortitudinis mentionem facit, ut inde genti suae maior laus oriatur. Gentem Banu-l'Taim cum leonibus comparavit. Leo quum animal fortissimum sit conf. Meid. prov. C. 5, 167. 168. 185. 186. 1', 161., comparationi saepissime inservit conf. Ham. p. ١٥۴ v. 1. p. ١٧٨ v. 3. ۲۹٧ v. 2. ۳٦٠ ٧١٥ v. 3. Ut maximam hostium fortitudinem esse indicet, eos cum leonibus in lustro comparavit. Talem comparandi modum p ۴٦٦ v. 2. invenimus. In lustro leones fortissimos se ostendunt catulos defendentes conf. p. ۳٦٩. Sic quoque Laila Alachjalijjah (Amru-l'Kais Moall. v. 11. schol.) virum cum tali leone contulit. Leonibus tamen quum ipso hoc loco quodammodo resisti possit, ut suis maximum fortitudinis gradum tribueret, eos cum nocte comparavit, cui nemo resistere potest; nox enim adveniens in quemlibet locum penetrat, ut nullo modo retineri possit. Poeta autem quodammodo indicaturus, quomodo ista noctis comparatio intelligenda sit, verba جاش في قتمه pulvere suo aestuans addidit; est igitur nox, quae ob pugnam arduam pulvere in aerem elato oritur. Nox autem tanquam persona descripta est, quae pulvere elato induta aestuat. De voce جاش, qua internus animalis motus significatur conf. p. ۳۴ ٧۴ et p. ٧٩۴ infr. Vocem قتم, قتمة et قتام in obscuritate, pulvere et vento adhiberi, scholiastes adnotavit i. e. ni fallor, pulverem aerem obscurantem, quem ventus sustulit, designari. Mersukius autem quendam grammaticum (Ebn-Djinnium vult dicere), vocem قتم ex voce قتام abiecta littera Alif ortam dixisse, quemadmodum illa littera in versu a grammatico Kothrob [1]) citato abiecta sit (metr. Wafir): Eheu! ne Deus Sohailo benedicat, quotiescunque viris benedicit[2]), adnotavit. Nominis actionis a verbo intransitivo derivati formam maxime فَعَل esse, ut causam non videat, cur id improbaverit et se ob verba sua excusaverit. Tebrisius illam Ebn-Djinnii sententiam probans dixit, hunc explicandi modum, quo nominis forma (قتام) sit, magis convenire quam nominis actionis forma (قَتَم). Vox عرين lustrum leonis designans, in proelii campum transfertur. Versus grammatice explicandi ratio haec est: Vox الاسد praedicatum est subiecto omisso, pro هم الاسد »ii leones sunt.« Hanc vocem supplendam esse, e sequente ونحن videmus. Ut voces في عرينهم statum designant, sic quoque voces جاش في قتمه. Ante has autem particula قد supplenda est.

4. Vicinum suum mane non tradunt, donec a pede corrigiae delabuntur.

Fidei in servandis foederibus laudem genti suae tribuens, eam neminem, **(p. 164.)** qui in tutelam se receperit, deserere dicit. Vicinum appellavit loco omnium, qui sub eius tutela sunt. Vicinum autem defendere, etsi periculosum esset, tamen officio sibi Arabes

---

1) Abu-Ahli Mohammed b. Almostamir etc. Bazrensis cognomine Kothrob notus, Sibawaihii discipulus, celeber sui temporis grammaticus et lexicographus multorum librorum auctor anno 206 diem obiit. Plura vide apud Ebu-Challik. Nro. 646.

2) Hic versus nonnisi eam ob causam adductus est, ut littera Alif abiecta in priore voce الله, ita ut syllaba ل brevis sit, probetur.

ducebant. Vocis يسلمون sensum generaliorem addita voce الغداة specialem reddidit. Matutino praecipue tempore quum incursus hostiles fierent, matutinum tempus pro tempore incursus hostilis posuit. Sensus verborum igitur est: Vicinos non tradunt hosti tempore matutino incurrenti fugientes, ut illi aut diripiantur aut occidantur. Verbis »donec corrigiae a pede delabuntur« duplicem sensum tribui posse dicunt. Inversionem verborum, ut sint pro حتى يزل قدمه عن الشراك, inesse et verbis tempus mortis proverbiali modo designari volunt. Illam inversionem, cui nil obscuri sit, licitam esse, quemadmodum dicatur: »Immisi ocream in pedem meum et pileum in caput meum.« Suffixum in voce قدمه aut ad vicinum aut ad corrigias referri potest. Posteriore admisso verba rem gravissimam designare possunt, quemadmodum in proverbio dicitur: »Recessit sella a dorsi lateribus« conf. Meid. 11, 21. et »Cingulum ad mammarum locum pervenit conf. Meid. C. 5, 50. conf. C. 23, 252.

5. Eorumque eques occursui satisfactum non esse putat, donec ob animi generositatem hostis aciem disrumpit.

Ad fortitudinem describendam redit. Equitum mentionem fecit, quod equitatus praecipua exercitus pars erat et nobilissimus quisque in pugna equo utebatur. Singularis فارسهم sensum collectivum habet. Verbum خيم in omnibus Hamasae locis voce جبن (timidus fuit) explicatum est. Significationi convenit praepositionem عن sequi; siquidem verbo significatio redeundi (رجع) insit. Sic quoque verbum in versu in scholiis ad Haririum p. ٥٣٦ invenimus. In versu igitur nostro ante vocem اللقاء praepositio عن supplenda est. Sunt quoque, qui accusativum tanquam adverbium temporis positum esse dicant, ut pro وقت اللقاء tempore occursus sit. Nulla autem eorum ratio mihi habenda videtur, qui putant, vocem obiectum causae (مفعول له Gram. Arab. T. II. p. 114.) esse posse, ut sensus sit: Timidi non sunt occursus causa. Prior explicandi modus mihi praeferendus videtur. Verbis حتى بشق الصفوف »donec acies disrumpit« eum fortissimum simulque hostibus periculosissimum describit. Eorum equites non unam hostium aciem; sed omnes hostium acies tanto terrore implent, ut eis impetum facientibus a dextro sinistroque latere fugam capiant aut ob summam impetus vim pluribus occisis disrumpantur. Verba autem من كرمه causam indicant. Ea est animorum in equitibus generositas, ut dedecus timentes in mediam hostium aciem irruant. In scholii linea secunda cum Mersukio melius sic legendum puto: يرضى بادون المنزلتين فى اللقاء بل يابى الا النهاية والعلو وقوله حتى يشق الصفوف يريد الى ان يشق

6. Gens Altaim genus suum indicare non cessavit, dum hastae caeruleae aegroti morbum medicabant.

Fortitudinem gentis Altaim describens dicit, istam gentem semper ad pugnam prodiisse et ad pugnandum adversarios invitasse. Arabum mos in proeliis erat, ut fortissimus quisque in campum prodiret et nomen suum proferens ad pugnam provocaret. Hoc facere انتسب et اعتزى appellabant. Quod si in proeliis gens Altaim semper faciebat, omnes eos se tanquam fortissimos semper gessisse, clarum est. Verbum برح verbi زال significationem

habere, ex Corani loco Sur. 18, 59. videmus »Non cessabo donec ad locum, ubi duo maria conveniant, perveniam«. In hoc enim loco verbum برح e loco non prodeundi significationem habere non potest, qui enim e loco non prodiit, ad alium locum pervenire non potest. Sensum transgrediendi vocem indicare videri dixit scholiastes et cum hoc cohaerere verba: ابرحت ربا وابرحت جارا »tu admiratione adfecisti dominum et admiratione adfecisti vicinum«[1]) i. e. omnes tibi aequales virtutibus transgressus es. Verba الخط وزرق etc. statum designant. Ille autem status eos fortissimos esse indicat, siquidem ipsi tempore, quo pugna vehemens sit et multi occidantur, ad pugnam contra se provocent. Voce زرق ob colorem caeruleum chalybis cuspides (conf. p. ٧٣ v. 5.) appellatae sunt. Substantivum omissum esse, ut in nostro loco sic p. ٣١٣ v. 3. invenimus. Vox خط aut littus ipsum provinciae Bahrain aut portum, ubi hastae vendebantur, designat. Hastae خطى nomen acceperunt, aut quia ibi proveniebant aut inde exportabantur conf. Ham. ٣١ v. 1. Poetae saepius lanceas tanquam personas agentes describunt conf. p. ٨٠ v. 4. ٢٧٥ v. 3. Verbis autem morbum medicabant varium sensum tribuerunt. Morbus aut superbiam significat, quae in victo, vulnerato et occiso tollitur, aut aegrotus hypocritam, blandientem designat (conf. Cor. Sur. 2, 9.), qui in proelio se hostem esse ostendit, aut morbus animi aegritudinem et odium ob ulciscendum designat, qui morbus vindicta peracta removetur. Nil quoque mihi obstare videtur, quominus morbus omnis in homine significetur, qui ope hastarum occiso homine cessat, nam post mortem dolores non esse, proverbium dixit, conf. Meid. C. 24, 581.

7. Donec gens Himjar in fugam se convertebat. Et fugatus ad locum suum celeriter tendit.

Hic versus cum praecedente cohaeret. Gentem Taim semper ad pugnam provocasse dicit, donec Himjaritarum exercitus fugae se dederint. Posteriorem autem versus partem non intime cum praecedente cohaerere puto, ut particula حتى in verbum vim exerceat. In Mersukii codice autem فالفل legitur. Post initium fugae, quae in priore versus parte describitur, statum consequentem indicat. Vocem فل origine nomen actionis adiectivi i. e. participii passivi significationem accepisse, modo quo voci فر adiectivi significatio sit, nisi quod haec participium activi referat, scholiastes adnotavit. Et singularis et pluralis significationem vocem habere dixit. Vox سريعا explicando verbo يهوى quum inserviat, post illud locum haberet, nisi metrum repugnaret. Voce يهوى usus videtur poeta, ut fugam celerem ac praecipitatam fuisse dicat. In Tebrisii codice voci حمير vox كندة, ut alter legendi modus sit, superscripta est.

8. Et quot ibi strenuos reliquimus, quorum comam ventus pulvere implet.

Prolixam comam Arabes pulchram putabant Ham. ٣٨٤ sup. ٣٨٦ l. 14. Et comam amputari Arabibus dedecori habebatur conf. Mersuk. ad Ham. ٣٥١ v. 1. Mohammedem aliosque

---

1) Hemistichium versus metri Motakareb, qui poetae Alahscha tribuitur, est. Sic prius sonat: اقول لها حين جد الرحيل Ei dico, quum iter diligens est. Poeta camelam alloqui videtur.

probos viros longa coma usos esse, traditio docuit. Veteres die pugnae comam solvebant, ut hostibus terribiliores apparerent (conf. Abulf. Ann. T. I. adnot. 122.). Galea tectis coma a vento non dispergebatur; sed occisis galea a capite remota coma vento libere dimissa erat. Vox لمة longam; sed humeros non attingentem comam designat Harir. ٣٠٥. Pluralis, qui a poetis adhibetur (conf. Ham. ٥٠٤) comae singulas partes designat. Voces فى لمه obiecti loco verbo يسقى esse non possunt. Non dubito, quin obiectum التراب aut simile quid omissum sit. Mersukius habet: تاتى الرياح بسفاها وتجعله فى لممهم »Pulverem suum venti adferunt et eum in coma eorum deponunt.« Verbo سفا igitur pulverem adferendi significationem dedit. Voci بطل in codice Tebrisii vox ملك (rex), ut alter legendi modus sit, superscripta est.

Ad res, quae versibus hisce componendis ansam dederunt, melius cognoscendas Tebrisius auctore Abu-Rijascho sequentes res adnotavit. Regiones gentis Banu-Sahd quum anno sterili adfligerentur, gentes Banu-Taim b. Morr et Banu-Ahbd-Manat b. Odd pabulum quaerentes exiere. Gentes autem illae erant Taim, Ahdijj et Ohcl confoederatae. Haec autem gens ad gentem Calb pertinebat. Tum temporis autem gens Kodhaah genti Sahd accensebatur. Post autem in terram Iemen transmigrantes ad gentem Malec b. Himjar et Sahd Hodsaim referebatur. Hae continebant gentes Ohhdsrah, Dhabbah, Alharets, Wajel, Ahwanah, Djolhomah, quae gens e gente Banu-Sahd oriunda erat, et Moahwijah[1]) eorumque pater, qui Zohar erat. Zohar autem idem est ac Sahd-Hodsaim b. Said b. Laits b. Sud b. Aslam b. Chaf b. Kodhaah. Mater autem eorum Ahticah, filia Morr b. Odd b. Thabichah b. Elias erat. Hae gentes quum in campum Zanaae pabulum quaerentes venissent et bello inter Himjaritas et gentem Zohar orto, gens Zohar victoriam reportans regem quendam eorum, **(p. 165.)** Dsu-Tsat appellatum occidisset, quidam Himjarita dixit: (metr. Sarih) G e n s Z o h a r r e g e m D s u - T s a t o c c i d i t e t g l a d i u m i n i u g u l u m e i u s i m p e g i t (Vox مبضع Iemanensis vox videtur cum significatione gladii). Hanc ob caedem gentibus Himjar contra gentem Zohar congregatis haec campum deserens in ditionem gentis Maahd se transtulit. Quum gens Calb fratres gentis Zohar[2]) essent, in hanc ulciscendi causa irruere. Qua de causa gentes Taim confoederatae ad auxilium vocatae relicto deserto in terram eius profectae sunt. Quidam poeta gentis Taim, evacuatis domibus suis inter ipsos et gentem Himjar dixit: (metr. Redjes[3])) O g e n s T a i m ! e s t o h i l a r i s , v i r t a n t u m p r o d e s t , q u a n t u m a p u d e u m e s t . Q u u m g e n s A h m r u f u g a t a e s t e t H e n t s e l a h f u g a m c e p i t , t u m g e n s S a h d l a v i t i n g u i n a s u a ; s i q u i d e m p r a v u m c i b u m c e p e r a t . Gens Himjar contra gentes Taim, Ahdijj et Ohcl, quae ad gentem Ahbd-Manat pertinebat et gentem Calb b. Wabarah profecta est. Attamen gentes Ahbd-Manat et Calb Himjaritas vicerunt. Gens Altaim autem regem Ahlkamah b. Dsu-Iesen occidit. Haec erat causa, cur quidam poeta gentis Himjar versus antecedentes diceret.

1) Quum in textu Arabico nonnulla ambigua sint, beatus de Sacyus exemplari suo adscripsit, se legendum esse suspicari: ومعاوية وهم محار حى من بنى سعد وابوهم هو سعد هذيم بن زيد .... بن قضاعة وامهم عاتكة بنت مر .... فانتجعت ; sed in Tebrisii codice claris verbis modo, quo textus descriptus est, legitur.

2) Quum gens Calb ad gentem Kodhaah pertineret, gens Zohar eiusdem stirpis erat (Monum. antiq. hist. Arab. p. 138.).

3) Haud negligendum est, partem versuum duos tantum pedes, partem tres habere.

CXIII.

Dixit Hassan b. Noschbah Ahdita[1]).

Ad gentem Ahdijj b. Abbd-Manat b. Odd poeta pertinebat. Grammaticus Abu-Mohammedes Alahrabi nomen falsum esse contendit, rectum esse: Djisas b. Noschbah. Djerirus Djochdobum b. Chorahb Taimitam satyra perstringens dixit: (metr. Thawil) O Djohdobe! ei (mulieri) similis es, cuius clitoris instar fungi Thortsus terrae inhabitatae est. Iam gens Taim contra matrem Djochdobi testimonium dedit et media pars gentis Taim tribus Djisasi est. Djisasum b. Noschbah dicere vult. Grammaticus Abu-l'Fath nomen حسان formam فعلان a radice حس, non formam فعال a radice حسن esse contendit, causam adducens, quod Arabes tres declinationis casus voci non tribuant. Vocem نشبة Lupi nomen esse, inde appellati, quod ungues in praedam immittat et vocem نشيبة viri nomen, fortasse formam deminutivi inde derivatam esse. Vocem عدى pluralis formam esse a voce عاد derivati. Vocem مناة autem nomen idoli non translatum esse. Formam فعلة derivari posse a radice منى (definivit). Nomen inditum esse, quod idolum loqui et definire crederent. Eam quoque ob causam idolum appellatum esse يغوث et يعوق, quod modo adiuvare modo impedire crederent. Litteram Hamzam in voce اد Tebrisius e littera و ortam esse censet. Hanc sententiam grammaticorum Bazrensium esse. Causam autem in eo videt, quod Arabes in nomine proprio sensum amoris, quemadmodum in nominibus حبيب, حبان, محبب, محبوب appareat, sensui rei gravis اد praetulerint, ut عبد ود tanquam nomen occurrat. Verbum ود cum variis nominibus actionis in amore, cum nomine actionis ودادة in optando adhiberi. Sic dixit poeta: (metr. Thawil) Opto, sed optare nil iuvat, ut, quae in corde Alhadjebijjae sint, sciam (Versus Cotsajjiri est conf. Ham ٥٦٦).

1. Nos gentem Calb in clientelam recepimus, quum Himjaritae advenientes in eam directas hastas protruderent.

Genti Calb fugienti auxilium praestitum describit. Vox وشيج proprie radices arborum perplexas designat, tum in hastas in proelio invicem perplexas translata est. Hastarum lignum, quum natura sua non semper rectum esset, ope ferri ثقاف id rectum reddebant conf. Ahmru b. Kelth. Moallak. v. 57. 59. Hasta sic directa مثقف et مقوم appellabatur. In Mersukii codice melius in linea scholii tertia للرماح legitur.

2. Iis latus sinistrum reliquimus; illi autem iumenta, quorum in nasis annuli erant, omnes mane propellebant.

Se Himjaritas in fugam coniecisse dicit. Sinistrum latus oppositum dextero infaustum designat. Sic in proverbio Meid. C. 14, 35. »Mane in eos incidimus; at ad latus sinistrum abiere.« Eodem quoque sensu dicunt: خليناهم والجانب الاشام »Dimisimus eos, dum in latere infausto erant« et خليناهم والناحية الشومى. Infelicitas eorum in pugna in causa **(p. 166.)** erat, cur pedem referentes matutino tempore fugerent. Vox مخزم significationem cameli,

1) Quum easdem res spectent, eodem fere tempore, quo carmen huic praemissum versus dicti sunt. conf. Schulteusii Monumenta vetustiora Arabiae p. 20 sqq.

cui annulus per nasum traiectus est, habere potest; sed scholiastes voci rupti aut laesi ungulâ significationem tribuisse videtur. In verbo يزجون (propellebant), eos properantes et fugientes fatigatos camelos ad celerem incessum adegisse videmus. In scholii initio Mersukius sic habet: لهم تعنى لحمير. In nostro اى تركنا لحمير legendum est.

3. At quum appropinquassent, impetum fecimus. Tum nubes nostra, cuius medium sanguinem stillabat, eorum agmen dispersit.

Impetum suum fugamque hostium describit. Suos autem cum nube comparavit. Causam comparationis in eo maxime videmus, quod fulgentia arma cum fulminibus comparari possunt conf. Ham. p. ١٧٩ v. 1. et ٣١٩ v. 3. et ٣٢١ v. 2. Huius nubis pluviam sanguinem ob vulnera inflicta esse dicit. Nubi autem, ut sanguis magnam copiam significaret, interiores vallis partes (in quibus sanguis rivus esset) tribuit; nam talem significationem voci اسرة in versu esse, contra scholiastae sententiam statuo. Voce تندى status nubis describitur, cui ad accuratius definiendum (تمييزا Gram. T. II. p. 113 sq.) vox دما addita est.

4. Et reliquerunt regem e regibus Himjaritarum, quasi eius genae ob sanguinem sanguine draconis infectae essent.

Verbi غادرن subiectum vox خيل (equites) est. Vox قيل ut مقول linguae Iemanensi propria regulum s. principem gentis designat. Grammatici a dicendo i. e. imperando vocis originem duxerunt. Haec Iemanensium lingua eiusdem quidem originis multis tamen vocibus a reliquis dialectis se distinguit. Ex prostrati capite multum sanguinis defluxisse dixit, ita ut genae colore rubro tinctae essent. In explicanda voce عندم interpretes non omnino consentiunt. Aliis verbis دم الاخوين (sanguis draconis), aliis idem est, quod vox بقم, qua lignum, quod tincturae rubrae inservit, significatur conf. de comparatione et voce عندم Antar. Moall. v. 42. Voci حمير, ut metro satisfieret, Nunnatio data est.

5. Cibi nostri in oribus eorum, qui eos gustarunt, amari sunt, dum colocynthidem et fructum amarum sugunt.

Agendi rationem gentis suae contra hostes, dum vulneribus inflictis regem occiderat, cum cibo comparat, cuius sapor omnibus amarus est; occisis enim rege multisque aliis vehemente dolore omnes adfecerant. Similem comparandi modum p. ٣٥٤ v. 1. invenimus. Comparari potest Antarae Moall. v. 36. Subiectum verbi امر vox مطاعم est et verbum يماججن cum sequentibus antecedentibus explicandis inservit, ut status vocis افواه significetur. Vocem صاب diverso modo explicatam invenimus (conf. p. ٥٠٩), ubi cum voce علقم coniuncta est. Alii succum plantae amarae esse dicunt, alii succum myrrhae (صبر), alii plantam (شجر), cuius acidus et albus succus in oculum incidens lacrymas excitat, alii vocem علقم plantam amaram, alii colocynthidem, alii amaritudinem significari dicunt. In planta colocynthide verbum علقم adhibent, quum eius amaritudo vehemens est. Adhibuisse videtur vocem يماججن (sugunt), ut significet, amaritudinem perpetuam esse, non statim cessare. Coniunxit autem voces صاب et علقم, ut indicaret, illam amaritudinem tam variam quam perpetuam esse. Suffixum in voce طعمها voci مطاعمنا, ad quam referendum est, antecedit.

CXIV.

Idem eandem rem respiciens dixit (conf. Schultensii Monumenta vetustiora Arabiae p. 23.).

1. Ego etsi gentem praeter eam non libero, tamen gentem Taim libero (ob id quod egit) in proelio gentis Calb et Himjar.

Poeta dicit, quamquam se ipsum maioris habeat quam ut pro aliis liberandis se tradat; tamen istam gentem die proelii inter Calbitas et Himjaritas talem se gessisse, ut lubenter vitam suam pro ea sacrificaturus sit. Phrasis consequens coniunctionis وان لم etc. in verbis انى فداء est, nam verba sic constituenda sunt: ان لم افد حيا سواهم فانى فداء لتيم. Littera Alif in fine versuum homoioteleuti causa addita est.

2. Vicinos suos hostibus tradere noluerunt tempore, quo mortis pulvis elatus erat, ut multus fieret.

Causam antecedentis versus adfert. Gentem Taim laudat, quae in summo mortis periculo gentem Calb non deseruerit tempore, quo Himjaritae bello eam peterent. Verbi ابو subiectum gens Taim est. Voces جار et عدو sensum collectivum habent et suffixum هم in voce لعدوهم ad vocem جار referendum est Morti pulverem tribuit, quasi mors tanquam persona contra gentem Calb pulverem excitans procedat; sed est pulvis, quem Himjaritarum exercitus contra gentem Calb adveniens excitat. Cum Himjaritarum exercitu autem mors accedit. Est igitur dies pugnae. Isto die a pugnantibus tantus pulvis excitatur, ut a poetis cum nube comparetur et tali quoque nube, quae solem obscurat, ut, difficile creditu, sidera in coelo appareant. Alii morte bellum significari dixerunt, alii mortem ipsam, dum animas rapiat, pulverem excitare putarunt. Vocem نقع pulverem densum in aere elatum hoc in versu designare convenit. Verbum تكوثر inserta littera و et praeposita littera ت ex verbo كثر ortum esse, nemo non videt. Loco huius verbi تكورا legitur, quod verbum a verbo تكوثرا significatione non discrepare scholiastes dixit; mihi quidem d e n s u m e t q u a s i c o n v o l u t u m esse significare videtur.

3. Versus regem gentis cursum dirigentes gladiis suis celeriter eum invaserunt, ut **(p. 167.)** *cadens in latus suum prorueret.*

Gentem regem quendam Himjaritarum occidisse narrat. Verbum سما scholion voce علا et Mersukius voce ارتفع explicavit. Mihi a loquendi modo سما الفحل i. e. admissarius irruit insiliens in camelam desumtum videtur. Sive gens cum camelo admissario, comparandi modo poetis frequente c o n f. H a m. p. ٣٣. ٣٤٧ v. 4., comparatur, qui in camelam insiliens ad decumbendum initus causa eam cogit, sive aliter, verbo سما hoc in versu elato corpore irruendi significatio tribuenda est. Quum verbum يبتدرونه, quae vox subiecti statum describit, cum praepositione ب non bene coniungi possit, huiusce praepositionis causa verbum وضربوه (et eum percusserunt) supplendum esse putant.

4. Instar nasi leonis erant, qui vilitatem non olfecit et praedam nisi pulvere inquinatam cepit.

Genti Taim generositatem tribuit maxime dum eam cum leone in agendo comparavit c o n f. Meid. C. 22, 243. Primum gentem cum leonis naso contulit. Comparandi modus in eo quaerendus est, quod naso tam vilitatem quam dignitatem tribuant (c o n f. Harir. p. ٣٢٠

schol.); leonis autem nasum omnium animalium maxime defensum putent. Sic in proverbio dicunt »Magis defensus quam leonis nasus« conf. Meid. C. 6, 213. Voci مرغما vilitatis significationem tribuendam puto, in Mersukii enim commentario cum hac voce vox مذلا coniuncta est لا يشم مرغما ومذلا. Verbum رغم cum naso quoque coniungunt vilitatem significaturi, et dicunt راغم الانف »vilis« et ارغم انفه »in terram nasum eius depressit« i. e. vilem eum reddidit. conf. Harir ٣٥٠. Poeta autem verbo شم olfecit usus est, quod leonem describit, cui percipiendi sensus maxime in naso est et verbum رغم cum naso maxime coniunctum est. Generositatis quoque esse dicunt, leonem nunquam praedam, nisi quam ipse ceperit, vorare. Loco vocis تعفر in codice Mersukii يعفر legitur, cui passivi vocales dandae sunt. Vox قط de re praeterita idem significat, quod ابدا in re futura. Ut vox امس indeclinabilis definitum tempus designat, sic quoque vox قط. Haec autem particula vix aliter quam in re praeterita adhibita potissimum in causa est, cur verba لا شمر et لا نال de tempore praeterito intelligenda esse, interpretes dixerint (conf. Gram. Ar. T. I, 167.), quippe in aliis locis particula لا efficiat, ut praeteritum futuri significationem accipiat. Sed in Corani quoque loco (Sur. 75, 31.) verbis فلا صدق ولا صلى praeteriti significationem tribuendam putant. Loco vocis قط sunt, qui فظ الصيد »ventriculi aquam praedae« legant. Leo autem interiora ventris occisi animalis quum primum voret, poetam hisce verbis usum esse dicunt; mihi vero vocis فظ significatio sensui minus congruere videtur. Reiiciendum quoque puto legendi modum قصّ الصيد »pectus praedae,« quem Ahbd-Alsalamus Bazrensis adnotavit.

CXV.

Eandem rem describens Helalus b. Rasin dixit.

Ad gentem Banu-Tsaur b. Ahbd-Manat b. Odd pertinebat (conf. Schultensii Monumenta vetustiora Arabiae p. 26.).

1. Et in loco Albaida, quum ibi gens Calb hostibus occurrisset et vota ibi soluta essent,

Hic versus pugnam inter gentem Calb et Himjaritas describens cum sequentibus intime cohaeret. Vox البيداء desertum significans hoc in versu loci nomen esse dicunt, in quo gens Calb cum Himjaritis concurrisset. Verbum تلاقى quum de plurium concursu inter se adhibeatur, aut verba مع حمير omissa esse aut vocem كلب Himjaritas complecti putamus. Arabes autem, quibus mors cognatorum aut vicinorum ulciscenda erat, vota aut vini non bibendi aut alius rei omittendae facere solebant (conf. Ham. p. ٣٨٥ v. 5.). Vindicta peracta votis satisfactum erat. Simul verbis: «Vota ibi soluta erant,« ipsos victoriam reportasse poeta indicat. Similem loquendi modum p. 716 v. 4. invenimus. Particulam ان post لما pleonastice positam videmus (conf. p. ٣١١ v. 4.). Phrasis, quae particulam لما necessario sequi debet, aut in verbis فحانت etc. aut in verbis اجادت etc. inveniunt. Qui autem tali in loco coniunctiones و et ف superfluas esse concedunt, ii phrasin consequentem aut in verbis وحل etc. aut in verbis فحانت etc. vident. Hoc admisso aut littera و aut littera ف sine necessitate inserta est. Simili modo superfluam litteram و in verbis Corani (Sur. 39, 71.)

»quum ad eam veniunt, eius portae aperiuntur (وفتحت) nec non in verbis Amru-l'Kaisi: فلما اجزنا ساحة الحى وانتحى »Et quum gentis atrium pertransissemus etc. (conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. ٢٧) vident.

2. Tum gens Himjar periit, quum occurrissemus et ei ibi gravis dies erat.

Versum hunc cum antecedente coniunctum non esse, sed statum sequentem describere puto. Occursus illius finem describens genti Taim maximam laudem tribuit, quod suo in occursu auxilio hostes victos esse dicat. Vox يوم maxime diem pugnae designans, tamen cum voce عسير coniuncta generaliorem diei calamitosi significationem conf. Cor. Sur. 74, 9. habet. Vox حمير metri causa Nunnationem accepisse videtur. Vox بها eundem sensum offert, quam in versu antecedente.

3. Et gentes Djenab et Ahmir cognoverunt, ipsas adiutorem defensurum esse.

Isto proelio, quo gens Taim gentem Himjar in fugam coniecerat, illae gentes Calbitarum cognoverunt, se defensorem habituras esse. Djenab et Ahmir duae gentes sunt, quae ad Calbitas pertinent, sed voci عامر in codice tam casus nominativus quam genitivus vocalibus Dhamma et Fatha superscriptis tributus est. Ahmir magnae gentis auctor cognomen inde accepisse dicitur, quod ad murum natus esset. Frater Ahmiri b. Zahzaah erat. Djenabus filius Hobali b. Ahbd-Allah b. Calb erat. Cum voce نصير (adiutor), qua gentem **(p. 168.)** Taim significat, articulum non coniunxit, ut magnus et perfectus adiutor haberetur. Particula ان est pro انه cum pronomine rei (ضمير الشان conf. Gram. Ar. T. II. p. 371.). Scholiastes particulam س, quae verbo futuri significationem dat, vicem (sc. pronominis ه) agere dicit, ne particula أنْ ex أنَّ orta cum particula, quam futurum Nasbatum sequatur, confundatur; qui autem explicandi modus mihi non placet.

4. Largiter effudit (nubes equitum) pluviam vehementem nubis obscurae; tum large manans modo nubis nocturnae pluviam (mortis) super eos copiose effudit.

Taimitarum exercitum cum nube comparavit, quae pluviam mortis large super hostes effudit. Exercitus cum nube comparatur p. ٢١٩ v. 3., arma exercitus cum fulguribus p. ١٧٩ v. 1. ٢٣١. Nubes autem intelligenda est, quae magnam coeli partem tegit. Hoc in versu est nubes atra et multam pluviam emittens. Pluvia autem ista mortem adfert. Simili modo p. ٣٤٢ v. 5. poeta equites se sequentes cum pluvia comparavit, in qua mors splendeat. Subiectum verbi اجادت nubes ex sequentibus cognosci potest. Haec vox largam pluviam decidere significat. Vox وبل quum pluviam magnis guttis decidentem designet, voce مدجنة tenebrosa, ante quam سحابة omissa est, nubes tonans, quae nubes pluviam magnis guttis demittere soleat, intelligenda est. Posterior autem pars paene eundem sensum offert, quam prior et ad hanc confirmandam et vim sermonis augendam inservit parum novi addens. Nonnisi vox سارية noctu adveniens sc. nubes addere videtur, quod noctu advenientem nubem, quum unde adveniat, non appareat, nemo effugere potest. Sic quoque Taimitarum

advenientem exercitum nemo fugâ evitare potuit. Ut vox اجادت largam pluviam decidere significat, sic quoque vox درت. Huiusce sensus augendi causa postea vocem درور addidit; nec non in nomine actionis صوب (nam nomen non est), quae loco vocis در est, eadem significatio invenitur. Alii dicunt, verba اجادت et درت cum voce درور coniungenda esse, ut قام وقعد زيد »surrexit et sedit Saidus« dicatur et vocem درور bellum sanguinem large effundens significare. In significatione vocis درور igitur causa cernenda est, cur verbo feminini forma data sit. Sunt etiam, qui dicant, verbum اجادت eandem significationem habere, quam جادت, ut sensus sit: Liberalis est large pluviam emittens et large super eos emittit instar pluviae nubis tenebrosae et instar pluviae nubis nocturnae. Sunt denique, qui صوبُ سارية legant. Abu-Rijaschus dixit, poetam voci صوب femininum genus tribuisse, quod fluxum unum vehementioris pluviae (الدفعة) exprimere voluerit.

5. Illi autem sub parva eius grandine celeri cursu terga verterunt, dum gladii Indici, duri eos prosternebant.

In versu comparationem nubis non amittens Himjaritarum fugam describit. Nubes, qualem in superiore descripserat, grandinem tam parvam quam magnam demittit. Cum parva igitur grandine sagittas, cum magna hastas gladiosque contulit. Himjaritae grandine nubis parva percussi statim in fugam se coniecerant non exspectantes grandinis magnae i. e. gladiorum et hastarum adventum. Nihilominus vero fugientes gladii prostraverunt. Vox قطقط scholiastae parvam grandinem, quae pluvia putatur, designat; Djeuharius autem pluviae diversos gradus describens, vocem tenuissimam pluviam esse dixit. Voce سراعا, qua status verbi ولو describitur, eos timorem concipientes in fuga festinasse indicat. Himjaritae autem a persequentibus a tergo vulnerati in faciem procidere (تكبهم); quae res gladiis adscribitur. Gladios Indicos et chalybe confectos esse dixit, quippe qui gladii optimi sint. Voci المهندة, cui vocem السيوف addas, duplicem scholiastes significationem tribuit aut arte Indica confectorum aut gladiorum Indicorum ipsorum. Grammaticus Abu-Ahmru dixit, verbum هند significationem acuendi habere. Vox ذكر chalybem designat. In nostro vero versu est aut nomen gladios chalybe confectos designans, ut vocis المهندة appositum sit, aut adiectivum. Djeuharius سيف ذكر adnotavit.

Post hanc cladem Himjaritae congregati Taimitas vicerunt eosque partim occiderunt, partim in captivitatem abduxerunt. Ex his alios castrarunt, alios servorum loco habuerunt. Hos denuo Aladhbathus b. Koraih, qui Zanaam invasisset, liberans in Himjaritas grassatus est. Poeta Djerir Taimitarum captivitatem inter Himjaritas in versu sequente memoravit dicens: (metr. Basith) Gens Taim te vocat, dum in vicis Sabaae captiva est. Eius autem colla cutis boum (vinculum) momordit. Quidam poeta gentis Taim captivus apud regem Iemanensem gentes Tamim et Dhabbah vituperavit et ad auxilium ferendum excitaturus dixit: (metr. Camel) Ad Mohallemum (conf. Meidani app.) possessorem[1]) potentiae et honoris veteris apud te nuntium perfer et ad Aladh-

1) In codice de Sacy. ذا legitur ut voci محلما adpositi loco sit. Hoc alteri in codice legendi modo praeferendum est.

bathum Sahditam (conf. Meid. app.) perfer et nobiles Taimitarum (dicens): Festinate in nobis liberandis et facinus turpe cavete! Aladhbathus primus fuisse dicitur, qui exercitum in quinque partes, primam, mediam, postremam partem duasque alas divideret. Mohallemum autem, filium Sowaithi Dhabbitam poeta Ferasdak (conf. Meidan app.) hisce verbis significavit: Princeps primus et poeta Dsu-l'Rommah (mortuus anno 117 Meid. app.) sequentibus: (metr. Thawil) Ii homines principatum docuerunt et nemo hominum praeter eos eum in itinere ostendit[1]). Ille enim duabus alis et primo ac postremo agmine utens Himjaritas vicit. Illi autem antea dicti versus quum ad Alnamiri b. Morrah b. Hamman et Aladhbathi b. Koraih aures pervenissent, gente Tamim congregata versus Zanaam iter direxere. Rei nuntio ad Iemanenses perlato quidam eorum dixit: (metr. Thawil) O eques! si occurris, pravis equitibus e gentibus Zoda et Nahd Iemanensibus nuntium perfer: Quum Aladhbathus Sahdita cum exercitu suo advenit, o quot puellae formosae sine velis super stragulis sedebunt! O gens Taim aut exercitui[2]) parem parate aut equites se invicem sequentes fugâ cavete! Namirus et Aladhbathus regionem Iemen invadentes usque ad Zanaam pervenere et victoria reportata captivos liberarunt. Per anni tempus ibi versati quum essent, Adhbathum arcem, postea nomine arx Adhbathi notam, exstruxisse dicunt.

CVXI.

Dixit Djasus b. Dhirar frater Schammachi[3]). (p. 169.)

1. Nuntius ad me pervenit in summo cacumine duorum montium admirandus, quo, quum ad me perveniret, laetitia non adficiebar.

Rem ipsi ingratam ad se perlatam esse poeta dicit. Duo in versu coniuncta esse verba اتانى et جاءنى et poetam priori regendi facultatem dedisse, scholiastes dixit Similem construendi modum in sequente versu inveniri: (metr. Wafir) Non laudavi, ut ei placerem, versibus meis vilem (timens), ne diceretur: Opibus potitus est. In hoc verbum امدح vocem تئيما regit. Ante particulam أن vox خوفا aut huic significatione similis omissa est (Gram. Ar. T. II. p. 467.). Vocem القنتان (cum forma dualis) montem nigrum paulum elatum, cui neque alti loci neque petrae sint, plantas producentem significare scholiastes dixit; sed in lexicis nonnisi formae singularis haec significatio tributa est. Fieri

1) Hoc ad modum, quo in itinere exercitum disposuerit, referendum est.

2) Hunc versum isto tempore dictum esse dubito; nam si verum est, quod legimus, Aladhbathum primum in quinque partes distribuisse exercitum, nomen خميس ab isto instruendi exercitus modo derivatum poeta adhibere non potuit.

3) Djas est nomen poetae. Cognomen habuit المزرد, quod in Kamusi et Ebn-Kotaibahi opere (p. 107) occurrit. Frater quoque Schammachi, qui notior fuisse videtur, adpellatur; sed plures sunt poetae nomen Schammach habentes (conf. Kam.). Noster Dhirari filius est. Ni fallor, Dhirar b. Ahmru Dhabbita vir multis notus, qui Nohmani tempore vel paulo ante vixit, respicitur. Initio Islam· vixit conf. Ham ٢٨٧; sed in isto loco Djas et Almossarred personae diversae sunt.

autem potest, ut dualis in versu nostro in nomen proprium mutatus sit, una eademque enim persona in duorum montium cacuminibus nuntium accepisse non potest.

2. Fidem ei non habui, quasi eum non audiens, donec res certa ad me perlata fuit et ad summum pervenit eius tam errans quam recte dicens.

Quod in nuntiis nobis ingratis saepe fit, ut fidem eis non habeamus, id poetae accidisse videmus, quippe qui nuntium de gentis suae calamitate verum non esse putaret. Suffixum cum verbo تصامت coniunctum est omissa praepositione من vel عن, ut in Corani verbis Sur. 83, 3. اذا كالوهم او وزنوهم يخسرون »Quum contra eos metiuntur aut mensurantur, deminuunt;« nam est pro كالوا عليهم et وزنوا عليهم. Pro voce لما in Mersukii codice حتى, id quod praeferendum puto, legitur. Altero autem legendi modo praehabito sic vertendum est: Me surdum esse simulavi, quum eius certa res ad me perlata esset et eius tam errans, quam recte dicens ad summum pervenisset. Tum duplex legendi modus existit افرع et افزع; posterior in Mersukii codice facilior intellectu est. Vocibus duplicem sensum aut intransitivum aut transitivum tribuunt. Priorem esse puto ad summum montis pervenit, ut obiecto haud egeat, alterum ad summum montis perduxit, ut suffixum ه suppleatur; sed dubito, num haec transitiva significatio voci افرع conveniat. In hoc autem, quin Tebrisius legendi modum افرع cum altero افزع commutaverit, vix dubito. Quem autem vocis افزع explicandi modum Tebrisius adnotavit, quo verbi افزع obiectum vox المخطى et المصيب sit, ei assentiri non possum, quippe cui vocum harum casus nominativus in versu conveniens non est. Casus autem in versu quum ob homoioteleutum mutari non possit, verbo افزع passivi vocales dandae sunt. Alter legendi modus افزع (me) timore implevit, ut suffixum addatur, significat. Suffixum in voce يقينه suffixum praedicati est. Voce مخطى priorem nuntium, quem falsum esse putaverat, voce مصيب alterum, quem verum esse invenerat, designat. In Mersukii codice versus sic explicatus est: تصامت اراد تصامت عنه حتى اتانى يقينه اى الجلى الواضح منه وافزع منه يجوز أن يكون معناه صادف الفزع فلا يقتضى مفعولا ويجوز ان يكون معناه افزع الغير (او افزعنى .marg) فيكون مفعوله محذوفا ومعنى البيت تكلفت الصمم عن ذلك الخبر حتى جاء ما لم يمكن رده لكون الشبه منفية عنه واتفق المخطى والمصيب على تصحيحه وصادف الفزع فيه او افزع الغير منه In hoc mirum videtur, quod Mersukius vocem افزع eodem modo explicaverit, quo Tebrisius vocem افرع.

3. De gente mea nuntium accepi, tempus eam adflixisse et tempus eius calamitatibus propinquum erat.

Nuntius qualis fuerit, dicit. Verbo حدثت tria obiecta sunt, unum, quod ob passivi formam iam subiecti in prima persona locum tenet, alterum vox قومى et tertium verba احدث الدهر فيهم. Verbi احدث obiectum احداثا omissum est. Sic in verbis alius: فان تكلمك تبلت et si te alloquitur (femina), sermonem abrumpit [1]). Licet quoque

1) Beatus de Sacyus تبلت aut تبلت condivit (sermonem) legendum putat; at vero in codice Tebrisii vocales, quales expressimus, adscriptae sunt.

admittere, obiectum illis verbis necessarium non esse, simili modo, quo in verbis نكى الدهر فيهم »Tempus in iis noxa adfecit« obiectum non esse dicunt. Loco vocis بكى, quae in Tebrisii codice tam in textu, quam in margine legitur, melius نكى, quod in Mersukii codice reperitur, legendum puto. Verba autem وعهدهم cum antecedentibus ita coniungi possunt, ut partem nuntii adlati contineant, aut statum describant. Sensus est »tempus eos adflixit, dum tempus cum vicissitudinibus iis propinquum erat« aut sententiam intermediam efficiunt, qua rem, quae nuntiata erat, tanquam veram affirmat et suam gentem generosis accensendam esse, qui in temporis vicissitudinibus salvi non sint; sed quos iis quasi deditum tempus adflixerit. Similem autem sententiam poeta sequente versu expressit (metr. Thawil): ارى الدهر يعتام الكرام ويصطفى عقيلة مال الفاحش المتشدد V i d e o t e m p u s g e n e r o s o s a b r i p e r e e t o p t i m a s o p e s t u r p i s a v a r i q u e e l i g e r e.

4. Et si verum est, quod ad me pervenit, scito generosos eos esse, quotiescunque fortunae casus superveniunt.

Ista calamitate adflictus, cuius ut nuntius falsus sit optat, in eo solatium invenit, quod gentem suam ob animi generositatem se neque abiicientem neque suppressam esse scit. Conditionis, quae in initio versus est, consequens phrasis in verbis فانهم كرام est. Similem loquendi modum in Corani verbis (Sur. 5, 118.) invenimus: S i t u e o s p u n i s, i i s e r v i t u i s u n t i. e. tu eius rei potestatem habes. Silentio praetermittendum non est, verbum singularis numeri sequi nomen pluralis numeri in vocibus النائبات تنوب c o n f. de Sacy Gram. Ar. T. II. p. 229 sq.

5. Pauper eorum divitem se ostendit et eorum divites folia recentia petentibus concedunt.

Liberalitatem eorum describit, quae tanta est, ut pauper quisque divitem se haberi velit, ita ut ab ipso dona petantur et dives quisque petentibus bona sua concedat. Folia arborum praecipue camelis pabulo inserviebant. Ligatis ramis folia baculo decutiebantur. Petens igitur cum eo, qui arborem percutit, liberalis cum arbore comparatus est. Pro voce للسائلين Abu-Rijaschus للخابطين legi dixit. Quae vox quum eos, qui arbores percutiant, significet, eaque adhibita comparatio perfectior fiat, praeferenda videtur. Poeta autem ista folia ab arbore decussa viridia esse dixit significaturus dona data bona esse. Eadem autem comparatione poeta Sohair usus est dicens (metr. Basith): وليس مانع ذى قربى ولا رحم يوما ولا معدما من خابط ورقا N e q u e p r o p i n q u u m n e q u e c o g n a t u m a l i q u a n d o n e q u e p a u p e r e m, q u i f o l i a d e c u t i t, r e f e l l i t. **(p. 170.)**

6. Eorum facilis difficilis ductu est et eorum difficilis facilis est officiis petentium inserviens.

In laudanda gente sua pergens dicit, qui e gente sua obsequentes habeantur, eos ob magnum animum difficile aliis iniustis obsequi, qui difficiles ductu sint, eos ob animi generositatem petentibus satisfacere. Comparatio a iumento commodo et iumento difficili desumta est. Verba ذلول, صعب, ركوب omnia ad istam comparationem redeunt.

7. Quando calamitas hominum naturas turbat, ipsorum naturae in eo purae et bonae sunt.

Comparatione ab aqua desumta in describendis virtutibus pergit. Fit saepe, ut qui bona fortuna utentes boni sint, in adversa pravi fiant. Sua autem gens tam constante bonitate praedita est, ut, si alii calamitatibus mutentur, bona semper maneat. Comparatio in verbis رنقت et تصفى cernitur. Vox رنق in turbida, vox صفى in bona aqua adhibetur.

8. Qui ex eorum numero ab aliis meritis vincuntur, ii inter alios degentes nobiles sunt.

Caeteros omnes meritis ita praestant, ut, qui inter ipsam gentem ab aliis vincantur, si ad alios genere referantur, emineant. Verbum غمر proprie in aquà multa adhibetur, quae tegit rem, ut submergatur. Tum in virtutes transfertur, quibus ab aliis vir submergitur, ut ipsius virtutes non amplius appareant. Sic quoque in versu nostro. Obscuros fama, quos alii virtutibus suis omnino vicerunt, designare vult. Suffixum ه in verbo يغمرو supplendum est.

CXVII.

Dixit Alkothamijjus.

De poeta, qui etiam Alkathamijj enuntiatur, conferas Meidan in app. Poeta primum Christianus tum fidei Mohammedicae se addixit. Dicunt eum, nam pauper erat, Damascum venisse, ut Alwalidum b. Ahbd-Almalic laudaret sec. al. Ohmarum b. Ahbd-Alahsis; sed desuaduentibus hominibus eum, quum Ahbd-Alwahidum b. Solaiman accessisset, quinquaginta camelos accepisse (Cit. Alaghan.). Grammaticus Abu-l'Fath poetam cognomen القطامى accipiter a versu sequente accepisse dixit (metr. Redjes): Eas in uno alteroque latere deponit, quemadmodum accipiter aves Katha noctu ad aquam tendentes deiicit. Abu-Hilalus nomen poetae Ohmair b. Schojaim b. Ahmru etc. esse dixit, qui poeta excellens commodis vitae abundans erat. De verbis رقيق الحواشى, conf. Chrest. Ar. T. I. p. 168. vers. 439. Proverbiales locutiones in versibus eum multum adhibuisse scimus, id quod ex sequentibus versibus apparet (metr. Basith): Homines ei, qui bonum consequitur, id quod cupit, dicunt; sed matri eius, qui errat, orbitas est. Cunctans interdum partem rei ipsi necessariae assequitur, dum interdum festinanti defectus est. Vita nonnisi ea habenda est, in qua deliciae sunt; sed non est status, nisi qui mutabitur.

1. O tu, quem oppidani admiratione adficiunt; quales deserti viros nos esse putas!

Esse quidem dicit, qui vitam in oppidis laudent; at vitam campestrem multo praeferendam esse. Laudat igitur vitam campestram et Arabes campestres. In priore versus parte ellipsis est, quae sic constituenda videtur: Si quem incolae oppidorum admiratione adficiunt (is multum errat); nam nos observans, qui campestres sumus, illis meliores esse videbis. In posteriore igitur parte argumentum prioris est ita tamen, ut verba اى رجال, licet proprie interrogandi verba sint, admirando et laudando inserviant. In hoc versu من beato de Sacyo pro يا مَن est conf. p. 163. conf. v. 1. Ex verbis رجال بادية, videmus,

in priore الحضار vocem اهل »incolae« supplendam esse, nam homines cum hominibus in hoc versu conferri necesse est. Vox اى autem nonnisi cum nomine haud definito coniungi potest; neque vero cum pluribus, quam iis, quae praedicati loco ponuntur, coniungitur, quippe quae voce اى tanquam adiectivo describuntur. In verbis مررت برجل اى رجل »Transii ad virum, qualem virum!« verba اى رجل praecedenti voci رجل loco adiectivi sunt; in verbis اى رجل اخوك »qualis vir frater tuus est!« locum praedicati tenent. Ni fallor, talem causam scholiastes adtulit: Vox, quae cum voce اى coniungitur, in propositione aut adiectivi aut praedicati locum tenet. Praedicatum autem quum maxime indefinitum sit, nomen cum voce اى coniunctum indefinitum esse debet. Vox autem اى huic praedicato tanquam adiectivum est ex. gr. verba اى رجل هو eundem sensum offerunt, quam verba هو رجل كامل »is vir perfectus est« conf. Gram. Ar. T. II. p. 366. Harir. schol. p. ٣٣٤. Silentio praetermittendum non est, in codice Mersukii pro فاى رجال legi فاى اناس »quales homines!«

2. Si alii asinos parvos in stabulo adligant, nobis hastae vitam eripientes et equi pulchri sunt.

Comparat oppidanorum vitam cum vita Arabum campestrium, ut inde hos illis praecellere intelligatur. Ut in primo versu sic in hoc ellipsis est constituenda: Si quis asinos pullos in stabulo adligat iisque alendis operam dat (is cum nobis comparari non potest); nam nos hastis et equis pulchris operam damus, ita ut bello studentes fortes nos esse probemus. Vox سلبا aut Saliban aut Soloban pronunciatur. Illi longarum, **(p. ٤٢١.)** huic vitam eripientium, a singulari سلوب tribuerunt. Sive hanc sive illam significationem recipis, in adiectivis indicium fortitudinis apparet, quippe fortis bona arma et equos pulchros parare cupiat.

3. Illi (equites), quum in regionem incurrentibus ipsis praeda in loco, ubi erant, deficiebat,

Hoc in versu cum sequente intime cohaerente gentis suae agendi rationem, qua fortitudo probatur, describit. Illam incursionibus hostilibus semper occupatam esse, ut, si in una regione praeda deficiat, in alteram incurrat. Vox كن ad vocem praecedentem افراسا referenda est. Equos autem hoc in versu loco equitum nominavit. Causa autem, cur praeda deficiat, in eo quaerenda est, quod illius regionis incolae timore perculsi fugam ceperint. In hoc quoque indicium fortitudinis est. Verba autem اذا اغرن tempori sequentis versus definiendo inserviunt. In margine codicis Tebrisii loco vocis نهب alterum legendi modum كوز Cus, quae gentis nomen est, adscriptum invenimus.

4. Incursionem faciebant in familias loco suo commorantes e gentibus coniunctis (Aldhibab) et gentem Dhabbah; nam qui periit, periit.

Hic et proxime sequens versus in codice Mersukii, quo beatus de Sacyus usus est, alium hemistichiorum ordinem habent: in meo autem eundem, quem in Hamasa nostra ordinem versus sequuntur. Gentem suam incursionibus hostilibus tantopere deditum esse dicit, ut, si hostes remoti fuga se ei subduxissent, in propinquos et cognatos incurreret. Vox الضباب plures gentes foedere iunctas complectitur sc. gentes Dhabbah, Dhobaib, Hisl et Ho-

sail. In hoc autem indicium fortitudinis esse videtur, quod in gentes uno loco habitantes (حلول) et non dispersas, inque gentes, quae cum aliis foedere iunctae sunt, ut eorum auxilium exspectare possint, incurrat. Verba autem انه من حان حانا ad sermonis modum pertinet, qui التفات appellatur conf. Darstellung d. Arab. Verskunst p. 539. et Hamas. p. **219.**, quasi poeta ad quendam se convertens ista verba protulerit. Eorum sensus autem est: Qui in ista incursione occiduntur, eos non curamus.

5. Et interdum contra gentem Becr fraternitate nobis coniunctam, quotiescunque neminem nisi fratrem nostrum invenimus.

Verba cum antecedente versu cohaerent, ut verbum اغرن (incurrunt) supplendum sit. Gentem Becr fratrem gentis suae appellavit, quoniam Taghlebus, e cuius gente poeta oriundus erat, frater Becri filii Wajeli erat. Posterior scholii pars versum antecedentem spectat.

CXVIII.

Dixit Alahradj Mahnita, qui e numero rebellium خوارج [1] erat. conf. Ham. p. ١٣٣.

1. Omm-Sahl (matrem Sahli) dolore semper adflictam video, vituperantem et nescio, cur dolore adfligatur.

Versus hic, qui carminis initium est, quemadmodum ex homoioteleuto in vocibus تفجع et توجع videre licet [2]), rei, quam tractat poeta, introducendae inservit. Verbis ما تزال poeta uxoris suae agendi rationem describens statum continuum significare vult; nam quum verba ما زال rem praeteriti temporis continuam fuisse significent et verba ما يزال futurum verborum ما زال sint, non possunt non significare statum continuum. Qui obiiciunt, verbum زال, quum contrarium sit verbi دام, non posse, quod negando inserviat, rem continuam esse; iis respondendum est, significationem verbi negantem, addita negatione, fieri adfirmantem, propterea quod negatio cum negatione coniuncta adfirmatio fiat. Sic significationem verbi priorem redire. Vox تلوم statum feminae describit, ut sit pro لايمة. Tum dicit, se causam, cur mulier condoleat, nescire.

2. Me vituperat, quod rufo equo lac camelae praebeam; ipsa autem rufum equum tempore, quo timore impleta est, non aequat.

Versus causam adfert, cur uxor dolorem concipiat et maritum vituperet. Arabes bellis saepe occupati quum tum in pugnis tum in hoste persequendo aut in fugiendo, quantae utilitati ipsis equus generosus esset, cognoscerent, summa cum cura equis generosis alendis operam dabant, ita ut camelae lac iis porrigerent (conf. Ham. ٣٠٨ v. 1.) et ipsâ familiâ

1) E numero quatuor millium eum fuisse vult, qui contra Ahlium rebellarent. Quos quum adhortatus esset Ahlius, partem eorum, qui in rebellione perseverarent, paene delevit conf. Abulf. Ann. T. I. p. 326.

2) Quod si in priore versus hemistichio homoioteleuton posterioris est, hoc تقفية appellatur (conf. libr. meum Darstellung d. Arab Verskunst etc. p. 117. 177.

famo adflictâ large equum alerent ibid. p. ١٠ v. 5. Hic nostro versui sensus inest: Uxori lac camelae denegat, ut equus alatur. Causam addens dicit: Hoste irrumpente uxorem timentem ad defendendum nil prodesse, dum equo rufo utatur. Obiectum personae نى mo in verbo تلوم omissum est. Ante vocem لقحة camela lactaria vox لبن (lac) supplenda est. Scholiastes dixit, vocem الورد casum accusativum obtinuisse, quod particulae و significatio cum esset, id quod grammatici مفعول معه appellarunt (Gram. Ar. T. II. p. 114. 522.). Ex scholio videmus l. 1. infra pro voce امنح legi quoque اعطى. Qui autem **(p. 172.)** causam quaerit, cur poeta in priore versu وما ادرى علام توجع »et nescio, quamnam ob causam doleat« dixerit et statim in sequente versu تلوم etc. vituperat sequatur, quippe quibus verbis cum mentitum esse clarum sit, is sciat, rem magni facientem et re pressum commotumque verbis, se rem nescire, quamvis bene sciat, uti solere. Legitur quoque الوردُ, ut casus nominativus sit. Hoc casu admisso melius وما تستوى هى والورد dicendum fuit, nam coniunctum esse nomen apparens cum pronomine in verbo latente [1]) non probant, nisi post verbum confirmandi causa pronomen repetitum sit. Sensus est: Aequales non sunt uxor et equus. Vox ساعة Nunnationem non accepit, quod nomen cum verbo, sicut unum nomen cum altero (ساعة الفزع) intime coniunctum est.

3. Quando enim ipsa stat velo non obtecta, huc illuc discurrens, pavido animo et capite calantica non tecto,

Describens qualem uxor se gerat hoste irrumpente, causam adfert verborum in versu antecedente, uxorem et equum aequales non esse. Uxorem enim in tali statu non utilitati; sed damno potius esse, dum timida discurrens huc illuc res perturbet. Verba autem اذا هى etc. duplici modo explicari licet. Aut cum antecedentibus coniungi possunt aut ab illis separari. Coniuncta si sunt, statum verborum ساعة تفزع describunt, ut particula اذا tanquam appositum vocis ساعة accusativi locum teneat. His admissis verba يجزيني بما كنت اصنع in proxime sequente versu cum antecedentibus non cohaerent, etsi causam, cur uxor et equus aequales non sint, indicant. Sin autem verba اذا هى ab antecedentibus separantur, ut novi sermonis initium sint, tum horum verborum phrasin consequentem in verbis فذلك يجزيني etc. videre licet, ut ita cohaereant: Quum ea surgit et ego ad illum (equum) accedo ......, tum is (equus) mihi retribuit. Quod in scholiis تجزيني legitur, minus bonum est, quam يجزيني, quod in versu legitur. Videmus quoque, equum marem fuisse ex sequente قمت اليه. Sunt, qui راسَها, ut casus accusativus sit, legant. Hoc recepto obiectum verbo praemissum est. In Tebrisii codice tam يقنع quam تقنع legi, adnotatum est. Priore praehabito voc vocales passivi dandae sunt, ut cum nominativo vocis راسها cohaereat. Scriptura folii in codice hoc versu incipiente similis quidem reliquis; sed diversa est.

---

1) Nomen apparens est الورد, pronomen latens persona tertia in littera ت verbi تستوى est conf. Gram. Ar. T. II. p. 540.

4. Et ego ad eum cum fraeno accedo, eum (ad pugnam) praeparaturus; tum temporis, quod faciebam, mihi rependit.

Quam uxoris agendi rationem narraverat, ei equum opponit. Vox ميسر in versu praeparantis, ut in Corani loco Sur. 92, 7. significationem habet. Particulae هناك et هنالك tam in tempore quam in loco adhibentur.

CXIX.

Dixit Hodjr b. Chaled b. Mahmud b. Ahmru b. Martsad b. Malec b. Dhobaiah b. Kais b. Tsahlebah [1]).

1. Mulieris Colbiticae recordatio animo meo infixa est. Propter eam terrore impleri non cessas.

Dum in Perside captivus commoratur, recordatione mulieris Calbiticae vehementer se moveri narrat. Ante vocem كلبية supplendum est امراة. In verbis علق الفؤاد بذكرها fortasse inversio est, ut sit pro علق ذكرها بالفؤاد, quemadmodum alius poeta dixit (metr. Ramal): علق الاحشاء من هند علق Hindae amor visceribus inhaeret. Sed nil obstat, quominus poeta verba ordine, quo posita sint, cogitaverit, nam cor, dum recordationem sequitur, ei quasi adhaeret. Verba ما ان تزال ترى interpretandi duplex modus exsistit. Aut poeta narrandi modum relinquens se ipsum alloquitur: »tu non cessas videre« aut eodem narrandi modo, quo incepit, pergit, ut تزال tertia futuri sit, hoc modo لا تزال هى تقاسى انت بسببها اهوالا »illa non cessat, tu ob eam terroribus impleris. Vox ان addita negationi ما confirmandae inservit conf. Ham. p. ٨٣ v. 6. Gram. Ar. T. I. p. 519.

2. Pudorem tuum conserva, ne pater tibi sit! Ego in terra Persiae plures annos captivus sum.

Uxorem, e gente Calb ortam hortatur, ut, dum in Perside vinctus sit, pudoris conservandi in agendo rationem habeat. Verbum قنى ut intransitivi formam habet, sic quoque transitivi. Poeta Motalammis dixit (metr. Thawil): Sic omnem felem, in qua nil utilitatis est, conservo. Verba autem لا ابا لك excitando et instigando inserviunt. Praedicatum vocis لا, nempe موجود, omissum est, nam ابا لك est pro اباك. Grammatici dicunt, in huiusmodi coniunctione (اضافة conf. Gram. Ar. T. II. p. 47.), quae specialem reddat sensum, confirmandi causa particulam ل [2]) inseri; sed si coniunctio per se specialis

---

1) Vixit tempore Ahmrui b. Celtsum conf. Ham. ٢٥٨ l. 8.

2) Grammaticis igitur particula ل praepositio non est; sed particula iurandi. Sed silentio non praetermitto, in Mersukii commentario l. 3. scholii legi اضافة لا تخصص quoniam haec coniunctio est, quae specialem sensum non reddit et postea: الاضافة مخصصة si fuisset coniunctio talis, quae sensum specialem redderet. Beatus de Sacyus ad diversum Mersukii legendi modum اضافة لا تخصص rei explicandae causa haec adscripsit: Annexio producit vel determinationem perfectam تعريف vel determinationem imperfectam. Prioris exemplum est حمار البستانى „asinus hortulani" posterioris حمار بستانى „asinus hortulani cuiusdam" et si antecedens sit adiectivum verbale praesens vel futurum tempus significans; sin consequens sit معرفة manet antecedens نكرة at مخصص ex. gr. in verbis Corani Sur. 5, 96. هديا بالغ الكعبة. At si verum esset in لا ابا لك esse τὸ خبر subintelligendum, dicendum fuisset لا ابوك.

fuisset, particula vim grammaticam non habente, لا ابوك موجود dicendum fuisse. Scholiastes dixit, poetam isto tempore nondum captivum, rem, quam ob fortitudinem, qua se ipsum omni periculo expositurus esset, si non occideretur, futuram certo sciret, tanquam praesentem narrasse. Sic quoque poetam dixisse (metr. Redjes): Filia mea patre orbata est. Sed quum verba et maxime participium موثق poetam potius praesentem rem **(p. 173.)** describere indicent, ad eorum sententiam accedimus, qui post captivitatem poetam versus composuisse contendant.

3. Si pereo, ne imbecillo, avaro in ludo, se separanti nubere velis.

Ponit futurum esse, ut in captivitate pereat. Quod si acciderit, uxorem hortatur, ut in ipsius locum maritum fortem et liberalem sibi eligat. Hisce autem ostendit se ipsum fortem liberalemque indicaturus, eam ipsi virtutibus aequalem inventuram non esse. Duae autem quum Arabibus potissimum laudatae virtutes, fortitudo liberalitasque sint, has sibi vendicat. Vox عاجز nisi ingenii infirmitatem et غمس corporis designat, poeta duo synonyma coniunxit, ut omnem magnamque infirmitatem designaret. Avaritiae quoque tribuebant, si quis in ludo particeps non esset. Sic in proverbium venit eius vilitas (conf. Meid. 23, 501. 502.). Ludi nomen ميسر erat. Hamas. p. ٢٥٩ v. 4. Sagittae, quae e loculo extrahebantur, قداح et زلم appellatae, e ligno arboris نبع confectae, sono se distinguebant conf. Meid. C. 6, 3. Ne sagittas extrahens (ياسر) sagittas cognosceret, manus corio munita erat. Ludi causa pullus cameli mactatus in viginti octo aut decem portiones dividebatur. Tres autem inter omnes erant sagittae, منيح, سفيح et وغد appellatae (Meid. C. I, 351.), quarum possessores portione non potirentur. Qui portionibus potiti erant, eas pauperibus petentibusque distribuere solebant. Qui autem ob pravos mores a gente depulsus erat (خالع), ludi particeps esse non poterat Ham. ٢٥٩ v. 4. schol. Haec igitur res in causa erat, cur a ludentibus se separans avaritiae accusabatur conf. praet. Hamas. ٢٠٨ v. 5. et Pocock. spec. p. 313. Ludo isti vehementer deditum esse, laudi ducebatur. Maximo quoque vituperio dignum censebant eum, qui in itinere a caeteris remotus cibum sumeret. Rem enim facere timore ductum putabant, ne alius quis cibum ab eo peteret. Poeta Ebn-Alahmar appellatus simili modo dixit (metr. Wafir): Si sella (l. سَرْجٌ) a gente Maahd cessat [1], quam digni sunt casus adversi, ut veniant! Ne cum debili te coniungas (o mulier) (leg. تّصلى), qui si in gente nocturnum iter faciens proficiscitur, mane (leg. اصبح مستكينا) (cibi causa) se humiliat, qui si lac crassum cum dulci mixtum bibit, dicit: Constringe (o mulier) utrem tuum; potu satiati sumus (i. e. timens, ne alius quis lac ab ipso petat)!

4. Sed familiae tuae maritum tibi in locum amissi sume eum, qui magna dona dat strenuosque occidit.

Hoc versu, quamquam alius mentionem fecit, tamen se ipsum describit. Voci مثله, quae

1) Sella si a iumenti dorso delabitur, equus in terram decidit. Poeta igitur comparatione instituta calamitates gentis Maahd significare voluit.

subiecti loco sit, casus nominativus est, ut quae sequantur praedicati locum teneant. Haec res in causa est, cur casus accusativus non conveniat. Tota autem phrasis voci ختنا adiectivi loco est.

5. Qui dignus non est, cui camela lac habens dominae loco sit et pullus ablactatus familiae locum teneat.

Qui in opibus dandis et erogandis avarus est, indignus habetur, ut opes possideat. Hoc potissimum poeta in versu spectasse videtur. Versus verba autem cum antecedentibus ita cohaerent, ut posteriorem versus partem respiciant, nam opes tum donis dandis, tum armis parandis erogare solebant. Simili modo poeta dixit: فلا والله ما لبنى بربّ ولا لحمى على ولا سلاى (metr. Wafir) Non per Deum! lac meum aut caro mea aut butyrum meum dominus est. Vocis لقوح, quum adiectivum sit, nomen ناقة omissum est; voce لقحة tanquam nomine utuntur.

CXX.

Dixit Roschaid b. Romaidh Alhnbarita (sec. al. Alhnasita) [1].

Abu-l'Fathus dixit, Romaidh formam deminutivi adiectivi a verbo رمض derivati esse. In viro, quem calor solis adfecit, verbum رمض adhibetur. Vox in versibus, quos idem grammaticus praesente Mohammede ben-Alhasan (est igitur magister Abu-l'Fathi), (ut auctor est Ahmedes b. Jahja), legit, invenitur (metr. Redjes): Dies eius tanquam indusium ornatum erat et Abu-l'Hadjandjalo dies erat soli expositus in loco somni meridiani, semper operi faciendo destinatus [2]); inter duas tentorii columnas veste quotidiana tectus ego in inferiore parte frigore vexor et supra soli expositus sum.

1. Dormientes pernoctarunt, dum filius Hindae non dormivit; noctu eam (incursionem) perferens iuvenis sagittae non alatae similis.

Iuvenem, filium Hindae, noctis tempore, aliis dormientibus incursionem facientem describit. Huncce iuvenem ob tenuem corporis staturam cum sagitta non alata confert. Arabibus quum crassum corpus, in quo mollis vitae indicium viderent, vituperationi esset, haec iuvenis descriptio laudi est conf. Ham. ٦٣٩ v. 2. Sed, ni fallor, istis sagittis, quae sortibus distribuendis in ludo serviebant, celeritas motus in corpore significatur, quippe quas ludo inservientes ludens celeriter manibus moveret. Subiectum verbi باتو aut gens laudati aut gens, in quam laudatus incursionem facit, est. Suffixum ها in verbo يقاسيها ad nomen omissum الغارة, quod in versibus omissis antecesserat aut e toto versus sensu cognoscendum est, pertinet.

---

1) Poeta initio Islami vel paulo ante vixisse videtur conf. Ham. ١٧٣ l. 4. Littera خ pro voce آخر scripta est, qua alius relator significatur.

2) Vocem تبذل hoc in versu idem quod ابتذل „veste quotidiana uti" significare puto.

2. Torosis cruribus praeditus celerique pede; iam eos (camelos) nox congregaverat viro propellenti, frangenti.

Quam corporis staturam comparatione instituta generali modo indicaverat, eam hoc versu accuratius describit. Torosis cruribus eum praeditum dicit indicaturus, ei robur in pedibus esse, ut diu et celeriter deserta peragrare possit. Pedum celeritas ut apud Graecos veteres, sic apud Arabes laudi erat et in Solaico b. Alsolaca et Schanfara tanta inveniebatur, ut in proverbium veniret conf. Meid. C. 18, 230. 231. Voces خفاق القدم antecedentibus explicandi causa adpositae sunt. Scholiastes voci خفاق celeris et firmiter incedentis, ut sonus audiatur, significationem tribuit. Arabes autem quum bene mane in gentem, ut haud praeparatis supervenirent, incurrerent, poeta in priore versu لم ينم dixit et in hoc قد لفها الليل »eos nox congregaverat«; cameli enim noctis tempore in unum locum cogebantur. Nocti autem res, quae in ea fit, tributa est. In Amru-l'Kaisi Moallaka v. 43. nocti tanquam personae lumbus tributus est. Hunc vero iuvenem appellavit poeta propellentem, frangentem سواق حطم i. e. talem, qui camelos hostibus ereptos summa cum celeritate abigit, non curans quid noxae ex ista celeritate camelis accidere possit. Sed ad nomen Alkothami fortasse respicit conf. p. ١٧٤ l. 3. Haec res causa est, cur eum frangentem appellarit. Iuvenes fortes cum aliis coniuncti, ut praeda potirentur, in dispersam gentem incursiones facere solebant. His festinandum erat in abigendis raptis camelis, ne ab hostibus congregatis et persequentibus attingerentur. Videmus autem ex hisce duobus verbis, tali modo solum, non tota sua gente stipatum iuvenem laudatum in hostes incurrisse.

3. Qui pastor camelorum oviumque non est, neque lanius super laniario. **(p. 174.)**
4. Qui mihi occurrit, perit sicut Iram periit.

In priore versu verba سواق حطم explicantur. Dicit, eum non pastoris modo curam agere timentis, ne cameli nimis celeri incessu laedantur aut lanii, qui aut mortem aut damnum timens leniter erga pecora agit. Sed verba على ظهر وضم fortasse hunc sensum offerunt, lanium pecora quidem occidere; sed in laniario carnem non frangere, potius cum cura et diligentia dividere. Postrema verba »qui mihi occurrit, perit sicut Iram periit,« in Mersukii codice desiderantur et, quomodo cum antecedentibus cohaereant, non video. Nomen Iram patris aut matris antiquae gentis Ahd aut pars Ahditarum erat (nam grammatici dissentiunt) in gentem Ahd ipsam transiit. Quae gens quum omnino perierit, verba significant, eum periturum esse, ut nil eius restet. Verba يبود etc. quodammodo proverbio similia sunt conf. Meid. C. 26, 70 adn. Abu-Rijaschus auctor est, poetam versus hosce dixisse in incursionem, quam vir Schoraih b. Schorahbil b. Ahmru b. Mertsed, cognominatus Alhotham, in Arabiam felicem faceret. In ista incursione occisum esse Waliahum b. Mahdi-Carib, captivam factam esse filiam Kaisi b. Mahdi-Carib, sororem sc. Alaschahtsi b. Kais. Quam ut redimeret, quum Alaschahtsus centum camelos pro quolibet eius cincinno obtulisset, eam siti periisse. Vir Alaschahts b. Kais ab Abu-Rijascho adductus inter eos erat, qui Mohammedem viderunt (صحابى). Anno Hedjrae decimo ex Arabia felice cum sexaginta viris gentis Cendah ad Mohammedem venit. Anno 42 diem obiisse dicitur conf. Citab Tahdsibi-l'Asmai p. 160 ed. cl. Wustenf.

CXXI.

Dixit Djahfar b. Ohlbah Haretsita, quum genti Ohkail occurrisset.

Poetae fine temporis Hischami b. Ahbd-Almalic viventis res iam antea relatae sunt conf. p. ١٩.

1. Eheu! post diem in valle Sahbal quum a Deo non punior, mortem meam venturam esse non curo.

Se die Sahbali quum iniuriam ultus sit, mortem non timere, si (a Deo) non puniatur. Bonum quidem se Mohammedanum esse dicit, qui Dei poenam timeat, sed simul virum fortem esse, ut poenam mortis ab hominibus inflictam non timeat. Verba اذا لم etc. tempori verborum لا ابالى definiendo inserviunt. Verba ان يجى etc. loco obiecti verborum لا ابالى sunt. Pro voce يوم in Mersukii codice يومى legitur.

2. In lateribus duobus vallis Sahbali eiusque locis, ubi aqua fluit, virum reliqui, cuius sanguis effusus fuit, ibi permanentem, ut nunquam inde prodeat.

Rem in illa valle peractam describit, in qua causa est, cur ei dies mortis levis sit. Verba مراق دم triplici modo explicari possunt. Primum locum, quo sanguis effusus fuit designare possunt, tum sanguinem effusum et denique virum, cuius sanguis effusus fuit. Quod si primum modum recipis, verba لا يبرح etc. sanguinem describunt. Sunt, qui dicant, verba لا يبرح etc. sensum habere: »cuius commemoratio semper manebit,« ut antecedens ذكر ante verba مراق دم omissum sit. Vox تلاع pluralis a singulari تلعة derivatus est, quo terra elata significatur, in qua aqua ad vallis inferiorem partem fluit. Metaphora pulchra utentes in proverbio dicunt »in cuiusdam torrente, qui e terra alta defluit, fiduciam non ponunt« (conf. Meid. T. III. Pars prior p. 531.) i. e. nuntii, quos adfert, veri non putantur.

3. Quotiescunque mulieribus gentis Harets occurris, iis mortem meam nuntia iisque dic, non amplius mutuum occursum futurum esse.

Quum se occisum iri certo sciat, quendam rogat, ut ad mulieres gentis Harits mortis suae nuntium perferat. Mulierum autem hoc loco mentionem fecisse videtur, quod eae plan-guntur. Huius autem versus verba cum antecedentibus non intime cohaerere nemo non videt. Hic igitur versus cum sequente poetae Malic b. Alraib[1]) tribuitur, ut cum versibus Djahfari ob errorem coniunctus sit. Particulam pro انه esse dicunt, ut suffixum pronomen rei (Gram. Ar. T. II, p. 371.) sit. Voci تلاقيا casum accusativum esse ob negationem لا (ib. p. 63 sq.) praedicato (sc. كاين) omisso. Phrasin autem لا تلاقيا praedicati particulae أن locum tenere.

4. Et camelam meam inter eas saepius duc, nam ea laetitiâ adfecti risum movebit; plorantis autem ploratum augebit

Poeta ex eo, qui mortis nuntium perfert, petit, ut ipsius occisi camelam inter gentem

---

1) Poeta hic latro in deserto gentis Tamim ditionis Bazrae initio dynastiae Omajjadarum adolevit. Quum Moahwijahus Saihdum b. Ohtsman b. Ahffan Chorasanae praefecisset, in via Persiae transiens poetam invenit facie pulcherrimum, pulcherrimis vestibus indutum. Poeta Saihdum in Chorasanam secuturus in via morbo exspiravit. Cit. Alaghan.

suam circumducat. Causa autem, cur id faciendum dicit, in eo video, quod adspectu cameli mors eius in memoriam revocetur et moeror luctusque renovetur, quamquam in aliis, poetae inimicis, gaudium inde oriatur. Vox قلوص grammatico Chalil camelam itineri faciendo idoneam designat. Isto nomine appellatur, donec lateralis dens erumpit, quo tempore nomen بزل accipit. Verbis autem ستضحك etc. res, quae nondum exsistit; sed secutura est, narratur.

CXXII.

Alius quidam dixit.

1. Per vitam meam! Viri familia in eo tuendo melior est, etsi eum omne iumentum difficile conscendere cogit.

Familiam viri, etsi eum dure tractet, tamen in tuendo omnium maxime sollicitam **(p. ١٧٥)** esse dixit. Vocis لعمرى, in iuramento nonnisi cum vocali Fatha enunciandae, praedicatum supplendum esse et vocem لرهط phrasin iuramento confirmatam (conf. Gram. Ar. T. II. p. 612.) continere, scholiastes dixit. Vocem رهط nonnisi in numero personarum minore quam decem adhiberi. Rem ita se habere, ex eo sequi, quod ثلثة رهط dicatur. Cum vocibus maiorem numerum designantibus, ut voce ابل, talem parvum numerum nunquam coniungi. Vox بقية, quae significationem vocis ابقاء praebet, casum accusativum accuratius definiendi causa, id quod ab Arabum grammaticis تمييز appellatur (Gram. Ar. T. II. p. 113.), obtinuit; verba autem وان عالو به tanquam statum vocis رهط describentia, accusativi locum tenent, dum conditionis وان phrasis consequens verbis antecedentibus خير بقية indicatur[1]. Verbum علا cum praepositione ب personae significationem formae quartae verbi اعلا habet. Post vocem مركب adiectivum مذموم (vituperandus) aut simile quid supplendum. Id est: Omnem rem difficilem aut ingratam ei imponunt comparatione desumta ab eo, qui iumento difficili aut dure incedenti imponitur, ut inde multas molestias percipiat. Similis comparandi modus p. ٣٢٥ v. 3. invenitur.

2. Quam peregrini, etsi magnas opes possident. Rem experientia edoctus te optime docuit.

Hic versus cum antecedente verbis quoque intime cohaeret, nam abruptum sermonem perfectum reddit. Raro autem apud veteres poetas fit, ut sensum versu priore inceptum in posteriore absolvant, quolibet versu verbis suis sensum absolutum offerente (conf. libr. meum: Darstellung d. Arab. Verskunst etc. p. 332.). Verba من الجانب الاقصى e voce خير versus antecedentis pendet. Vox الجانب (latus) in peregrinum translata est, ut voces الجانب الاقصى (latus remotissimum) peregrinos nulla cognatione nobiscum coniunctos designent; verba autem وان كن statui illorum peregrinorum describendo inserviunt. In verbis ولم يخبرك priore loquendi modo relicto quendam alloquitur dicens, se haec dicere experientia edoctum (conf. Ham. ٤١٨ v. 3. et ill. de Slane Diwan Amru-l'Kaisi p. 125. adn.). Haec autem verba iis, quae antea dixerat, confirmandis inserviunt.

---

1) Haec scholiastes adnotavit, quod cum conditione (إِنْ) phrasis sequens necessario cohaeret. Quae phrasis quum non sequatur, eam in verbis praemissis invenit, ita tamen ut nonnisi ea indicetur, quippe quae natura sua phrasin consequentem efficere non possiut.

3. Quod si in gente degis, e cuius numero tu non es, tam pravum quam bonum, quod tibi porrigitur, ede!

In hocce versu eius, quod dixerat, argumentum protulit. Qui inter peregrinos versetur, eorum voluntati, quum nemo contra iniurias eum tueatur, omnino subiectum esse. Prudentiae igitur esse omnia, quae ipsi porrecturi sint, sive bona sive mala sint, accipere. Voce علفت, quae in pabulo iumentorum adhibeatur, a poeta videmus comparatum esse eum, qui inter peregrinos versatur cum iumento, quod pabulo, quod porrigitur, non potest non contentum esse. Poetae comparationem, nonnisi adhibita una aut altera voce, interdum obscure indicare solent conf. Hamas. p. ١٣ v. 1. Loco hemistichii prioris legitur quoque: اذا كنت في قوم عدى لست منهم »Quum in gente inimica versaris, e cuius numero non es.« Verba autem لست منهم verbis لا تهوى هواهم »quorum cupiditatibus impletus non es« i. e. quibuscum in sentiendi ratione haud consentiris, illustrantur.

CXXIII.

Dixit Albordj b. Moshir Thajjita.

Abu-Hilalus, originem eius pluribus describens, eum inter Calbitas tanquam vicinum degisse; sed eam gentem non laudasse dixit. Senex tempore ante Islamum erat. Grammaticus Abu-l'Fath in eo, quod cum voce برج articulus coniunctus sit, indicium invenit, nomini adiectivi robusti, defensi significationem datam esse.

1. Quam bona gens Calb est, praeterquam quod in eius vicinitate res ingratas pertulimus!

Modo satyrico primum laude uti incipit et tum res adducit, quibus laus tollitur. Se quamquam vicinitatis iure defensus esset, tamen res ingratas perpessum esse. Vox هنة, qua res parva designatur, nonnisi in re mala adhibita est. Ista autem voce res parvi momenti significaturus, usus videtur poeta, ut gentem non nimis laederet et omne amicitiae vinculum haud rumperet; sed leniter verbis agens statum fortasse suum repararet. Pluralis vocis هنات et هنوات est, ut ab illo adiectivum هنى, ab hoc هنوى derivetur, ita tamen ut, qui tertiam litteram radicalem non abiecerit, aut هنوى aut هنى dicendi potestatem habeat. Est autem illa exceptio vocibus غير انا indicata ab antecedentibus omnino separata. Scholiastes dicit, poetam suae genti Thai iratum ad gentem Calb accessisse, tum vero, eius erga ipsum agendi rationem quum bonam non inveniret, recedentem eam vituperasse. Antea diximus, vocem هنات nonnisi malis in rebus adhiberi, voce autem in bonis rebus designandis Alhasanus b. Wahb [1]) ad fratrem scribens usus est in sequentibus: (metr. Sarih A. a. conf. libr. meum p. 243.) Dorcas tua facie pulchra est, caeterae omnes vitiis obnoxiae sunt. O Abu-Ahmire, sermonem meum intellige! quae in praefatione le- **(p. 176.)** guntur, iis similia non sunt, quae in libro inveniuntur. Tum alter

1) Alhasan b. Wahb b. Saihd scriba poetaque disertus erat. Eius gens ad gentem Alharets b. Cahb refertur. In ista gente multi Christiani erant. Christianus igitur fuisse videtur. Fratre Sulaimano usus est. Ad hunc tempore Watsiki in carcerem Bagdadi coniectus litteras dedit. Cit. Alaghau

eodem metro usus ei rescripsit: Post eius pulchritudinem, quae admiratione te adlecit, utilitates sunt, quarum interna conditio pulchra putatur, cantus suaves, qui, quotiescunque canuntur, vitam pulchram reddunt et potum (vinum) purum, et conversatio, sub qua auxilia laudabilia et res dulces sunt.

2. Et quam bona gens Calb est! nisi quod in filiis filiabusque detrimento adfecti sumus.

Hic idem satyricus incipiendi sermonis modus, ut in primo versu ludibrium exprimit. Scholiastes adnotans verba فلان مرزا فى ماله »quidam in opibus suis detrimento adflictus est« laudi inservire; verba autem فلان مرزا فى اهله »Quidam in familia sua detrimento adflictus est« in condolendo adhiberi, dixit, simili modo ludibrium indicare verba poetae: (metr. Monsarih) Salmam duabus meis vestibus libero, quum gens spurca est et quum conspurcant id, quod conspurcarunt« (nempe in hoc versu نعم ut فدى laudem indicant). Praepositio من in versu obiecti omissi specialiter indicandi causa (للتفصيل) addita est. Qui grammatici Alachfasch (conf. Ham. ٣١٤) doctrinam sequuntur, permittentis in sermone adfirmante praepositionem من pleonastice poni, ut in hemistichio versus (metr. Camil) وقد كان من مطر فخل عنى Iam pluvia erat, me igitur dimitte! iis idem in versu statuere licet (Gram. Ar. T. I. p. 490 sq. Anthol. gram. p. 82.).

3. Sed perfidia inter aquas Chabt et Almasat die et vespera sedem habet.

Causam calamitatis in perfidia gentis invenit, quae non uni gentis parti adscribit, sed quam totam gentem amplecti dicit semper durantem. Particula ف hunc versum cum antecedente coniungit. Verbis امسى واضحى omne tempus tam diei quam noctis continuum designat. Ab aqua Chabt initium ditionis Calbitarum, ad aquam Almasat finis fuisse videtur, ut totam Calbitarum regionem amplectantur. Harum aquarum situm accuratius definire non ausus sim.

4. Gentem nostram reliquimus tempore belli priore anno gesti; eheu! o gens mea, subvenite rei dispersae!

Hoc in versu tristitiam manifestat et causam adducit, cur gentem suam reliquerit et apud Calbitas calamitate adflictus sit. Simul gentem erga se, cui redire in animo est, propensam reddere cupit. Praepositio من hoc in versu sensum vocis منذ habet, ut in hemistichio Sohairi: (metr. Camel) اقوين من حجج ومن شهر Vacuae erant (domus) ab annis et mensibus. Vox عام tempus definit, quo gentem reliquit. Bellum Fisad dictum (conf. Ham. p. ١٧٩ infr.), quod per plures annos inter gentem Thai gerebatur (conf. Meid. T. III. pars pr. p. 574.) huiusce rei causa erat. Verba الا يا قومى admirationem significare, dixit scholiastes. Grammatici dicunt, particulam الا ad excitandum للتحضيض esse (conf. Gram. Ar. T. I. p. 527 sqq.). In sequentibus scholiastes autem loquens de littera ل, quam لام الاضافة »littera لام coniunctionis« (conf. Gr. Ar. T. I. p. 413.) appellavit, eam admirationi quemadmodum antea dixerit, inservire contendit. In hoc error quidam aut non satis accuratus loquendi modus esse videtur, nam de particula الا sermo fuerat. Particulam ل cum persona aut re, ad quam vocatur, (المدعو hoc in loco pro المدعو اليه esse, ex commentario ad Harir

p. ٢٤ videmus; sed in Mersukii quoque commentario, ex quo locus descriptus est, vox اليد non legitur) coniungit, ut in يا لزيد »O ad Saidum auxilio venite!« omissa persona, quae vocatur. Hanc quoque particulam vocali Fatha pronunciandam cum persona vocata, ut in his: يا لبكر et يا لتميم coniunctam de genere gloriando in proelio (للاعتزاء) adhiberi (conf. Gram. Ar. T. I. p. 475 sq.). Vocem شتات proprie nomen actionis tanquam adiectivum adhibitam esse.

5. Mulieres viduas ex arcibus eduximus, in quibus domicilium mansionis firmae erat.

Poeta factum suum imprudens describit. Se tam sibi quam suis tutum atque defensum locum reliquisse. Ex hisce verbis coniiciendum esse puto, poetam non solum, sed cum pluribus ipsum sequentibus ex Thajjitarum regione decedens in Calbitarum regionem se transtulisse. Montes autem illos, quibus Thajjitarum regio munita erat, arces appellat (conf. p. ٥١ v. 1.). Voces الاقامة والثبات, quibus paene eadem significatio est, sensum confirmant. Conditionem autem mulierum, quarum mariti tempore, quo exirent, iam in vivis essent, conditionem talem praeteritam descripsit, qualis postea in Calbitarum regione facta erat. Pluralem ايامى ex ايايم transpositis litteris et mutata vocali ortum explicavit scholiastes.

6. Sed si aliquando ad montes duos nostros redimus, cum gente nostra usque ad mortem pacem faciemus.

Hisce verbis ad suos redeundi desiderium declarat simulque, si redierit, se cum suis semper in pace perseveraturum esse promittit. Duobus montibus montes Adja et Salma, in Thajjitarum ditione celebres altitudine, significat (conf. Ham. ١١٤. v٣٥.). Particula حتى in hoc versu temporis terminum usque ad significat (Gram. Ar. T. I. p. 479.).

Res relatae, quae hisce versibus explicandis inserviunt.

(p. 177.) Abu-Rijaschus narravit, poetam tempore belli Fasad (conf. Meidan. T. III. P. 1. p. 574.), cuius narratio longior esset, in tutelam gentis Calb se contulisse. Causam belli inter gentem Djahdilah et gentem Ghauts gesti hanc fuisse tradunt: Gens Djadilah campos tenebat et gens Ghauts montanam regionem montium Salma et Adja. Mons Adja autem ditionis gentis Banu-Tsoahl erat, mons Salma gentis Banu-Nabhan. Acciderat autem, ut viri e gente Djadilah camela apud virum e gente Banu-Tsoahl esset (leg. وان رجلا l. 3.). Quam quum alter quaesiturus veniret, iste vir se occultavit aut camelam recusavit. Quapropter familia quaedam gentis Djadilah agmen camelorum viri Alhashas appellati, ad gentem pertinentis, diripuit. Hoc facto quidam gentis Djadilah Mozab appellatus haec dixit verba: (metr. Sarih) Nos Alhashasi camelos diripuimus; nos eum hominem vilissimum invenimus, servum vilem e gente Channas[1]). Gens igitur Tsoahl eorum domos invasit et ille vir gentis Djadilah sagitta vulneratus est. Haec res in causa erat, cur Tsoahlita diceret (metr. Sarih): Nos camelos Alhashasi repulimus, nos hominem honoratissimum eum invenimus, o interdum camela rufa ibi robusta

1) Beatus De Sacyus adscripsit بنى خنماس i. e. بنى ابليس »filii diaboli.«

deglutit lignum longum durumque[1]). Tum gens Djadilah homines octo gentis Ghauts, a rege quodam familiae Ghassan redeuntes ad aquam Zabah appellatam occidit et occisos in aquam coniecit. Hanc ob causam Ebn-Djowainus dixit: (metr. Camel) Ob suspicionem (crimen) unius octo necarunt. Hi sunt, e quorum medio corpore sanguis manat (Versus hic quoque et genti Banu-Solaim et Dsohlo b. Tsahlebah e gente Becr b. Wajel adscribitur). Tum magno agmine congregato in proelio apud locum Alnazifah gens Ghauts multis occisis fugata est. Post in proelio apud locum Hauk gens Alghauts a gente Djadilah non solum vindictam sumsit; verum etiam plus accepit. Hoc tempus Alfasad dictum est. Quidam e gente Ghauts dixit: (metr. Monsarih) Nos gentem Banu-Djadilah in igne belli vehementer ardente retinuimus (conf. p. 77 ubi hi versus occurrunt). Ebn-Ahnamah Baulanita gentem suam excitaturus dixit: (metr. Madid conf. libr. nost. p. 178.) Mane et vesperâ debilitas in clientibus gentis Tsoahl mansit. Tum absit a Hanijjo filio Ahmrui, cuius clientes traditi non sunt. Alahradjus b. Rabab autem, quum gens Djadilah ad gentem Calb transmigrasset, dum gens Alghauts contendebat, se e gentis Djadilah craniis bibisse, dixit: (metr. Wafir) Matutino tempore proelii Hauk occisos in loco Nazifah generosos lanceis deploravimus. Crania, quae proiecta erant in tractibus loci Hauk, quasi loci eorum, ubi suturae sunt, ova struthiocamelorum essent. Iam gens Djadilah scit, nos segnes non esse et ad tractum Syriae non profectos. Carmen hoc longum est. Abu-l'Ahla nomen loci Hauk a verbo حاق derivandum censet. Die autem Karat unus e familia Sinbis viri e gente Djadilah, quem gens Banu-Tsoahl occidisset, aures amputatas sumens soleae calcibus adsuisse dicitur. Verbis autem Bordji b. Moshir: نعم الحي etc. Fadhâlahus b. Abi-Moahrred Bohtorita respondens dixit: (metr. Wafir) Quamnam ob causam gentem Calb satyra perstrinxisti, o asine, qui usque ad mortem despectus eras? Ad portam Bozrae (de hoc loco conferas Abulfed. p. ٢٥٣) cacasti, in loco Adsriaht[2]) cacasti. Et potum Koaihs iam biberat et per domum Dei! ad unam rerum ingratarum coegerat[3]). Bellum autem viginti et quinque annos duravit. Hoc bellum respiciens vir Hatim Thai[4]) appellatus quoque dixit: (metr. Camel) Si tibi (o mulier!) vivendi ratio nostra non placet, age! (حاقا fortasse pro حاقِ est), in gente Banu-Badr habita!

CXXIV.

Dixit Musa b. Djabir Hanafita[5]).

Abu-l'Ahla dixit, nomen Musa ex lingua Hebraica translatum ante religionem Moham-

1) Beatus De Sacyus voci العامي rami palmae alti significationem tribuisse videtur, hanc enim ex Djeuharii opere significationem adscripsit. Sensus autem ambiguus est.

2) Locus hic in confiniis Syriae est conf. Diw. Amru-l'Kaisi ill. de Slane p 76. et Abulf. p. ٢٥٢ et Izthachri p. 5.

3) Subiectum verbi احشمته vocem القعيس esse puto et voce المنكرات res verbo سلحت expressas significat. Koaisus nomen potus illis usitati est

4) Vir summa liberalitate, ut in proverbium veniret, notus paulo ante Muhammedem vixit. Eius filius septimo Hedjrae anno Islamo se addixit conf. Ebn-Kotaib. p. 140 Herbelot. T. II. p. 218.

5) Ex nomine Musa poetam post Islamum vixisse coniicimus.

medicam inter Arabes haud usitatum postea adhibitum esse. Arabes filiis nomina prophetarum, ut salvum ipsis essent, imposuisse. Hoc admisso tanquam nomen peregrinum, quum articulo definitum non sit, ad declinationem secundam pertinere (Gram. Ar. T. I. p. 408 sq.) (sed beat. de Sacyus أن لا يصرف indeclinabilem esse legendum opinatur). Vocem autem موسى instrumentum, quo barba abraditur, significantem, cui genus masculinum et femininum sit, si cum genere masculino tanquam nomen viro inditum sit, quum sit forma participii passivi, ad secundam declinationem pertinere, sin vero voci genus femininum sit, articulo adiecto non declinari; sine articulo autem declinabilem esse. Esse quoque, qui litteram Alif (i. e. ى in fine) feminini signum esse dicant. Hoc si verum sit, vocem neque aut definitam aut inde- **(p. ١٢٨.)** finitam declinabilem esse. Esse etiam, qui radicem ماس mediae ى cum significatione secandi esse dicant. Huic contrarium esse, quod verbum cum ista significatione a bene loquentibus non adhibeatur. Nil denique obstare, quin a verbo ماس (inclinatus est in incedendo) derivetur, quippe instrumentum in radendo modo huc modo illuc in capite moveatur. Grammaticus Abu-l'Fath autem putavit, Musa nomen peregrinum esse, ut alia nomina ex. gr. Ismail etc. Sin autem vocem indeclinabilem esse, quis dicat, non quod peregrina vox sit; sed quod genus femininum habeat et quod simul definitum sit, rei rationem quandam adferri posse; sed prius praeferendum esse, ut vox caeteris eiusdem generis nominibus prophetarum similis sit, quippe in quibus tanquam nominibus adhibendis salutem sibi inveniant[1]).

1. O gens mea! nonnisi invitus portam principis et cubicularii repulsam adpeto.

Vitam campestrem se vitae in oppidis, in aula principis praeferre, simul rei quandam causam adferens, quod cubicularii repulsa in aula principis valde ingrata sit. In istis verbis latet, se vitam liberam, quamquam paupertate pressus sit, vitae commodae praehabere. Vox كارها statum subiecti in voce اشتهى describit Versus sensus est: Se nunquam dona cupientem principum domos adire, nonnisi necessitate coactum invitumque se id facere. Duas autem res non coniungendas poeta coniunxit. Plures quidem sunt, qui principis portam adire cupiant; nemo autem repulsam cubicularii cupit.

2. Alii viri sunt cuspides acutae, alii avari, quorum praesentia instar absentiae est.

Variam virorum agendi rationem describens partem cum cuspidibus acutis, quae in rem penetrant, partem cum igniario, o quo si scintilla elicienda est, id sine labore non fit, comparavit. Cuspis penetrans in proverbii usum venit conf. Meid. **25, 142.** Ut cuspis acuta facile in rem penetrat, sic viri strenui. Fieri potest, ut isto comparandi modo viri ingenium et vis indicetur. Particula ك comparando inserviens omissa est. Lancearum durarum p. ١٣٦

1) Locus ad verbum sic vertendus est: Si dicis: quod adtiuet ad id, quod negasti, vocem haud declinari, propterea quod definita sit; ego censeo, rem accidere, quod vox simul definita sit et genus femininum habeat, non quod peregrina sit etc. Beatus de Sacyus autem suspicatus est, legendum esse: ما ذكرت ان يكون ترك صرفه معرفة للعجمة انما هو لاجتماع التعريف والتانيث لا للعجمة; sed in textu nil mutandum esse puto. Confer de causis, cur Arabum grammatici vocem indeclinabilem putent, Agrumia p. 48 sqq.

v. 2. poeta mentionem fecit. In posteriore versus parte vox منهم ex priore supplenda est. Sic in Corani loco (Sur. 11, 102.). Grammaticus Abu-Abli Alfaresi duo adiectiva se mutuo negantia aut opposita non coniungi dixit cum substantivo. Praepositionem من, si a scriptore adducta non sit, non posse non suppleri, quum illis duobus adiectivis phrasis accuratius explicetur. Hisce explicatis versum sequentem adduxit: (metr. Thawil) Nil mihi pro commeatu dederunt, nisi vestem attritam et quingentos nummos tum falsos, tum improbos (vox سه miin pronunties). Ante vocem زايف vox منها supplenda est. Idem observatur in verbis: زيد منطلق وعمر, quippe post vocem عمر vox منطلق repetenda sit. Satis autem habuit auctor priori rem tribuere, eam coniunctione indicatam esse sciens. Si fieri potest, ut duo attributa cum una persona coniuncta sint, praepositio من suppleatur, necesse non est. Res in verbis صاحباك منهما ظريف وكريم »Socii tui duo sunt unus elegans et alter generosus« observatur. Alter legendi modus in versu est: شهودهم كالغائب. Verborum sensus non differt: sed vocem حضور grammatici formâ nomen actionis esse dixerunt, quae tanquam plurali in sermone usi sint. Hac in re causam video, cur voci الغائب collectivi significatio tribuenda sit. Verba autem sensum offerunt, hisce in viris quum nil utilitatis sit, idem esse ac si absentes fuerint. Vox مزند proprie eum, ex quo tanquam ex igniario ignis elicitur, designat, tum comparatione instituta in avarum, qui cum igniario comparatur (conf. Meid. C. 11, 13. 26.), transfertur. Scholiastes dixit, igniarium proverbiali loquendi modo rem paucam designare (conf. Meid. 11, 4. 5.).

3. Alii leones sunt, quos nemo adire cupit, alii instar rerum, quas undique collegisti et quas funis lignicidae continet.

Ut in versu antecedente in describendis viris pergens duas virorum partes comparat, unam cum leonibus, quos nemo aggredi audet in fortitudine, alteram in imbecillitate cum lignis parvis, quae undique collecta in fascem colligantur. Virorum fortium cum leonibus comparatio in Hamâsa saepe occurrit conf. p. ١٠ v. 3. p. ٥٧ v. 1. ٢٧٣ v. 4. etc. Vocem بعضهم in posteriore parte vice vocis منهم est: hoc enim in versu praepositio من partem quandam indicat (Gram Ar. T. I. p. 189.). Verba وضم حبل الحاطب verborum مما قمشت sensum accuratum definiunt. In hac autem comparatione nullum nisi debilis et infirmi sensum video, quippe ligna parva in sylva corrasa facile frangi et in fascem colligari possunt: quapropter nescio, num scholiastes hunc comparandi modum cum loquendi modo recte contulerit, qui in versu observatur: (metr. Redjes) Et omnes eos domus corii colligit (conf. Meidan. C. 2. 41.); quippe quibus verbis naturae indolisque diversitas significetur. Inque huius igitur versus priore parte fortes viros designat, qui suos defendunt, in posteriore debiles, qui hosti invadenti non resistunt.

CXXV.

Alius quidam e gente Banu-Asad proelium diei Iemamah [1]) respiciens dixit.

1) Proelium post Mohammedis tempus erat, quo gens Hanifah victa est (conf. Meid. T. III. pars prior p. 597.). Gens illa cum Mosailema contra Mohammedem surgente erat et isto die a Chaledo b. Alwalid, Abu-Becro regnante, victus est. Dies a regione Iemamah, quam illa gens occupabat, nomen accepit conf. Abulfarag. hist. p. 173. Abulf. Ann. T. I. p 213.

1. Animae meae dico, quando eius pullus struthiocameli propere incedit (territa): Loco tuo mane! tu non timuisti tempore, quo timendum erat.

(p. 179.) Poeta se hortatur, ut timorem abiiciat. Pluribus locis vidimus, viros fortes animae timorem adscribere, sed eam tranquillam reddere conf. p. ٧٤ v. 1. ٧٩ v. 2. ٨٥ v. 1. Noster animam tanquam personam alloquitur. Eodem modo poeta p. ١٨١ v. 2. Comparatione cum struthiocameli pullo instituta timorem significavit. Et in proverbiis struthiocamelo timor tribuitur (conf. Meid. C. 5, 161. 24, 349.), quod nonnisi fugiens conspicitur. Scholiastes in verbis خود رالها proverbium esse vidit et proverbium خفت نعامته (Meid. C. 7, 26.) contulit. Melius tamen proverbium زف رالّه (Meid. C. 11, 8.) tam verbis quam significatione convenit. Similis quoque loquendi modus in verbis طار طايره »Avis eius volavit« cernitur. Poeta autem proverbialem loquendi modum secutus, comparatione abiecta, animae tanquam struthiocamelo pullos tribuit. Esse tamen plures feras, quae in desertis adultae, ubi hominem ipsas terrentem non conspexerint, neminem fugiant, in scholiis legimus. Hunc quoque sensum poeta Dsu-l'Rommah in versu expressit dicens: (metr. Thawil) Et quaelibet nigris oculis praedita (dorsas) videtur familiaris ob longam solitudinem neglectam. In voce مكانك verbum, e quo nomen pendet, omissum est ex. gr. احفظى »tene!« In postrema autem versus parte causa est, cur animae timendum non sit. Consuetudinem talis agendi rationis eam non habuisse, ita ut mirum sit, quod nunc timeat. Vox لما pro لم est, conf. Ham. p. ٣١٩ v. 1. et Amru-l'Kais Moall. v. 48. et Ahmru b. Kelth. Moall. v. 73 et 74. Poetae saepius vocem ما modo pleonastico adhibuerunt conf. Ham. p. ٢٠١ v. 1. p. ٢٣١. ٣٤٢ v. 2. Originem significationis timendi, quae verbo اشفق convenit, in infirmitate vident. Apud poetas interdum formas participiorum loco nominum actionum adhibitas invenimus. Sic vox مشفق in versu loco vocis اشفاق est conf. p. ١٨٧ v. 3. ubi مقدما pro اقداما est.

2. Locum tuum tene, donec videas, quaenam res tenebris remotis huius nubis fulgentis se ostendat.

In adhortando pergit. Descripsit autem animae conditionem initio proelii, quo trepidatio et fortissimum quemque initio per breve temporis spatium occupare solet. Fugiendum non esse, donec, quaenam res futurae sint, apparuerit; videmus autem ex comparatione instituta, poetam tempus advenientis exercitus hostilis ante oculos habuisse. Poetae exercitum cum nube tenebrosa (conf. Ham. p. ٢١٩ v. 3.), arma splendentia cum fulguribus (conf. p. ٢٢١ v. 2.) saepe compararunt. Accusativus vocis مكانك e verbo omisso pendet. Vox عم est pro عما. Duplex autem in versu legendi modus aut عماية obscuritas aut غيابة umbra, (quae verba significatione non multum differunt) invenitur. Narrant, Iasidum b. Almohalleb rebellantem Maslemaho b. Ahbd-Almalic et Alahbbaso b. Alwalid contra eum proficiscentibus, Arabi e gente Alasd ipsum tanquam principem fidelium salutanti, dum initium versus posita voce رويدك mutaret, versum dixisse (conf. Abulf. Ann. T. I. p. 442.).

3. Et cum eo esto, qui Mohammedis viam sequitur et si anima eius, qui officio non satisfacit, mentitur, verax esto!

4. Quum gladius Dei dicit: Contra eos iterum impetum facite, impetum facimus et verba eius, qui retinere nos vult, non curamus.

In hisce duobus versibus, qui in Mersukii codice non sunt, tum in anima adhortanda

pergit, tum agendi rationem, quam in proelio secuti sint, describit. Nomen سيف الله »Gladius Dei« Chaledo b. Alwalid honoris causa datum est ob multas victorias ab hostibus Deo adiuvante reportatas. Num verba Abu-Becri de Chaledo dicta: ما كنت اغمد سيفا سله الله عليهم Gladium in vagina non recondam, quem Deus ipse contra eos extraxit (conf. Abulf. Ann. T. I. p. 218.), an poetae nostri verba nomini ansam dederint, dicere non ausus sim.

CXXVI.

Dixit Musa b. Djabir (conf. p. ١٧٧).

1. Saido dixi: Ne inquietus sis; mortem enim inter caedem tuam meamque intercedere vident.

Saidum hortatur, ne timore commoveatur, tantum enim non esse periculum, quum hostes timore mortis ab iis retinerentur. Poeta mortem personam esse fingit, quae inter ipsum hostesque stans hostes timore retineat, aut quae hostes prius adtingat, quam ad ipsos occidendos pervenire possint. Verbum ترتر festinationem celeritatemque motus significare, scholiastes adnotavit Sic dixit poeta, quod timidus inquietus est multumque se movet. In codicis Tebrisii margine vox تترتر cum vocali Fatha quoque pronuncianda adscripta est, ut alter legendi modus pro تتترتر sit. Eundem sensum verbum تلتل offert. Sed pro ista voce legitur quoque تبربر et تبزبز sensu haud multum differente. Voci يرون scholiastes triplicem significationem tribui posse dixit aut sciendi, ut sensus sit: Sciunt, se prius morti occubituros esse, quam ad nos accedant aut putandi, aut tolerandi i. e. futurum esse, ut prius occidantur, quam . . . . Id est: rem peractu difficillimam esse, loquendi modo ei simili, qui in proverbio sit: Priusquam hanc rem perficias, tragacanthae decorticatio est (Meid. C. 8, 13.). Ego vero voci oculis videndi significationem tribuendam censeo, quippe poetae magis aptum sit dicere, mortem tanquam personam inter utrumque exercitum stare, ut hostes eam conspiciant. Mortem enim personam induere, poetis Arabum frequentissimum est conf. Ham. p. ٣٥ v. 3. ٤٣ v. 2. ٣٣٥ v. 3.

2. Si bellum omittunt, tu quoque omitte; sin vero (omittere) nolunt, vir instar mei aut tui ad bellum aptus est;

Suadet, ne bellum faciat, si hostes pacem cupiant; sin illi pacem nolint, **(p. 180.)** forti a bello refugiendum non esse, quippe cui par sit. Post verbum ابو nomen المسالة pax aut simile quid supplendum est. Vox عرضة rem, quae alteri opponitur et quae alteri resistere potest, designat. Bellum autem in versu cum animali rapace, id quod ex voce عض videmus, ex. gr. leone comparatum est (sic quoque tempus conf. p. ٣٦٢ v. 4.). In posteriore versus parte fortitudinis laus est.

3. Sin autem bellum arduum excitant, quod vides, tu magnis lignis belli flammam incende!

Bellum si evitari non possit, fortiter omnibusque viribus gerendum esse dicit. Scholiastes dixit, verbum رفع tollere verbo وضع in versu priore oppositum esse; sed fieri potest, ut de igne belli intelligatur. Solebant quoque Arabes, ut belli signum facerent, in

montibus quibusdam ignem accendere conf. Coran. Sur. 5, 69. Meid. C. 25. 90. Bellum autem cum igne a poetis saepe comparatur conf. Ham. p. ٢٨١ v. 2. 3. conf. Sohair. Moall. v. 30. et Ebn-Doraid. Makzur. v. 94. Comparant quoque bellum cum muliere. Sic poeta (metr. Camel): الحرب اول ما تكون فتية تسعى ببزتها لكل جهول Bellum initio puella est, quae in armis suis cum omni stulto meretricium facit. Inde sequitur, vocem عوان bellum significare, temporis spatium durans, ut mediae aetatis mulieri simile sit. Bellum accendi Hamas. p. ٧١٥ v. 4. legimus. Quod si flamma ignis adpositis crassis aridisque lignis alitur, magna fit in aerem se extollens i. e. bellum vehemens fit. Abu-Rijaschus retulit, Ahbd-Almalicum, quum ab Alhadjdjadjo rebellantis Ahbd-Alrahmani b. Alaschahts b. Kais nuntium accepisset, respondisse: Quod Becrita fratrem suum Said monuit, id tibi sufficit. Hadjdjadjus quum nesciret, quae verba ille respiceret, publice nuntiari iussit, qui ea ipsi indicaverit, eius desiderio se satisfacturum esse, et quum Arabs quidam campestris versus hos ei recitasset, promissis stetit.

CXXVII.

Dixit quoque Musa b. Djabir.

1. Quum filiorum duorum mulieris Ahnbariticae mentio fit, brachium meum infirmum non est, et eius, cuius de gloria certo, podici occurro.

Nominibus haud appellatis duos viros ex maiorum numero laude celebrat eosque tanta celebritate esse dicit, ut de gloria cum ipso certaturi omnes ob horum duorum merita ipsi cedant. Hi autem duo viri, auctore grammatico Abu-l'Neda, Mirdas et Ahmir, filii Schammasi b. Laji ad familiam Auf-Alnakah pertinentes, quorum mater Ahnbariticae originis esset, fuisse dicuntur. Erant igitur acunculi poetae. Proverbialis est loquendi modus brachium meum angustum est, inde derivatus, quod, qui rem brachiis amplecti non valet, eam totam in potestatem redigere non potest conf. Harir. ١٠. Podicis autem mentionem fecit indicaturus, alterum fugae turpi se dedisse. Qui enim cum altero certamen ingreditur, frontem ei obvertit.

2. Duae lunae sunt, tantum onus quavis hieme portantes, quantum cameli non valent.

Horum virorum merita exponens dicit, eorum beneficia hiemis tempore in pauperes collata tot tantaque esse, ut onera aequent magna, quae cameli portare non valeant. Poeta autem duos comparandi modos in versu coniunxit, qui vix coniuncti esse possunt. Eos cum duabus lunis et cum duobus camelis onerariis comparavit, cum lunis ob splendorem et lucem inde diffusam. Inter quas comparationes si quaedam sensus cognatio esse debet, nullam video, nisi in eo, quod poeta viros ob ignes hospitalitatis accensos, quibus nox sublustris fieret, lunas appellaverit. Verborum sensum vario modo explicarunt. Mersukius talem esse dixit: Ii duo celebritate et utilitate duas lunas referunt et tempore sterili tanta onera sibi imponunt, ut, si illa onera (corpora) essent, cameli ea portare non valeant. Namaritae, qui eum tot in se debita suscepisse et tot beneficiorum onera contulisse dicit, ut si ponderaren-

tur, camelus, licet ad portandum maxime aptum et patiens animal sit, ea portare non possit, Abu-l'Ahla non adsentitur, quippe quod longius repetitum sit. Tantam horum virorum hospitalitatem fuisse et tot camelos eos mactasse, ut id cameli tolerare non potuissent. Simili ratione viros ظلامون للجزر iniuste agentes erga mactatos camelos appellari. Sic in versu Ebn-Mokbili (metr. Basith): Redierunt viles (cameli mansuefacti) in domum et ibi erant silentes (muti rei Schakschakah)[1]) iniusti erga mactatos camelos, quibus verbis significari dicit, eos illos (camelos) saepe mactare, et quasi iniuste erga eos agere. Similem quoque sensum offerre poetae alius verba (metr. Thawil): Duo occisi, quos camelae foetae non deplorant, quum plantis Karmal et Afan satiantur (quod nempe camelas saepe mactaverant). Tebrisius Abu-l'Ahlae explicandi modo omnino adsentitur.

CXXVIII.

Idem dixit.

1. Nonne vos duo vidistis, me ius meum defendere aciemque mortis me aggredi, **(p. ١٩٢.)**
dum mors eius minor pars est.

A defendendo iure suo mortis periculum ipsum non impedire dicit. Ex more poetarum initio carminis duos amicos alloquitur conf. Ham. p. ١٢١ v. 5. ١٢٩ infr., eosque t[anq]uam testes fortitudinis suae provocat. Voce حقيقة omne id significatur, quod viro defendendum est, ut uxor, vicina, opes. Hanc quoque ob causam vexillum حقيقة appellatum est. Dixit poeta metro Redjes usus: Nos temporibus rodentibus (calamitatibus) bonum sumus vicino hiemis tempore noctu venienti et nos postea iura optime defendimus. Sunt, qui dicant, sensum verborum حامى الحقيقة esse defendens in rebus, quae verae sunt, quippe clamans: Equites! Equites! aut verum dicere aut mentiri possit. Esse igitur حامى الحقيقة eum, qui in bello defendat, cuius nuntius verus putetur. Quomodo id defenderit, verba باشرت etc. indicant. Verba والموت etc. statui describendo inserviunt. Duplex autem vocis دونها pronunciandi modus est cum vocalibus aut nominativi aut accusativi, quo sententia non potest non variari. Admisso casu accusativo sensus est: Dum mors propinqua me impedit, quominus ius meum defendam. Sensus bonus est. Sed grammaticus Abu-l'Ahla casum nominativum praeferens vocabulo دون parvi significationem tribuit, ut sensus sit: Mors autem minima illarum rerum est, quae mihi defendendae sunt i. e. mortem non tanti puto, ut ob eam unam illarum rerum negligam. Virum, qui vilibus accensendus est رجل دون appellant. Sic in versu poetae (metr. Motakarib): Quotiescunque vir excelsus est, excelsa petit; vir autem vilis rebus vilibus contentus est. Grammaticus Sibawaihi nominativum in voce دون, si adverbii loco sit, reprobavit: in hoc vero versu eum licitum

1) Voces خرس الشقاشق mihi de hominibus dictum videtur, quum compositum sit cum vocibus ظلامون للجزر. Vox الثنة derivari potest a ثنيل vilis aut a ثلول obsequens iumentum. Sed in sensu versus constituend[o] incertus sum. Beato de Sacyo sunt viri, qui quasi et clamare prae fortitudine et liberalitate nesciunt: sed fieri potest, ut eius verba haud recte legam.

putavit. Versus ipse ibi citatus est; sed exemplaria variant, quippe qui in quibusdam non invenitur. In opere eius versus quoque sequens adnotatus est (metr. Thawil): Et desertum, cuius anterior pars id defendit, quod post est et in quo non incedit vir nisi qui periculo se exponit. Qui vero in versu poetae nostri vocem vocali Fatha pronunciat, is vitium تقوية seu اقواء a rei metricae peritis appellatum committit (conf. Darstellung d. Arab. Versk. p. 328. seq.); raro enim inveniuntur vocales Dhamma et Fatha, sequente littera ﻩ, post homoioteleuti litteram روى appellatam conf. ibid. p. 308. seq.) permutatae. Referunt autem, grammaticum Abu-Ahmru b. Alahla (nat. anno 65, 68 vel 70 mortuus 154, 159 vel 156 conf. Har. ٢٥٣ et Meid. app.) litteram ل in voce زوالها versus Ahschae (metr. Camil): Hocce die tantae ei curae occurrunt, ut per noctem cor eius tremore commotum sit, vocali Dhamma pronunciasse ratione nulla habita homoioteleuti cum vocali Fatha. Poesin autem Ihmrani b. Hiththan [1]) Charedjitae tanquam licentiae exemplum adduxere, in cuius carminibus collectis unum reperiatur, in quo vocalis litterae homoioteleuti, sequente littera ﻩ, modo Dhamma modo Fatha sit. Initium huiusce carminis est (metr. Camel): Laus Deo sit, qui condonat et cuius vindicta vehemens est (leg. انتقامُهُ) et in eo quoque legitur: Et hic Madjsahus b. Tsaur fortior quam leo erat (اسامَهْ). In vocibus حد الموت aut mors cum lancea comparatur aut, quod magis placet, antecedens omissum est, ut pro verbis sint: حد ظبات الموت cuspidem lancearum mortis conf. p. ٥٢ v. 2.

2. Et animam morti liberaliter exposui, qualis non exponi solet et dixi: Tranquilla sis! quando eius opinio mala erat.

3. Quid autem boni in opibus est, quae a vituperatione possessorem non tuentur et in anima viri, quam is in officio eius haud levipendit?

Quam fortitudinis suae descriptionem inceperat, eam perficere pergit. Similis loquendi modus est, qui in initio versus p. ٦٢ infra observatur. Poetae quoque animam trementem, quemadmodum videmus p. ٢٤ v. 1 et ١٧٨ v. 4., alloquuntur et ad patientiam reducere student. Summae autem fortitudinis indicium est, quod vir in defendendo honore et opes et vitam parvi facit et hanc rem sibi gloriae non ducit. Contra se gloriandi vituperationem poeta hisce verbis se defendit. Similem autem sententiam alius poeta sequentibus expressit (metr. Thawil): Animam suam bene custoditam periculo exponit, quotiescunque eius exponendae officium esse putat.

CXXIX.

Idem dixit.

(p. 182.) *1. Abiistis et ad principem vos contulistis dicentes: Sermones reliquimus et carnem dispositam.*

Gentem vituperat suam, quae ipsum auxilio destituerit falsos praetextus quaerens. Falsi

1) De Ihmrano b. Hiththan Dausita conferas Citab-Alaghani et Abulf. Ann. T. I. p. 336.

praetextus verbis continentur, quae apud principem proferunt. Gentem, quam reliquerint, talem esse, quae verba faciat; sed non agat, similem carni dispositao, quam quisque cupiat. Similem sensum alius poeta protulit dicens (metr. Wafir): Ob insipientiam indolibus, quibus carent, contenti sunt et pulchritudo sermonis e pulchritudine facti pendet. Sed alter cum vocalibus passivi vocis تُرِكنا „relicti sumus“ legendi modus reperitur. Sensus talis dicitur: Contendistis contra nos, quum nos deserere in animo haberetis, dicentes: Relicti sumus in hominum ore ignominiae expositi et viles, qui se defendere non possunt. Verba autem لحمٍ موضع cum proverbiali locutione magis periens quam caro super [laniario (conf. Meid. C. 15, 60.) quodammodo cohaerere posse videntur. Vox احاديثا ob metrum pro احاديث est.

2. (Hic autem sermo) nonnisi gloria et celsitudine me auxit et vos inter homines nonnisi depressit.

Sermonem autem, quum falsus sit, sibi noxam non adtulisse; at honorem suum auxisse dicit. Illos dicentes noxa adfectos esse, quippe qui mendaces et tales, qui socium sine causa reliquerint, inventi sint.

3. Neque tamen genius meus fugit neque lima mea fracta est avesque meae ob metum mane non deciderunt.

Se depressum non esse vario modo exponit. Sunt qui putent, eum socios suos cum daemonibus contulisse, sicut in hoc hemistichio (metr. Thawil): عليهن فتيان كجنة عبقر In iis (equis) viri sunt similes daemonibus loci Ahbkarr [1]). Alii dicunt, poetam proverbiali loquendi modo eius inopinatas invasiones designare voluisse. Sic Amru-l'Kaisus equi sui alacritatem describens dicit: به طايف من جنة غير معقب (metr. Thawil) (Quasi) in eo insania daemonis non intermittens [2]). Admitti quoque licet, poetam opinionem aliis poetis propriam respexisse, cuililibet homini genium esse eum sequentem, a quo homo auxilium petat in rebus ipsi supervenientibus. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, Arabes daemonum frequenter mentionem facere et virum in rebus strenue agentem cum genio et daemone comparare. Hanc autem esse causam, cur dicant: Eius genius fugit, quum vir debilis vilisque evadit. De daemonibus geniisque varia Arabes fabulati sunt, quae ni longiora essent, hic adduxissem; sed alio loco id facturus nunc omitto. In libro a me edito Fakihat Alcholafa Bonn. 1832. caput quartum p. ٥٣ plura de daemonibus profert conf. p ٣٦٦. Lingua autem quum a poetis cum lima et gladii cuspide comparetur, dixit: Lima mea fracta non est. Loquendi modum ab eo derivatum esse putant, quod lima fracta, artifex nil bene peragere possit. Ab hoc autem non multum abhorret, quod quidam limâ viri arma significari putarunt. Postremam quoque versus partem vario modo interpretati sunt. Alii dicunt,

1) Est nomen loci, ubi daemones frequenter versari putantur.

2) In Diwano illust. de Slane hemistichium sic legitur: به عرة من طايف غير معقب „(quasi) in eo insania daemone suggesta, non intermittens“ conf. p. ٢٣ v. 14.

sensum esse: Terrore cor meum correptum non est, ut aves decidant; alii, aves famam inter homines divulgatam significare; alii, alacritatem et acrem animum, cui contrarius sit loquendi modus: Eius aves quiescunt, et in eius capite aves sunt (conf. Meidan. C. 1, 109. 27, 69.) Alii putant, poetam avibus equitum agmina in incursionibus dispersa significare. Abu-l'Ahla autem dicit, loquendi modum inde desumtum esse, quod si aves tonitru audiant, in terram decidant et sic versum Ahlkamahi explicari (metr. Thawil): Quasi super eos nubes pluviam emisisset, cuius tonitrua efficiunt, ut aves (ab iis territae) per terram prorepant. Cum hoc quodammodo cohaeret, quod in emaciatum camelum, qui in deserto fatigatus decidit, aves se demittunt eius vorandi cupidae. Dixit poeta (metr. Camel): Quum eius sellam in deserto solvo, corvo lusco [1]) apparere incipit. Nil quoque obstat, quominus ad id respexerit, quod occiso aut vulnerato homine, ut nil roboris supersit, aves, ut eum vorent, decidant.

CXXX.

Dixit Moraits b. Djabir b. Sorajj b. Salamah b. Ahbd b. Tsahlebah b. Jarbuh b. Tsahlebah b. Aldul b. Hanifah b. Lodjaim b. Zahb b. Ahli b. Beer b. Wajel. Poeta initio Islami vixit.

Grammaticus Abu-l'Ahla, vocem لُجَيم aut abiectis litteris (ترخيم) tanquam formam deminutivi a voce مُلَجَّم vel لِجَام aut non abiectis litteris a voce لُجَم derivari posse censet. Vocabulum لُجَم animalculi nomen est, quod malo omini est, cui describendi causa vox عاطوس adponitur. Dixit poeta (Qui metri Redjes esse scholiastes dixit, ii metro Sarih potius adiudicandi sunt versus): Mane venio et difficilem indole neque caveo, neque animal Allodjam sternutamentum excitans metuo (In Kamusi opere verbis اللُّجَم العاطوس mors designatur.

1. Per vitam tuam! Erga me haud iuste egisti, quum velles, ut clientem tuum in amore haberes; sed mihi amor non esset.

(p. 183.) Queritur iniustitiam viri, qui clientem suum defendendum esse putans, ipsum impedire cupiat, quominus clientem suum defendat. In iurando vox عمر nonnisi cum vocali Fatha effertur. Verbum سامِ adhibens indicat, rem, quam alter cupiat, ipsi ingratam molestamque esse. Quae vero verbis عِراك etc. ambigua profert, iis versu sequente lux porrigitur. Particula أنْ pro أنّه est.

2. Quum cliens iniuste tractatur, ob iniuriam ei illatam metuo. Tum viscera mea commovet et canes mei ganniunt.

Modum describit, quo ob iniuriam clienti suo illatam adfectus sit. Primum timere se, ne clienti iniuria inferatur, tum indignatione commoveri et denique ad ulciscendam iniuriam se paratum esse. Quidam autem verbo فزع auxiliandi significationem tribuerunt. Pro تحرّك legitur quoque وحرّك. Verbo حرّك aut sensus activi aut passivi tribui posse videtur.

1) Corvus acuto visu praedicus est (Meid. C. 6, 187.), sed sedens aut unum oculum omnino claudit aut duos paene claudit. Haec cognominis causa videtur.

Significatione activi admissa ex antecedente subiectum ظلم »iniuria« supplendum est; sin passivi significatio praefertur, forma secunda verbi adhibita significationis primae (motus fuit) vis augetur. Verborum sensum autem vario modo exponunt. Alii dicunt, eius viscera commota esse ob cordis palpitationem et canes latrasse, quod indutus armis ad ulciscendum congregatis sociis se praepararet; nam canes in isto statu dominos haud cognoscentes latrant. Grammaticus Alazmäih hunc versum recitavit: (metr. Thawil) Gens, quae, quotiescunque canis gentem suam haud cognoscit, contra omne facinus turpe vicinum defendit. Alii dicunt, eius viscera commota esse ob festinationem, quae in praeparandis rebus adhibeatur. Sic in versu poetae: (metr. Thawil) Bellum vehemens ei signum fecit et ad id venit hypochondriis strepens[1]) primus venientium. Sunt denique, qui canibus socios significari dicant. Hunc vero sensum verbis Hodsailitae tribuunt: (metr. Thawil) ولا عوها كلبى ليبعد نفرها ولو نبحتنى بالشكاة كلابها Canis meus eam non adlatrabit, ut eam fuga longe removeat et si eius canes querelis me adlatrassent et verbis poetae Taabbatha-Scharran (metr. Basith) ليلة صاحوا واغروا بى كلابهم Nocte qua clamarunt et contra me canes suos instigarunt hunc quoque sensum tribuerunt.

CXXXI.

Albäihts b. Horaits dixit.

Abu-Rijasch dixit, eum filium praecedentis poetae esse, nec vero auctorem sacelli concamerati in loco Ziffin[2]). Nomen Bäihts grammaticus Abu-l'Fath in usum nominis proprii inventum, non translatum esse putat. Nil autem impedit, quominus adiectivum sit translatum cum significatione participii passivi, quod participium passivum in Schanfarae versu occurrit: (metr. Thawil) Aut apum regina excitata, cuius examen ligna (quibus ex alveari mel colligitur) excitaverant, quae (vir) venatum exiens, mel colligens constituerat. Abu-l'Ahla dixit, poetam nostrum nonnisi hoc nomen gerere; sed Albäihtso Modjaschiihtae nomen quoque Chidasch b. Bischr esse. Nomen البعيث autem accepisse ob sequentem versum: (metr. Thawil) Prodiit a me id quod prodiit, posteaquam funes mei contorsi erant et voluntas mea (propositum meum) seriis occupata erat.

1. Imago Omm-Alsalsabilae (feminae), quamquam mensis iter ad eam cursori properanti faciendum est (ad me venit).

Poeta quum loco a suis remotissimo degeret, amatae imaginem venisse narrat. Sic quoque Ham. p. ٣٣ v. 3. amatae imaginem noctis tempore accessisse a poeta narratum invenimus. Rem autem, ut in ipsa muliere si accidisset, sic in eius imagine tanquam miram describit.

1) Hoc inde desumtum videtur, quod equorum currentium hypochondria interdum strepunt.

2) Beatus de Sacyus adscripsit se nescire, quis ille sit صاحب القبة cognominatus, neque se invenisse nomen Albäihts inter eos fuisse, qui isti ad locum Ziffin proelio interfuerint. Horaitsus b. Djabir dicitur occidisse Abd-Allahum filium Omari v. Prices Mohammed. history T. I. p. 296.

Praedicatum subiecti خيال in versu omissum est, ut زارني »me visitavit« aut اتاني »ad me venit«, suppleatur, necesse sit. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, Omm-Alsalsabil nomen mulieris esse, vocem سلسبيل autem aquam bonam significare. Quod si vero poeta artis serioris temporis peritus in sensu constituendo diligentiam adhibuisset, fieri posse, ut comparatione instituta voce سلسبيل sputum significetur. Hoc admisso verba ام السلسبيل mulieris verum cognomen non esse, sed significare, eius sputum semper aquae bonae simile esse, quemadmodum ام الضيفان »mater hospitum« ابو الايتام »orphanorum pater« dicatur. Voci بريد varium sensum tribuerunt. Dicunt hoc in versu iumentum, quod vehendo inserviat, significari et vocem المذبذب haud quiescentis significationem habere. Verbum autem ابرد cum praepositione الى significare legatum mittere ad ....; nam vox بريد saepius adhibita in sermone propriam ipsi significationem reliquisse. Vocem بريد re vera rem loco quodam positam et firmam significare, quemadmodum برد عليه حق »officium super eo firmum est« i. e. necessario exsequendum. Poeta metro Redjes usus dixit: Dies hic dies est, cuius ventus fervidus frigidus est. Qui hodie debilis est, eum non vituperamus[1]). Tum iumentum, quod ab illo loco ad similem iter facit, بريد appellatur, quae vox antiquo quoque tempore adhibita fuit. Sic Amru-l'Kaisus dixit (conf. Diw. Amru-l'Kaisi edit. ill. de Slane p. ٢٧): (metr. Thawil) Super omni equo, cuius cauda amputata fuit, itineribus (p. 182.) adsuetus, iumento itineris nocturni ex equis Barbarorum[2]). Qui ex Arabico vocem بريد derivandam putant, viam significari dicunt, post quam itinere finito quiescens frigidus fiat. Vocem autem خيل neque articulo neque alio modo definitam esse dicunt, quod quum vario modo eius imagines apparuerint, poetam unam ex illis pluribus designare voluerit. Simili modo poetam locutum esse: (metr. Motakarib) Sainabae quaedam imago amoris morbum recidivum mihi produxerat, postquam sanatus fuerat.

2. Ei autem dixi: Bene venisti et salutem tibi! tum ea iisdem verbis salutem dicens respondit.

Imaginem, quam tanquam veram personam induxerat, alloquitur et ab ea responsum accipit. Se eam laeto animo vidisse, verbis salutis prolatis indicat. Vocabulo خيال quum modo masculinum modo femininum genus tribuatur, in versus voce له masculinum, in voce ردت femininum vides. In voce اهلا verbum omissum putant ex. gr. اتيت venisti ad familiam i. e. non ad peregrinos. Rem explicandi modus in vocibus سهلا et مرحبًا adhibendus est: significant enim: venisti ad locum aequabilem et amplum, ubi molestia tibi non erit. Quum voc

1) Hoc versu significatio frigidi; neque vero firmi affirmatur, ut cum antecedentibus non omnino quadret.

2) Voce بريد equos aut mulos aut camelos in magnis viis dispositos, quorum ope principum mandata celerius perferantur, significari, notum est. Vocabulum aut a Persico بريد, quod talium equorum caudae amputatae sint et rex Persarum Dara tales equos instituerit, derivant. Sic Makrizius in descriptione Aegypti, a quo modo beatus De Sacyus (Magasin encyclopedique p. 61.) recessit, vocem a latino veredus (quorum nostrum Pferd cognatum est), derivandum esse censens. Priori derivandi modo versus Amru-l'Kaisi adscriptus favet. Sed in ipsis versus vocibus tam بريد quam برير causam invenio, cur Amru-l'Kaiso versum attribuendum non esse censuerim. Quomodo in India tempore Mohammedis res instructa fuerit, Ebn-Batuta (in itinerario) apud cl. Kosegartenium descripsit (conf. quoq. librum meum Selecta ex histor. Halebi p. 87. adnott). Rem inter Mohammedanos Moahwijjahus instituisse Abulfeda (T. I. 381.) narravit.

تاحيل significatio dicendi اهلا insit, voces تسهيل et ترحيب cum ea coniungendae erant; sed poetae interdum istum recte connectendi modum relinquunt. Grammaticus Sibawaihi dicit, si quis adveniens ipsi dicenti اهلا verbis وبك اهلا respondeat, eum significare velle, alterum, si ad ipsum venturus fuisset, eodem loco habitum fuisse.

3. ***Deus avertat, ut cum dorcade, idolo et vacca praestante agminis boum silvestrium comparetur!***

Amicae suae pulchritudinem laudaturus, eam cum nulla re, quacum a poetis pulchra femina comparetur, conferri posse dicit. Feminae pulchrae cum dorcadibus a poetis saepe comparantur conf. Ham. p. ٥٤١ v. 4. ٥٨٤ v. 1. ٦١٩ v. 3. ٦٢٩ infr. conf. Moall. Lebidi v. 14. Cum idolis quoque ob aurum et gemmis pretiosis, quibus illa ornata esse solebant, a poetis feminae pulchrae comparatae sunt conf. Abulfed. Ann. T. III. p. 320 v. 6. Harir. ٥٢٤ l. 8. et p. ٥٣٤ l. 6. Veteres quoque poetae isto comparandi modo usi sunt. Amru-l'Kaisus idola cum feminis comparans dixit: (metr. Thawil) كان دمى سقف على ظهر مرمر كسا مزبد الساجوم وشيا مصورا غرايرِ فى كنّ وصَون ونعمة يحلّين ياقوتا ودرا مفقرا »Quasi idola tecti super dorso marmoris, quae spumam pigmenti Sadjum appellati excitans pictura figurata vestiverat; desiderio vano viros implentes (feminae) in interiore domo et custodia et vita molli fruentes, ornatae hyacinthis et unionibus perforatis«[1]). Nec non cum vaccis silvestribus, quas cum dorcadibus poetae

1) Non sum nescius, illustr. virum de Slane anno 1837 in Diwano Amru-l'Kaisi priorem horum versuum et partem posteriorem aliter et legisse et vertisse. Habet p. ٣٦ شُقُف loco vocis سقف, habet مزبدَ الشاجوم et in posteriore versu شذرا loco vocis درا Vertit autem versus (p. 41.): »Diceres feminas illas camelis vectas, statuas esse urbis Schokf, sculptas in superficie marmoris ornantis vallem spumantem fluvii Sadjoum pictura effigiata. Vacuae sunt curis, velis tectae, custodia cinctae in mollitie educatae ornatae hyacintho et bracteolis aureis, articulis invicem ligatis«. Doctiss. Arnoldus in libro: Amrilkaisi carmen Hall. 1836. eundem legendi modum excepta voce البساجوم offerens et simili modo vertens praeierat. Moveret me duorum virorum et scholiastis auctoritas, ut adsentirer, nisi tum in verbis tum in sensu et grammatica quaedam invenirem minus apta. Primum quidem urbem vel locum Schokf appellatum non inveni, quamquam illustr. de Slane ex Samachschario Schokf nomen loci in regione Ohman esse adtulit. p. 88 adn. In Mersukii codice vetere سُقف legitur. Idola tecti autem sunt idola, quae in tecto seu loco tecto simili stant. Quaedam idola in templi Meccani tecto posita erant. Idolum gentis Chosaah ab Ahlio, humeris dum eum Mohammedes sustulerat, deiiciebatur. Pocock. hist. Arab. p. 100. Sed sensus vocis tecti vix urgendus est; vox superiorem partem basis, in qua positum erat, designare potest, quippe vox verbis على ظهر مرمرا »in superiore basis marmoreae parte« explicetur. Verbum autem كسا cum voce دمى tanquam subiecto vix coniungi potest; scribendum enim كست fuisset; nec vero causa est, cur poeta a regula recesserit. Quae res quum ita se habeat, verbi subiectum nulla alia vox nisi مزبد esse potest. Huius autem vocis significatio ratione habita vocis الساجوم definienda est. Scholiastes vocem alia واد definire dicitur, sed vix dubito, quin errore ductus fecerit, cui significationi quamquam in Kamusi opere inveniatur, alteram tamen ibi adnotatam pigmenti (صبغ) hoc in loco praeferendam esse, nemo non ex sequentibus vocibus وشيا مصورا videt. Vox مزبد personam, quae spumam excitat, dum pigmentum oleo addito movendo praeparat, seu pictorem designat. Idola, quorum nonnulla aut feminae aut viri formam haberent, picturis ornata esse, mirum non videtur. Vox غرايرِ, forma enim فعيل tam activi quam passivi sensum habet, feminas potius designat, quae oculorum pulchritudine viros desiderio vano implentes decipiunt. Hanc significationem, quamquam et altera locum habere potest, ob verba sequentia praefero. Sive autem درا uniones sive شذرا sphaerulae vitreae seu margaritae parvae legas, voci مفقرا nulla significatio nisi perforatae tribui potest, quippe uniones, ut in filo coniungantur, perforari soleant. Vox كسا est pro كساها omisso obiecto.

interdum confudisse videntur (conf. Ham. p. ٣٣٩ v. 5.), feminas pulchras contulerunt. Vox معان tanquam nomen actionis omissis verbis اعوذ بالله casum accusativum obtinuit. Vox عقيلة cuiuslibet rei eximium significat. Tanta eius pulchritudo est, ut ne cum vacca silvestri eximia pulchritudine quidem comparetur.

4. Ea enim perfecta conditione omnem pulchritudinem superat et praestantia sua omne praestantissimum.

Versus hic causam, cur non comparetur, continet. Vox كمالا modo, quem grammatici تمييز appellarunt, casum accusativum obtinuit (Gram. Ar. T. II. p. 114.). Verborum sensus est: Eius pulchritudo, quia perfecta est, reliquarum pulchritudinem superat, quippe quarum pulchritudo perfecta non sit. In duobus autem hemistichiis idem loquendi modus non est. In priore est على الحسن كله, in posteriore على كل طيب, ut in priore substantivum, in posteriore adiectivum sit. In posteriore quoque vocibus من طيب aequale nil in priore est et sic vox كمالا in priore aequale voci طيبا, quod supplendum est, in posteriore non habet. Huiusce rei causa in metro potissimum quaerenda est.

5. Iter autem meum in terris et habitaculum meum remotissimum est, quum ab aliis removeor (i. e. quum honoratus non sum).

In primo versu se a suis itinere longe remotum esse dixerat; in hoc causam illius itineris indicare videtur. Spretus aut parvi habitus quum fuisset, se longo itinere a suis separaverat. Et hanc agendi rationem cogitandi rationi suae propriam esse dicit. Verbum اقرب verbi اكرم »in honore habeor« significationem habet. Fieri quoque potest, ut quum amatae mentionem fecerit et verbo اقرب utatur, istam amatam in matrimonium petens repulsam tulerit. Verba لبالمنزل الاقصى nonnisi vocem منزلى spectant, ut vox مسيرى tali voce in sequentibus careat. Est igitur vox المسير supplenda, quasi dixerit: لبالمسير والمنزل الاقصى. Unam vocem omisit, cuius sensus e nexu verborum intelligi potest, nam statio remota sine longo itinere cogitari non potest.

6. Nec vero, etsi aliquando honoror, portionem meam religionemque vendo, aliorum amorem comparaturus.

Ponit futurum esse, ut aliquando istius honoris, quem ei nunc denegaverint, particeps fiat, se tamen hanc ob causam portionem sibi debitam honoris et religionem non dimissurum esse, quo aliorum animos sibi conciliet. Voce بايع vendens adhibita indicare videtur, eum aliorum animos sibi isto modo conciliare posse. Loco vocis دينى in Mersukii codice قومى gens mea legitur, qui legendi modus in margine codicis Tebrisii adnotatus est. Hunc legendi modum scholiastes verbis او موضعى من عشيرتى aut locum meum in gente mea respicere videtur. Accusativus ابتغاء causam modo a grammaticis مفعول له appellato (Gram. Ar. T. II. p. 114.) indicat.

(p. 185.) *7. Multi dum homines mercaturam eam esse putant, me ab ista agendi ratione religio dignitasque mea retinet.*

Aliorum agendi rationem describens et cum sua comparans suam agendi rationem religione

et dignitate niti dicit. In fine huius versus Mersuklus adnotavit, quamquam in hisce versibus plura inveniantur, quae ad librum Hamâsae non pertineant, tamen Abu-Tammamum, quae vitio libera sint, omittere noluisse.

8. Iasidus me advocarit, posteaquam eius opinio prava fuerat et Ahbs, posteaquam uterque a me alienatus fuerat.

Suam erga gentem suam agendi rationem describit. Iasidus quum ei malum intulisset, non speraverat fore, ut ab eo adiuvaretur et sic Ahbs. Sed necessitate cogente quum uterque opem implorans venisset, iis non defuit. In voce منكب duplex et pronunciandi et interpretandi ratio invenitur. Vox si vocali Fatha pronunciatur, calamitatis significationem habet, sin vocali Kesra effertur, humerum latusque significat. Dicitur: فلان معى على حد منكب »Quidam mecum super limite humeri seu lateris est« i. e. quotiescunque me videt, vultum a me avertit et latus offert. Similis loquendi modus est: فلان يلقاني على حرف »quidam me obviam habet in margine.« Hic loquendi modus in Corano Sur. 22, 11. invenitur. Dicitur quoque هو متحرف عنى aut منحرف. Hoc legendi modo recepto verba بعد ما ساء ظنه ad virum Ahbs quoque, verborum ordine transposito, pertinere puto. Alter autem modus si praefertur, nonnisi Iasidum ea spectare putaverim. Verbis sensus tribuitur talis: »Posteaquam de salute desperaverat,« nam sic verba cum fine versus, in quo de calamitate sermo est, congruunt.

9. Cognoverant enim, totam gentem me excepto aut deserentem aut absentem esse.

Causam addit, cur istae res, quarum mentionem fecit, eos non impediverint, quominus ipsum ad auxilium vocarent, eam scilicet, quod nemo praeter ipsum eis necessarium auxilium praestare potuerit. Verba سوى محضرى »praeter praesentiam meam« sunt pro »praeter me praesentem« ob sequentia من خاذلين, quae pro من بين خاذلين sunt. Dicit, totam gentem esse aut praesentes, qui auxilium non ferant aut absentes, ut adiuvare non possint, quibus verbis significat, totam gentem auxilium laturam non esse. In margine codicis Tebrisii vocem حاضرين adscriptam invenimus, qua alter legendi modus pro voce خاذلين indicatur. Hoc versu finito scholiastes Abu-l'Ahlae explicandi rationem, quae ad versum tertium et sequentes adnotanda erat, adnotavit. Vocem دمية figuram significare, ea de causa ita appellatam, quod initio rubro colore efficeretur, quasi a sanguine دم desumta esset. Vocem دم autem a radice دمى derivandam esse, versu poetae probari: (metr. Wafir) Et si nos ambo super lapide mactati essemus, utriusque sanguis noster fluens certum nuntium proferret. In forma autem دميت indicium non esse, tertiam litteram radicalem Ia esse, quod littera Waw quiescens, antecedente vocali Kesra, in litteram Ia mutatur, sicuti in verbis شقيت et غبيت videre liceat. Bene quoque poetam dixisse: من طيب (v. 4.), quod vox كملا voces من كمل referret. In versu quinto autem vocem لبالمنزل esse pro لفى المنزل. Melius hoc esse, quam quod praepositio ب superflua putetur, siquidem in vocibus, quae post particulam ان praedicati locum teneant, ista particula superflua non sit. In quibusdam vero locis istam praepositionem contra morem consuetum superfluam esse, ex versibus intelligi

sequentibus: (metr. Motakarib) In gente tibi sufficit, te inter eam esse divitem opibusque abundantem et (metr. Redjes) Nos filii Dhabbah sumus, socii victoriae; gladiis percutimus et solatium speramus (vox فَرْجٌ videtur pro فَرَجٌ). In versu vero Amru-l'Kaisi: (metr. Thawil) Si per annum ab ea remotus es, tu ei non occurres, nam id quod ea produxit, experientia edoctus es[1]) (conf. illustr. de Slane Diwan. Amru-l'Kaisi p. ٢٣) praepositio ب sensum praepositionis في habet, quum المجرب rem, quam experientia edoctus es, designet. Quod si vox بالمجرب cum vocali Kesra pronunciatur, praepositio ب non potest non esse superflua. Saepius autem fit, ut ad confirmandam sententiam praemissa negandi particula modo superfluo ponatur, (Gram. Ar. T. I. p. 471.) id quod grammaticis placet, ut in sequentibus poetae verbis: (metr. Wafir) Cameli vectarii non rediere frustrati.

10. Ego Wajili (gentis) ius defendi, quemadmodum pater meus eorum iura defendebat.

Se in defendendis iuribus gentis Wajil patris morem secutum esse dicit. Quibus verbis, quum talem patrem sibi fuisse dicit, laudem maiorem sibi adscribit.

CXXXII.

(p. 186.) Dixit Almotsallam b. Rijah b. Thsalim Morrita.

Grammaticus Abu-Hilal, se hunc poetam non nosse dicens alios eiusdem nominis, sed diversae originis, poetas enumeravit.

1. Quis de me Sinano et Schidjnaho nuntium adfert dicens: Surgite, sumite ius aut sinite!

Arabum poetae saepe initium faciunt carminis optantes, ut verba ad personam, quam alloquantur, perferantur conf. Ham. p. ١٢١ v. 5. ١٢٩ v. 5. Pronomen interrogandi من optandi hoc in versu habet significationem: o si quis adferat! Hoc quoque in versu, sic ut Ham. p. ١٨٥ v. 2., verba transposita sunt, ut nomen شجنة cum nomine سنانا coniungendum sit. Particulam أنْ ex particula أنّ ortam esse, vult scholiastes, ut pro انه sit et cum particula in verbis اما ان جزاك الله خيرا »Sed Deus tibi bonum penset!« comparat. Particula quoque explicando nuntio sequenti inservire potest, quasi poeta nuntium verbis: قوما خذا الحق etc. explicaverit, simili modo, quo dicitur: اتفخر علىّ ان اصحابك اكثر من اصحابى »num contra me gloriaris dicens, socios tuos plures quam meos socios esse.« Scholiastae quoque praeferendum videtur, duo verba قوما خذا interposita copula ab auctore coniungi, ut in Corani loco Sur. 74, 2. Copulam autem saepe omitti. Verbum قوما standi modum non designare; sed coniungendo sermoni inservire. Nil quoque impedit, quominus verba خذا الحق ludibrii

---

1) i. e. Si per longum temporis spatium ab ea remotus es, alium virum sequetur, nam experientia edoctus scis, eam ad aliorum amorem inclinare. Ill. de Slane vertit: »Si discedas ab ea per annum, ita ut eam non videas — tunc tu, quid novi fecerit, experieris.« Plura autem sunt, quae me impediunt, quominus sic vertam, quorum unum est futurum apocopatum تلاقها, quod ex particula ان pendet, ut sententiam consequentem efficiat, alterum autem est participium بالمجرب, quod huc in loco futuri significationem habere non potest, quippe quod statum praesentem indicet.

causa dicta putentur, ut sensus sit: »Si potestis, ius, quod vobis arrogatis, sumite!«, aut sensus esse potest: »Sive ius vestrum petitis sive facere omittitis, nullum apud me discrimen est.« Hoc admisso minae verbis insunt. Post vocem دعا vocem الحق suppleas.

2. Ego solus latus meum deponere et cervical parare possum; et irascor, si Aschdjaho (genti) res ipsi debitas non concedis.

Poeta dicit, se in rebus ad ipsum spectantibus sibi ipsi sufficere et aliorum auxilium non desiderare. Hisce verbis causam quoque indicasse videtur, cur ius clientis sui defendat; probat enim et potentiam et fortitudinem suam et indicat, se ob beneficia ab illo ipsi collata nil alteri concedere. Mihi autem unum duorum, quorum mentionem fecerat, et quidem praecipuum allocutus videtur. Aschdjahus, filius Raitsi b. Sinan b. Ghathafan b. Suhd b. Kais Aihlan b. Abi-Haritsah Morrita, pater Haremi fuisse dicitur. Sed gentem seu familiam significari puto conf. Ham. p. ۱۸۷ v. 2. Verba لم تعط بالحق vario modo interpretantur. Statuentes obiectum verbi تعط secundum omissum esse, voci حق iustitiae significationem tribuunt, quasi dixerit: »Tu Aschdjaho id, quod eo debebatur, cum iustitia non dedisti«, alii dicunt, vocem تعط verbi تعامل sensum et construendi modum habere, ut sensus sit: »Si Aschdjahum cum iustitia non tractas.« Alii dicunt, vocem بالحق obiecti locum tenere, dum sermonis confirmandi causa praepositio ب in sensu superflua addita sit, ut in poetae verbis (metr. Basith): سود المحاجر لا يقرأن بالسور Nigris oculis praeditae (feminae) Corani capita non legunt[1]). Mersukius, se non dubitare, dicit, poetam dixisse: واغضب ان لم تعطيا الحق اشجعا Irascor, si vos duo Aschdjaho debitum ius non conceditis, quippe qui nuntium ad duos viros miserit. Quae Mersukii verba, quum in Tebrisii commentario depravata sint, e codice exscribam: لانه بنى الرسالة على ان يكون متوجهة نحو اثنين سنان وشجنة ومخاطبته من بعد احدهما فى قوله ساكفيك على عادتهم فى الافتنان والتصرف ولا يمنع من رجوعه الى ما بنى كلامه عليه من ذكر الاثنين وهذا ظاهر لمن تامله »Quoniam legatio ita instituta est, ut ad duos Sinanum et Schadjnahum mitteretur. Quod vero postea verbis ساكفيك etc. unum alloquitur, in eo morem poetarum sequitur, qui in sermone libera voluntate utentes variam rationem eligunt. Sed res eum non impedit, quominus ad modum initio institutum, quo duos alloquitur, redeat. Hoc cuilibet consideranti apparebit.«

Grammaticus Abu-l'Ahla nomen Sinan a cuspide lanceae potissimum derivatum censet, quamquam eorum sententiam non omnino reiiciendam putat, qui a cote (ut مسن) desumtum dicunt, siquidem homines nomine lapidis (حجر), lupi cervarii (فهد)[2]) et petrae (جندل) appellati sint. Vocem سنان nomen actionis a tertia verbi سن forma, de camelo admissario usitati, derivatam esse posse. Nomen شجنة a verbo شجن »intravit una rei pars in alteram« provenit. Cum hac significatione proverbii verba (Meid. C. 6, 29.): »Narratio plures vias habet« cohaerent i. e. eius una pars cum altera cohaeret. In proverbio autem vocem شجون tanquam pluralem a singularibus شَجْن aut شَجَن derivari ma-

1) Folii sequentis laesi dimidia pars in codice Tebrisii ab alia manu scripta est.

2) Haec vox فهد ob diversam significationem cum caeteris non bene congruit. Sine dubio igitur فهر lapis rotundus legendum est.

(p. 187.) xime placet. Licet etiam admittere, vocem nomen verbale a radice شَجِن »tristis fuit« esse, quocum pluralis اشجان »tristitiae« cohaereat. Voci شَجِن necessitatis, rei necessariae significationem habere verba poetae (metrum potius Sarih est) dicta probant: Utique ego tibi ostendam in eo, quod ostendo; mihi duae res necessariae sunt, una in terra Nedjd, altera in India. Abu-Hilalus verba ان لم تعط بالحق legendi modum falsum esse putavit; rectum esse واغضب ان لم يغضب الحق اشجعا Et ego (tibi) irascor (et iuri tuo), si ius iram Aschdjahi non excitat.

3. Lanceae Rodainiticae sonum edunt inter nos eosque modo avium aquaticarum, quum mane esuriunt.

Pugnam inter suam gentem hostesque describens lanceas propter sonos, quos edunt, cum avibus aquaticis, quae esurientes clamant, comparavit. Duae autem in comparatione res poetae ante oculos fuisse videntur, una fames, altera clamor ob famem ortus. Lanceae Rodainiticae appellatae sunt a Rodainah uxore Samhari, qui in regione Bahrain eas conficiebat. Absente marito quum uxor eos venderet, ab ea cognomen acceperunt conf. Kam. et Ham. ٣٢٧, 2. A marito Samharitae cognomen datum est. Lanceae quoque Chaththaeenses (Hamas. ٢٣١ v. 3.) ab ora inter provincias Ohman et Bahrain cognominantur (Ham. ٢٩, 1,). Habebant quoque cognomen Jasaniticae a rege Himjaritarum Dsu-Jasan appellato. Verbum صاح animalium vocem frequenter significans multum in corvo, raro in aliis avibus adhibetur. Corvo tribuitur in versu sequente (metr. Thawil): Eheu! o corve! qui e terra nostra vociferatur sono افق (i. e. ad sanam mentem redi!), nunquam vociferari desinas! Verbis بنات الماء »filiae aquae« alii aves aquaticas, alii ranas designari putarunt. Sonus lancearum autem in confodiendo auditur. Simili modo alius poeta soni in confodiendo et percutiendo mentionem fecit dicens (metr. Basith): والطعن شغشغة والضرب هيقعة Confossio est sonus reciprocatus et percussio sonus gladiorum.

4. Domos (eorum) cum domibus nostris coniunximus et patrueles nostri facti sunt, ita ut qui eos iaciat, nos iaciat.

Suam gentem alteram in clientelam recepisse et se cum ea intime coniunxisse dicit. Sic in versu poetae (metr. Wafir): Eius Cahbus vesperâ fuit Cahbus et ob odium Cahbi vocati erant i. e. tanta utriusque coniunctio fuit, ut non amplius nomina distinguerentur. Verba بني عمنا casum accusativum obtinuerunt aut quod praedicati locum verbi اصبحوا tenent (Gram. Ar. T. II. p. 60.) aut tanquam vocativus (conf. ibid. p. 91.). Quod si gens illa eius re vera patrueles erant, nonnisi posterior explicandi modus admittendus est.

CXXXIII.
Dixit Hozain b. Homam Morrita.

De hoc viro conf. Ham. p. ٩٢. Abu-Hilalus Homamum filium Rabiahi b. Masab b. Haram b. Wajilah b. Sahm b. Morrah b. Auhf b. Sahd b. Dsobjan b. Baghidh appellavit.

1. Eis dixi: O gens Dsobjan! quid est (unus vestrum alterum desideret!) quod audacter non procedatis!

Narrat, se perturbatum fuisse, quod sua gens non tantam fortitudinem ostenderit, quantam ostendere consuevisset. Verba ما لكم cum verbis لا تقدمون coniungenda sunt, ut vox تفاقدتم sententiam intermediam constituat, qua iis ob pravam agendi rationem male precatur dicens: تفاقدتم vos invicem vos quaeratis! id est: unus alterum deserat opem non ferens. Sententiam intermediam, qua bene precatur versui sequenti poeta inseruit dicens (metr. Sarih): Octoginta (aetatis meae) anni (tu ad eos pervenias!) effecerunt, ut auribus meis interpres necessarius esset. Vox مقدما loco vocis اقداما posita est. Plurium autem formarum nomina actionis unius radicis nulla re obstante, inter se commutantur. Forma autem secunda verbi تقدم (leg. تقدّم) modo transitivi modo intransitivi significationem quum habeat (conf. Ham. p. ٣٢), vox مقدم significationem nominis actionis تقدم habens (conf. p. ١٧٨ infr.) cum forma quarta, quae eiusdem significationis est, coniungi potest.

2. Socii vestri aut socii genere aut socii foedere vincti iam divisi sunt.

Gentem Dsobjan, quam antea allocutus erat, hoc in versu vituperavit, quod clientes suos aut cognatione aut foedere cum ea iunctos non melius defenderet; sed hostibus tanquam praedam distribuendam relinqueret. Vocis مولى variam significationem Mersukius (p. ١٨٨.) exposuit. In religione significare amicum, ut in Corani verbis Sur. 47, 12. »Id, quod Deus eorum amicus est, qui crediderunt et quod non credentibus amicus non est« et in Mohammedis verbis »Cui ego amicus sum, ei Ahlius amicus est« et in verbis eius »Gentes Mosainah, Djohainah, Aslam et Ghifar [1]) amicae Dei eiusque legati sunt.« Eodem quoque nomine familia viri patruelesque appellantur. Poeta noster eos clientes origine sua nominavit. Ad clientes quoque confoederati pertinent, quo nomine omnes nobiscum coniuncti et a nobis defensi continentur. Poeta eos nomine مولى اليمين »cliens iurisiurandi« insignivit, quod se coniungentes iuramentum praestant. Isto quoque nomine et patronus et libertus significatur. In Mersukii codice sic legitur: ومنه المعتق والمعتق لك ينتسب بنسبك فانت مولاه وذاك مولاك وهم يقولون المولى والصميم . . . . فيقول تداركوا الذين ينتسبون بالولاء ولا النسب وبولاء الحلف والنصرة. Dicit autem (poeta): Reparate statum eorum, qui clientela cognationis et clientela foederis et auxilii ad vos pertinent, nam unus quisque eorum ad calamitatem quasi adstrictus et statu perturbato ab hostibus invaditur. Hoc sensu admisso voci مواليكم casus accusativus est ex omisso verbo اعينوا (adiuvate) pendens. Legitur etiam حابسا متقسما (et sic in Mersukii libro). Accusativus voci datus est, quod statum describit. Participium activi participii passivi (محبوس) significationem habet, ut sit pro ذو حبس. Legitur quoque حابس متقسما [2]) et حابس قد تقسما. Sunt, qui dicant, vocem حابس nomen proprium in

1) Quum duo priora gentium nomina sint, posteriora eadem esse concludo. Praeterea Aslam nomen clientis Ohmari fuisse dicitur conf. Citab Tahdsibi l'Asmäi p. 152. ed. cl. Wustenf.

2) De hoc dubito, nam in Mersukii codice hic legendi modus adnotatus non est. In Mersukii codice sic legitur: ويروى حابس قد تقسما caeteris omissis.

appositione vocis مولى اليمين esse, ut casus nominativus sit et verba قد تقسما praedicati locum tenere. Duas clientium species nominans omnes designare poeta voluit.

3. Et dixi: Considera, num inter loca Dharidj et Nihj-Alacoff hominem videas opem implorantem praeter talem, qui indistincte loquitur.

Sequentium versuum ratione habita poeta hoc in versu suae gentis agendi modum iis, quos modo descripserat, opposuisse videtur; sed varius quum sit in versu legendi modus, interpretes varium versui tribuerunt sensum. Vox ضارج nomen aquae gentis Ahbs est [1]) et Nihjo-Ahlacoff nomen aquae, de quo nil habeo, quod dicam. Vox اعجم eum, qui indistincte loquitur, designat, ut eius sermo aut omnino non aut difficile intelligatur. Versus sensum autem esse: Neminem inter ista duo loca reperiri opem petentem nisi talem, cuius sermo non intelligatur i. e. talem, cui auxilium non praestetur, quum nemo eius verba intelligat. Et haec verba cum antecedentibus ita cohaerere putant, ut gentis Dsobjan agendi rationem confirment. Quae res si ita se habet, non video, quomodo proxime sequentis versus verba cum his cohaereant. Quodsi voci صارخ opem ferentis significationem tribuis, opem ferens, qui indistincte loquitur, talis esse potest, qui bonum auxilium non fert. Silentio praetereundum non est, in Mersukii codice loco vocis ضارج inveniri واسط nomen oppidi Waseth inter Cufam Bazramque in medio siti. Scholiastes noster adnotavit, legi quoque: تبين ان ما بين ضارج ونهى الاكف صارخ غير اخزما et verborum sensum esse: Considera, num inter aquam Dharidj et locum Nihjo-l'Acoff opem implorans nisi abruptus sit. Haecce verba significare possunt, omnem, qui opem imploret, auxilio destitutum esse. Grammaticus Abu-l'Ahla autem dixit versus sensum esse, inter ista loca opem implorantes non conspici nisi singulos et invicem sequentes, non congregata tota gente ad auxilium ferendum. Qui vocem اخزم nomen montis esse putant, sensum versus talem esse dicunt: Inter istas duas aquas refugium non esse nisi istum montem. Sed in Mersukii scholiis adnotatum invenimus, esse, qui legant: فارسا غير اخرم »equitem nisi separatum.« Quod ad voces اخزم et اخرم adtinet, nescio, num una ex altera scribae errore orta sit an, quod radices خرم et خزم significationem cognatam habeant et utraque vox montium nomen sit. De Sacyus اخرم et خرم ubique legendum putavit.

4. Ab Aurora usque ad tempus, quo sol occidit, non vides nisi equos praestantes et signis distinctos.

Mersukius versus nexum sic exposuit: اى ابتدا الاعداء يغيرون وينهبون وهولاء يصرخون ويستغيثون من وقت الغداة الى ان غابت الشمس فلا ترى من الخيل الا ما خرج بنفسه لا اولية له كمثله وقد اعلم بعلامة ليعرف بلاء صاحبه I. e. Hostes incipiunt incursionem hostilem facere et praedari, dum illi clamant et opem implorant a tempore matutino

---

1) E libro Citab Almarazid illust. de Slane Diw. Amru-l'Kaisi p. 95 locum adnotavit: ضارج موضع بين اليمن والمدينة وفيه خبر مشهور وضارج ارض سبخة مشرفة على بارق وهو قرب الكوفة وقيل ضارج من النقا ماء ونخل لسعد بن زيد مناة وهى الان لغيرهم

usque ad occasum solis, tu autem non vides equos nisi excellentes sua virtute, patribus non celebres, qui signis instructi sunt, ut dominorum fortitudo cognoscatur. In versu autem praepositionem من loco vocis مذ esse, scholiastes adnotavit, ut tempori definiendo inserviat, nisi quod praepositio من ob vim, qua genitivum regat, cum voce مذ coniungi possit[1]). Alazmäihus vocem خارجى omne praestans in suo genere et excellens significare putavit; Abu-l'Ahla autem dixit, tempore antiquo ante Islamum omnem, qui fortem et liberalem etc., dum parentes haud fortes et liberales haberet, se gereret, nomine خارجى insignitum fuisse. Hoc quoque nomen in equos translatum esse et poetam dixisse: (metr. Thawil) Omnem equum purae originis in omni loco in proelium reduco, quotiescunque equus excellens, sed non purae originis, haud firmo corpore mihi sufficit[2]). Tempore post Mohammedem rebelles et haereticos isto nomine appellatos esse, ut in poetae verbis: (metr. Thawil) Tempus hostibus constitutum, si nobis occurrere volunt, est tempus conventus Munae, si homines ibi congregantur. Charidjitam conspicient, cui similem homines non viderunt, quem et manus et digiti eorum indicant (De Sacyo نهم كف loco vocis كفهم est). In versibus Hozaini voce خارجى autem virum contra regem rebellem iudicari, scholiastes dixit. Voce مسوم indicari, ei signum fuisse, quo cognosceretur.

5. *Super iis viri sunt, quos Moharrekus vestiverat et quum eos vestiret, generose liberaliterque dederat,*

Equites iis equis insidentes tanquam optime armatos describit. In voce عليهن causam video, cur interpretes verba خارجيا مسوما in versu antecedente equos, nec vero equites, significare putaverint. Duo hi versus si sensu intime cohaerent, illud recte se habet; sin vero sensus nexu non tam intime coniuncti sunt (fit enim interdum, ut pronomen antecedentem rem non spectet), nil impedit, quominus verba خارجيا مسوما equitem designent. Moharrek regis Lachmitarum, qui homines combusserat, cognomen fuisse dicunt. Alii Himjaritarum regem, qui socios fossularum combusserit cognomen hoc gessisse putant; alii regem Dsu-Nowas, qui mari submersus fuit ab Habessiniis fugatus significari contendunt. In libro beati Iohannseni Historia Iemanae inscripto p. 88 sq. illum socium fossularum et hunc Dsu-Nowas eandem personam fuisse legimus. Rex quoque Ahmru b. Hind, qui homines e gente Tamim die Owarah (Meid. T. III. pars 1. p. 375.) combureret aut quod igne regis eius gentis

1) Puto praepositionem من saepius, ut loci initium, rarius, ut temporis initium constituat, adhiberi. Aliter scholiastes, qui unam vocem cum altera commutatam esse censuit. Quae autem addidit, ea mihi probare videntur, scholiastem putasse, vocem منذ ortam esse ex من et مذ et hanc esse causam, cur omissa voce مذ praepositio من locum vocis منذ tenere possit. Verbum دخل cum praepositione على coniunctionem significare et non permutationem, videmus ex loco libri Antholog. gram. p. ۴۴ l. 10. conf. quoque Hamas. p. ۱۹٥ l. 2. Mihi vero vox مذ contracta ex منذ, vox منذ vero composita ex من اذ (conf. حينئذ) videtur.

2) Poeta dicere videtur, se in proeliis semper uti equis generosissimis; etsi alii equi rei sufficiant (خارجى موضع est excellens equus; sed non durus, quemadmodum purae originis equi esse solent).

thronum deleret aut homines igne puniret, cognomen illud gessisse dicitur. Rex autem Moharrek cognominatus quum armis bonis parandis maxime operam daret, factum est, ut arma haereditas Moharreki appellarentur. Verbum كسا latiore sensu poetae adhibuerunt. Sic poeta Rubah taurum silvestrem canesque describens dixit: (metr. Redjes) وقد كسا فيهن صبغا برزغا Et eos (canes) tinctura nova (sanguine) vestivit et alius quidam sagittas describens dixit: (metr. Thawil) وزرق كستها ريشها مضرحية Et caeruleae (sagittae), quas accipiter pennis suis vestivit. Verba autem وكان اذا يكسو sententia intermedia sunt, verbum enim كساهم obiectum suum in sequente versu habet.

6. Laminis Bozrae, quas fabri bene poliverant et loricâ texturae Davidicae densissima.

(p. 189.) Modum, quo armati erant, describit. Laminae totum ensem designant. Bozrae autem, quod oppidum in Syria regionis Hauran locus capitalis erat (conf. Abulfed. Geogr. p. ۲۵۳). excellentes laminae cudebantur. Enses quoque Iemanenses maxime celebres erant Ham. ۱۹۸ v. 2. ۳۸۴ v. 2. Verbis اخلصتها قيونها duplex sensus mihi inesse posse videtur aut bene poliendi, ut fulgerent et acuti essent enses, aut e ferro puro i. e. chalybe confectos esse. Verbum كسا vestivit ensi aptum non est; sed fit interdum, ut Arabes verbum cum duobus substantivis coniungant, quorum uni tantum aptum sit (Gram. Arab. T. II. p. 465.). Sic quoque in versibus Alhothaiahi: (metr. Thawil) Vicino tuo lac appetenti bibendum dederunt, quum tu eum iniuria adfecisses et ob frigus potus eius labia contracta essent, gibbum cameli et lac merum, quod carnem produxit. Tum ossa viri tecta sunt, cuius avis non satiabatur (i. e. caedes vindicata non erat). Vox مطرد, omissa voce درع, loricam designat, sic appellatam, quod unus annulus cum altero eodem modo coniunctus est. Loricae Davidicae celebres erant et annulis ferreis invicem insertis confectae (conf. Caahb. b. Sohair v. 54. 55.). Putant Davidem, regem Israelis, artem ferri cudendi et loricae conficiendae invenisse (conf. Coran. Sur. 21, 80. Abulf. Ann. T. IV. p. 560. l. 5.). Erant praeterea loricae loris confectae, سنور et يلب appellatae. Sed lexicographi aut clypeum aut capitis tegumentum esse dixerunt (conf. Ham. ۸۴ et ۳۵۴ v. 3.). Loricae quoque aut longiores aut breviores erant. Hi بدن nomen habebant ib. ۴۵۸ v. 2. Persicarum quoque Ham. ۳۷۸ v. 2. et Indicarum (Ahmru b. Kelth. Moall. v. 75.) mentio fit. Loricae firmitas in clavis bene firmatis erat conf. Ham. p. ۳۴ infr. In codicis Tebrisii margine vocem محكما tanquam alterum legendi modum invenio. Lorica cum veste comparatur in versu Kaisi b. Alchathim (conf. p. ۸۵): (metr. Thawil) Quum bellum nudum esse vidissem, duabus vestibus Iemanensibus vestitus bellatoris vestem (loricam) indui.

7. Et quum patientiam difficilem nactu vidissemus, (etsi dies obscurus erat, quo stellae apparerent).

Patientiam constantiamque suorum in magnis periculis laudat. Initium autem versus cum proxime sequente cohaeret, ut verba وان كان etc. sententia intermedia sint. Est autem, qui وَأَنْ pro وانه, legat, ut sententia intermedia non sit. Hunc vero pronunciandi modum

Mersukius iure vituperavit. In Mersukii codice رايت vidi ego legitur. Mersukius idem dixit, nil obstare, quominus verba ولما رايت talem sensum offerant: لما رايت الوقت وقتا فيه يقال الصبر ومجال بين طالبه وبينه »Quum vidissem tempus esse, quo dicebatur: Patientiam (adhibete)! et quo petens patientiam attingere non potest.« In verbo كان autem pronomen latens ad nomen, cuius mentio facta non est, referendum, quippe sensus est: وان كان اليوم يوما »et si dies dies est«. Eundem loquendi modum poeta secutus est dicens: (metr. Thawil) Gentem Dsohl b. Schaiban camela mea data libero, etsi (dies) dies est sidera ostendens, foedus. Dies stellis fulgens est proverbialis loquendi modus; dicitur enim اراه الكواكب نهارا »effecit, ut die stellas conspiceret;« sed paulo aliter proverbium legitur Meid. C. 18, 222 adnot. Diem pugnae gravem et periculosum esse verba indicant. Sic poeta Tharafah dixit: (metr. Ramal) Si tu ei das; sed interdum ei denegas et efficis, ut meridie stellas se moventes videat. Farasdakus quoque dixit: (metr. Thawil) Per vitam meam! Filius Iosephi modo egit, qui efficit, ut meridie stellas noctis se moventes conspicias. Filius Iosephi sine dubio Hadjdjadj b. Ioseph est. Sunt, qui dicant, loquendi modum a die Halimah (Meid. Tom. III. pars I. p. 583.) originem duxisse (conf. Meid. C. 18, 222.), quo tanta pulveris copia fuisset, ut sole obscurato stellae apparerent. Rem fide carere ex eo cognoscimus, quod quae res solem tegat, stellas magis etiam tegat, necesse sit. Quapropter loquendi modus ex eo potissimum derivandus est, quod homines diem, quo sol deficit, ut stellae appareant, magni faciunt. Hoc de bello dici potest, in quo ob pulverem sole obscurato, lancearum cuspides cum stellis comparantur. Sic poeta Alafwah cognominatus [1]) dixit: (metr. Ramal) Exercitus magnus fuscus, in quo pulvis et sidera ardentia scintillaeque. Nec non equites, ferro tectos cum stellis compararunt. Sic poeta: (metr. Camel) Gens, quae quum ferro induta est, in galeis loricisque splendentibus stellis similis est. Scholiastes denique putat, nil impedire, quominus verborum »ei stellas die ostendit« eadem ratio sit, quae proverbio: Gens in membranam cameli maris incidit (Meid. C. 26, 2.); qua res impossibilis, gravissima et cui similis altera non exsistit, significatur.

8. Patientiâ usi sumus, dum patientia indoles nostra erat, gladiis nostris, qui manum carpumque amputant.

Et modum patientiae describit et causam, cur in tanto rerum discrimine patientia usi sint, addit. Vox باسيافنا cum verbo صبرنا aut cum sensu, qui verbis وكان الصبر منا سجية inest, coniungitur. Gladii igitur sunt instrumentorum loco, quibus patientiam manifestabant; verba autem وكان etc. sententiam intermediam efficiunt. Cum voce باسيافنا verba يقطعن, ut statum indicent, coniuncta sunt. Non autem poetam aliam ob causam nisi ob homoioteleuton perficiendum vocem معصما (carpum) addidisse putaverim. Similem autem sensum poeta Nahschal b. Harrijj (Ablio regnante vixit conf. p. ٣٩٩) verbis expressit: (metr. Thawil)

---

1) In scholiis ad Ebn-Doraidi Makzur. v. 30. الاودى cognominatur.

Quot dies, quorum aestu adflicti, etsi ignis non erat, super prunis sedere videbantur, patienter nos toleravimus, donec finiti erant; nam calamitatis dies nonnisi patientiâ removetur.

9. Crania virorum nobis honoratorum dividebamus, dum erga nos immorigeri iniustique erant.

10. Et quum amorem mihi inutilem esse vidissem, ad rem, quae prudentiae magis convenit, me converti.

(p. 190.) Versus prior in scholiis carminis Ebn-Ahbduni p. ١٦٥ citatus est. Se viros, etsi vinculo cognationis amorisque cum ipsis coniuncti sint, quum amoris manifestationem erga illos, iniuste agentes et in iniustia perserverantes inutilem cognovissent, occidere narrat. Se iis antea pepercisse vult. Loco vocis رجال in Mersukii codice اناس legitur. Priorem versum Moahwijahus dixisse fertur tempore, quo Hosaini, filii Ahlii, caput ante ipsum deponeretur. Scholiastes ad posteriorem versum Mersukii commentarium exscribens adnotavit, n hocce versu cautionem s. prudentiam (حزم) rei tribui, sicut propositum rei (عزم) in Corani loco اذا عزم الامر (conf. Sur. 47, 23.). Silentio praetermittendum non est, Tebrisium Corani locum a Mersukio citatum correxisse (rarissime autem corrigendi causam videt). Mersukius locum فاذا عزم الامر فتوكل citans finem loci cum altero (Sur. 3, 153.) فاذا عزمت فتوكل confudisse videtur. Nil quoque obstat, quominus voci احزم comparativi significatio adscribatur omissis verbis من غيره. Ut enim praedicatum totum re quadam indicatum abiicitur, sic praedicati pars omitti licet, neque sensu sententiae ambiguo neque sermonis ordine dissoluto. Ante vocem الود antecedens ex. gr. مراعاة aut محافظة aut اظهار etc. omissum est.

11. Ego autem vitam pro despectu non emo et ob mortis metum scalam non conscendo.

Se ita agere dicit, quod mortem dedecori praeferat et nullo mortis timore teneatur. In versu loco vocis فلست legitur ولست. Hoc versum cum antecedente intime coniungit, illud causam antecedentis indicat. Pro voce بذلة legitur quoque بسبة; eam scholiastes explicavit, indolem esse dicens, ob quam quis vituperetur. Verba autem: »ob mortis metum scalam non conscendo« nil significare videntur, nisi eum ob mortis metum in locum altum, ut tutus sit, non fugere, quemadmodum quis, ut undas mortis (conf. Ham. p. ٣٢٩ v. 2.) effugiat, ope scalae locum altum petit (conf. Ham. p. ١٤٩ v. 3. et p. ٤٢٤ v. 5.). Eundem sensum Sohairus in Moallak. v. 54. expressit.

Res de Hozaino b. Alhomam Morrita narratae.

Abu-Rijascho grammatico auctore causa, cur Hozainus Chozailahi in versibus mentionem fecisset, talis fuerat. Vir Morrah b. Auhf feminam Molaicah appellatam, filiam Malici b. Chozailah, ad gentem Morrah pertinentem in matrimonium duxerat, unde Sahm b. Morrah, familia Hozaini originem duxit. Post quum feminam Harkafah appellatam, Balawiticam, in matrimonium petiisset, ea se ei nupturam esse dixit, si iureiurando, se ipsi alteram uxorem non additurum esse, promitteret. Iuravit igitur per duas Ossas et per Metsdjaram, quae per

manus Madjsarae effunditur[1]), se iis novam uxorem additurum non esse. Quum igitur nupta cum eo filium suum Chozailah ex Balawita genitum secum habens in itinere ignes familiae novi mariti conspexissent, Harkafaha, quinam ignes essent, interrogans responsum accepit, esse ignes filiorum uxorisque et quum iterum interrogans diceret: num perfidiae obnoxius es, o noctu proficiscens! maritus respondit, se erga ipsam perfidia usum non esse; sed erga alteram uxorem. Irata autem uxor nova dixit: Ego, per Deum! hunc ignem dispergam, ut plures fiant. Postea uxor nova filium Zarmah concepit, uxor Molaicah autem filium Ghaiths b. Morrah. Quod quum illa sentiret, ad maritum Morrah venit dicens: O Morrah! uxorem Molaicah repudio dimitte, antequam ignominia te adficiat! nam in utero puellam naevo nigro praeditam, infaustam gerit. Haec ob verba maritum timore perculsum quum pariendi tempore praeterlapso interrogasset, respondit: »mentita est, nam eius iram peperi«, quae causa nominis pueri. Post uxor Harkafah filium Alzarid appellatum enixa est. Postea quum gens Chozailah ad gentem Balijj pervenisset, unus e gente Harim nasum filii eius ad gentem Balijj pertinentis amputavit et vindictam metuens ad Morrahum confugit. Hunc persequentibus, quem ultionis causa reposcerent, Morrahus denegavit iuramento confirmans, eum ad illos non pertinere. Hanc rem verba respiciunt: حلفنا عليكم ان تفرق امركم »Iuravimus quum res vestra dispersa esset.« Quod vero ad versum secundum موالبكم etc. adtinet, sciendum est, gentem Fesarah cum familia Banu-Zarmah coniunctam et ad eam propensam fuisse. Sabbanus b. Ahmru b. Djabir auxilium iis praestitit.

CXXXIV.
Dixit Ebn-Barah.

Vir Ohtsmani tempore vixit conf. Ham. p. ۱۹۱ l. 7. infr. Versus autem in Mersukii codice p. ۱۸۷ post versum لقفد leguntur.

1. O Simle! Si mihi instar agasonis cameli es, ad te revertam et si deflectis (vulpis **(p. 191.)** *modo agis), me non praecedes.*

Viro, cui Siml nomen est, minatur, se, sive remaneat, sive praecedat, eum assecuturum esse. Qui retromanet, eum cum agasone post camelum incedente contulit. Voce راغ fugam astute captam vulpis modo significare vult. Pulchre Nabeghahus similem sensum verbis sequentibus expressit: (metr. Thawil) فانك كالليل الذى هو مدركى وان خلت ان المنتاى عنك واسع Tu nocti similis es, quae me assequitur, etsi putas, te a me multum remotum esse.

2. Vir ego sum, e cuius inimicitia viri dolorem percipiunt, quemadmodum cameli e musca caerulea.

Se tanquam virum fortem, qui inimicis noxam infert, describens, cum musca camelos pungente contulit. Verba autem vario modo explicata sunt. Primum statuunt, vocem عداوق

---

1) Ingenue fateor, ista verba mihi obscura esse et frustra tam in codicibus manuscriptis quam in libris lucem me quaesivisse. Vox العزيين dualis formae vocis العزى est. العزى nomen deae apud Koraischitas et Ghathfanitas cultae est Kam. Dj. Sed de hac Dea non omnes consentiunt conf. Pocock. spec. hist. Ar. p. 92 seq. ed. alt. Quid autem Dualis forma? Forma Dualis occurrit p. ۷۰ in adnotationibus meis et fortasse duae deae maximae significantur. Quid autem voces مشجرة et مجزرة significent, nescio. Ex vocalibus in fine videmus, esse nomina propria; attamen non video, quomodo verbum تصبب cum nomine proprio مشجرة congruant.

esse pro من عداوتى, quoniam in sequentibus وجد الركاب من الذباب legatur. Simile omissae praepositionis exemplum, ut nomen tanquam obiectum cum verbo coniungatur, reperiri in versu poetae (metr. Basith): Deum pro peccatis, quae numerare non possum, veniam rogo, nam استغفر ذنبا pro استغفر من ذنب est. Verbo وجد significationem tristitia adfectum esse tribuerunt. Inimicitia autem esse potest aut inimicitia subiecti (mea inimicitia erga eos) aut obiecti (eorum inimicitia erga me); sed prius praeferendum esse puto. Quod si verbo وجد inveniendi significatio tribuitur, vox عداوتى primi obiecti; vox autem وجد secundi obiecti locum tenet. Musca caerulea camelos maxime infestat, quemadmodum alia species نعرة appellata asinos. Comparandi modus autem significat, poetam inimicos suos dolore adficere modo, quem repellere non possint.

Res de viro Ebn-Darah traditae.

Abu-Rijaschus viri nomen Salim b. Mosafih b Jarbuh fuisse dixit. Jarbuh autem eundem ac Darah esse. Alii autem sic genus referunt: Mosafih b. Ohkbah b. Jarbuh b. Cahb b. Ahdijj b. Djoscham b. Auhf b. Bohtsah b. Ahbd-Allah b. Ghatfan. Causam, cur Jarbuh nomen Darah acceperit, hanc fuisse tradunt: Vir ad familiam Banu-Alzared b. Morrah b. Auhf b. Sahd b. Dsobjan pertinens nomine Cahb appellatus patruelem Jarbuhi b. Cahb, cui nomen Dirz, occiderat et vir Jarbuh ulciscendi patruelis causa Cahbum necaverat; filiam occisi autem captam postea dimiserat. Quae quum ad gentem veniens patris occisi nuntium adferret et interrogata, quis eum occidisset, responderet: Iuvenis facie simili haloni. Inde cognomen دارة (halo) eum accepisse. Eius filius Salim dictus est. Res autem, qua ad caedem eius impulsus fuerat, talis fuisse narratur: Morrah, filius Wakihi, princeps gentis Banu-Fesarah, uxorem, quae e nobilibus gentis Fesarah quadam nocte cum ipso iocata esset, statim repudio dimiserat, ut ad familiam suam abiret, putans se eam recipere posse. Anno autem finito [1]) vir Hamal b. Alkolaib et alius quidam, Abli appellatus, e gente Banu-Fesarah, nec non Ebn-Darah in matrimonium eam petiere. Ad Morrahum, ad quem res perlata erat, uxor redire noluit; sed Ahlium caeteris praetulit. Salimus b. Darah hac re commotus metro Redjis usus cecinit: Is qui eam repudio dimiserat ante annum et Salim et filius Alkolaibi Hamal, omnes unius anni (qui annus, ne gravida alii nuberet, praeterierat) proci ob dolorem propter eam pectus fricuerunt. Morrahus b. Wakih igitur Moahwijjahum, secundum aliorum sententiam Ohtsmanum accedens, sic questus est: Arabes iniusti sunt. Ego verbum inter me et uxorem dixi, quo quod accidit, efficere nolui; viro enim nupsit. Festinans igitur ad te perveni, ut priusquam vir cum ea rem habeat, uxorem mihi conserves. Tum Moahwijahus dixit: Rem parvam in re magna commemorasti. Mandatum Dei magnum est et uxor tua res parvi est. Eius potestatem non habes. Moahwijjahus tum temporis Syriae praefectus sub Ohtsmano eos separavit. Salimus autem, antequam Morrahus a Moahwijaho ad suos recedebat, dixit

1) Ante annum finitum alter feminam repudiatam in matrimonium non ducebat, ne gravidae filius alteri marito adscriberetur.

(metr. Basith): Oh utinam Morrah ad eam veniret; tum cum ea optimum coniugium iniret et retribuens utrique retribueret! Morrahus, postquam Ahlius cum ea rem habuerat, iratus ob verba Salimi dixit: O serve e gente Mohawwalah (mutata)!, quid tu nostrarum uxorum mentionem facere audes? (Gentem autem Mohawwalah appellat, quod antea Banu-Ahbd-Alohssa dicta a propheta Mohammede nomen mutatum Banu-Ahbd-Allah b. Ghathafan acceperunt. Ab Arabibus igitur Banu-Mohawwalah (filii mutatae gentis) appellata est.) Salimus b. Darah autem illi respondit dicens: Lente age! o Morrahe! ego crimen non commisi; nil nisi iocatus sum. Morrahus autem excusationem non admittens nil egit nisi, ut eum contumelia adficeret. **(p. 192.)** Tum Salimus iratus dixit (metr. Sarih): O Morrahe! o fili Wakihi! o (Morrahe!) tu![1]) Tu is es, qui, quum esurires, repudio dimisisti. Tum Badrita quam dimisisses, secum coniunxit, donec quum potum matutinum sumeres vespertinumque, advenisti adsuefactus ad id, quod reliqueras volens eam reducere; mentitus es. Gens Banu-Badr eam abstulit, tu enim cunctatus eras. In media gente iuras: Te (eam) non reliquisse. Deus bene egit, tu autem male fecisti. Post autem tempus, quo convenirent, inter se constituerunt. Verba autem Salimi genti Banu-Fesarah haud parvi momenti videbantur, quamquam rem celabant. Tum in pignore ponendo uterque consensit. Inter eos autem tum temporis Ebn-Bischah e gente Banu-Ahbd-Manaf b. Ohkail degebat (quo tanquam arbitro uti solebant). Congregatis autem Fesaritis Salimus dixit: Ego Deum laudo! absentibus vobis modo agam, quo praesentibus[2]); peto, ut vos mihi contra Morrahum sponsores sitis! Morrahus autem dixit, quamdiu sputum ipsius linguam irriget, Salimum satyra persecuturum se esse. Re sic se habente gens Banu-Fesarah mulierem e familia Banu-Ghorab, Ghadhirah appellatam, quae versus metro Redjes dicebat[3]), adduxit. Quam quum Salimus conspexisset, asini vocem imitatus dixit (metr. Redjes): Iam filii corvi rubri[4]) probrosis verbis me petiverunt ob metum ignorantiamque et rem mihi ingratam optarunt, omnis vetula ex iis et matura viro puella[5]). O (mulier) Ghadirah! persolve donum meum, ne perfide agas et laeta sis ob innuptum et robustum pectus habentem, bibentem lac camelarum libere dimissarum, esurientem, qui portat penem erectum instar armi anterioris corpulenti (admissarii) et glandem

---

1) In verbis يا انتا vocem يا ad omissam vocem مرة referunt, ut انت appositum sit, dum alii vocem انت eam putant, quae advocatur.

2) Beatus de Sacyus exemplari suo adscripsit: »Ego quidem, Deo gratias, aequalis sum vobis, quin vobis praestantior, peto, ut iniuriam mihi illatam a Morra re . . . .;« sed hunc sensum in verbis non invenio.

3) Beatus de Sacyus in codice suo تزجر quae increpabat habuit et praetulit.

4) (Respicit gentis nomen غراب corvus.) Cognomine ruber eam e gente non Arabica originem duxisse indicat, quod iste color peregrinis proprius esse dicitur.

5) Beatus de Sacyus sic adscripsit: omnes tam senes, quam iuvenes adulti. Muneris, quod tibi offero, pretium persolve et noli perfidia uti!

penis, quam si vides, vultus tibi nitet, rubram similem insrumento, quo in area grana conteruntur, quae vertit cilia interiora pudendi (الْجِرِ), nodati crinibus obtecti et striis similibus loro insigniti, quasi exercitum Mondsiri [1]) sensisset (pudendum). Si tua tigna lignea defendis, ego ferrum meum (كعور) defendam per tigna lignea alia crassa, rotunda. Vox نورج in versibus adhibita instrumentum est, quo Syriae incolae grana sua contundunt. Hoc designans poeta dixit (metr. Camel): Camela velox onagrum referens, gracilis, (conf. Coahb b. Sohair v. 20.) cuius dèntes strident in celeribus [2]), sicut instrumentum Nauradj stridet. Vox autem قعو duo tigna lignea designat, in quibus trochlea (بكرة) est; sin vero illa ferrea sunt, خطاف appellantur. Sunt, qui dicant, vocem قعو trochleam ipsam designare. Poeta Ahmmar, filius Baulaniticae mulieris, respiciens instrumentum نورج dixit (metr. Thawil): Utinam mihi terra Nedjd esset et bona eius terra pro hac, super qua instrumenta Nauradj currunt [3]). Quum Salimus locutus esset, tantopere ipsam delectavit res, ut ei non responderet. Tum velum eius removens eam detexit. Homines autem utrumque separarunt. Ebn-Darah autem, qui victor exstitisset, totam gentem Fesarah satyra complexus est, quod gens Banu-Ghorab contra eum auxilium tulisset. Morrahum b. Wakih Masinitam autem satyra hoc modo perstrinxit (metr. Sarih): Hadabdaba, Badabdaba! de te nunc! Audite, recitabo vobis, o pueri! Gentis Fesarah b. Dsobjan camela hominem excrevit, turpem facie, o quam mirandus est creandi modus misericordis! Homines vicistis edendo veretro [4]), omni duro (erecto) instar columnae veretri asini et furto vicini et initu camelarum [5]). Vocem حدبدبا, quam alii حدندبا, alii حدبدبا pronunciant, in admirando adhibent, nomen ludi puerilis est. Scholiastes dixit, poetam verbis hisce adhibitis admirationem hominum movere voluisse, quod ipse in re huic ludo simili versetur. Mihi hisce verbis in ludendo usitatis, pueros quasi ad istum ludum convocare velle videtur, ut versus suos audiant divulgentque. Vocem بدبدبا ob similem sonum cum priore voce atque fortasse etiam in isto ludo usitatam poeta coniunxisse videtur. Quid verba منك الآن significent, non patet [6]). Mihi poeta puerum alloquens ei significare videtur, eius in ludo seriem iam adesse. Porro autem Salimus gentem Fesarah satyra perstringens dixit (metr. Basith): In gente Fesarah imbecillitas est inque collis eius, si tu ea vides, nodi sunt. Ei corda sunt, si glande penis eam satiasti; sed corda non sunt, quamdiu glandes non sunt. Ahena bulliunt

---

1) Mondsir regis nomen ante Mohammedem Hirae regnantis. De exercitu Nohmani b. Almondsir, qui significatur conf. Meidan. C. 2, 163.

2) De voce الناجيات celeres dubito. Sunt fortasse grana, quae celeriter in ore cameli manducantis circumvertuntur.

3) Vitam campestrem in regione Nedjd praestantiorem quam agriculturam Syriae habet.

4) Respicit proverbium: Num omnis assata haec caro vestra onagri veretrum est? Meid. C. 22, 96.

5) Hoc ad proverbium »Libidinosior quam Djumalah« respicere videtur Meid. C. 13, 136.

6) De Sacyus: quasi poeta diceret أعاجب بك se ipsum alloquens (de te nunc admiratione adficior) adscripsit.

veretris asinorum dissectis instar ungularum cameli, quibus crines enati non sunt. Hanc quoque rem respiciens poeta Farasdak verbis sequentibus Ohmarum b. Hobairah Fesaritam perstrinxit (metr. Basith): Quum ad gentem Fesarah commeatum et pabulum portas, camelos glandes penium portantes para! Fesarita si caecus esset, medicus dato veretro asini eius visum restitueret conf. Meidan. 22, 96. Alteram rem respiciens poeta idem dixit (metr. Wafir): O princeps fidelium! dum tu illicito abstines et generosus es, non praefectus avidus, num Iracam et Tigrin Euphratemque Fesaritae cibo dedisti, cuius manus levis est (furi), quippe cui antea pastor camelae iuvencae coxas non committebat (conf. Meid. 13, 136.). Abu-l'Motsanna [1]) in Iraca subsistens incolas cibum Chabiz edere docuit. Salimus porro gentem Fesarah perstringens satyrâ dixit (metr. Basith): O socii mei duo! mecum ad domum inter locum Alhoschûm et duas oras fluvii Dsat-Immar, quam vehemens ventus ex ventis aestivis visitat inter menses Redjeb et Zafar, quod carmen longum est. Inter alia autem dixit: Ad gentem Fesarah perfer, me **(p. 193.)** cum ea pacem facturum non esse, donec Somailus matrem Dinari futuat (conf. Meid. C. 24, 107. ipsa mater Somaili significatur) in duobus labris pudendi, inter quae glandem penis circumdans cutis occulta est et rima mulieris instar gibbi cameli iuvenci, molli. Num post Omm-Ijasam, cuius vestimentum longum erat, opprobrium dedecusque deflectitur et removetur? Ne a Fesarita securus sis, quocum solus es, posteaquam veretrum asini in cinere assavit, dum modo id in eo assat, modo id dentibus mordet sanguine infectis gingivis, iterum id edens sanguine manans. Et si in terra solus cum eo degis, camelam iuvencam tuam custodi et loris eam (vulvam) consue, metuo enim, ne eam retineat nudato podice eamque pene crasso ineat [3]). Fesarita enim libidine percitus esse non cessat ob stultitiam semper mugiens. Ego Ebn-Darah sum, ob quem genus meum cognitum est et num in viro Darah, o homines! opprobrium est? Radix est, quae in dignitate crevit et iusta evasit, dum caeteras radices sive eas noscat sive eas ignoret, repellit (i. e. sibi sufficit), e lumbo [4]) Kaisi, dum avunculi mei gens Banu-Asad sunt, gens generosissima, in quibus igniarium meum ignem emittit (conf. Meid. 11, 26.). Narrant Abdijjum b. Arthah ad Ohmarum

---

1) Beatus de Sacy adnotavit: Djeuharius hunc versum adferens s. v. حذ habet أوبيت. Vult Ferasdakus Ohmarum, utpote Fesaritarum genere furto adsuetum esse et solitum camelarum concubitum in deliciis habere. Abu-l'Motsauna videtur fuisse cognomen Ohmari filii Hobairae. Praefectus Iracae a Iasido constitutus era vid. Elmacin. p. 79.

2) Beatus de Sacyus adscripsit: estne turpitudo ultra turpitudinem. من خزى est pro خزى

3) Duo proverbia, quorum antea mentio facta est, respicit.

4) Sic dicit, quud in lumbis vis procreandi putatur.

b. Ahbd-Alahsis scripsisse ac petiisse, ut sibi uxorem Jasidi b. Almohalleb in matrimonium petere liceret; Ohmarum ei autem rescripsisse: Hisce Dei et prophetae laudibus praemissis ان الفزارى لا ينفك Fesarita non cessat etc. (sunt verba Salimi conf. Ham. p. ١٩٣ l. 6.) Si tibi res superflua est, hanc familiae tuae tribue! Ille (Salim) autem quum gentem satyrâ perstringere non cessaret, Somailus ben-Obair, unus gentis Ahbd-Allah b. Mauaf iuravit, se neque carnem esurum esse, neque caput loturum, neque cum femina rem habiturum [1]), donec eum occidisset. Somailus autem Ebn-Daraho Cufam recedenti, dum Somailus in desertum iter dirigebat, occurrit. Hunc quum Salimus conspiceret, ei dixit: Ne pater tibi sit! Nonne tempus tibi est iuramenti perficiendi? Somailus autem excusans se dixit: Per Deum! in gente ferrum non est, nisi acus sit. Post haec Salimus ad fratrem Cufam pervenit et inde mox ad gentem suam in desertum rediit, ubi versus dixit. Tum ex oppido Medina, quo cum camelis profectus erat, exiens vesperâ Somailo urbem intranti occurrit. Quem quum increpasset dicens: Nonne iuriiurando satisfacis? Somailus eum in tenebris, ut alter nil nisi strepitum audiret, secutus est. Ille hanc ob causam iumentum impellens, tamen impedire non potuit, quominus Somailus eum posteriorem sellae partem gladio attingens in brachio vulneraret extremo gladio segmentum longum, cuius pars apparuerat, amputans. Vulneratus Medinam rediit, ut sanaretur. Contendunt autem, Bosram, filiam Ohjainahi b. Asma (alii filiam Manthsuri b. Sabban b. Sajjar dicunt) Ohtsmano b. Ahffan nuptam medico venenum in medicamento clam immiscuisse, quo necaretur. Ante mortem dixisse fertur: Ad patrem Salimi de me epistolam perfer: Tu ne sis hominum propinquior dedecori neque centum stragulis tectos (camelos) [2]) ab iis accipe; sed Manthsurum b. Sajjar gladio tuo percute! Quo occiso homines autem dixerunt: Opprobrium ipsorum deleverunt [3]). Poeta Alcomait b. Mahruf istam rem respiciens dixit (metr. Thawil): Ne multum clamorem in ea re tollatis; nam gladius omnia Ebn-Darahi verba delevit [4]). Somailus quoque dixit (metr. Sarih): Ego Somail sum, Ebn-Darahi occisor et removens ignominiam a gente Fesarah, tum occisi eius pretium iuvencum camelum feci (conf. Meidan. T. II. p. 623.).

CXXXV.
Dixit Baschamah b. Hasn.

Abu-Hilalus dixit, duos poetas esse nomen Baschamah gerentes. Alterum, filium Alghadiri, nomine Ahmru b. Hilal b. Sahm b. Morrah b. Auhf b. Sahd b. Dsobjan hunc versum dixisse (metr. Motakarib): Mulierem Omamah longâ absentiâ fugisti et

1) Talia vota facere solebant ii, quibus ulciscendi officium impositum erat.

2) Beatus de Sacyus exemplari suo adscripsit: مجللة res gravis et universam gentem involvens.

3) Verba محو عن انفسهم in scholiis elliptice dicta sunt. Suppleri potest العار dedecus vel ما قال ابن دارة conf. quae sequuntur.

4) Verba محا etc. iu proverbium venerunt conf. Meid. C. 24, 107.

separatio difficile onus tibi imposuit; alterum poetam esse Baschamah b. Hasn Nahschalitam, cui Hamasae carmen tribuendum sit. Vir Alamidi [1]) appellatus alteri id adscribit.

1. Iam pro gente Chindif eiusque Kaiso iratus ego eram, quum eius spem fallentes ipsi auxilium ferre intermisissent.

Se genti Chindif et Kais i. e. duabus partibus gentis Modhar auxilium tulisse narrat, dum alii, in qua spem posuerint, eam reliquissent. Chindif cognomen erat **(p. 194.)** Lailae, uxoris Eliasi, filii Modhar b. Nisar. Cognomen ob verba marito suo dicta: ما زلت اخندف في اثركم Non cessavi celeriter incedere vestigia vestra sequens accepit [2]). Gens Modhar in duas partes divisa est, quarum una posteri Kais-Aihlani (Ebn-Kotaib p. 97.), altera posteri Chindifae erant. Narrant, quendam tempore Sobairi iniuste tractatum clamasse: يال خندف »Ad auxilium veni gens Chindif!« Quae verba quum Sobairus audiret, gladium manu tenentem prodiisse et dixisse: Apage! properanter incede, o properanter incedens! per Deum! si iniuria laesus es, auxilium tibi praestabo!

2. Earum dignitates defendi, tum eas tuitus sum et apud me in huic simili bello huic simile auxilium est.

Describit in hoc versu, qui cum antecedente cohaeret, iram suam et agendi rationem ex ea ortam. Versus autem pars posterior ambigua est. Triplex ei sensus tribuitur aut in ei similibus gentibus simile erit auxilium aut in simili auxilio huic simile carmen erit aut in simili bello simile auxilium erit.

3. Vir ego sum, qui in carminibus hostibus signum facit, nam pessima sunt carmina, quae signo carent.

Versuum priorum ratione habita verbis maxime aptum sensum esse puto, poetam carmina sua factis, non inanibus verbis componere et exornare, ut quilibet statim cognoscat, se carminis auctorem esse. Abu-l'Ahla dixit, sensum esse, se signum carmini suo intexere, ex quo, ut ex signo inusto camelus, cognosceretur. Poetas autem sui temporis in homoioteleuto nomen viri laudati inseruisse simili modo, quo poeta Alahscha in versu sequente fecerit (metr. Thawil): Iuravi, me eius (camelae) misericordia adfectum (non) iri aut ob lassitudinem aut ob pedes attenuatos, donec Mohammedi occurrat [3]). Veteres autem poetae hunc peculiarem modum secuti non sunt, viri laudati mentionem modo facientes, modo non facientes, ut in Nabeghahi versu (metr. Thawil): Obliteratus est locus Dsu-Hosan, abeunte Fartana et Alfawarih [4]),

1) Grammatici cognomen, qui nomen Abu-l'Kasem Hasan b. Baschar gerens anno 371 diem obiit. Conf. Anthol. Gramm. p. 131.

2) Res in Kamusi opere sub radice خندف pluribus narrata est.

3) Observandum est, in hoc versu futurum Nasbatum non sequi conf. Gram. Ar. T. II. p. 24 sq.

4) Vox فالفوارع cum voce ذو حسى coniungenda est; quae nomina locorum sunt conf. Kam. Fartana autem nomen mulieris est. In codice suo beatus de Sacyus legit فالنوابع .

in quo nomen regis Alnohmani non commemoravit; sed modo recentiorum hominibus, qui eum ad regem detulerant, appellatis carmini signum fecit,« dixit enim: Per vitam meam! et vita mea levis mihi non est, mendacium contra me protulerunt homines, quibus nomen Akrah (calvus) est; homines Akrah appellati gentis Auhf, alios non expeto, simiarum facies, qui quaerunt, quibuscum altercentur. (In codice de Sacyano تخادع est). Sunt etiam, qui dicant, verba inversa esse, ut sensus sit: Carminibus meis inimicos meos insignio, quemadmodum alius quidam dixerit: (metr. Thawil) جعلت له فوق العرانين ميسما Feci ei super naso signum.

4. Gens mea, dum congregatur, bello continuo adsuefacta est, quod gladius Maschraficus et hasta accendunt.

Cum laude sua laudem gentis suae coniungit. Fortem eam esse dicit belloque adsuefactam. De verbis الحرب العوان conf. Ham. p. ۱۸۰. Intima autem coniunctio statu, quo quis ad matrem referendus est, indicatur. Bellicosus igitur filius belli appellatur. Similis loquendi modus Ham. p. ۳۴۰ v. 5. invenitur. Cognomen Maschraficorum, quod gladiis additur, a terris, regionibus Arabum imminentibus (مشارف), derivatum est. Omissa est vox للسيوف. Mersukio sunt vici, ubi gladios fabricabantur. conf. Beat. de Sacy Chrest. Ar. T. III. p. 53. Aliis denique a loco Mutah, qui ad partes مشارف الشام appellatas pertineat, originem duxerunt. conf. librum اثار البلاد dictum p. ۱۸۳. Gladii quoque Indici conf. Ham. p. ۱۹۸ v. 2. et Iemanenses (Ham. p. ۳۸۴ v. 2.) celebres sunt. Bellum cum igne comparatur (conf. Ham. p. ۱۳ v. 3. p. ۷۷ v. 1.) et hanc ob causam اشعالها (accensus eius) poeta dixit. Aut ante hanc vocem vox ذوات supplenda est, ut nomen cum nomine congruat aut ante vocem المشرفية vocem سل (evaginare) et ante vocem القنا vocem حمل (portare) suppleas, ut nomen actionis nomini actionis in comparando conveniat. Sunt autem, qui voci المشرفية casum genitivum dent. Hoc recepto phrasis cum voce العوان finita et vox جمعيهم cum sequentibus coniungenda est, ut sensus sit: Congregata gente ope gladiorum Maschraficorum lancearumque bellum accenditur.

5. Omnes noverunt, gentem Morrah hastis iterata vice bibendum porrigere, dum eius officium est, ut prima iis vice bibendum dent.

Gentem suam non solum officio satisfacere; sed plus etiam facere dicit. Hanc agendi rationem iis semper consuetudini fuisse. Lanceae autem cum camelis comparantur, quos una alteraque vice ad aquam, ut plane satientur, ducunt (conf. Ham. p. ۲۹ v. 1. p. ۳۸۵ v. 4.). Simili modo prioris potus mentionem fecit poeta verbis (metr. Wafir): نهلنا من دماء بني لويّ وانهلنا القنى حتى روينا Prima vice sanguinem gentis Banu-Lowajj bibimus et prima vice lanceis bibendum dedimus, donec satiarentur.

(p. 195.) *6. A tempore Ahdi notum erat, nos reges captivos facere et occidere, et cum iis pugnare.*

Ab antiquissimis temporibus genti suae fortitudinem maximam propriam fuisse, ut non nisi cum regibus bellum gererent. Hisce verbis indicat, eam regibus nunquam paruisse, ut eorum subditi essent; sed eas reges saepe vicisse. Praepositio من loco vocis منذ posita

est (conf. Ham. p. ١٨٨ v. 2.), ut initium temporis significetur. Ahd antiquissimae gentis nomen est (conf. Herbelot 1, 83. Abulf. hist. ante Islam. p. 178. et Pocock. spec. hist. Arab. multis locis Hamas. p. ٢٨٥ Meid. 3, 49.). Gens ex pluribus familiis constans (conf. libr. اثار البلاد p. ٣٢, ٦٦) in Hadhramauto habitasse dicitur. Ad significandum tempus antiquissimum saepe auctores voce utuntur. Vox غتلها est pro usitatiore قتلهم; suffixum ad vocem الملوك referendum est conf. Gram. Ar. T. II. p. 265.

CXXXVI.

Dixit Arthah b. Sohajjah.

Poeta tempore Omajjadarum vivens facundis gentis Islamitae poetis adnumeratur. Simul vir probus, generosus et in gente sua gloriâ excellens (Ham. p. ٣٠٦, ٧٢٥). Filius Sofari b. Ahbd-Allah erat. Matre usus est سهية appellata, quae filia Rameci b. Merwan b. Sohair, captiva e gente Calb erat. Ad Sofarum gravida perducta peperit. Filium habuit علاى appellatum, qui tempore Ohmari b. Ahbd-Alahsis vixit. Nomen ارطاة nomen unitatis vocis ارطى esse, grammaticus Abu-l'Fath dixit. Grammaticus Abu-l'Hasan adnotavit اديم مرطى, ut voci ارطى forma افعل sit. Convenit esse litteram tertiam ى, ratione plurimarum vocum habita. Dicitur quoque اديم مؤرطا, ut forma مفعلى, simili in vocibus مسلقى et مجعبى sit. Qui autem مرطى dicit, ei مؤرطا forma مؤفعل est, quae similis est formae مورنب in hoc versu (metr. Thawil): Dependit super rara coma praeditas sitientes, quasi sint sphaerulae pueri in sacco e pelle leporino facto. Nisi fallor mulier testiculos describit; sed voces حص et كرار ambiguae sunt. Vocem سهية autem formam deminutivi (تحقير) vocis سهوة (levis cursu) aut vocis سهوة deminutivum (تصغير), qua voce clavi obliqui in interiore tentorio, vasis superimponendis destinati significantur aut deminutivum eiusdem vocis tanquam nomen vicis (negligere) aut denique deminutivum (تحقير) vocis ساهية (negligens) esse posse dicunt.

1. Nos patrueles sumus; non obstante cognatione inter nos tapeta sunt, in quibus odium et mutua inimicitia exsistunt.

Gentilium suorum statum describens dicit, cognationem inter ipsos amicitiam non producere; sed invicem odio et inimicitia impletos eos esse. Voci ذات بيننا alii significationem locorum inter ipsorum domos tribuunt, ut vertatur »nos sumus patrueles; super locis inter domos nostras sunt tapeta etc.« alii verbis ذات بيننا cognationis significationem inesse dicunt, ut vertatur »super cognationes nostras sunt tapeta« aut »non obstante cognatione sunt tapeta«: Sunt denique, qui legant على ذاك »in isto statu inter nos«. Et vocem زرابي vario modo interpretati sunt. Abu-l'Ahla, qui dixit inimicitiarum dictorumque laedentium significationem voci tribui, hanc significationem sic explicare et probare tentavit: Eam provenire a loquendi modo زربت البهم فى الزريبة »agnos in caulam immisi« et Arabes dicere: بينى وبينه دسيس عداوة »inter me eumque occultatio inimicitiae est«, ut in versu poetae: (metr. Camel) Ne vos duo occultationem inimicitiae mihi unquam fastidiatis, nam quod vos fastiditis, meum fastidium non movet (leg. بمستمى, nam بستمى

metro repugnat). Sunt tamen, qui in carminibus Arthahi in versu nostro زرايب inveniri dicant, ut pluralis vocis زريبة esse videatur. Inimicitiam autem زريبة appellatam esse, quod in cor immittatur. Simili ratione odium ضب appellatum esse, quod in corde, sicut lacerta in latibulo suo, lateat. Inimicitiarum significatio igitur ab occultando deducitur. Maxime tamen scholiastae ea interpretandi ratio probanda videtur, qua littera ى in voce زرابى duplicatur, ut voce strata, tapeta significentur. Voci زريبة ex Chalili sententia significatio stragularum Hirensium, tenuium convenit. Abu-Obaidahus vocem altera شوذكين explicat, qua panni crassi Iemanenses designantur. Ex Corani loco Sur. 88, v. 16. videmus, esse stragulas, super quibus in terra Arabes sedentes colloqui solebant, ut ab Abu-Ohbaidaho data significatio aptior videatur. Metaphora utentes igitur dicunt: بساط الكلام »sermonis stratum«, et اطو بساط الشر بينى وبينك »Complica stratum mali inter me et te!« i. e. malum cessare fac! Quidam elegante modo dixit: فرشت بيننا قطوع النمايم »inter nos tapeta obtrectationis expansa erant. In scholiis ad postremum carminis versum nonnulla tanquam suo loco neglecta supplentur. Namaritam dixisse, maiorem doctorum partem nescire, quaenam vocis الزرابى significatio sit. Vocem autem stratorum diversicolorum significationem, habere et voces ذات البين inimicitiam significare. Sensum versus autem esse: Vela pulchra eorum inimicitiam tegere. Abu-Mohammedes Alahrabi in hoc refellendo more suo proverbii: Curae in podice Mariae ultro citroque commeant, nescitque utrum proficiscatur an maneat (conf. Meid. C. 3, 112.) mentionem fecit dicens, eum errasse in versu interpretando, quum bonum versus textum non haberet. Rectum esse modum ab Abu-l'Neda adductum, eum sic versum invenisse: ونحن بنو عم على ذاك بيننا زوانب فيها بغضة وتنافس. Voci زوانب, quae singulari careat, significationem dictorum pungentium esse. Hoc Abu-Hilalum adnotasse.

2. Nos instar fissurae ampli scyphi sumus, qui si cuidam, ut reparetur, traditur, eum relinquit, dum eius rupturae partes inter se distant.

(p. 196.) Ut inimicitiam illam tanquam inveteratam magnamque, quae removeri non possit, describat, statum gentis cum magna olla rupta, cuius partes invicem distent, ut in integrum restitui non possit, comparat. Vocem صدع adhibuit significaturus, ollae magnae ruptae partes separatas esse, fieri enim non potest, ut talis olla reparetur. Vox شعب tam separandi quam colligendi significationem habet; reparandi autem significatio ex colligendi significatione provenit. Verbum تشاخس maxime in dentibus inter se distantibus et diversis ob senectutem adhibitum in alias res translatum est.

3. Alienatio nostra tanta est, ut salus dicta peregrino non reddatur et sternutanti nemo bene precetur.

Gentis conditionem singulis additis dilucidat. Quum ne salus quidem dicenti reddatur neque sternutanti bene quis precetur, inde cognosci posse, mutuam eorum inimicitiam maximam esse. Mersukius priorem versus partem sic explicavit: يقول يكفيك من الشر الراتب بيننا انه لا ترد تحية الواحد منا يريد جواب تسليمه وان كان الالتقاء معه عن عفر كالالتقاء مع الاجانب والغرباء

et in margine legimus: رجل جانب اى غريب من طول العهد اى من طال عهده كان احرى ان يسلم عليه ممن يلقى صاحبه كل يوم. Poeta in eo, quod ne ei quidem, qui tanquam peregrinus raro nobis occurrat, salus dicta reddatur, inimicitiae argumentum invenit. Mersukius quoque adnotavit, vocem بيننا proprie adverbium nomen factum esse, ut in verbis poetae: (metr. Wafir) Quasi eorum lanceae funes longi putei profundi, cuius parietes interstitio remoti sunt et in Corani loco Sur. 6, 94. Profecto eorum separatio abrupta fuit, quo in loco vulgarem legendi modum بينَكم esse, silentio praetermittendum non est. In versu autem et يشمت et يسمت cum eadem significatione invenitur. Grammaticus Abu-Ahli Alfaresi verbi سمت significationem derivandam putat a via, ratione agendi (سمت), quasi cum ad viam suam reducat; verbi autem شمت a pedibus شوامت (conf. Chrest. Ar. T. II. p. 485.), quasi eius pedes firmos esse velit. Legi etiam potest تردُّه in versu. Hoc recepto particula انْ ex انَّ orta putanda est. Simili modo in Corani loco Sur. 20, 91. verbum يرجع tam vocali Fatha quam vocali Dhamma pronunciatur. In margine codicis بينَنا adscriptum est et in textu Tebrisii صاحب loco vocis جانب corrigens quis scripsit.

CXXXVII.

Dixit Ahkil b. Ohllafah Morrita.

Poeta tempore Omajjadarum inter Koraischitas multum honoratus erat, ut Iasidus b. Ahbd-Almalec (regnavit ab anno 101 — 105) eius filiam in matrimonium duceret (conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 300 sub voce Ohkail.)

Grammaticus Abu-l'Fath nomen Ahkil non translatum esse dicit. Nil tamen obstat, quin significationem participii passivi (معقول) habeat. Grammaticus Almobarrad cognominatus narravit, se a viro Ohmarah b. Ahkil rogatum, ut versum poetae suae gentis proferret, Abu-Tammami versum sequentem recitasse: (metr. Thawil) Homines, qui, quotiescunque pugna (terror) ampla est, pectora lancearum in agminum pectora immittunt, tum alterum dixisse: Maledicat ei Deus, quam pulchra est verborum repetitio [1])! Djeriro talem in poesi placuisse ex eius versu cognoscimus: (metr. Thawil) Ne cesset (leg. زال) Ihkal (vinculum) a liberalitate vinculis retentus, ne cesset Habes (ligans) a gloria assequenda retentus esse [2]). Vox علف fructus Araci designat. Sic in Alahdjadji versu: (metr. Redjes) Collo candidae (camelae) fructus Ohllaf prehendit (i. e. ipsa candida camela collum extendens prehendit). Abu-l'Ahla dixit nomen عقيل eodem modo, quo vox عقيلة, derivari posse, ut nobilis et excellens gentis significetur. Nec non a verbo عقل »alligavit tarsum cameli ad armum« aut »expiavit occisum« derivari potest.

1. Abstinete et Ebn-Abi-Labidum interrogate, num audax, fortis ipsum contentum reddiderit.

Monet poeta homines, ne malum et inimicitiam excitent; fieri enim non posse, ut, qui

---

1) Vox ردة repetitionem eiusdem vocis in versu designat. conf. de voce ترديد libr. meum Darstellung d. Arab. Versk. p. 529. Totus autem locus nonuisi ob versum Djeriri, in quo vox معقول invenitur, adnotatus est.

2) Voces عقل et حابس ambiguae sunt; sed vix dubito, quin nomina propria sint, in quibus verborum lusus est.

fortes audacesque irritet, inde noxam non percipiat. Cui vero admonitioni ut fides habeatur, virum experientia edoctum interrogare iubet. Nil quoque impedit, quominus verbis ludibrium insit, ut ille Ebn-Abi-Labidus, qui poetam laedere voluerit, tanquam experientia edoctus describatur. Poeta igitur se aut cum leone comparavit, nam voci الضبارمة leonis significatio est, aut se ipsum audacem contra hostes describit, nam et hanc significationem vox habet. Voci اعتبة »num eum contentum reddidit« ludibrii quid inest, nam re vera contentum eum non reddidit, sed quum ei, quemadmodum mereret, retribuerit, eius agendi rationem quasi provocasse videtur, ut ea contentus esse debeat.

(p. 197.) *2. Sed hoc vos non facietis, donec, sic equidem puto, extremum lignum flamma attingit.*

Metuens, ut consilium sequantur, eos non quieturos putat, donec malum ad extremum perveniat. Obiectum vocis فاعلين omissum est; sed ex verbis versus antecedentis cognoscitur, quasi dixerit: ولستم فاعلين التناهى »Vos non abstinebitis«. Malum bellumque cum igne comparari vidimus (Ham. p. ٧٧ v. 1. p. ١٩٧ v. 1. p. ٣٣٩ v. 3.). Verbis: »donec flamma extremas ligni partes arripuit«, significare vult, rem ad summum et extremum finem pervenisse. De voce اخال confer p. ١٣٠ v. 5.

3. Mihi autem maxime odiosi eorum, quos lingua mea laedit, ii sunt, a quo hostes repello.

Se aegre ferre dicit, quod homines, quos contra homines defendat, se ita gerere, ut satyra eos perstringere cogatur. Tum ingratus eorum animus, tum quod cognationis immemores sint, ad satyram eum maxime excitasse videtur. In hocce versu rectus verborum ordo desideratur; nam inter verba, quae ad sensum comparativi vocis ابغض complendum necessaria sunt, vocem الى metri ratione ductus interposuit. Post vocem لسانى ei locus convenit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 609.). Huiusce rei exemplum in versu, quem Abu-Obbaidahus adduxit, invenitur: (metr. Thawil) N u m t r i s t i s e s, s i m o r s a d a n i m a m v e n i t, e t c u r n o n a b e a r e p e l l i s, q u a e i n t e r d u o t u a l a t e r a e s t (i. e. cur animam a morte non defendis). Scribendum autem fuit: فهلا تدفع عن التى بين جنبيك.

4. Vicinas autem domus meae non interrogo: Utrum absentes mariti vestri sunt an praesentes?

Castitatem suam laudat poeta fortasse diversam inimici sui rationem respiciens. Mersukius autem ad eorum sententiam accessit, qui putant, in hoc versu poetam castitatis nondum rationem habuisse, quippe cuius in sequentibus mentio fiat; sed eum vicinas non ita curare, ut, quae sint earum res, cognoscere studeat, quemadmodum alius quidam dixerit: (metr. Camel) اذا اتى من وجهة بطريفة لم اطلع مما وراء خبائه Q u u m r e m n o v a m e q u o d a m t r a c t u a d f e r t, e g o n i l e i u s, q u o d p o n e v e l u m e s t, c o g n o s c e r e s t u d e o. Ego vero in eo, quod castitatem, quae ipsi cordi est, pluribus versibus descripserit, nil mali video. Alius quidam poeta se nil vicinas curantem verbis sequentibus descripsit: (metr. Redjes) O v i c i n a e n o s t r a e d u a e! q u a e d i u i n p r o p i n q u o m e o e s t i s, n e s c i o (n i s i q u o d c o n i e c t u r a o p i n o r), u t r u m d a e m o n e s a n

homines sitis? In voce رجالك suffixum singularis ex plurali abiecta littera ن ortum putant. Sed fieri potest, ut singularis sit ob negligentiam in sermone positus (conf. Gram. Ar. T. II. p. 501.).

5. Neque vero ego e domo vicini mei prodeo, quemadmodum asinus silvester, cui exiguus tantum potus erat, (ab aqua) abit,

Versui ab interpretibus varius tribuitur sensus. Alii dicunt sensum esse: Si vicinus meus me invitavit, ego inde abiens animo contento sum, ut, quae ibi relicta sint, non cupiam, quemadmodum asinus silvester ab aqua fugiens eius desiderio tenetur; saepe enim fit, ut asinus silvester ad aquam accedens ob venatorum metum non satiatus celeriter recedat. Hominis igitur insatiabilis cupiditas cum onagri cupiditate collata est. Sunt autem, qui verbum غمر a nomine غمرة (copia magna aquae) derivandum significare dicant, asinum omnino satiatum esse. Hac significatione recepta, voracitatem negans poeta, se invitatum a vicino modeste in cibo sumendo agere. Sunt denique, ad quos ego accedo, qui sensum cum antecedente versu cohaerere putent, ut in hoc quoque castitatem suam laudet. Duplex igitur comparandi ratio versui inest, una, qua vir modo onagri ab aqua e domo vicini, ne a marito conspiciatur, aufugit, altera, qua desiderio suo quodammodo satisfecit; sed ut asinus ad aquam, sic ille ad vicinam redire cupit. Pro voce غمره legitur quoque أجّزه, ut sensus sit, qui venatoribus praesentibus ad aquam accedere non potuit. Sic vir in eo, ut in domum vicinae intret, conspecto marito celeriter redit. Onagrum celeriter fugere, in proverbium venit conf. Meid. T. III. No. 3033.

6. Aut conchis albis ornato puero scuticam proiicio cum eo ludens, dum eius suspicionem volo.

Castitatem suam describens se nil agere dicit, quo matris aut nutricis amorem sibi paret. Liberis suis Arabes res quasdam appendere solebant, ut mali oculi noxam averterent. Inter alia erant conchulae albae ودعات appellatae, quae huic usui inservirent. Ni fallor, aut invidiam ob pulchritudinem aut admirationem puero nocere putantes, rebus, quarum pulchritudo oculos ad se alliceret, in istum usum Arabes utebantur. Generaliore nomine id ab Arabibus طوق appellatum esse videtur conf. Meid. C. 22, 37. Amuleti autem genus albo nigroque variegatum et loro affixum et تميمة appellatum a Iudaeis ad Arabes pervenisse videtur conf. vocem Hebraicam تميم et Exod. 28, 38. Hanc autem rem Mohammedes non probans, eius loco aliam rem عوذة appellatam, in quam Corani verba inscribebantur, concessit. Concharum illarum mentionem fecit poeta in versu: (metr. Basith) Aetas anus rugosae, vetulae aetas est, et mens pueri mens, qui concham madefacit (oris saliva). Verba وربيته اريد »eius opinionem aut suspicionem volo« significare possunt, cum hoc facto matris suspicionem in se convertere velle, ut ex eo viri voluntatem cognoscat. Vox وربيته igitur pro وريبة امه est, quae voces significare possunt, cum pueri cogitationem in istam rem convertere velle, ut cum matre solus esse possit. At sunt, qui pro voce وربيته egant وربته »et eius nutricem vel eius dominam«, qua voce aut matrem pueri **(p. 198.)** ipsam aut si servae filius est, dominam designat. Simili modo dixit poeta: (metr. Sarih)

Pueros non capio oscula dans, nam una re altera intenditur. Alius autem dixit (metr. Thawil): احب صبى السوء من اجل امه وابغضه من بغضها وهو حادر Puerum pravum ob matrem amo et eum, dum pulcher est, odio habeo ob eius (matris) odium. Pro voce ملق in M.. ukii codice ملقى scriptum est. Abu-Rijischus dixit, Abu-Tammamum in adferendis duobus postremis versibus errasse, qui viro Ebu-Abi-Nomair Alkattali e gente Banu-Morrah tribuendi sint.

CXXXVIII.

Dixit Mohammedes b. Abd-Allah Asdita.

Grammaticus Abu-l'Fath dixit, gentem modo اسد modo ازد appellari et nomen non esse translatum.

1. Patruelem meum, qui in ora incedit, non propello et si noxae eius scarabaei ad me perveniunt;

Verborum ratione habita et nexus verborum hunc versui sensum inesse puto: se patruelem in periculo versantem, etsi ille ipsi noxam inferre inimicitia commotus incipiat, in malum non detrudere. Comparatio ab homine desumta videtur, qui in praecipitii ora aut fluvii ripa incedens facile in illud detrudi potest. Mors autem cum aquarum magna mole comparatur conf. Ham. ٣٢٩ v. 2. conf. Coran. Sur. 9, 110. Sunt autem, qui talem verbis sensum tribuant: »Si a me recedit me fugiens, eum agendi ratione mea ipsi ingrata a me non amoveo.« Inveniuntur denique, qui verbo مشى calumniandi significationem dent, ut in proverbio: هو اضرب من مشى بشفة Is eorum, qui calumniantur, maxime percutiens est (conf. Meid. T. III. Nro. 1744), quasi e loco Corani Sur. 68, 11. derivatum sit. Hoc admisso vocem بشفا cohaerere dicunt cum voce كاينا supplenda, ut versus sensus sit, se eum a calumniis suis vi non repellere; sed benigne agendo reducere. Qui interpretandi modus, etsi Mersukio et Tebrisio arridet, mihi reiiciendus videtur, tum quod longius petitus est, tum quod construendi modus non placet. In locis et proverbii et Corani citatis verbum مشى cum sequente nomine ope praepositionis coniunctum est, ut nonnisi isto nomine adiuncto calumniandi significationem obtinuerit, nec non in versu verba على شفا modo simpliciore et naturae loquendi aptiore cum verbo يمشى coniunguntur, quam cum voce supplenda. Voce الجنادع calamitates significari, scholiastes dixit; sed voce initia rei potius significantur. Loquendi modus inde desumtus est, quod in latibulis lacertarum viperarumque scarabaei degunt, qui, si latibulum effoditur, ante illa animalia procedunt, ut quasi eorum initia sint. Cum hoc cohaerere proverbium »Scarabaei eius apparuere« (Meid. C. 2, 73.) Alazmäihus dixit, quod in initiis tam mali quam boni adhibeatur. In initiis boni adhiberi, inde ortum videtur, quod ex latibulis lacertarum prodit, in malis vero, quod e latibulis viperarum scorpionumque exit (conf. Meid. C. 1, 347.). Proverbialis quoque loquendi modus est: جاءت جنادع الشر »Initia mali venerunt« conf. Meid. T. III. Nro. 1076. Tum quoque in sermonem translatus loquendi modus est, ut dicatur: جنادع القول »initia sermonis pravi.« Vocem

quoque in bullis vini adhiberi, e versu poetae Alahscha cognoscimus (metr. Ramal): Et vinum, cuius bullas, quum in aliud vas effunditur, plertae Dsobah flores esse, oculus putat.

2. Sed eum consolor et eius peccata obliviscor, ut eum aliquando stàtus redeuntes ad me reducant.

In describenda agendi ratione sua pergens, se ei in calamitatibus auxilium praestare, ut ista benignitate ad ipsum reducatur, dicit. Similem sensum quam in posteriore versus parte expressum Ham. 9 v. 2. invenimus. Scholiastes verbum الاسى seu واسى explicavit verbis اجعله اسوة نفسى »eum mihi aequalem facio«, dum dimidium opum mearum ei concedo. In voce الرواجع (redeuntes) substantivum ex. gr. الاحوال (status) omissum est.

3. Vilitati autem et pravae agendi rationi adnumerandum est, quod propinquo adversamur; etsi alii eum amicitiam rumpere dicunt.

Suam cogitandi rationem erga propinquos exponens dicit, nullo modo propinquo a nobis adversandum esse, quippe quae agendi ratio et turpis et noxia sit. Quod si voci ذل vilitatis, qua nos, dum impotentes sumus, adficimur, significatio tribuitur, poeta dixit, nos, dum propinquis nostris adversemur, viles aliis fieri, siquidem potentia nostra auxilio propinquorum nitatur conf. Meidan. C. 3, 29. 23, 81. et 18, 55. Sed si internam animi vilitatem vox significat, cum sequentibus وسوء صنيعة unam candemque sententiam continet. Vox قطع praedicatum est subiecti هو is omissi, nec non obiectum vocis قطع omissum est sc. vincula cognationis. Sunt vero, qui وإن et quod legant. Hoc recepto, quod minus bonum est, vertas: Vilitati et pravae agendi rationi adnumerandum est, quod propinquo adversamur et quod dicitur: »is cognationis vinculum rumpit.« Similem autem versus sensum poeta Alhothaiah expressit dicens (metr. Wafir): فأبقوا لا ابا لكم عليهم فإن ملامة المولى شقاء Superstites eos conservate, ne pater vobis sit! nam reprehensio patroni infelicitas est.

CXXXIX.
Alius quidam dixit.

1. Si mihi invident, eos ego non vitupero, nam ante me bene meriti invidiae obnoxii erant.

Poeta ob invidiam aliorum eo se consolatur, quod ante suum tempus viri meritis insignes invidiam aliorum experti sint. Cum viris bene meritis se comparans, se eos non vituperare dicit, quippe qui invidia sua laudem suam praedicent. Pulcherrime alius dixit (metr. Camel): Quum circum eius tentoria oculos libere dimittis, nil **(p. 199.)** nisi beneficium et invidum invenis et Ahmru b. Abi-Rabiah dixit [1]) (metr. Ramal): وقديما كان فى الناس الحسد Et olim inter homines invidia erat. In versu autem nostro لايمهم est pro لايم اياهم. Vox قبلى quum in phrasi ad sensum temporis praete-

1) Huiusce nominis vir tempore, quo Djassasus Colaibum occidebat, vixit.

riti propter sequentia قد حسدوا definiendum haud necessaria sit, a grammaticis لغو appellata est (Gram. Arab. T. II. p. 609.); verba vero من الناس explicando inserviunt; verba denique قد حسدوا loco praedicati sunt.

2. Ego iique in eodem statu permaneant et maior nostrûm pars ira ob id, quod sentit, moriatur.

Se suo statu, dum eorum invidiam non curet, contentum esse dicit. Eum autem ob eorum invidiam non irasci, ex eo videmus, quod optat, ut, qui maiore ira adficiatur, pereat. Verba ما بي poetae statum, qui causa invidiae aliorum est, et verba ما بهم invidiam illorum designant. Verba اكثرنا غيظا, quamquam ad verbum significant »maior nostrum irâ« i. e. is nostrum, qui maiorem iram concipit, tamen ob verbum مات »moriatur!« poetam iratum esse non dicunt; sed potius, poetam non esse iratum exprimunt. Verbum يجد est pro يجده »propter id, quod invenit« i. e. ob invidiam, quam in se invenit aut meritum, quod in eo, cui invidet, invenit. Abu-Tammamus ab hisce versibus sensum, quem duobus versibus expressit, derivasse putandus est; sed in modo dicendi novus existit (metr. Camel): Quum Deus virtutem explicare (divulgare) vult, quae complicata (i. e. aliis ignota)[1] erat, ei invidi linguam decernit. Nisi timor ob finem esset, invidus in eum, cui invidet, beneficium semper conferret.

3. Ego is sum, quem in pectoribus suis inveniunt, neque prodiens inde adscendo neque descendo.

Se eorum animos dolore semper adflicturum esse dicit. Poetae autem virtutibus quum invideant, versum significare puto, poetam virtuti semper operam daturum, ut gloria crescat. Poetae يجدونني dicendum fuit; sed fit interdum, ut pluribus litteris Nun convenientibus, una, ut pronunciandi modus levior fiat, abiiciatur. Ratione autem habita vocis antecedentis الذى, rectius يجدونه dicendum erat. Scholiastes rem, quae negligentiae adscribenda est, sic excusavit: Vocem الذى esse praedicatum vocis انا et praedicatum subiectumque unam rem esse. Prior igitur vox et posterior quum una res sit, poetam non curantem, quod suffixum ad posteriorem vocem pertineat, id ad priorem retulisse. Eandem rem observari in versu, qui Ahlio adscribatur (metr. Redjes): Ego sum, quem mater me (pro eum) leonem appellavit[2]. Vox صدرا, quum nomen actionis sit, locum status (حال) (ut pro صادرا sit) occupat (Gram. Ar. T. II, 73.). Si verba فى صدورهم ad sensum definiendum necessaria non esse tibi videntur (لغو conf. Gram. Ar. T. II, 609.), verba لا ارتقى locum secundi obiecti tenent, sin vero verba فى صدورهم locum secundi obiecti habere putas, verba لا ارتقى statui definiendo inserviunt.

CXL.
Alius quidam dixit.

1. Mali (belli) minor pars initio apparet, et qui belli ignem accendit, is eo non uritur.

Initia belli parva esse et minimi momenti rem id accendere. Saepius autem fieri, ut

1) Virtutem cum panno comparavit, qui complicatus haud bene cernitur.

2) Versum dixisse fertur anno septimo, quo arx Chaibar oppugnabatur conf. Abulfed. Ann. T. I. 138.

qui bellum accenderit, eius malis non adfligatur. Prioris sententiae exemplum videmus in bello gentis Becr et Wajel, cuius causa camela erat, quae sagitta in ubere vulnerabatur (conf. Meid. T. I. p. 683 seq. et Memoir. de l'Acad. L. p. 378 seq.). Per quadraginta annos pugnatum est; tum in bello Dahes et Ghabra (conf. Meid. C. 13, 119. 21, 96. et Memoir. de l'Acad. L. p. 392 seq.), quod ob pignus, quod reddendum erat, recusatum quadraginta quoque annos duravit et denique in bello filiorum duorum Kailae [1]), quod ob pedis percussionem initum per plures quam triginta annos erat. Sententiam prioris partis versus poeta alius sic expressit (metr. Camel): الحرب اول ما تكون فتية تسعى ببزتها لكل جهول Bellum initio puella est; quae in armis suis omni ignoranti meretricium facit et alius quidam dixit: كم مطر بدوه مطير Quoties pluviae initium parvum est conf. Meid. C. 10, 226. 13, 99. Ham. p. ١٣٣ Meid. C. 28, 121. Caeterum versus noster iis adnumerandus est, in quorum priore et posteriore parte sententia proverbialis est. Similem rem in versu Nabeghahi observarunt (metr. Thawil): Tu is non es, qui fratrem, cuius statum non reparas, in negotio disperso perseverantem esse sinas. Quinam virorum est aptatus? Posterior autem versus sententia sic intelligenda est. Fieri saepe, ut tum stultus, tum ignavus, cui belli notitia non sit, imprudenter bellum accendat. Hunc bello accenso pugnas fugere, dum fortis, ne honor laedatur, belli periculis se exponat. Vox يبدءه pro يبدء منه, dum suffixum, praepositione omissa, cum verbo coniunctum est. Loco vocis بنار legitur quoque بجل »maiore parte.« De belli igne conf. Ham. p ١٣ v. 3. ٧٧ v. 1. ٢٨١ v. 1. ٢٨١ v. 2. 3. ٧١٥ v. 4. Suffixum in voce جانبيها ad bellum referendum est.

2. Bellum invitos quoque adtingit, sicut sani (cameli) scabiosis appropinquantes inficiuntur. **(p. 200.)**

Comparatione instituta ostendit, belli noxam eos quoque, qui id non excitaverint et inviti accesserint, attingere. Bellum cum scabiosis camelis confert, ad quos si sani appropinquant, morbo inficiuntur. Belli comparatio cum camelo frequens est conf. Ham. p. ٨٧ v. 1. ١٣٠ v. 1. ١٤٥ v. 5. Hic vero comparandi modus novus est. Verbum لحق et sine obiecto adhibetur, nam vocem غيبا pro بيا loco obiecti esse non puto.

3. Vidi ego te petentibus debitum solventem et sanguinis guttae debitum difficile solvitur.

Virum hoc versu, qui cum antecedente sensu haud arcte cohaeret, laudat, quod debitis solvendis celeriter operam det; dum sanguinis autem debitum difficile ab eo exigatur. In priore versus parte liberalitatis ac iustitiae laus est, dum eum ab avaritia et aviditate remotum esse dicit, in altera autem fortitudinis, ut ab hostibus ulturis non vincatur. Vox تقاضيها est pro تقاضيك بها. Sunt autem, qui verbis diversam; sed, ut mihi videtur, ex-

1) Filii Kailae gentes Aus et Chesredj sunt. Illud bellum ante Islami tempus erat (conf. Meidan. T. III. Pars I. p. 582. 588.). In Djeuharii opere legitur: Chesredj 'Anzaritarum tribus, partibus Chesredj et Aus constantes, qui filii mulieris Kailah appellatae sunt e Haritsahu oriundi, Iemanensibus accensentur.

torsum et verborum significationi minus aptum tribuant sensum hunc, ut vituperationi sit: Talis tu es, ut facile te ulciscantur, dum ab aliis vindicta cum difficultate sumitur. Hoc recepto eum, quem significat, fortem non esse dicit. Vox الدين (debitum) igitur necis ultionem significat et vox تقاضيها pro تقاضى غيرك بها est. Nil autem mihi impedire videtur, quominus laudis sensus verbis inesse putemus, ut virum talem descripserit, qui nullo mortis periculo territus necem ulturos non fugiat; sed ulcisci volentibus se opponat, dum alii mortem evitent. Similem suffixi in voce تقاضيها modum in versu Lebidi videmus (metr. Camel): Primo diluculo mane veniens in eius re necessaria vici gallinas i. e. ad eum veniens ante tempus, quo gallinae surgunt, in re mihi cum ipsa necessaria, nam vox حاجتها pro حاجتى اليها est.

4. Viros sedentes et eius causa anhelantes vides modo parturientis, quum meatus angustus est.

Hic versus in Mersukii codice non legitur, qui si cum antecedentibus cohaeret, ad bellum in secundo versu aut ad ultionem, cuius in tertio versu mentio est, respicit. Aliis aut bellum aut vindictam magnas molestias creare dicit. Illas molestias cum doloribus parturientis, quae multum in difficili partu anhelat, contulit. Suffixum لها aut ad bellum aut ad rem, cuius in versu antecedente mentio facta est, referri potest.

CXLI.

Dixit Schoraih b. Kirwasch Ahbsita.

Nomini Schoraih forma deminutivi est. Hanc eius formam tanquam necessariam ei datam esse dicunt. Sic iudicarunt, quod vox, e qua forma deminutivi derivatur, nota non est, siquidem a voce nominis actionis, nisi antea in nomen proprium transierit, deminutivum originem ducere non possit, similem voci فصيل rationem esse. Fieri igitur potest, ut gens بنو شرح, fortasse a pudendo mulieris appellata, formae deminutivi nomen despectus causa acceperit. Nomen Kirwasch autem nomen primarium inventum, ab alio nomine non translatum putant. Huic nomini a voce Karsch provenienti voces جلواخ, قرواح, درواس similes sunt. Dirwas canis nomen est in versibus, quos grammaticus Abu-Ahli a grammatico Abu-Said relatos recitavit (metr. Basith): Pernoctavimus, dum glacies tenuis pluviae apud Alnadulum noctu nos percutiebat, qui latratu Dirwasi nos exceperat. Cui quum lacte earum mulgens ventrem complesset, podex multum sonans cecinit.

1. Quum animam commotam vidissem, versus Mishalum eam repuli et qualis illa reditus hora erat!

Arabes ipsi, qui fortissimi haberi volunt, animam initio pugnae et in periculi discrimine commotam fuisse, ut in fugam se convertere cuperet, profiteri haud aegre ferunt conf. Hamas. p. 74 v. 1. p. 76 v. 2. p. 85 v. 1. p. 178. 181. 200. text. Ar.). Sic poeta noster confitetur, se primum timore quodam commotum recessisse, tum vero se ipsum coegisse, ut ad Mishalum deliberandum in pugnam rediret. Narravit Abu-Rijaschus, Schoraihum b. Moshir

Mishalum b. Schaithan, cui occurrisset, prostravisse; sed Schoraihum b. Kirwasch impetu facto Schoraihum b. Moshir confossum prostravisse et Mishalum liberasse. Haecce rem versuum ansam fuisse. Verbum جش hoc in versu motum animae designat, qua quis ob calamitatem amici adficitur. Ex usu autem verbi عكر conicere possumus, Schoraihum iam e proelio excessisse, postea autem conspecta alterius clade in Schoraihum impetum ferisse. Vox واى aut casum nominativum aut accusativum habere potest. Cui si casus nominativus **(p. 201.)** tribuitur; subiectum praedicato omisso est, quasi dixerit: Qualis hora reditus est haec hora! sin vero casus accusativus est, loco adverbii temporis est, quasi dixerit: ومكرت اى وقت معكر »Et quo tempore reditus redii! Verba autem admirationem indicant.

2. *Vesperâ, qua contra equites apud eum pugnam inivi et cuspis mea a Schoraiho ben-Moshir delapsa est.*

Hoc in versu causam admirandi patefacit, quae in eo posita est, quod unus contra plures pugnam non detrectaverit. Vocem عشية aut appositionem esse vocis اى casum accusativum habentes in versu priore aut adverbium temporis, si voci اى casus nominativus tributus sit. Vocem autem regi a verbo عكرت ex praecedentibus supplendo, fieri enim non posse, ut verbum نازلت sequens, quod cum voce antecedente tempori definiendo inserviente coniunctum sit, vocem antecedentem regat. Vocem عشية cum sequente cohaerere, ex eo videmus, quod Nunnatione caret. Verba autem وزل quasi se excusans et dolens, quod hostem non occiderit, profert. Ex hisce autem clarum est, Abu-Rijaschum, qui hostem confossum dixerit, rem haud accurate retulisse conf. v. 1.

3. *Iuro, si lorica eius non fuisset, me eum relicturum fuisse hyaenis victum quaerentibus et vulturibus super eo stantibus.*

Hisce verbis excusationem perficiens causam, cur hostem non occiderit, exponit. Eum lorica sub vestibus indutum fuisse. Post vocem أقسم, quae iurando inservit, persona (الله Deus), per quam iurat, omissa est. Fit enim, ut, si vocis usus in sermone frequens sit, licet omissa sit, tamen tanquam praesens intelligatur. Vox عاف eundem sensum, quem vox معتف habet, offert, adeuntis nempe et victum quaerentis ad benefacientem. Sed silentio praetereundum non est, vocem عواف cum voce انسر potissimum coniungendam esse, quippe vox praesertim in avibus adhibeatur conf. Ham. p. ٣٢٢ v. 1. Poeta dixit: (metr. Motakarib) P r o f e c t o! g r a v e n o b i s e s t e t q u a m p r a e c l a r u s e r a t v i r! q u o d t u, o A h m r u, a v i b u s r a p a c i b u s f e r i s q u e p r a e d a e e r i s.

4. *Gurgites mortis nil sunt, nisi quod tu strenuo occurris in pugna super carne strenui prostrati.*

Hoc in versu periculum, quod in defendendo illo viro susceperit, describit. Statum illum, quo strenuo, qui alterum strenuum in pugna vicit, occurritur, gurgites mortis appellat; eum autem, qui talem aggrediatur, gurgites mortis (c o n f. p. ٣١ v. 4. p. ٣٢٩ v. 2.) intrare i. e. summo periculo se exponere dicit. Quidam interrogatus, quaenam belli conditio gravissima sit, respondit: »Locus lubricus super sanguine«. Ut autem vis sermonis augeatur, poeta versum

voce وما vel (ut in Mersukii codice legitur) وهل sequente الا incepit. Nec non repetita eadem voce الكمى vim versus auctam esse videmus. Hoc quoque in versu observamus, posterius hemistichium ita cum priore coniunctum esse, ut articulus vocis الكمى ad prius pertineat, nomen ipsum ad posterius, id quod rei metricae periti ادماج appellarunt (conf. lib. m. Darstellung d. Arab. Verskunst p. 529.). Rem in longis metris raro, in brevibus saepe invenitur. Eadem res in versibus Ahschae: (metr. Monsarih) Deus sibi soli generosas actiones iustitiamque vendicavit virumque vituperationi praefecit. Salamahum benefacientem poesi tanquam torque ornavi, et res ibi est, ubi posita fuit conf. de Sacy Chrest. Arab. T. II. p. 471. (i. e. quilibet secundum conditionem suam agere debet). In hisce versibus verba والعدل et فالاقتصال hemistichia coniungunt.

CXLII.

Dixit Tharafah Djadsimita[1].

Grammaticus Abu-l'Fath dixit, Tharafah (طرفة) esse nomen unitatis a voce طرفاء derivandum, quemadmodum قصبة et حلفة derivetur. Alazmäihus posteriorem vocem Halifah pronunciandam esse dixit. At vero grammatici Abu-Said et Abu-l'Hasan nomina unitatis طرفاءة, قصباءة et حلفاءة scholiastae adnotasse videntur, qui formandi modus rarus est. Gentis جذيمة nomen non translatum videtur; sed fieri potest, ut tanquam nomen modo nominum نطيحة et ذبيحة a verbo جذم (amputavit manum) deducatur.

1. O camelo vehens! si ad gentem Banu - Fakahs transis, viri verba, cuius animus sincerus est, perfer!

(p. 202.) Haud insolitus poetis incipiendi modus est petere, ut quis verba perferat (conf. p. ١٢١ v. 5. p. ١٣٩ infr.). Gens Fakahs, cuius in versu mentio fit, pars gentis Asad auctore Fakahs b. Tharif gaudebat (conf. Kam. et quae Abu-Rijasch in fine paginae retulisse dicitur). Quod poeta dixerit يا راكبا, persona haud definita, huius rei causam duplicem esse scholiastes adnotavit, quarum una in eo sit, quod poeta maximam curam in verbis perferendis eo manifestaverit, ut verba cuicunque perferenda tradiderit, altera in eo posita, quod, quum nuntius in versibus depositus sit, certo sciat, eum versibus vulgatis ad gentem perventurum esse. Verba ناخل الصدر dupliei modo scholiastes explicavit, dum aut obiectum eius, quod cribratur, omissum sit, ut sensus sit: cribrans i. e. purificans id, quod in animo est, quemadmodum dicitur: »amorem alteri cribravi« i. e. sincerum ei amorem probavi etc. aut dum cribrandi actio ipsi animo adscribatur.

2. Per Deum! propter odium occultum aut quod unquam a vobis remotus vita bona fruiturus sim, a vobis non recessi;

Hisce verbis declarat, se nonnisi ipsorum agendi ratione coactum eos reliquisse, ut, agendi ratione erga ipsum mutata, lubenter reversurus sit. Adiunxit autem verba اخر الدهر, ut ostenderet, rem nunquam futuram esse. De voce كشاحة conf. p. ٥٣٩.

1 Kamusi auctor طرفة الخزيمى »Tharafah Chosaimita« habet.

3. Sed ego vir gentis iniustae eram, quae iniuriis et gloriatione me invasit.

Discessus causam explicat, quam in rerum (مظالم) et verborum (فخر) variis iniuriis fuisse, coniicio.

4. Et ego pessimus hominum sum, nisi efficio, ut super feretro dorso convexo et incommodo pernoctent.

Alloquendi modum cum narratione, cui iuramenti sensus inest, permutans iis minatur. Duplex legendi modus est, ut littera ل vocali Fatha aut vocali Kesra pronuncietur. Vocali Kesra admissa sensus est: Ego pravi filius sum. Quum verba الآلة حدباء feretrum gibbosum, quo funus efferri soleret, significent (conf. Caahbi b. Sohair Carm. v. 37.), non est, quod dubitemus, poetam verbis suis, se effecturum esse, ut gens neci detur, exprimere voluisse; attamen vero scholiastae sententia huic contraria invenitur, quippe cui vox الآلة idem est ac حالة status, conditio, ut cum ea vox حدباء modo metaphorae coniuncta sit. Sic quoque vocem الظهر dorsum metaphorice adhibitam esse dicit. Poetam dicere, se isti genti statum ingratum et negotium grave, in cuius dorso haud firmiter sedeat, comparaturum esse, ut status ille cum camelo conferatur, in cuius dorso vehens vacillet. Pericula cum iumentis, quibus vir fortis vehitur, comparata invenimus p. ۴۳ v. 1. p. ۴۸ v. 5. Mersukius, qui loco vocis الآلة in textu حالة habet, huius sensus probandi causa versum poetae adduxit (metr. Thawil): لقد حملت قيس بن عيلان حربنا على يابس السيساء محدودب الظهر »Profecto! gens Kais b. Aihlan ob bellum nostrum iumento aridis vertebris praedito et convexo dorso imposita est.« Qui huic sententiae adsentitur, ei verbum ابتنيم conditionem istam duraturam significare putandum est. Caeterum in versu verba ita transposita sunt, ut verbis ان لم etc. propositio prior, verbis فلا etc. posterior contineatur.

5. Et donec homines a malo separationis nostrae refugiant et sedeamus nos nescientes, utrum desistamus an rem perficiamus.

Versus hic cum proxime antecedente non cohaeret; sed e verbis omissis pendet, ut sensus sit: Ego autem in ea agendi ratione perseverabo, donec homines etc. Continuatae igitur minae sunt. Se statum inter ipsos mutuum eo deducturum esse dicit, ut alii non ausuri sint paci faciendae operam dare; ipsi autem ob mali magnitudinem stupore impleantur nescientes, utrum incoeptam agendi rationem sequantur, an ab ea desistant. Post verba ننزع et نجرى obiecta omissa sunt; post prius enim عن الامر, post posterius suffixum supplendum est. Sensus ad proverbium Meid. C. 7, 32. »lac coagulatum cum spuma mixtum fuit« (conf. Meid. C. 5, 135. 7, 21.) et ad versum (metr. Thawil): »Feminae similis eras, quae butyro in olla bulliente nesciebat, num eam removeret vituperata an eam in igne sineret« (conf. Meidan. T. III. Nro. 2793.) proxime accedit.

Abu-Rijaschus haec versibus explicandis inservientia retulit. Djadsimahum b. Rewahah b. Rabiah b. Alharits b. Masen b. Kothaiah b. Abbs filium Fakahsi b. Tharif b. Ahmru b. Koaihn b. Alharits b. Tsahlabah b. Dudan b. Asad b. Chosaimah fuisse. Hajjaham, filiam Malici b. Morrah, Fakahso nuptam morte maritum amisisse. In mariti defuncti locum Re-

wahahum successisse, apud quem Djadsimahus [1]) natus esset. Alii dicunt, quum mulier gravida Sawahaho nupsisset, post tres menses Djadsimahum natum esse. Postea Ahja b Tharif, ad quem Djadsimahus adultus, ut haereditatem patris postularet, venisset, se eum haud nosse dicens, haereditatem denegavit et camelum iuvencum, quo alter genus probaret, **(p. 205.)** loco haereditatis recusavit. Quae res in causa erat, cur spe frustrata diceret: (metr. Camel) Omnia mihi recusasti; neque candidam maculam in fronte habens (equus) neque unicolor (mihi est), qui versus cognominis Ahja (أعيا) causa erat, quod filius Tharifi habebat. Djadsimahi autem genus ad gentem Ahbs refertur. Eandem quoque ob causam Kaisus b. Sohair dixit (metr. Thawil): Patrem nostrum ad gentem Djadsimah pertinentem invenimus; neque ego Ahbsita sum neque ad gentem Ahbs genus meum refero; sed ego ad gentem Fakahs pertinens et e Fakahso oriundus sum.

CXLIII.

Dixit Obajj b. Homam Ahbsita.

Homam filius Djabiri b. Korad b. Machsum b. Malec b. Ghaleb b. Kothaiah b. Ahbs est. Poetam tempore Ahntarahi vixisse, ex eo concludo, quod poetae avus frater avi Ahntarahi erat conf. Ham. ٢٠٦.

1. Chaledus praematuram mortem mihi optavit; sed cuius invidus haud noscitur, in eo boni nil est.

Laudis suae causam in Chaledi odio videt, quippe quod ex invidia ortum sit; in invidiam enim nonnisi ob merita bonaque adducimur. Sic alius quidam in hemistichio (metri Basith): ان يحسدوني فاني غير لايمهم Quod mihi invident, non est, cur eos vituperem.

2. Recede a loco, quem explere non potes; genti enim Ahbs et Dsobjan defensor honoratus est!

Ex hoc versu videmus, Chaledum poetae gentis principatum invidisse, quo ipse dignus non esset; nam principatum ut teneat, nonnisi is dignus est, qui gentem contra hostes tueri potest. Quum verbum سد in opplenda rima et fissura adhibeatur, locus ille rimosus cogitandus est, qui reparetur necesse sit; huius enim primariae verbi significationis in interpretando ratio habenda est. Litterae لِ (praepositioni) negandi nomen dederunt, futurum Nasbatum ex omisso أَن pendere dicentes (conf. Gram. Arab. T. II. p. 604. et Alfiyya p. 168 sq.) Accusativus vocis عزيزا in eo causam habet, quod statum designat. Verba enim hunc sensum offerunt: والذايد عن عبس وذبيان عزيز عليهم. Similem loquendi modum vide in Amru-l'Kaisi Moall. v. 3.

CXLIV.

Dixit idem.

1. Turpitudinis adiutor ego non sum, ut mihi adscribatur; sed rebus turpibus adiutores alii sunt.

Poeta ob bonam agendi rationem se laudat, dum alii prave agunt. Voci مولى duplicem

[1]) De viro huius nominis conferas Citab-Alaghani.

significationem tribui posse, Mersukius dixit, aut eius, qui rei praefectus aut eius, qui rei propinquus sit. Sensus fere idem manet. In fine versuum litteram Alif saepe additam esse homoioteleuti causa, videre licet.

2. Neque vero homines aut mihi amici aut inimici, quum cutem meam perscrutantur, ruptam eam invenient.

Tantam integritatem sibi esse dicit, ut non solum amici, qui in amico bona videant; verum etiam inimici, qui in inimico mala invenire cupiant, rem negare non possint. Comparatione usus cutem loco honoris dixit. Sic proverbio utuntur: »Pellis eius a vermibus libera est«, significantes, eius honorem integrum esse conf. Meid. 12, 94. Nec non cute vermibus corrupta et prava omnem rem corruptam in proverbio designant conf. Meid. 22, 92. 23, 373. Poeta Alkathami autem similem sensum in versu expressit (metr. Wafir): Sed cutis vetustate diffissa et foraminibus parvis laesa a solerte reparari non potest. Vermibus enim corrupta pellis omnino non concinnari potest. Videtur autem comparatio nonnisi in homine adhiberi, cuius honor animi prava indole corruptus sit, ut reparari non possit. Vox اديم maxime cutem designat, quae a cerdone concinnatur. Vocem اديم derivant a verbis ادم الطعام (cibum condivit), quasi cerdo cutem condiverit. Quae res si ita est, forma فعيل sensum participii passivi habet. Quod quum saepissime inveniatur, illas voces ab aliis discernere volentes cum statu formarum iis dissimilium coniunxerunt. Sic vocem رغيف cum conditione formae فعيل, quae origine sua adiectivum non erat, ut postea nomen fieret, coniungentes plurales أرغفة et رغفان formarunt [1]). Negandi particula لا in verbis ولا العدى negationis confirmandae causa addita est. Scholiastes dixit, ista particula omissa clarum non fuisse, tam amicos quam inimicos, dum ab invicem separati sint, inventuros non esse; sed nonnisi dum invicem coniuncti sint. Verbum عد numeravit voci اديمى non convenit; sed per metonymiam perscrutandi significationem accepit.

3. Origo mea, o Ebn-Ghanme! a vilium origine diversa est; me igitur pete, quum absens sum! **(p. 206.)**

Originem suam laudaturus nobilium eam esse dicit, ut alter ipsum assequi non possit, quibus verbis alterum ipsi parem non esse indicat. Quapropter satyrico loquendi modo utens inimico suadet, ut absentem ipsum petat. Voci ورائيا autem duplicem in versu significatio-

1) Hic locus non admodum facilis intellectu est. Scholiastes voce رغيف tanquam tali exemplo usus est, quacum status coniunctus sit dissimilis statui eius, quod ei propinquum sit. Cum hac autem voce statum formae فعيل coniunctum esse dixit, quae forma origine sua nomen, non ex adiectivo nomen factum sit. Vox رغيف enim participii passivi sensum refert. Tum pluralium formas أرغفة et رغفان inde ortas esse. Quibus perpensis scholiastes statuere videtur, formas فعيل, quae participiorum passivi sensum origine sua habeant, formas pluralium فعلان et افعلة non proferre, ut dicere voluerit, ex formis فعيل interdum plurales provenire, quae originis ratione habita inde derivandae non sint. Hac vero de re a grammaticis mihi cognitis nil adnotatum legi. Alios vero putare, vocem اديم origine sua participii passivi significationem non habere, in Hamâsa p. ٣٠٧ l. 10. schol. legimus. In Mersukii codicis margine nonnisi pars huius loci legitur.

nem tribui posse dicunt aut post me aut ante me. Si illa praefertur, sensus talis est, qualem antea indicavi; sin haec, poeta verbis inimicum deridet dicens, me pete, quum me praecedis. Sive hanc sive illam significationem admittis, poeta verbis alterum ipsum nunquam assequi posse dicit. Scholiastes autem ab hoc diversum verbis sensum inesse posse dixit hunc: Quum poetae origo et dignitas talis sit, alterum nonnisi eo, ut se submittat et ipsum sequatur, desiderio potiturum esse, quippe verba فلان من وراء فلان »quidam post quendam est« significent, cum alterum tanquam adiutorem sequi. Huius rei probandae causa versum, a grammatico Ebn-Alsiccit recitatum, adnotavit (metr. Thawil): Per vitam tuam! Alkaranba eiusque familia neque patruus meus neque avunculus meus neque adiutor meus est. Hac significatione recepta verba من ورائيا statum personae secundae in imperativo ڤابغنى designant. Verba autem الله من ورايك »Deus post te est«, quibus homines utuntur, significant, Deum hominem male agentem sequi, ut agendi rationem puniat.

4. Idem mihi esse censeo aut mori aut quibusdam viris similem haberi, qui ignominias tanquam habitacula sibi eligunt.

Cogitandi rationem suam describens dicit, se mortem non detrectare, ut ignominiam fugiat. Vox سيان praedicatum est subiecto suo, verbis ان اموت, praemissum. In verbo autem يوطنون causam invenio, cur voci مخازى locorum ignominiae significatio tribuenda sit; ad verbum enim vertendum est: Qui locos ignominiae sibi eligunt, ubi commorentur, i. e. semper ignominiis expositi sint.

5. Magni autem non facio eum, qui me magni non facit et quod mihi tribuendum alteri videtur, idem ei tribuendum puto.

Aequitatem iustitiamque suam erga homines describens dicit, se eodem modo, quo in agendo erga ipsum utantur, erga homines agere, ut nulli non ipsum honoranti honorem debitum tribuat. Forma autem هيّاب indicat, poetam non pergere alterum honorare, etsi inceperit, si alter paria ipsi non praestet. Suffixum verbi يرى, ut sit pro يراه, omissum est, id quod saepe facere solent (Gram. Arab. T. II. p. 347.). Quod si vox ما definita putatur i. e. ut sit loco vocis الشى (Gram. Ar. T. II. p. 357., Anthol. Gram. p. 178.), verba sequentia cum eo coniuncta sunt modo, quem grammatici صلة appellant (conf. Gram. Ar. T. II. p. 259. 261.); sin vero haud definita, ut loco vocis شيا sit, habetur, adiectivi (صفة) locum tenet (ibid. et 398.)

6. Quod si vir te non amat, nisi invitus modo, quo camela in alienum pullum propensa est, id durans non est.

Poeta dicit, amorem, qui ex intimo animi adfectu haud ortus, sincerus non sit, necessitate cogente simulatum rebus mutatis mutari, ut talis amor magni faciendus non sit. Talem amorem ut depingat, eum cum amore camelae in alienum pullum confert. Loquendi autem modus paene in proverbii consuetudinem venit; dicunt enim عامله معاملة العلوق. Similem sensum, quo versus noster illustratur, poeta sequentibus verbis protulit (metr. Basith):

امر كيف ينفع ما تعطى العلوق به رئمان انف اذا ما ضن باللبن »Aut quomodo prodest id, quod camela in alienum pullum propensa dat, dum nonnisi per nasum amorem ostendit; sed lac recusat.« Nominis actionis تكرّها casus accusativus inde ortus est, quod statum designat, ut loco vocis عراضا متكرّها sit (Gram. Ar. T. II. p. 72. et Amru-l'Kais. Moall. v. 3.). Accusativus autem e verbo عرض omisso, quasi dixerit وعارض عراضا, pendet.

CXLV.

Dixit Ahntarah.

Abu-Hilalus dixit, hunc esse filium Moahwijahi filii Schaddadi [1]) b. Korad b. Machsum b. Malic b. Kothaiah b. Ahbs et cognomen Abu-l'Moghallis habuisse. Plures autem esse poetas nomen Ahntarah gerentes. Praeter hunc esse Ahntarah b. Ohebarah Thajjitam, qui Antharah b. Alachras nomen quoque haberet, et Ahntarah b. Ahrus, clientem gentis Tsakifi, in ditione gentis Asd-Schanuah [2]) natum, poetam metro Redjes utentem.

1. Wardus fugientis vestigia sequens (equum suum) impulit et cursus equi duri instar lapidis duri eum in potestatem redegit.

In Mersukii margine legimus, Abu-Rijaschum referre, quendam e gente Ahbs, quum Wardus b. Habes Ahbsita virum Nadhlah b. Mihwah Fakahsitam occidisset, hos versus dixisse, quos alii Ahntaraho adscriberent. Poeta autem describere incipit, quomodo illum fugientem Wardus persecutus sit. Huic ultio exigenda erat. Post vocem يذبب **(p. 207.)** accusativus obiecti (equus) supplendus est (conf. Ham. p. ۴۳۷ v. 2.). Sic quoque post vocem امكنه »in potestatem eius redegit« vox منه omissa est; accuratus enim non est in scholiis explicandi modus voce ساعده (eum adiuvit) adhibitus. In versu equus cum lapide collatus est. Amru-l'Kaisus (Moall. v. 51.) in pulcherrimo versu equum ob celeritatem et impetus vim cum saxo, quem torrens a monte deiecerat, comparavit et (v. 59.) ob duram compactamque carnem, quae signum roboris est, cum lapide, super quo sponsae odoramenta conteruntur. Hunc quoque comparandi modum Hamas. ۲۷۷ v. 3. adhibitum invenimus. Sed ratione eius habita, quod poeta vocem وقع posuit, vocem مردى ungulam duram potius significare putaverim; verbum وقع enim de cadendo (in terram) aut, ut scholiastes adnotavit, de percutiendo, id quod instrumento ميقعة fit, adhibetur. Qua posteriore significatione admissa obiectum الارض (terra) omissum est. Sunt autem, qui verbo ردى celeritatis significationem tribuentes, voce مردى celerem equum designari dicant. Huic vero significationi adiectivum خشب non ita bene congruit. Minus vero aptum est adiectivum, si, quod nonnulli fecerunt,

---

1) Idem est, qui Ahntarah b. Schaddad, auctor carminis Moallakat, appellatur, de quo conf. Antarae Moall. Prolegom. p. 4 sqq. et Reiskii prolog. ad Taraf. p. XXI. Ex loco nostro autem clarum est, eum potuisse appellari filium Moahwijahi nepotem Schaddadi; nec vero filium Schaddadi nepotem Moahwijahi conf. p. ٦٧٣, v. ۷. In Kamusi opere Moahwijahi filius appellatur.

2) Gens Iemanensis, quae et Asd Ohmani et Asd-Alsarat appellatur. Inde Anzaritae omnes originem duxerunt. Melius littera س scribitur Kam.

voci مردى, quasi interitus instrumentum i. e. gladii significatio tribuitur; quid enim sibi vult gladius rudis operis, nam politi significatio, quem quoque lexicographi voci خشيب tribuerunt, non video, quomodo e radice prodierit. Voci خشب significationem crassis ossibus praediti tribuerunt. Abu-l'Ahla autem, qui سيف خشب rudioris operis gladium significare et verbum خشب in carmine modo rudiore componendo adhiberi adnotavit, huius significationis probandae causa Almosarredi (fratris Schammachi, qui initio Islami vixit Ham. p. ٤٨٧) sequentem versum citavit (metr. Thawil): Si rudiore opere, carmen componitis, ego quoque carmen rudiore opere compono (leg. اخشب); sin vero vos melius eligitis, ego, etsi iunior vobis ambobus sum, melius eligo. Vocem autem خشب ex خشيب ortam esse dicunt; siquidem litteras radici additas ا, و, ى (Gram. Ar. T. I. p. 28. 36.) parvi faciunt. Sic اصل loco vocis اصيل dixerunt. Ut vocis اديم primariam participii passivi significationem non esse putarunt, sic idem in voce خشيب iis accidisse videtur, ut litteram ى abiicerent, quippe quae littera frequentius in vocibus, quibus participii activi significatio est, abiicitur, quam in vocibus, quibus participii passivi significatio est. Sunt denique, qui in versu جشب legant, qua voce is, cuius ossa crassa sunt, significatur. Slientio praetermittendum non est, alios vocem ورد equi nomen esse putasse.

2. *Irruit alium non petens cum (gladio) micante instar flammae ardentis.*

Eum se virum gladio occidisse dicit, dum gladium ob splendorem cum flamma ardente comparat. Sed totus interpretandi cardo in voce ابيض albo est; quam enim vocem si gladium (conf. Ham. ٢٣١ v. 2. ٤٦٩ v. 3.), dum more poetarum adiectivum loco substantivi positum est, significare dicis, verbi تتابع subiectum vir est; sin vero voci viri generosi, siquidem Arabibus in colore albo signum nobilis generis est (conf. Ham. p. ٦٨ v. 2. ٧٣٥ v. 2.), significationem tribuis, equus, cuius antea mentio facta fuit, subiecti loco verbo est. Loco verbi تتابع, quod nonnisi in malo adhibetur, legitur quoque يتابع. Hoc verbo recepto obiectum الركض (saltus) aut العدو (cursus) (leg. او العدو) supplendum est. Verba لا يبتغى غيره statum subiecti verbi describunt. Vox ابيض ope praepositionis aut cum verbo يتابع, id quod praefero, aut cum verbo يبتغى coniungi potest. Verba كالقبس الملتهب »sicut flamma ardens«, si voci ابيض gladii significationem tribuis, a fulgore desumta sunt; sin vero virum designari putas, aut ab ardore animi et vi, quae est Mersukii sententia aut, quod mihi verisimilius videtur, ab armorum, loricae etc. splendore comparatio derivata est. Vox autem قبس quum proprie flammam, quae ab altera accenditur, ita ut initio parva sit, designet, cum ea vox المقتبس »ardens« coniungi potest, quae vox et homoioteleuto constituendo et vi sermonis augendae inservit. Silentio autem non praetermitto, Mersukium adnotasse, esse, qui verba لا يبتغى غيره significare dicant, eum omni praeda neglecta nonnisi personam illam petere, dum alii dicant, eum nullam personam, nisi hanc petere, ut de praeda sermo non sit.

3. Qui autem de caede eius dubitat, Abu-Naufalum iam periisse sciat.

Hunc de caede viri Nadhlah appellati, qui cognomen Abu-Naufal gerebat, nuntium sequentibus affirmat, ut omne dubium tollatur. Verba initio versus transposita sunt, nam verbum يمترى cum verbo يك, quod est pro يكن coniungendum est. Nomen actionis قتل hoc in loco passivi sensum offert (conf. Gram. Arab. T. I. p. 286. T. II. p. 163.), ut suffixum loco obiecti sit. Suffixum ad nomen sequens referendum est, nam cum proxime praecedente versu ob particulam ف coniungendum non esse puto, ut hic verborum ordo constituendus sit: فمن يك يمترى فى قتل ابى نوفل فانه قد. Ante verba فان supplendum videtur ei dico aut simile quid. Mersukius autem praeterea adnotavit, verbis ludibrium et gaudium ob eius caedem poetam ostendere.

4. Deseruerunt Nadhlahum in proelii campo cuspides secum trahentem, ligna colligenti similem.

Hisce verbis omne dubium tollitur. Non una lancea vulneratus, ut sanari posset, sed multis lanceis confossus se per terram trahebat Subiectum verbi غادرن equites (الخيل) sunt, qui in proelii campo tot lanceis confossum reliquerant, ut, in cuius corpore lanceae fractae haererent, ei similis esset, qui ligna e terra collecta post se trahit. Alii autem vocem المحتطب animalculi nomen esse dixerunt, cui in terra repenti ligna adhaereant. Hoc vero longius petitum videtur, dum prior comparandi modus nulli non facilis intellectu est.

CXLVI.

Ohrwah b. Alward dixit.

Nomen Ohrwah ab arbore derivatum est, quae hiemis tempore haud arida camelis anno sterili pabulum praebet. Poeta ante tempus Islami et post Islami initium vivens a Mohammede ex oppido Medina relegatus est. Cognomen عروة الصعاليك »Ohrwah pauperum« habebat conf. Cit. Alaghani et Meidan.

1. Deus pauperem dedecore adficiat, qui, quum nox obscura est, ossibus medullosis deditus omni loco, ubi mactatur, adsuefactus est,

Pauperem, ut victum sibi acquirat, se humiliantem vituperat. Describit **(p. 208.)** eum talem, qui noctis tempore in locis, ubi cameli mactentur, discurrat, ut ossa medullosa sibi inde colligat. Noctis tempus autem sibi isti rei agendae sumit, quod res turpis habetur. Turpitudinem facti in eo potissimum video, quod tali victu contentus vitae parcet, nec potius pericula mortis suscipit, ut meliora sibi acquirat. Verbum لحا proprie cortice denudandi significationem habet, tum ignominiam denotat, quod nuditas corporis Arabibus turpis putabatur conf. Ham. p. ٧۴ et ۴٧٩ sq. Quod poeta vocem مصافى cum voce المشاش coniunxit, mihi non videtur probandum, quippe significatio sincerum animi adfectum ostendere ossi haud bene congruere videtur. Voci autem مصافى quum casus accusativus sit, ea in fine vocali Fatha adficienda fuit, quam rem a metro impeditus omisit poeta. Mersukius autem dicens: وكان يجب ان يحرك الياء من مصافى بالفتح فسكنه لان منهم من يجرى الفتحة فى مثله من المعتل مجرى ساير الحركات فلا يثبتها »Necesse erat, litterae Ja vocis مصافى vocalis Fatha adde-

retur; sed litteram vocali Kesra quiescentem reddidit eorum modum sequens, qui vocalem Fatha in vocibus derivatis a radice infirma (معتل conf. Gram. Ar. T. I. p. 226. 236.) caeteris vocalibus aequales esse putant, ut eam abiiciant, dialecti modum in eo vidit. Est autem genti Tamim proprium vocalem Fatha in vocalem Kesra permutari (conf. De Sacy Anthol. Gram. p. 345.). Poeta verba مصافي المشاش tanquam haud definita adhibuit, dum voci indefinitae صعلوكا adiectivi loco inserviunt. Scholiastes in eo causam videt, cur connexus infirmus sit, siquidem vox المشاش genus significans, vocem cum ea coniunctam specialem non reddat (conf. Gram. Arab. T. II. p. 135 seq. Alfiyya vers. 389 sqq.)

2. Qui opulentum se putat qualibet nocte, qua ab amico lacte abundantia pecora habente hospitio excipitur,

In paupere, qui vilissime vivendi ratione, ut vitam conservet, contentus periculo se non exponit, describendo pergit. Quod hospitio divitis amici vitam sustineat, ut sibi opulentus videatur, sordidi animi esse poeta putat. Scholiastes vocem ميسر significatione ei opposita voce مُجنب explicaturus, huiusce vocis probandae causa hemistichium (metr. Basith) adduxit: Quilibet annus contra eam annus inopiae lactis est. Modo autem metaphorae nocti ipsi hospitium tribuit.

3. Qui vesperâ dormit, tum mane somnolentus a latere suo pulverulento glaream fricando removet,

Vitam pauperis talis amplius describens eum pigritiae deditum esse dicit, dum vesperâ, quo tempore strenui pauperes exeunt, ut praeda potiantur, somno indulget et per totam noctem dormiens matutino tempore somnolentus est. Posterior autem versus pars eum summa paupertate pressum describit, ut ipso stragulo, in quo decumbat, careat, nec non somno tantopere deditum, ut ne locum quidem purum sibi eligens quolibet loco corpus prosternat. Hunc ego sensum in verbis invenio: Fricando removet glaream a latero suo pulverulento.

4. Qui mulieribus gentis auxilium praestat in omni re, in qua ipsum auxilium rogant et vesperâ sicut camelus fatigatus lassus est;

In hoc versu, qui in Mersukii codice non invenitur, vilem pauperis animum describit, qui et ipsis mulieribus in omni re servi modo operas dare haud detrectat. Scholion initio mancum videtur; deest enim vox, cui explicandae vox المعيى inservit. Fortasse legendum الحسر المعيى.

5. Sed pauper, cuius facies splendet sicut lux lucens flammae ardentis.

Poeta pauperem describit isti oppositum. Dum ille paupertate oppressus animum abiectum tristitiâ vultus ostendit, hic animum hilarem, qui calamitatibus non cedit, hilari vultu manifestat. Vox القابس modo poetis usitato, qui adiectiva loco substantivorum ponunt, ignem designat, dum vox المتنور comparationi exornandae et homoioteleuto constituendo magis inservit quam sententiae perficiendae. Praedicatum verborum ولكن صعلوكا voce فذلك tertii post hunc sequentis versus continetur et verba صفيحة وجهه sunt loco verborum ضوء صفيحة وجهه. Simili modo p. ٣٩ v. 2. et p. ٨٠ v. 2. factum esse videmus.

6. Qui inimicis suis instat, dum in atriis suis eum increpant, quemadmodum sagitta sorte carens, dum prodit, increpatur.

Talem eum porro describit, qui semper occasionem inimicos diripiendi captet, et hanc ob causam in propinquo eorum semper versetur. Illi autem timentes verbis duris eum a se removere tentant. Ut huius autem viri praesentiam tanquam ingratam describat, eum cum sagitta comparavit, quae in ludo ميسر appellato nulla re potitur. Ludi talis ratio erat. Camelus iuvencus mactatus in decem aut in viginti octo partes dividebatur. Camelus iste aut a ludentibus emtus erat aut interdum ludentibus a quodam liberali dono datus conf. Lebid. Moall. v. 73. Decem autem erant omnino similes sagittae قداح et زلام appellatae, cuspide carentes, e ligno arboris نبع factae, quibus sonus singularis erat (conf. Meid. 6, 3.), quarum septem portionibus potiebantur, tres carebant. Prima الفذ una portione potiebatur, secunda التوام duabus, tertia الرقيب tribus, quarta الحلس quatuor, quinta النافس quinque, sexta المسبل sex, septima المعلى septem portionibus. Tribus reliquis المنيح, السفيح, الوغيد nulla portio restabat (conf. Meidan. C. 1, 353.). Camelo autem nonnisi in decem partes distributo nonnisi duae sagittae sortibus, nempe sagitta الرقيب tribus et sagitta المعلى septem portionibus potitae videntur (conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 20. sch.). Sagittae illae in sacco erant, e quo vir مفيض appellatus, cuius manus corio ربابة appellato tecta erat, ne rem tactu discernere posset, singulas educebat (conf. Meid. C. 6, 3.). Carnes, quibus sorte potiti erant, pauperibus distribui solebant, quapropter honori ducebatur, si quis ludi particeps esset. Qui ob pravos mores a suis relegatus erat, eum ludi participem esse non sinebant (Hamas. p. ٢٥٩ v. 4. schol.). Sagittae, quibuscum portiones coniunctae erant, gaudium excitare solebant, dum tres, quae portionibus carebant, calumniis increpabant conf. praet. de hoc ludo Pocock. spec. hist. Ar. p. 313 seq. Schultens. ad Harir. p. 127. Chrest. Arab. T. III. p. 23. Mohammedes, quamquam ludi utilitatem haud negabat, eum tamen tanquam crimen interdixit conf. Cor. Sur. 2, 216. Grammaticus Chalil dixit, vocem منيح nomen octavae sagittae esse. Grammaticus Abu-l'Ahla vocem hoc in versu significationem sagittae, quae ab alio commodata sit, habere posse contendit. Qui sagittam non habeat, eum ab alio commodare. Arabes autem ludentes sagittas suas verbis quasi adhortari solebant, ut portione potirentur. Hac commodatae sagittae significatione recepta vox sagittam, quae portione potitur, designat. Mihi vero haec vocis significatio neque sensui versus tam congrua neque singulis vocibus زجر et المشهر adhibitis tam conveniens videtur; nam sagitta, quae parte non potitur et hanc ob causam a possessore frustrato increpatur, pauperi illi increpando abacto similior est.

7. Remoti de eius propinquitate securi non sunt, quemadmodum gens absentis, exspectati ex alto prospicit.

Hunc pauperem, sic pergit poeta, longinquitas viae non impedit, quominus in inimicos incurrat. Laudat igitur eius alacritatem fortitudinemque. Accusativum vocis **(p. 209.)** تشوف, tanquam nominis actionis e verbo (conf. Gram. Ar. T. II. p. 77. 113. etc.), cuius sensus verbis لا يامنون اقترابه indicetur, pendere scholiastes dixit. Illud verbum يتشوفون

est. Scholiastae autem non adsentior in eo, quod post nomen actionis obiectum رجوعه omissum esse putavit; siquidem verbum تشوف, cui ex alto prospiciendi (id quod advenientem exspectans facere solet) significatio sit, obiecto carere possit. Exspectandi autem significatio, quae obiecto carere non potest, in versu necessaria non est.

8. Hic (inquam) si mortem invenit, laude dignus eam invenit et si aliquando dives fit, quam dignus est!

Versus cum versu quinto cohaeret, ita ut versus hic illius praedicati locum teneat; sed pluribus versibus interpositis, subiectum illius voce فذلك repetivit. Hunc sensum expressit scholiastes dicens: Verba ان يلق المنية praedicatum verborum ولكن صعلوكا esse, si a voce فذلك separata legerentur; sed quum praedicatum a subiecto suo remotum esset et postulans ab eo, quod postularet, nimis distaret, poetam vocem فذلك attulisse, qua pauperem indicaret. Ita factum esse, ut verba ان يلق pro illo praedicatum vocis ذلك fierent. Id fieri posse, quoniam utraque vox unum eundemque designet. Similem rationem in Corani verbis (Sur. 9, 64.) inveniri, in quibus vocem فان auctor repetierit.

CXLVII.
Dixit Ahntarah.

Plures sunt poetae Antharah nomen gerentes; sed noster est filius Schaddadi, quemadmodum in Mersukii codice legimus (conf. Ham. p. ۲۰۹ et Ahntarahi Moallak. et Anthol. gram. p. 123.).

1. Gentem Banu-l'Hodjaim reliqui, dum ei idolum erat, ad quod, dum unum eorum agmen abibat, alterum redibat.

Heroem gentis Banu-l'Hodjaim a se in pugna occisum esse, gloriatur. Occisum illum principem quendam heroemque gentis fuisse, ex eo concludo, quod cum idolo eum comparans totam gentem ad eum visendum venisse dixit. Duplex in versu legendi modus existit. Prior in textu nostro receptus magis mihi placet, nam sensum naturae aptiorem offert et construendi modum faciliorem et accommodatiorem habet. De equo, nisi eius in antecedentibus versibus mentio facta fuerit, in hoc vix sermo esse potest. Posterior a Tebrisio in scholiis nutu quasi indicatus a Mersukio clarius descriptus est. Discrimen praecipuum utriusque in eo cernitur, quod in priore vox جماعتهم casum nominativum habens, subiectum verbi تمضى sit, in posteriore vox جماعتهم accusativi vocali adfecta obiectum verbi sit, cuius subiectum equus Ahntarahi putatur. Praeterea Mersukius loco vocis لهم vocem له, qua equus significetur, legendam esse dixit. (Hac voce recepta et يمضى et يعود legendum est.) Voci جماعتهم vocis indefinitae rationem esse, ut partem gentis cum tota gente coniunxerit. Eum dicere voluisse جماعة منهم »eorum quoddam agmen.« Verba لهم دوار quum statum describant, loco accusativi esse; subiectum autem verbi تعود esse nomen جماعة »alterum agmen« omissum. Posteriore autem legendi modo recepto sic versus vertendus est: Reliqui gentem Banu-l'Hodjaim, dum ei (equo meo) idolum erat, quum (equus) ad agmen eius

(gentis) transibat, statim redibat. In hoc autem et significatio verbi مضى transeundi tributa et accusativus obiecti offendit. Attamen vero Mersukius tam sensu quam verbis similem Abschae versum adnotavit: تطوف (بطوف) عليهم ويمضيهم كما طاف بالرجمة المترجم »Eos circumit et ad eos transit, quemadmodum sepulchrum congestis lapidibus designans circumit.« De voce مترجم et رجمة dubium restat. Metrum versus, ni fallor, Motakarib est, modo, quem in versibus ad Meid. C. VI, 168. observamus. In margine codicis Mersukii legimus, gramaticum hunc legendi modum adtulisse: جعلت بنى الهجيم له دوارا »Gentem Banu-l'Hodjaim ei (equo) idolum feci« et versum, ab Abu-Tammamo omissum: اذا تقع الرماح بحاجبيه تأخّر قبعا فيه صدود »Quum lanceae in eius supercilia incidunt, (equus) contracto corpore retrocedit ab iis se avertens« hunc legendi modum probare.

2. *Reliqui Djorajjahum Ahmritam transfixum sagittae cuspide dura, recta, bene directa.*

Virum, quem prostratum in proelio reliquerat, nomine designat. Ahmritam autem eum appellat, quia Aldjohaim, auctor gentis istius, filius Ahmrui fuerat. Verba فيه شديد العير statum viri prostrati describunt. Excusat autem scholiastes poetam, qui verba شديد العير omissa voce سهم (sagitta) adhibuerit. Adiectivorum, quae loco substantivorum ponantur, rationem esse eam, ut nisi indicium in iis sit, ex quo substantivum illud satis cognosci possit, non adhibeantur. Sic adiectivum شديد durus nonnisi adposita voce العير sagittam significare posse, significationem duri nimis generaliorem esse, quam ut sola sagittam significet. Talem quoque rationem adiectivo طويل longo esse, quae vox nulla re apposita virum non designet. Diversum ab hoc esse adiectivum كاتب scribens, siquidem scribendi ars nonnisi homini propria inveniatur.

3. *Si sanatur, flando eam (sagittam) non fascinari; sin vero perit, hoc iure ei accidit.*

Incertus de eo, quod futurum sit, dicit, se eum occidere voluisse, ut, si vulnus sanetur, d suae voluntati tribuendum non sit, sed casu quodam eventurum sit; at si pereat, recte id fieri, quoniam sagitta ictus sanari non possit. Scholiastes ad rem explicandam dicit, Arabes sagittam fascinare amuleto quodam et inhalando cupientes, ut petita praeda salva evadat; rem autem omittere, si praedam occidere in animo sit. Similem sensum expressit Sohair b. Masuhd (metr. Thawil): فلم ارقه ان ينج منها وان يمت وطعنة لا غس ولا بمغمّر Eam non fascinavi, si ex eo (vulnere) salvus evadit; sin moritur, confossio viri non imbecillis et eius, qui rerum inexpertus non est. Sunt autem, qui dicant, quum fascinatio re vera locum non habeat, esse potius loquendi modum, quo, quendam haud perire, significent. Scholii pars, qua verba فحق له etc. explicantur **(p. 210.)** manca est. Sic ex Mersukii codice restituenda est: وقوله فحق له الفقود المبتداء محذوف كانه قل فهو حق له الفقود لان الفاء تجلب »Quod ad verba فحق له الفقود attinet, subiectum (conf. Gram. Ar. T. II, 98.) omissum est, quasi dixerit: فهو حق له الفقود, quoniam particula ف in propositionibus, quae conditionem sequuntur, si nominales, ut ita dicam, sunt, necessaria est; sin vero talis propositio verbo exprimitur, particula ف abesse potest.

4. Djorajjahus autem nescit, sagittarum mearum pharetram esse strenuum, fortem.

Fortitudinem suam laudans poeta dicit, strenuorum corpora sagittis suis pharetrae loco inservire. Sunt, qui putent verba البطل النجيد ipsum Djorajjahum significare posse, ut laus, quae hosti tribuatur, in poetam victorem transeat. Magis vero placet, istis verbis strenuos generaliore sensu significari, siquidem maior inde poetae laus oritur. Similem quoque sensum ab alio poeta p. 190. v. 1. adlatum videmus. Sensum versus nostri autem in gladiis imitatus est Abu-Tammamus (metr. Thawil): فلا تطلبوا اسيافهم فى جفونها فقد اغمدت بين الطلى والجماجم Ne gladios eorum in vaginis suis quaeratis; nam inter colla et crania in vaginas iam immissi sunt i. e. colla craniaque iis vaginarum loco sunt.

CXLVIII.

Dixit Kais b. Sohair caedem Hodsaifahi et Hamali, filiorum Badri, Fesaritarum deflens.

Poeta dux celeberrimus erat, cuius equus Dahes causa belli atrocis et longinqui inter gentes Abbs, Fesarah et Dsobjan (conf. Meid. 21, 102.). Finis illius belli in tempus Nohmani b. Almondsir incidit conf. A[illegible] hist. Anteisl. p. 140. Pocock. spec. hist. Ar. p. 84. ed. alt. Argumenti ratione habita in capite Hamâsae secundo versuum locus erat; sed quum in versibus fortitudinis indicium sit, inter versus primi libri recepti sunt. Idem argumentum ab eodem poeta p. ٩٩ tractatum est.

1. Scito, optimum hominem mortuum esse ad puteum Alhabaah, dum inde non procedit.

Rem narrat, quae in Meidanii libro T. II. p. 280. pluribus a nobis narrata est. Post pugnam cum Abbsitis quum Fesaritae ad istum locum, ut balneo membra refrigerarentur, recessissent, a Kaiso b. Sohair superveniente oppressi sunt. In loco Alhabaah ille puteus erat, in quem descenderant. Hamalum autem, filium Badri, optimum hominem in versu appellavit, quod ante bellum amicitiae vinculo cum eo coniunctus fuerat. Sed in versu plures legendi modi reperiuntur. Loco vocis ميت, invenitur ميتا, quod statum viri designat, ut pro وهو ميت »dum mortuus est«, sit. Hoc admisso verba على جفر الهباءة loco praedicati sunt; cui describendo verba لا يريم adiectivi locum tenentia adposita sunt. Quod si vero casum nominativum praefers, vox ميت vocis ان praedicatum est, cui adiectivi loco verba على جفر الهباءة adposita sunt. Alter legendi modus est حى vivus loco vocis ميت mortuus, pro qua voce حيا quoque invenitur. Construendi ratio eadem, quae in voce ميت et ميتا. Quinta coniugatio تعلم eandem significationem, quam prima علم habet, sed se edoctum esse responsurus, تعلمت non dicit; sed dicere علمت scio, satis habet. Loco verborum الى الماء Mersukii codex فى الماء habet, id quod praeferendum est.

2. Cuius si iniustitia non fuisset, semper, quamdiu stellae oriuntur, eum deplorare non cessarem.

Iniustitia, cuius Hamalum accusat, talis erat, ut hic equis in certamine currentibus, viros disposuerat, qui Kaisi equum, si prius venisset, repellerent (conf. Meid. T. II. p. 276.)

(Hamali equus nomen Alghabrah habebat.) In scholio autem Hamalus vincenti pretium recusasse dicitur. Magna quoque iniustitia in eo erat, quod Malicum, filium Sohairi, post pretium caedis sumtum pro fratre Auhf b. Badr occiderat. In scholii linea prima pro voce فيهم Mersukius melius بينهم habet. Vox الدهر est pro طول الدهر vel مدة الدهر, dum poeta istius vocis explicandae causa ما طلع النجوم addidit. Scholiastes dixit, verba ما طلع nominis actionis طلوع loco esse, ante quod nomen temporis omissum sit, ut sit pro مدة طلوع النجوم »spatio ortus siderum.« In Rasmusseni Additam. p. ٣٥ ما بدت النجوم legitur, quod minus placet. Voce الدهر poeta modo hyperboles usus est. In scholio autem lin. 3. pro طول الدهر melius cum Mersukio عليه طول الدهر legitur. Verba autem ويقال بغى الرجل usque ad finem scholii versum sequentem spectant.

3 Sed vir Hamalus b. Badr iniuste egit et iniustitiae pratum noxium est.

Ex hoc versu videmus, versui secundo hunc sensum inesse: Multum abesse, ut virum, si iniuste non egisset, occiderit, ut ab alio occisum semper deploraturus fuerit; sed quum iniustitia non abstinuisset, eum non potuisse non damno adfligi, quum iniustitiae ratio semper talis sit, ut auctori suo damnum inferatur. Comparavit autem iniustitiam cum prato, cuius gramina pecoribus noxia sunt. Comparatur quoque homo cum camelo, quae comparatio saepe nonnisi uno verbo indicatur conf. Hamas. ٣٧٩ v. 2. ٣٨٥ v. 1. Verba والبغى مرتعه وخيم sunt pro ومرتع البغى وخيم; sed illi loquendi modo maior vis est. De sensu horum verborum conferas Meid, C. 2, 129.

4. Mansuetudinem meam in causa fuisse puto, cur gens mea contra me ageret et fit interdum, ut mansuetus ignorans habeatur.

Mansuetudinem, qua erga gentem suam usus esset, in causa esse dicit, cur iniuste tractatus sit. Mansuetudinem gentem audacem reddidisse, quippe quae mansuetudinem ignorantiae tribuerit i. e. se mansuetudine ductum ita egisse, ut iniuriam gentis ignorare videretur, quod illa eum re vera iniuriam illatam non sentire et ignorare putaverit. Ut autem videant legentes, quomodo Mersukii scholion aut brevius factum aut mutatum a Tebrisio sit. Mersukii scholion adscribimus: يقول الاحتمال من عشيرتي واستعمالي الحلم معهم هو الذى جسّرهم عليّ فيما اظن ودلّهم على قصدى واهتضامى على ما يتبين ثم قال وقد يستجهل الرجل الحليم والمعنى اذا احوج الرجل الحليم واحرج فقد يتكلف ما لا يكون معهودا فى طبعه ولا موجودا من خلقه وانما نبه بهذا الكلام على انه يتحلم عن الادنين ويصبر على اذاهم وانه لما عيل صبره وحمل فوق ما فى وسعه خرج عن المعتاد منه الى غيره »Dicit: Quod gentem meam toleravi et mansuetudine erga eos usus sum, eos audaces contra me reddidit, quemadmodum puto et eos instigavit, ut me peterent et me frangerent non obstante eo, quod manifestum est. Tum dixit: Et interdum vir mansuetus ignorans putatur. Et sensus est: Quando vir mansuetus necessitate cogitur et in augustiam redigitur, tum sibi imponit peragendum, quod ipsius naturae indolique contrarium est. Sermone autem hoc indicat, se mansuetum se ostendere propinquos negligentem et noxam ab iis illatam patienter ferentem; sed quum patientia victa

ipsi maius quam quod ferre posset, impositum esset, se consuetam agendi rationem relinquisse.« Ex scholio autem cognoscimus, in voce علىّ nomen suffixo antecedens omissum esse, ut علىّ sit pro على اقتضامى aut huic simile quid.

5. *Viros ego tractavi et me tractavere et alii eorum contra me incurvi et alii recti erant.*

In hoc versu, qui in Mersukii codice non legitur, experientiam suam laudans dicit, se tam bonam quam pravam hominum agendi rationem erga se expertum esse. Voces معوج et مستقيم, quae proprie corporis statum designant, in animum et agendi rationem translatae sunt.

CXLIX.

Dixit Mosawir b. Hind b. Kais b. Sohair b. Hodsaifah b. Djadsimah b. Rewahah. (p. 211.)

Carmen tempore, quo sub Moahwijaho et Iasido Marwanus b. Alhacim Medinae praefecturam tenebat, compositum est conf. Ham. p. ٢١٣ l. 7. infr. Grammaticus Abu-l'Fath dixit, nomen Mosawir derivatum esse a verbo ساور assilivit et origine participium esse. Vocem سوار virum alios insultantem designare et huius significationis probandae causa versum e libro Sibawaihii adnotavit hunc: (metr. Thawil) Insilis contra insolentem ad gloriam et celsitudinem et sponsor sum, eum, si facias, facturum esse. Nomen Hind inventum et non translatum esse. Centum camelos هنيدة appellari. Grammaticus Sijadi [1]) cognominatus vero dixit, ducentos هند appellari. In versu autem: (metr. Sarih aut Redjes) Et quot terrae, quarum echo Hind vocat! sonus significatur. Similis modus in versu poetae est: (metr. Redjes) Soni lactis vocant Hischamum, cum frangentes. Similis quoque est versus poetae Alräih cognominati: (metr. Thawil) Quotiescunque eius (camelae) labia Schib vocant in duobus lateribus Ohnaisae in aqua Mosn[2]) et Bakil. Similis quoque versus alius: (metr. Chafif) Interèa dum nos apud locum Faldj[3]) camelos pastum ducimus, nubes aqua abundantes, aquam propinantes Inih dicunt. Vocem Inih sonum murmuris nubis significare scholiastes dixit. Idem grammaticus dixit, Abu-Ahlijjum ipsi versum recitasse a pastore ovium prolatum: (metr. Redjes) Vocant me voce Ma ad aquam nigram i. e. petunt a me aquam nigram. Vox Ma aquae nomen est. Scholiastes vocem ما eam esse dicit, quam ovis edat et huiusce rei probandae causa poetae Dsu-l'Rommah versum adfert: (metr. Basith) Visum non tollit, nisi quando eum decepit vocans, qui eum advocat nomine aquae (Ma) haud distincte loquens. Ebu-Alchajjathus (Erat socius Tsahlabi conf. Ham. p. ٢٣٠) dixit, se per quadraginta annos grammaticum in illo versu nonnisi nomen aquae enunciantem audivisse. Idem dixit, per plures annos se vixisse nescientem, quaenam verbi forma vox ارعوى sit (conf. Ham. p. ٢٣٠ l. 15.).

---

1) De hoc viro confer. Meidan. T. III. p. 215. Explicavit hic antea nominatum Sibawaihii librum.

2) Vox Schib sonus est, quem bibens camelus edit. In Kamuso legimus Mosn nomen aquae. De voce باقل nil inveni.

3) Faldj nomen loci inter Bazram et Dharijjam esse in Kamusi opere legimus.

1. Gentem Tamim interroga, num fidem servarim? nam actionem meam generosam pro die contumeliarum mihi conservari.

Fidem, quam vicino praestiterit, gloriatur et rei testes gentem Tamim appellat. Se autem semper generose agere, dicit, ut contra contumelias defensus sit. Similem sensum Djerirus Farasdakum alloquens expressit: (metr. Wafir) ستعلم يا فرزدق ان قومي يعدون المكارم للسباب »Scies, o Farasdake! gentem meam sibi parare generose agendi rationem contra contumelias.«

2. Vicinum gentis Banu-Salamah vi cepi, tum eius funem Ahttabo tradidi.

Rem clarius exponit. Ahttabus Mosawiri vicinus erat. Hic quum a gente Banu-Salamah iniuria laesus esset, vicinum huius gentis in potestatem suam redegit et Ahttabo tradidit. Vox ربقة proprie funem designat, quo agni in collo ligantur. Comparatio igitur significat, se vicinum vinctum sic Ahttabo tradidisse, ut ille se contra eum defendere non posset, quemadmodum agnus in eius potestate est, qui funem manu tenet. Tum ampliore sensu vocem ربقة adhibentes dicunt: خلع ربقة الاسلام »funem Islami exuit« i. e Islamum abiecit.

3. Et ab incolis Obdhahi eum obedientem protraxi, ut incolae Irabi in eum imperium exercerent.

Comparandi modum non relinquens, dum singularem suam agendi rationem describit, dixit: »protraxi eum« i. e. initio repugnantem, tum obsequentem, quemadmodum initio trahenti animal repugnat, tum eum sequitur, quod se nil valere sentit. Obdhah nomen aquae esse i. e. loci, ubi ad aquam illa gens degeret, scholiastes adnotavit; postea in parte scholii, quae e scholiis Mersukii desumta est, legimus, aquam esse gentis Thai. In margine Mersukii autem hoc sic explicatum est, aquam gentis Banu-Milkath esse, ad quam palmae invenirentur spatio decem milliariorum a loco Faid distantem prope ad viam Medinensem, quae a loco Faid ad priorem viam deflectat. Irab aliis nomen loci, aliis nomen aquae gentis Banu-l'Ahubar est.

4. Occiderunt filium sororis suae et vicinum domorum suarum ob exitium suum stultitiamque animorum.

Hoc in versu, postquam suam agendi rationem laudaverat, aliorum rationem vituperans dicit, eos vicinum cognatumque, quem ipse sperans fore, ut ei benefacerent, iis tradidisset, occidisse. Hoc factum ipsorum stultitiae fortunaeque adversae adscribendum esse. Duplex igitur officium et vicinitatis et cognationis eos neglexisse.

5. Gens Djadsimah perfide egit; sed ego vestes meas perfidiae nunquam adsuefeci.

Dum gentem istam, quae cognatum, qui idem vicinus fuerit, occiderit, perfidiae **(p. 212.)** accusat, se nunquam perfide egisse dicit. Versum scholiastes sic grammatice explicavit: In voce لاولف litteram Lam negando inservire (conf. Gram. Arab. T. II, 604.) futurum Nasbatum autem pendere e particula ان omissa, ut لاولف pro لان اولف sit. Verba autem لاولف etc. praedicati loco verbi اكن casum accusativum habere, et casum accusativum vocis غير inde ortum esse, quod exceptio abrupta sit (conf. Gram. Ar. T. II, 403. 565.). Vestes

autem per metonymiam animam significare. Rem ita se habere, tum in voce غدرة tum in verbo اولف adhibito videmus, utraque enim vox significatione haud conveniens esset. Scholiastes dixit, eodem modo vocem a poeta adhibitam esse: (metr. Camel) Certior ego factus sum, te sanguinem illicitum cepisse; tum effusus est in veste super te striata. Sed dubito, num in hoc versu metonymia sit. Videmus eam in Corani verbis ex interpretum sententia (Sur. 74 v. 4.) وثيابك فطهر »et vestes tuas (animam tuam) purga!« Simili modo dicunt فلان غمر الرداء »quidam amplo pallio est (i. e. liberalis) فلان عفيف الحجزة »quidam casto cingulo est i. e. abstinet rebus illicitis.« Hunc quoque modum Nabeghah secutus est dicens: (metr. Thawil) رقاق النعال طيب حجزاتهم يحيون بالريحان يوم السباسب Tenuibus soleis praediti, bona cingula habentes salutant (vivificant) herbis odoratis die festi palmarum. Nabeghah Dsobjanita tempore Nohmani b. Almondsir quum viveret et ille rex Christianus esset, festi palmarum mentionem facere potest. Sed de verbis يحيون بالريحان dubito. Morem illius temporis fortasse respicit. Sed verti quoque possunt: »victu ad vitam necessario vivificant«, quod ad liberalitatem respiceret. In Mersukii margine legimus, regibus tenues soleas tributas esse.

6. Si ita agitis, neminem relinquetis, qui honorem vestrum defendat.

Quamquam poeta ad gentem Djadsimah pertinebat, tamen, quum illius agendi rationem a sua diversam descripserit, eam ita allocutus est, ut ei, tanquam genti, a qua discesserit, minetur dicens, eius agendi ratio quum tam turpis sit, neminem futurum esse, qui honorem eius defendat; nam vicinum et cognatum perfide occidi, turpissimum habetur. Verbi يذب obiectum omissum est القادح aut simile quid. Verbis عن الاحساب sensus est: Ne honorem laedant.

Quae autem Rijaschita ad versus intelligendos pertinere putavit et de Ebn-Almocahbaro relata versuum ansam fuisse ratus adtulit, ea ob multos versus citatos auctoris verbis utens latine reddo. Marwanus b. Abi-l'Halil Ahbsita, frater gentis Malec b. Sohair, Ebn-Almocahbarum, qui filius sororis Almosaweri b. Hind erat, ictu in capite vulneraverat; sed Ebn-Almocahbarus rem negligens ei nil mali ob istam rem intulerat. Tum accidit, ut, quum gens Banu-Kais b. Sohair genti Malec b. Sohair, fratribus suis bellum inferret, Ebn-Almocahbarus genti Kais b. Sohair, avunculis suis, auxilium ferens a Saido b. Abi-Halil vulneraretur; sed vulneratus non statim occideretur. Misit igitur Almosawirus b. Hind cum Ahttabo b. Almocahbar noctu duos viros ad Marwanum b. Abi-Halil, qui tum temporis apud mulierem in loco Nathsirah[1]) degeret. Equo, quem secum duxerant, alligato et camelo procumbente, Ahttabus intrans Marwano dixit: Nos equos nostros in Iracam deducturi sumus; sed dominus noster iuravit, se abiturum non esse, donec debitum tu ipsi praestiteris. Alter, se debitum ipsis daturum esse iurans cum eo foras exiit (ut sanguinis pretium pro vulnere ei traderet). Quem quum viri illi duo arriperent, mulier virorum strepitum[2]) alterumque dicentem audiens: Capite! procurrit, ut

1) Nathsirah montis aut aquae aut loci gentis Ahbs nomen esse in Kamuso legimus.

2) Abu-l'Ahla p. ٢١٣ غيطل explicans verba Amru-l'Kaisi adnotavit: (metr. Motakarib) Perturbatione mentis adficitur obscura nocte, quemadmodum asinus libidine percitus circumit; sed vox غيطل hoc in versu vario modo explicari potest.

eos impediret. Alter virorum eam arreptam prostravit et lapide lumbos ita percussit, ut surgere nequiret. Quum igitur captum vinculis constrinxissent, Ebn-Almocahbaro dixerunt: Ad gentem tuam perge, o frater gentis Tamim! Qui quum ad gentem Hidsjam, quae pars Ahbsitarum esset, pervenisset, haec captivum liberare volebat. Illo autem dicente, se ultionis ius in eum habere, ne se ei opponerent, timebant. Quum ad familiam suam, gentem Banu-l'Modill, quae ad gentem Banu-l'Hodjaim pertineret, pervenisset, misit, qui statum fratris vulnerati exploraret. Illo iam mortuo, Marwanus Ahttabo dixit: O Ahttabe! ex omnibus tibi maxime obstrictus sum; avunculum igitur tuum bono modo occide! Tum gens Banu-l'Mocahbar cum gente Tamim sese coniungens apud gentem Ahbs camelos magnos reliquerat, quos gens Banu-Ahbs diripuere. Gens autem Tamim hac de re intra silentium se tenebat, donec Ahbsitae quadringentos camelos commeatus causa Hadjarum[1]) miserant. Inde redeuntes cum commeatu camelos speculatoribus dispositis, impetu facto in latere Alschakiki[2]) cepere. Hanc ob causam gens Banu-Ahbs ad Marwanum b. Alhacem, tum temporis Medinae praefectum, se conferens questa est de eo, quod Mosawirus b. Hind pro filio sororis et ipsos occiderit et camelos rapuerit. Marwanus igitur Mosawiro, quem ceperat, tam commeatus quam camelorum reddendorum officium imposuit. Advenienti, ut officium expleret, gens Banu-Tamim verbis: Bene venisti, o Abu-l'Zahba! allocuta benigne rem concessit et dixit: Quod rapti invenis, tibi concedimus; sume igitur quod in hominum manibus est. Quas autem res quum ad gentem Banu-Ahbs adduxisset, illa omnes res raptas redditas sibi esse negavit. Iterum quam Marwanum adiisset, hic ad Mosawirum misit. Haec fuit causa, cur Mosawirus sequentes proferret versus: (metr. Camel) Num somniasti an infortunium[3]) noctu tibi supervenit et quando tibi rem semper in animum inducis, somnias. Et quum quis mihi male precatur, salitis modo leonis e viis per montes ducentibus montis Alaçhram[4]). Leo (tu) contra me es; at hostibus familiae loco; hic, per patrem tuum; rei infaustae[5]) patruelis est. **(p. 213.)** Sed scias, o Marwane, te, si vis, me potiri posse; me igitur in vincula coniice! (ludibrii causa dictum est). Num vides[6]) gentem, cuius camelos et

1) Hadjar locus in terra Bahrain, quod nomen totam regionem Bahrain complectitur. Quae terra dactylis quum abundaret (Meid. C. 22, 100.), camelos inde dactylos portasse putamus.

2) Alschakik aquae gentis Banu-Osaid nomen est Kam.

3) In Meidanii opere C. 16, 22. proverbialis loquendi modus est: طرقته ام القشعم »Noctu mors (s. infortunium) ei supervenit.« Voci الهيثم quum paene eadem, quae voci القشعم significatio sit, in versu similis proverbialis loquendi modus adhibitus videtur.

4) In Kamuso legimus, montem esse gentis Banu-Solaim et montis in latere loci Aldahnae (cuius littera Ra cum Dhamma quoque pronunciatur) et montis in regione Nedjd. In scholio p. 213 legimus, montis aut loci nomen esse.

5) In scholiis p. 213 legimus vocem الاشام pro الشي الاشام esse.

6) Vocem ارايتك scholiastes p. ٢١٣ multis explicans dicit: Litterae ك in grammatica constructione ex sententia grammaticorum Bazrensium locus non est; sed superflua est nullo discrimine sive abest sive adest. Idem observatur in verbis Corani Sur. 17, 64. Eadem quoque litterae ك in vocibus ذاك, ذلك, الائك ratio est. Sunt autem ex grammaticis Cufensibus alii, qui litterae casum nominativum tribuant, dum alii casum accusativum esse dicant (conf. Gram. Ar. T. I, p. 544. T. II. p. 479. Dicunt, in Corani exemplari Ebn-Masuhdi (Ahbd-

utensilia distributa mihi reddenda imposuisti, iurasse: Profecto! si unum camelum aut duo vestimenta desiderarent, cruore me infecturam esse. Cuspides gentis Tamim hoc impediunt et confossiones[1]) duorum millium equitum loricis tectorum. Processi eos (camelos) propellens, quasi praedam faciens sim et Nabhan scit, me praedam non fecisse. Eaedem res in causa erant, cur porro diceret. »Gens Djadsimah, perfide egit etc.« Tum gens Ahbsitarum ad Almosawirum veniens dixit: Tu familiam tuam ignominia adfecisti et iram nostram excitasti. Is autem illis rem condonavit[2]). Centum autem camelos tanquam caedis pretium ei impositos quum pulcherrimos, quos congregasset, ad gentem Banu-Abi-l'Halil ducturus esset, in via appropinquans virum e sociorum suorum numero invenit, qui Saidum b. Abi-l'Halil haec verba pronunciantem se audivisse dicebat: (metr. Wafir prima syllaba abiecta) Ne timore perculsus sis, o Abu-l'Zamah et ob gladium meum centenos (camelos) gravato corpore incedens adduc[3]). His auditis camelos pectoribus deflexis ad gentem Banu-l'Mocahbar reducens hosce versus composuit: (metr. Wafir prima syllaba omissa) Quum apparuissent colla camelarum magnis tuberibus praeditarum super dorsis instar lapidum viae signorum, fortuna sua ab iis[4]) aliena fuit et iacturam fecerunt et ipsas (camelas) fortuna gentis Tamim custodivit. Nonne vidisti, me uno fune iunxisse fratrem Djorajji instar cameli iuvenci, qui jungitur debitori[5]). Et ductoribus duobus

---

Allah b. Masuhd Corani lector celeberrimus anno 32 diem obiit) Sur. 107, 1. lectionem indubitatam fuisse ارايتك الذى يكذب بالدين (In nostris exemplaribus ارايت habemus; sed Baidhawius istius mentionem fecit). Quod vero ad versum Ohmari b. Abi-Rabiah adtinet: (metr. Thawil) Num vides (اربتك), quum nos tibi contemnendi eraut, nonne timuisti (serveris!), dum ex inimicis tuis circum me praesentes erant! in voce اربتك, quae est pro ارايتك (conf. lbr. meum Darstellung d. Arab. Verskunst p. 474.) aut eadem litterae ك ratio esse potest, quae in antecedentibus observatur aut littera casum accusativum habere potest a verbo recta, siquidem verba sciendi et dubitandi (Gram. Ar. T. II, p. 580.), si cum pronominibus coniuncta sunt, pronomina regere possunt. Caeteris verbis diversa est ratio. Ut ظننتُ نفسى dicitur, sic quoque ظننتنى; sed ut ضربتُ نفسى dicitur, sic non dicitur ضربتُنى.

1) Vocis دروء singularis درء primariam propellendi significationem habet. Tum cuspis rei درء appellatur. Vocem quoque montis prostantis partis significationem habere Hodsailitae versu (p. ٢١٣ infr.) probavit (metr. Thawil): Timet aquila, ne ad partem prostantem eius (montis) transeat et eius inferiora cacumina accipitribus incommoda sunt.

2) Subiectum verborum عفا et حمل de Sacyo Marwanus b. Albacem videbatur. Sed verborum ratione babita, quae praemissa sunt, Mosawirus potius subiectum videtur, ut verbo حمل passivi forma sit. Haec quoque in codice vocalibus indicata est.

3) Beatus De Sacyus e codice suo وادلج adnotavit, verbum metaphorice adhibitum i. e. ut hausta e puteo aqua ad piscinam portatur, ita ad gladium meum adducito post clientem tuum, quem iam occidit, mille alios (centenos), quorum sanguinem hauriat. Sed in codice Tebrisii optimo non est dubium, quin وادلح sine puncto diacritico legatur.

4) Vox ان initio versuum post vocem لما superflua est. Beatus de Sacyus عنها legendum putavit, ut suffixum ad camelas referretur. Sed versus in codice de Sacyano non legebatur.

5) Versus difficilis intellectu est. Beatus de Sacyus exemplari suo adscripsit, quid اخو اجرى sit, se ignorare.

eorum (camelorum) dixi: Adducite eos[1]) ad incolas aquae Djifar (gentis Tamim) possessorum locorum arenosorum, et perfer eos[2]) ad gentem Dul b. Ahmru et perfer eos ad generosos gentis Alhadjim[3]).

CL.

Dixit Alabbas b. Mirdas Solamita.

Virum vituperans, qui cum eo, qui patruelem occiderit, pacem fecerit. Poeta **(p. 214.)** Mohammedis tempore vixit (conf. Meidan. in append. et Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. **333.**). Scholiastes nomen Mirdas a radice ردس »magno lapide iecit« derivatum explicans, poetae Alahdjdjadj hemistichium adduxit: (metr. Redjes) Hostes tegit omnino (v. in capite) instrumento, quo muri franguntur dicens formas مفعل et مفعال cognatas esse.

1. Ad Abu-Salmam nuntium perfer, quo terrore impletur et si in loco Dsu-l'Sidr castra posuit, dum gens mea in loco Ahsdjal est.

Ex more poetarum (conf. Meid. p. ١٢١ v. 5. ١٢٩ infr.) socium alloquitur, qui nuntium patri Salmae perferat. Nuntius autem talis describitur, qui terrore audientem impleat. Significaturus, nuntium omnimodo perferendum esse, addit versus posteriorem partem monens, ne longa via impediatur. Verba لو حل mihi indicare videntur, poetam de loco, ubi ille degat, dubitasse; talis enim ratio particulae لو est. Minus probarem, si quis sensum cum verbo يروعه coniungeret »qui cum terrore implebit, etsi nos invicem remoti sumus«. Verba ذو سدر,

---

Fortasse esse nomen proprium vocandi formâ pro اخا جرية. Hoc vero metrum non patitur et in Kamuso legimus, جرى nomen proprium esse. Post adscripsit: Forsitan dixit poeta قرنت اخا جرى pro قرنت باخى جرى, ut fit saepius in poesi. Conilcio الغريم dictum esse pro المغرم i. e. amator et البكر de puella intelligendum; sed de his amplius deliberandum. Mihi vero quamquam neque sensus clarus est (nam non dixit poeta, quocum fratrem Djorajji coniunxerit) neque bene intelligo, quid velint verba instar cameli iuvenci, qui iungitur debitori (v. creditori), tamen neque unum neque alterum placet. Particula ك in voce كمثل superflua est, quemadmodum videmus in versu p. vlv infr.

1) Scholiastes verbum استنعى verbo تقدم praecessit et انعى verbo وجّه direxit explicavit.

2) Scholiastes p. ٢١٤ recte adnotavit, in voce فابلغها poetam unum virum, postquam de duobus sermo fuisset, allocutum esse, qui loquendi modus saepe inveniretur. Ad hunc modum probandum grammaticus Alferra sequentem versum citavit: (metr. Wafir) »Et dixi socio meo: Ne vos duo nos putetis tales in evellendis radicibus eius, de quibus dicatur: Et absinthium resecuit.« Voci autem فابلغها si praeteriti forma tribuitur, res aliter se habet et nil tale in versu est.

3) Ad verba بنى الهجيم scholiastes p. ٢١٤ adnotavit, familiam gentis Tamim deminutivi forma appellari; sed fieri potuisse, ut poeta formam Faihl adhibuerit, qua adhibita homoioteleuton vitio liberum sit. Ut probet nomina propria mutari a poetis, poetriae Alchansae (conf. Ham. p. vʌl) versum adduxit p. ٢١٤: (metr. Wafir) Sicut oculo meo quietem dedisti ex Hischamo, qui neque dormiebat neque dormire sinebat, in quo Haschimum b. Harmalah Morritam significare vult. Adnotavit quoque versum sororis Hasuki Charedjitae nomen, quae Hasuk in Hasak mutavit: (metr. Thawil) Converto oculum meum in equites non videns Hasakum et oculus meus instar bullae aquae pluvia decidente ortae. Voce Hoschaim in versu non mutata vitium in homoioteleuto existit, quod artis metricae periti سناد appellant (conf. Darstellung d. Arab. Verskunst p. 330.).

proprie locum, ubi loti crescunt, significantia nomen proprium loci esse, ex Kamuso videmus. Scholiastes adnotavit, vocem عسجل nomen proprium loci in regione Harrah gentis Banu-Solaim appellati esse, multum distantis a loco Dsu-Sidr appellato. Salma nomen mulierum et interdum quoque virorum nomen est. Vox in proverbio (conf. Meid. 1, 50.) انف في الماء واست في السلماء »Nasus in aqua et podex in terra« occurrit, ubi terrae significationem habere dicitur. Quae significatio si recta est, terra nomen a lapidibus (سلام) derivata putanda est. Nil quoque obstat, quin mulieris nomen ab hac significatione derivatum sit. In proverbio illo citato vox السلماء in fine longa (cum Medda) sit oportet; reperiuntur enim interdum proverbia cum homoioteleuto coniuncta sicut proverbium Meid. C. 18, 24. Nil quoque impedit, quominus vox initio cum Meddâ pronunciata, postea brevis facta sit; sunt enim voces, quae tum M e d d â distincta sint, tum Meddâ careant, quarum e numero nomen hoc esse potest. Quod vero ad nomen S o l m a attinet, forma est feminini comparativi, qui comparativus praepositione من sequente privatur, si addito articulo definitus fit; sic enim الاحسن et الحسنى dicitur. Quae regula omnes huiusmodi voces complectitur[1]). Grammaticus Sibawaihi dixit, articulum formae feminini comparativi necessarium esse; nonnullas vero voces ut اخرى et دنيا sine articulo adhiberi. In Corano Sur. 53, 20. vox اخرى cum articulo adhibita est; in versu autem poetae Alahscha sine articulo invenitur: (metr. Basith) C i t r a i n t e n t i o n e m a m a n s e i a d h a e s i e t e a v i r o a l i i a d h a e s i t e t i l l e v i r a l i i f e m i n a e a d h a e s i t. Vocabulum رسول eandem significationem, quae voci الرسالة sit, habere, scholiastes versu Cotsajjiri probare studuit (mort. 105.): (metr. Thawil) D e l a t o r e s i a m m e n t i t i s u n t; e i s n e q u e s e c r e t u m c o m m u n i c a v i n e q u e l e g a t i o n e m c o m m i s i. Vox رسول legatum designat; tam unum quam duos et plures significare potest. In Corano Sur. 26, 15 legimus »Nos sumus l e g a t u s domini mundorum«. Poeta Abu-Dsuaib in versu dixit: (metr. Motakarib) M e a d e a m l e g a t u m m i t t e, n a m o p t i m u s l e g a t u s e s t, q u i n u n t i i t r a c t u s o p t i m e s c i t.

(p. 215.) *2. Nuntium viri, ad te sincerum consilium mittentis; si gens honorem tuum aliis liberaliter concedit, tu avarus sis!*

In Mersukii codice, nec non de Sacyano loco vocis رسالة legitur نصيحة, quae vox tum ob sensum tum quod in eodem versu vox رسالة et رسول non convenit, multum praeferenda est. Versus cum priore ita coniunctus est, ut vox رسول appositioni inserviat, et prioris sensus explicetur. Verba فان معشر eum respiciunt, qui alterum decipiebat eique consilium dabat, quo honor ipsius, si id sequeretur, diminueretur, necesse erat. Ut autem sermonis vis augeretur, a narrandis rebus ad allocutionem transiit. Nominativum vocis معشر ex verbo omisso, quod verbo جادوا indicetur, pendere dicunt, siquidem coniunctionem ان verbum sequi debeat. Sensum verborum Mersukius hisce verbis explicat: ان عرضك من لا يهمه سلامة عرضك لما فيه ذهاب النفس وتلف المهجة والتساخى بك وبما يجمعك واياه من اسباب المودة والحمة فابخل انت وبه وتماسك قبل فوت الوقت وانظر ليومك وغدك قدام تولى الامر «. Si tibi obiicit is, cui in-

1) In grammatica de Sacyana T. I. p. 383 legitur مطّرد, quod minus placet.

columitas animae tuae (honoris) cordi non est, rebus, in quibus vitae iactura et sanguinis effusio est, ut te ipsum exponas et amicitiae et propinquitatis vincula, quibus cum eo coniunctus es, tu avarus sis et eum prehendas, antequam tempus elabitur et hodierno et crastino die curam adhibe, antequam res praetereunt.«

3. Et si in loco haud bono, aspero te procumbere iubent, ne ibi mane; sed inde abi!

Monet poeta, ne iis obediat, qui ipsi dura et noxia ferenda imponant. Talium societatem fugiendam esse. Virum, quem alloquitur cum camelo comparavit, quem dominus, ut in aspero loco decumbat, cogere vult. Comparandi autem modus nonnisi ex usu nominis مبركا cognoscitur, super quo in codice Tebrisii alter legendi modus منزلا adnotatus est. Comparatio viri cum camelo frequens est conf. Ham. p. ٤٧٠ v. 1. ٤٧٥ v. 2. ٢٧٢ v. 4. ٣٨٥ v. 1. Sensu similis est versus Amru-l'Kaisi (Diwan. p. ٢٧ v. 7.) هو المنزل الالاف من جو ناعط بنى اسد حزنا من الارض اوعرا »Is efficit, ut foederati e valle arcis Naihth abeant, dicens: O Banu-Asad! in terram asperam, difficilem (abite!).« Vox طايل proprie **longum** significans a procera viri statura, quae apud Arabes laudi erat (conf. Ham. p. ١٣٢ v. 2. ٥٢٥ v. 5.) in alias res translata utilis bonique significationem accepit. Verba فلا تنزل coniunctionis ان **si** phrasin consequentem efficiunt. Verba autem لا تنزل tanquam praedicatum subiecti انت tu omissi loco nominativi est. Post verbum تحول vox عنه omissa est.

4. Neque cibum ede, quem tibi porrigunt, nam, etsi propinqui tui sunt, venenum forte tibi adtulerunt.

In comparatione cum camelo, quae in verbo يعلفونك adhibito cognoscitur, pergens monet, ne in iis fiduciam ponat, fieri enim posse, ut res, quas tanquam bonas oblaturi sint, mortem ei adferant. Dolum igitur eorum, qui amicorum speciem prae se ferunt, respicit. Ut autem dolum eorum maximum et ipsi perniciosissimum describeret, voce مثمل usus est, qua voce venenum, cuius vis rebus additis aucta est, significatur. Mersukius dixit, verbis على قرباتهم, quibus in Tebrisii codice alter legendi modus على قربانهم superscriptus est, duplicem sensum esse posse aut hunc: quamquam tanquam propinquos sincerosque se ostendunt (على تقربهم وتنصحهم) aut illum, quem suum fecit scholiastes Tebrisi: quamquam propinqui tui sunt. Scribi autem in versu potest aut تطعما aut تطعمن.

5. Num post cingulum (vestimentum), dum cruore infectum et testis loco tibi erat, quod ad te in domum adlatum erat sanguine non cessante.

Hic versus sensum completum non offerens cum sequente, id quod in poesi vetere rarius fit (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 332.) cohaeret. Aliter vero Mersukius, qui verbum ante voces ابعد الازار supplendum esse statuit. Hocce verbum autem lateribus rei narratae (جنبات القصة المحكية) indicari. Sensum esse انغتر بهم او تسترييب بما احذرك منهم بعد ظهور امرهم وانكشاف قصدهم »Num tu socors ab iis decipi te sinis aut dubitas de eo, quod te eos cavere iubeo, postquam eorum res apparuit et eorum intentio patefacta fuit«. Verba interrogationem continent, quae reprehensionem et admonitionem exprimit; nam

quum in ipso cingulo sanguis ante oculos et testimonio sit, patruelis occisorem non posse ignotum esse. Similem sensum Hodsailita versu sequente expressit: (metr. Thawil) Libera es sanguine occisi et iam cingulo (vesti) eius sanguis adhaeret[1]. Vox مجسد proprie res croco multum tincta est, tum ob similitudinem coloris sanguine multum infectum designat. Verba autem مجسدا et شاهدا casum accusativum obtinuere, quod statui vocis الازار describendo inserviunt. In verbis autem اتيت به فى الدار maxima vituperatio mihi esse videtur, quod, licet occisorem ante oculos in ipsa domo sua habuerit, necem non ultus sit. Eo autem, quod eius, qui necem ulcisci debuerit, domum intrat; se virum parvi habere patefacit. Verba لم يتزيل sunt pro والدم لم يتزيل عن الازار „et sanguis a cingulo non recesserat.

6. Te iam devenisse video camelum genti aquam haurientem, cui dicitur: Cum situla magna recede et procede!

Vituperat eius obsequium, quod talibus hominibus praestet pacem cum iis faciens et ut obsequium ipsi ignominiosum significet, virum cum camelo aquam e puteo hauriente comparat, quippe ad talem operam, in qua camelus a modo praescripto nulla ratione declinare posset, viles cameli adhiberentur. Similis comparatio p. ۹۴ v. 2. invenitur. Verbis ادبر et اقبل modus indicatur, quo in hauriendo situla magna aut in puteum demittitur aut e puteo extrahitur.

7. Suscipe id (negotium), nam honorato non convenit, in quo sermo est viro se humilianti.

Vituperium relinquens, in quo iam spes erat, fore ut ab incoepto ille desisteret, et sermone acerbo et satyrico carmini finem imponens suadet, ut istam agendi rationem sequatur, quae honoratum non deceat et quam ipse humilians se reprobet. Sed posterioris partis verba late patent, ut ab interpretibus varius iis sensus tributus sit. Tebrisius dicit **(p. 216.)** sensum esse: Quod si quis tibi dicit, te vilem esse, facto tuo rem probante tu negare non potes; sed confirmas. Mersukius triplicem verborum sensum proposuit, quorum unus hic est: Quamquam negotium honorati non est, et ipse se humilians sermonem confert et disputat dubitans, num id suscipiat, alter sensus hic: Homines de eo sermones terunt, num humilians se id suscipiat, tertius denique, cui Mersukius adsentitur: se humilians ipse de eo loquitur, qui id gratum habet, agendi rationem non probans, quomodo igitur fieri potest, ut honorati negotium sit?

CLI.
Idem dixit.

1. Num lanceas in manibus hostis nostri acuis et lanceas, quibus resistis (resistimus), sinis?

Virum vituperat hostibus suorum auxilium ferentem, dum suos relinquit. Cum tali eum contulit, qui, dum lanceas hostium acuit, suorum lanceas negligit. Inter arma lanceas elegit, quia Arabibus arma sunt, quibus et maxime utuntur, et quibus hostibus maximum damnum inferunt. Praepositionem ب in voce بايدى ex adiectivo مستقرة aut حاصلة pendere,

---

1) Vocabulum ازار generis communis est. Verba علقت دمَ القتيل الازار sunt pro علق دمُ القتيل الازارَ.

scholiastes dicit; voci ارماحا igitur adiectivi loco sunt. Sunt autem, qui per metonymiam lanceis viros significari dicant, ut sensus sit: excitas socios hostis mei contra me et meos socios quiescere sinis. Quamquam dicere solent: فلان سيفي ورمحي »Quidam gladius meus lanceaque est« eum significaturi, quo quis hostes repellit et فلان ترسي وجنتي »Quidam clypeus meus est«, eum significaturi, quo quis defenditur, tamen ista interpretandi ratio mihi longius petita videtur. Vox بايدي autem, quamquam lanceae nonnisi manibus tractantur, superflua non est; sed sensum auget significans hostes iam in eo esse, ut poetam lanceis invadant. Vox autem عدى in versu sensum collectivum ob vocem ارماحا habet. Ut post verbum aut antecedens nominis شحذ, aut post ارماحا omissum est لا تشحذها, sic quoque verbi تكابد obiectum (الاعداء hostes) deest. Triplex autem legendi modus existere videtur aut تكابد (secunda persona), dum vir, quem poeta alloquitur, cum poeta coniunctus cogitatur, ut poetae hostis ipsius hostis sit, aut تكابد, qui legendi modus in Mersukii codicis margine adnotatus maxime mihi placet aut denique نكايد »insidiamur«, qui in Mersukii textu est. In Tebrisii codice punctis superscriptis duplex legendi modus نكابد et تكابد indicatus est.

2. Gentis (hostis) vicinum, Ahbdum b. Habtar invade; tu enim rectus non es, nisi quum vicinus tuus rectus est!

Instigat poeta virum, ut iniuriam vicino suo illatam ulciscatur et vicinum gentis, quae vicinum suum laeserit, invadat, cuius enim vicinus recte se non habeat, eum se ipsum recte non habere dicit. Ut pulchram erga vicinos agendi rationem Arabes laudant (conf. Meid. 23, 439.), sic vicinum custodiendum esse dicunt ibid. C. 5, 99. Dicunt praepositionem ب eam ob causam vocem عليك sequi, quod ei significatio imperativi خذ cape! sit. In verbo ترشدن littera ن necessaria non est, siquidem haec littera nonnisi verbo, cui significatio aut iubendi aut interdicendi aut interrogandi est, addi solet.

3. Et si familia Habib b. Habtar eam ob rem irascitur, tamen negotium suscipe, in quo peragendo remoti te contenti sunt!

Fieri quidem posse dicit, ut familia fratris ira incendatur, quod vicinum ultus sis; sed huius rei nullam rationem habendam esse. Ita agendum, ut fide observata gratiam aliorum, non cognatorum assequamur, qua honor in nos redundet. Habib b. Habtar familiae nomen esse, ex eo videmus, quod poeta verbo غضبت feminini genus dedit et inde concludo, nomen Ahbd b. Habtar in versu proxime antecedente non personae; sed familiae esse. Pronomen in voce فيها ad فعلة aut خطة, cuius in posteriore versus parte mentio fuit, referendum est.

4. Quum consultatio cum viris prudentia destitutis longa est, perdit et genam eius, qui solus est, deprimit.

Suadet, ut consilium suum non abiiciat, noxiam enim esse consultationem longam cum aliis, qui prudentia careant. Consilium a talibus datum inutile esse et nil efficere nisi, ut

qui eam inierit, si aliorum auxilium non habeat, deprimatur pereatque. Vox نجوى sermonem secretum significans hoc in versu consultationem, quae secreto fieri solet, designat. Loco vocis النهى in Mersukii codice القوى legitur. Vox الى genitivus vocis الوا est, quae vox locum pluralis vocis ذو possessor tenet. Haec vox, pluralis vocis قوة, diversas partes, quibus funis compositus est, designans, in consilia firma propositaque translata est. Obiectum vocis اضاعت omissum est sc. المستشير consilium rogans, nam idem quam sequens verbum اصغت obiectum habere non potest. Sensus autem verborum esse videtur: consultantem perdi, ut eius consultatio irrita fiat. Poetae vero illud prioris verbi obiectum exprimenti dicendum fuit: اضاعت ربها واصغت خده لكونه فاردا »perdit auctorem eius et deprimit eius genam, quod solus est.« Sed quum posterius non diversum a priore esset, hoc sensu haud ambiguo omisit. Alii autem duobus illis verbis unum tantum obiectum tribuerunt, dum grammatici Bazrenses praeferendum esse putant, quod posterius illorum verborum obiectum regat. Eundem sensum poeta sequente versu expressit (metr. Thawil): ومن لا يكن ذا ناصر يوم حقه يغلب عليه ذو النصير ويضهد »Qui die iuris sui adiutorem non habet, eum adiutore praeditus vincit opprimitque.«

5. Pugna! nam si in socio tuo parum auxilii est, in gladio parum auxilii non est.

(p. 217.) Ex hoc versu coniicere licet, consultationem, cuius in superiore versu mentio facta est, de auxilio ipsi ad ultionem ferendo fuisse; poetam autem putare, alios ipsi auxilium non praestituros esse; suadet enim, ut pugnet et in gladio solo fiduciam ponat, cuius auxilium ei defuturum non sit. Similem fiduciam in gladio, quum gens spem frustrasset, poeta p. ١٩١ v. 1. descripsit. Verbum حارد proprie de pauco lacte adhibitum hoc in versu improprie de auxilio dictum est. Nominativus vocis مولاك e verbo omisso, quod verbis sequentibus explicatur, pendet (conf. p. ٢١٥ v. 1.); nam coniunctionem ان verbum sequi debet.

CLII.
Idem dixit.

Versus autem iis adnumerantur, qui iusti [1]) appellati sunt.

1. Non vidi gentem similem genti, ad quam mane ventum est et non similem nobis equitibus die, quo occurrimus.

Et hostis et suae gentis in hostem incursantis laudem pronuntiat aequali modo inter suam gentem hostiumque laudem distribuens. Voce الحى (cum articulo) gentem notam designat. Scholiastes dixit, voces حيا مصبحا casum accusativum obtinuisse, quod discernendo (تمييزا) inserviant (conf. Gram. Ar. T. II. p. 113.). Scholiastes ex nostro loco apparere contendit, dici posse: عشرون درهما وضحا »viginti dirhemi probi.« De Sacyo scholiastes innuere voluisse videtur, licitam esse nomini indeterminato, quod ad discernendum للتمييز

1) Versus nomen eam ob causam obtinuere, quod poeta in iis adversariis iustam et non minorem quam sibi laudem tribuit.

adhibeatur, adiectivum (صفة) addi, ita ut indeterminatum (نكرة) quidem maneat; tamen restrictum fiat. Sed quum re vera vox وضحا non adiectivum; sed substantivum sit, scholiasten dicere voluisse puto, licere addi uni nomini, quod discernendo inserviat, alterum idem, quod priorem ab aliis discernat (conf. Gram. Arab. T. II. p. 538.). Scholiastes et vocem فوارسا (pro فوارسَ) discernendae voci مثلنا inservire dixit, ut eadem constructionis ratio posteriori hemistichio ac priori sit. Sunt, qui interrogent, cur poeta, quum vox, quae discernendo inserviat, singularem numerum habeat, hoc in versu pluralem adhibuerit? His respondendum esse vult: Multitudo numeri diversitasque generis quum in voce, cui altera ad discernendum (للتمييز) apposita est, distincta non sit, auctor, ut multitudinem numeri diversitatemque generis locum habere ostendat, in voce discernendo inserviente pluralem numerum adhibere solet. Eundem loquendi modum in verbis Corani (Sur. 18, 103.) observari: هل ننبئكم بالاخسرين اعمالا »Num vobis nuntiabimus per eos, qui damnum passi sunt operibus.« Auctorem, qui indicare voluerit, eorum opera multa diversaque fuisse, pluralem numerum اعمالا adhibuisse. Sic scholiastes. Hoc construendi modo admisso verbi التقينا obiectum omissum est. Sed non video, cur non potius vox فوارسا verbi obiectum esse possit, ut verba discernendo inservientia حبا مغيرا, quae ex prioribus حبا مصبحا bene cognosci possint, omissa sint.

2. Meliorem impetum facientem et melius dignitatem defendentem quam ea erat et gladio melius galeas percutientem, quam nos eramus.

In priore versus parte hosti, genti Asad, laudem tribuit; in posteriore suae genti. Vocem اقوانس e verbo omisso pendere, scholiastes dixit. Eadem omittendi ratio Ham. ٧٣١ infr. in voce كاحله cernitur i. e. quum vox a forma comparativi regi non possit, e verbo, quod verbis اضرب منا indicatur, pendeat, necesse est, quoniam comparativi forma, cuius sensus nisi sequente praepositione من perfectus fit, nonnisi vocem articulo haud definitam regere potest, quemadmodum dicitur: هو احسن منك وجها »Is pulchrior te quoad faciem est.« Hae autem comparativorum formae modum verbi admirando inservientis (conf. Gram. Ar. T. II. p. 217 sqq.) sequuntur, ut cum obiecto secundo ope praepositionis ل coniungantur. Sic admirans dicit: ما اضرب زيدا لعمرو »Quam multum Saidus Ahmruum percutit!« et ما اوهبك للدراهم »Quam multos dirhemos dono das!« et ما اقتلك للاقران »Quam multos adversarios occidis!« Praepositionem ل omitti, turpe habetur, nisi quum verbum, e quo accusativus pendet, suppletur (conf. Gram. Arab. T. II. p. 311.). In Corani loco (Sur. 6, 124.), quem scholiastes citavit, textus impressus رسالته habet et رسالاته varia lectio est. In hoc scholiastes dixit, vocem حيث accusativi locum tenere, qui accusativus e verbo a voce اعلم indicato pendeat. Quae scholiastes ad explicandam vocem قونس adtulit, eorum prior pars Ebn-Doraidi sententia, posterior aliorum est; sed posterior pars apud Mersukium sic magis completa est: قونس الفرس ما بين اذنيه الى الراس ومثله قونس البيضة من السلاح.

3. Quotiescunque impetum fecimus, pectora equorum sexennium et lanceas confodientes in nos direxerunt.

Hoc in versu hostes laudavit eorum fortitudinem describens. Loco verborum اذا ما

شددنا شدة in Mersukii codice اذا ما حملنا حملة sensu haud diverso legitur. Equos sexennes iis tribuit, quae equi aetas maximi roboris est. Haec quoque res hostibus laudi est (conf. Selecta ex histor. Halebi p. 141. adnot. v. 4.). Rem ita se habere ex proverbio: (Meid. 5, 1.) »Cursus equorum sexennium victoriae certamen est« videmus, nec non ex loquendi modo فتاء فلان كذكاء فلان »Cuiusdam iuventus aequalis est aetati roboris cuiusdam.« Loco vocis ذكاء dicitur quoque تذكية. Eandem laudis rationem esse puto adpositae voci المداعسا; aliter enim simplex vox الرماح sufficeret. Vox المداعسا »instrumenta confodiendi« appositionem, non adiectivum nominis esse puto.

4. Quum equi a prostrato recedunt, eos nos reversi contra eos (hostes) incitamus; nec vero nisi austeri revertuntur.

Gentis suae in pugna agendi rationem describit, non praeteriti temporis; sed talem, **(p. 218.)** qualem morem sibi fecerat. Mersukius autem verbis duplicem sensum tribui posse putavit, aut quando hostis equites a prostrato e nostris recedunt, nos contra eos impetum dirigimus, ut ex eorum numero virum prosternamus, aut: quod si nos ex hostium numero virum prostravimus, facto non contenti iterum irruimus. Quo in sensu quum maior laus sit, eum alteri praefero. Equos nonnisi austero vultu in pugnam redire, acrem pugnam et vehementem fuisse indicat. In talem autem pugnam quum nonnisi strenui redeant, viri id agentes strenuitatis laude ornati sunt. Suffixum in voce عليهم aut ad vocem صريع, cui collectivus sensus tribui potest, aut, quod praefero, ad hostes, qui ex sensu versus cognoscuntur, referendum est. Quod vero scholii verba attinent: et regens (العامل) in verbis اذا الخيل est verbum نكرها, quod idem phrasis consequens est, nescio, quid prior verborum pars significet; nam vox نكرها non video, quomodo regens verborum اذا الخيل appellari possit. In Mersukii codice, e quo omnia, paucis aut omissis aut additis, desumta sunt, haec non leguntur. Vox عوابسا casum accusativum obtinuit, quod statum redeuntium describit. Nominativi vocis الخيل autem eadem ratio est, quae p. ٢١٥ v. 1. verbis فان معشر et p. ٢١٦ infra verbis فان مولاك erat.

CLIII.

Dixit Ahbd-Alscharik b. Ahbd-Alohssa Djohanita.

Versus ex eorum numero sunt, qui iusti appellantur (conf. p. 217. Nro. 145.). Ex cognominibus, quibus usus est, coniicio, poetam ante Islamum vixisse, nam ut العزى sic quoque الشارق nomen idoli fuisse Abu-l'Fath dixit. Ante Islami tempus viri ab idolis cognomina acceperunt, ut Ahbd-Jaghuts, Ahbd-Wodd etc. Nil quoque impedit, quominus voci شارق radii solis significatio tribuatur; dicitur enim: »tecum non loquar, quamdiu radius solis lumen spargit.« Hac significatione recepta nomen Ahbd-Scharik (servus radii solis) eodem modo ortum est, quo Ahbd-Schams (servus solis). Nomen العزى proprie femininum comparativae formae الاعز est, ut الجلى a voce الاجل provenit. In verbis poetae autem (metr. Basith): وان دعوت الى جلى ومكرمة »Et si ad rem magnam generosamque agendi rationem vocas . . . . (conf. Ham. ٤٥ v. 2.) vox جلى femininum comparativi non est;

sed nomen actionis cum significatione vocis جلال et جلالة; femininum comparativi enim tanquam vox indefinita non adhibetur; sed nonnisi definitum est aut articulo aut altera voce coniuncta. Nomina actionis autem eiusdem formae sunt رجعى, نعمى, بوسى. Dicitur: النسنى برجعى منك Familiariter me utere, dum redis et لك عندى الالاء ونعمى Tibi apud me beneficium et gratia est et لا اجزيك بوسى ببوسى Non tibi rependam malum malo. Sic quoque in Corani loco Sur. 2, 77. secundum unum legendi modum حسنى infinitivus loco vocis احسان et حسن est (alter legendi modus حسنا est), id quod grammaticus Abu-Hatem (mort. 248. conf. Meidan. app.) sine causa negavit. Nomini autem idoli العزى feminini genus tribuerunt, sicut in Corani loco Sur. 53, 20. factum esse videmus.

1. Nonne nobis absentibus salutem accepisti, o Rodaina? Nos ei salutem dicimus, etsi apud nos in honore est.

Hoc in versu, qui, id quod ex homoioteleuto prioris hemistichii videre licet, initium carminis est, mulierem alloquens rem, quam narraturus erat, inducere incepit; sed in explicando verbo حيى in duas praecipue sententias interpretes abiere; aliis enim est valedicendi salutatio, aliis absentis salus missa. Illi sensum sic explicant: Salutem valedicendi tibi diximus, quamquam spes non erat ad te nobis dilectissimam redeundi; hi autem sic: Tibi absentes nos salutem per alium misimus, quum alio modo fieri non posset, quamquam ob amorem maximum, quo tibi dediti eramus, zelotypia vetabat per alium ad te mittere. Nil quoque impedit, quominus in priore parte Deum poeta invocaverit optans, ut eam conservet, cui ipsi salutem dicere non possit. Posteriorem versus partem in rhetorice التفات appellarunt, quoniam poeta priorem loquendi modum relinquens ad alium loquens se convertit. Abu-Rijaschus dixit, Arabes viro, cuius amor in mulierem notus sit, eam in matrimonium non dare. Eius amorem ex eo, quod salutaverit, cognosci. Nomen ردينا ob homoioteleutum pro ردينة est. Id a voce ردن derivant, qua filum, quod mulier tractat, significatur. Camelum multum rubrum ادنى appellant; aliis autem est camelus colore inter flavum rubrumque, aliis رادن croci nomen est, a quo camelus nomen acceperit. Plures autem res inde appellatae sunt. Inferior pars manicae رُدن appellata est; sericum, aliis id quod ex filo, quod mulier tractat, texitur, ردن appellatur. Hic derivandi modus universalis regularisque est. Propensio in somnum اردن appellata est. Sic in versu, cui metrum Sarih est: Iam me cepit dormitatio una, somnolentia et donum ei par iratum. Sensus posterioris versus partis clarus mihi non est. Loco verborum مبز بها in meo Djeuharii codice, qui bonus non est, sub ردن legitur مبذيا »obscoene loquens.« Sed in codice de Sacyano reperitur مضن; at vero tam in Djeuharii quam in Tebrisii codice, quin مصن legatur, dubium non est.

2. O Rodaina! si vidisses matutino tempore, quo venimus odio pleni, quum venter noster vacuus esset.

Ad rem, quam tractaturus est, accedit. Pugnam cum hostibus, in qua **(p. 219.)**

strenuos se probarint, describere vult. Sed propositionem consequentem, quae coniunctionem لو sequatur, necesse est, poeta omisit (conf. Gram. Arab. T. II. p. 464.), qua omissa sermonis vis augetur. Supplendum est: لهالك ذلك »profecto! terrore te implevisset.« Vocis غداة, quod cum verbo جبنا tanquam cum nomine sensu coniuncta est, Nunnationem omisit. Sunt autem in versu tres diversi legendi modi اختوينا, احتوينا et اجتوينا, quorum verborum diversa est intelligendi ratio. Vocem اختوينا Tebrisius de vacuo ventre, in quo parum cibi sit, intelligi vult. Arabes solere cibum non sumere in pugnam proficiscentes, quum turpe habeatur, si e confossi ventre cibus aut merda prodeat aut si quis cacet (conf. Hamas. p. ٩٥ infr.). Confossionem quoque, si intestina cibo plena sint, maiorem noxam adferre posse. Nil quoque impedire, quominus sensus sit, eos omni re excepto odio vacuos fuisse, Mersukius cum hoc sensum sequentis versus confert (metr. Wafir): اذا صفرت عياب الود منكم ولم يك بيننا فيها ذمام »Quum cophini amoris erga vos vacui sunt et inter nos in iis officium non est.« In altero legendi modo احتوينا obiectum verbi omissum est, nam de praeda colligenda verbum dictum esse volunt. Tertium autem اجتوينا tam Mersukius, quam Tebrisius ob praecedentem vocem اضماتنا praeferendum esse putavit, ut sensus sit: Ob odium interno morbo correpti sumus.

3. Tum Abu-Ahmruum tanquam speculatorem misimus; is autem dixit: Ob hostem laeti estote!

Res, quae ante pugnam erant, descripsit. Speculatorem missum cum laeto nuntio, hostes parvo numero esse, rediisse dicit. Sic Tebrisius sensum explicavit; at vero Mersukius non tam in eo, quod pauci sint, quam quod hostis ad pugnam appropinquet, laetitiae causam invenit. In hoc maior strenuitatis laus est. Mersukius in hoc sensu maioris strenuitatis indicium cernit, quam in sequente versu (metr. Basith): يستعذبون مناياهم كانهم لا ييأسون من الدنيا اذا قتلوا Dulcem putant esse mortem suam, quasi, quum occiduntur, de mundo non desperant. Vox عينا casum accusativum habet, quia distinguendo inservit. Scholiastes ob pluralem verbi انعموا pluralem عيونا praeferendum fuisse dixit. Idem construendi modus est, qui in verbis اقروا بالقوم عينا invenitur.

4. Et illi clam ad nos equitem vesperâ miserunt; nos autem erga equitem eorum perfidia usi non sumus.

Versus hic, in quo hostium agendi rationem describit, priori aequalis est. Eos quoque equitem misisse narravit, qui se ipsis immisceret et statum suis referret. Verbum دس abscondendi rem sub altera significationem habere, scholiastes Corani loco (Sur. 16, 61.) probare voluit. Mirari autem quum quis possit, quod poeta suos perfidiâ non usus esse dixerit erga equitem ab hostibus missum, scholiastes rem explicavit; sed textu Tebrisii manco, ut de Sacyus putavit, verba Mersukii adferimus dicentis: والفارس الذى انفذوه داسوسا لم يكن اخذ امانا ولا اشترط عليهم شرطا (يوجب ad.) سلامته به مع مخالطتهم قلت »Eques, quem illi exploratorem miserant, securitatis promissum ab iis non acceperat et iis conditionem non imposuerat, qua cum iis mixtus securus esset, dixi.« Poetam voluisse videri, ipsos

dolum non adhibuisse eo, ut legatum in vincula conicerent, quamquam retentus legatus suis nuncium adferre non potuerit, nam hoc fuisset instar perfidiae erga legatum. Admittere quoque licet, illum equitem fiduciam habuisse, propterea quod ipsis cognitus esset, ut in eo, quod inter ipsos appareret, securitatis officium, ipsis erga eum impositum, viderent. Ita minimam rem, quae ad fidem generositatemque pertineret, omittere, a poeta perfidiam appellari potuisse.

5. *Illi tanquam nubes grandinem demittens venerunt. nos autem tanquam torrens venimus retenturis nos non obedientes.*

Hostium et suorum impetum aequali modo describens eos cum nube, quae grandinem demittit, suos cum torrente rapido, cuius vis retineri non potest, confert. Illi tum ob strepitum, quem edunt, tum ob sagittas haud interruptim missas cum tali nube collati sunt. Simili modo poeta p. ١٣٨ v. 2. sagittas cum grandine parva comparavit et p. ١٦٦ v. 1. exercitum cum nube. Scholion autem in secunda linea corruptum est. Sic legendum: ووجه التشبيه ان لهم حفيفا ووقعا شديدا متهافتا كما يكون لذلك السحاب. Suos autem ob magnam aquarum vim, qua omnia, quae obstant, abripiunt, comparavit. Poeta p. ٢٨٩ v. 1. exercitum cum flumine comparavit. Quandam difficultatem vox وازعينا ob numerum dualis interpretibus paravit. Vocali pluralis vocem efferri non posse dicunt ob vitium homoioteleuti سناد appellatum (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 330.), quod in necessitate excusationem non haberet, neque vero duos viros forma designari, quum voci وازع significatio genus amplectens sit. (Nomina generis autem dualem vix admittunt.) Sunt tamen, qui duces ambos utriusque exercitus significari aut poetam dualis formam adhibuisse dicant, ut impedientes utriusque exercitus designaret. Mihi vero, quum verba suos potius spectent, quam hostes, hoc in loco ob homoioteleuti necessitatem poeta dualis formam loco pluralis adhibuisse videtur.

6. *Quum nos viderent, clamarunt: Ad auxilium venite, o gens Botsah! nos autem diximus: O gens Djohainah! bene age!*

Propius ad rem accedens describit id, quod utraque acies fecerit momento, quo invicem occurrebant. Utraque acies suam gentem ad fortitudinem excitavit. In pugnam irruentes suorum animos eo accendere studebant, ut quilibet suae originis memor gentem suam non desereret. Loco vocis تنادوا in Mersukii codice فنادوا legitur, quae forma sequente فقلنا aptior videtur. Duas gentes fuisse dicunt, quibus nomen Bohtsah esset, unam ad gentem Solaim pertinentem, alteram ad gentem Banu-Dhobaiah et Rabiah, nempe Rabiah Adhdjam[1]). Nomen بهثة a radice بهث derivant. Litteram ل praepositionem esse, quae cohaereat cum particula يا; eam cohaerere non posse cum verbo, quod particula يا indicetur, **(p. 220.)** quoniam verbum illud, quum in phrasi non adsit, regere non possit. Litteram autem vo-

1) Quum multae gentes nomen Rabiah gerentes essent, hanc cognomine distinxit. In Kamuso nil legitur, nisi quod Bohtsah nomen viri e gente Solaim et alterius e gente Dhobaiah sit. In Kamuso Adhdjam cognomen gentis Dhobaiah fuisse legimus. Dhobaiah autem filius Rabiahi b. Nisar etc. erat conf. Ebn. Kotaib. p. 120.

calem Fatham accepisse, quoniam persona advocata loco pronominis sit (praepositio ل ante pronomina vocali Fatha adficitur) conf. Gram. Arab. T. I. p. 475. Gens Bohtsah vocata est; praepositio autem cum genitivo, quoniam advocatur, loco accusativi est. Pro verbis احسنى ملاءً legitur in Mersukii codice احسنى ضربا, qui legendi modus et in scholiis nostris ante illum explicatus est. Vox igitur ضربا, ut in hac incipiamus, aut accusativus obiecti (ibid. T. II. p. 114.) a verbo احسنى rectus esse potest aut accusativus statum describens, ut pro ضاربة sit. In altero autem legendi modo voci ملاءً naturae grammaticus Abu-Said, Ebn-Siccitus autem mutui auxilii (in Mersukii codice احسنى تمالؤا legitur) significationem tribuit; quae auxilii significatio in tertia verbi forma reperta cum opulentiae significatione cohaerere videtur. Grammaticus Abu-l'Ahla putat, si in versu voci ملاءً naturae significatio tribuatur, rectam esse intentionem, et unam partem sermonis alteri similem, nam quum بهثة, cui sit filii meretricis significatio, dixerint, eos occurrentes alteram gentem re ingrata petiisse sibi videri. Dixisse igitur poetam, ostende bonam naturam quum probrosis verbis lacessere bonum non sit. Sed haec interpretandi ratio longius petita videtur.

7. Audientes vocationem e loco remoto, lustrandi causa circumivimus, tum ad locum nostrum rediimus.

Describit quid porro actum sit. Scholiastes dicit, eos ita egisse aut ob dolum aut ob timorem, ut, quum insidias timerent, circumiverint, tum securi ad locum suum redierint. Scholiastes porro explicata verborum ظهر الغيب significatione (conf. Lebid. Moall. v. 47.) et verbis grammatici Ebn-Alchajjath, socii Tsahlabi, qui, quam formam vox ارعوى haberet, se per plures annos interrogantem non audivisse, adductis, huius vocis explicandae modum, quem grammaticus Abu-l'Ahla adtulerit, adnotavit. Vocem nonam verbi formam افعل habere, ut postrema littera و in litteram ى mutata sit, eamque esse aut formam افعلل, quae regularior sit aut افعلى. In carminibus veteribus formam similem existere, certum non habemus, nisi quod in poesi, quae vituperatur, vox مجحو a forma اجحوى derivata et مدحو a forma ادحوى, a verbo جحا et دحا, invenitur.

8. Quum autem paulum substitissemus, ut (cameli) in pectora procumberent, effecimus, tum sagittis petivimus.

Iam ad pugnam describendam venit. Primum sagittis hostem petiverunt. In Mersukii codice in versu تواقفنا et initio scholii الموافقة legimus. Quibus verbis nisi vitium inest, de consultatione et mutuo consensu intelligenda sunt; sed textus nostri modum praefero. Eos substitisse dicit scholiastes aut se ad pugnam praeparaturos, aut strenuissimos quosque ad pugnam provocaturos. Vocem قليلا aut adverbium temporis (tempus parvum) aut adiectivum ad infinitivum تواقفا omissum pertinens esse, quum adiectiva tam adverbiorum temporis quam nominum actionis vicem saepissime agant. Verbi اناخ de camelis usitati obiectum aut omissum est, dum للكلاكل pro على الكلاكل dixit aut للكلاكل verbi obiectum est, ut praepositio ل superflua sit. Non autem scholiastae adsentimur, rem factam esse post impetum (بعد المطاردة), nam hoc versu quin pugnae descriptio incipiat, dubium non est.

9. Quum vero neque arcus neque sagitta relicti essent, ad eos processimus, dum ad nos processerunt **(p. ٢٢١.)**

Poeta leniore pugna, quae eminus sagittis fit, incepit. Hac finita et ob sagittarum defectum et quod arcus rupti essent, ad acriorem pugnam gladiis pergit.

10. Splendore nubis, quae alteri fulgurat. Quum illi cum gladiis subsultim incederent, nos celeriore etiam gressu processimus.

Utramque aciem ob armorum splendorem cum duabus nubibus fulgurantibus comparavit conf. p. ١٧٩ v. 1. In Mersukii codicis margine legimus, loco vocis جَلو in aliis codicibus حملوا inveniri, sed vox جَلو voci ردينا magis convenit et incedendi modum magis depingit. Hoc in versu autem poeta utriusque exercitus agendi rationem paene aequalem describit, nisi quod suis adhibita voce ردينا, qua incitatior gressus designatur, paulo maiorem laudem dispertivit. Talis autem incedendi modus, qualis verbis جَلَ et ردى describitur, corvis proprius est. Accusativus nominis actionis تلالؤ e verbo omisso تلالاتا pendet, quod verbis versus prioris indicatum est.

11. Impetum fecimus unum, et tres iuvenes ex iis occidi simulque Kainum occidi.

Impetus qualis successus fuerit describens, sibi maiorem laudem vindicat eo, quod se virum strenuum, quem nomine appellat, interfecisse dicit.

12. Illi autem altera vice impetum fecerunt, tum totidem quam nos e campo protraxerunt et Djowainum sagitta transfixerunt.

Aequalem autem hostibus impetus successum tribuens aequalem quoque iis laudem adiudicat, nisi quod suos priorem impetum fecisse dicit. Hostes autem quum antea impetum non fecerint, vox اخرى nonnisi eum designare potest, qui post suorum impetum factus est. Djowain autem fratris poetae nomen erat.

13. Frater autem meus Djowainus fortis erat; et caedes viris decori est.

Fratri suo laudem tribuens dicit, eum strenue gentem defendentem cecidisse. Vox حفظ ea animi conditio est, qua quis familiam gentemque defendens periculo se exponit. In fine carminis p. ٢٢٢ scholiastes Abu-l'Ahlae verba adduxit dicentis, quamquam in hoc versu vox جوين nil nisi nomen viri sit, tamen esse, qui putent, fratrem جون et جوين appellari et hoc versu tanquam sententiae argumento utantur. In versu Alkattali (metr. Thawil) (conf. p. 90 sq.): Mihi in antro socius est, o quam praeclarus socius! is pardus est, nisi quod leniter quietari non potest, quem simul rei probandae causa adduxerunt, vocem الجون pardum designare; sed nil impedire, quominus in versu الجون aut fratris aut amici nomen sit. Poetam igitur significare voluisse, pardum illum ipsi loco fratris esse, quemadmodum dicatur: »Eius salus dicta est percussio et eius obiurgatio est gladius.« Tum, si vir, cuius propinquus nomine Chaled ab eo remotus esset, viro ipsi occurrenti Ahmru aut Said appellato diceret: Tu Chaled es i. e. tu vicem Chaledi apud me

agis, hunc loquendi modum licitum ab omnibus haberi. Eundem quoque loquendi modum poetam Schanfara secutum esse in versibus sequentibus (metr. Thawil): Mihi vobis absentibus familia est, lupus dirus et punctis notatus (pardus) glaber et hyaena claudicans; familia sunt, apud quam secretum depositum non divulgatur et iniuste agens ob id, quod sibi accersivit, frustratur.

14. Illi lanceis fractis rediere et nos gladiis incurvatis rediimus.

Quamquam hostibus describendo non minorem quam suis laudem vendicare videtur, tamen dicens, suos cum gladiis, illos cum lanceis rediisse, suos maiore laude ornat, quum Arabes tali descriptione aut minoris aut maioris fortitudinis gradus designarent. Sic poeta Sohair viro, quem laudat, maiorem fortitudinem tribuit dicens (metr. Basith): Lanceâ eos confodit, dum sagittis petunt et quando invicem lanceis confodiunt, gladio percutit, imo quotiescunque gladio percutiunt, corpus amplectitur. Qui cominus cum altero gladio pugnat, is maiori periculo se exponit, quum hostem non bene effugere possit. In aliis autem poetae verbis nulla describendi aequalitas cernitur (metr. Thawil): Nos in eos impetum facimus, equos glabros instar lancearum eripimus; illi autem lanceis Samhariticis rectis potiuntur; sensus enim verborum est: Nos dum eos lanceis confodimus, eorum equis generosis, tenuibus instar lancearum potimur; illi autem nulla re potiuntur nisi lanceis, quibus confodiuntur et quae fractae in corporibus remanent.

15. Ii autem in terrae superficie pernoctarunt siti adfecti et nos, si vulnerati nobis ad iter parati fuissent, profecti essemus. (p. 222.)

Statum post pugnam describens dicit, utramque aciem non procul a proelii campo pernoctasse; sed dicens, suos, nisi a vulneratis impediti fuissent, profecturos fuisse, dum illi, quum vulnerati essent, nullo modo e loco suo abire possent, maiorem laudem tribuere videtur. Vocis احاح primaria significatio soni e pectore prodeuntis instar suspirii est, quacum sitis significatio cohaeret. Vox احاح quoque ardorem in pectore designat, ut duas voces حس et اح, quibus Arabes in dolore utuntur, proferat. Sic Mohammedes dixit: Nisi Thalhahus [1]) vocem حس protulisset, cum angelis volasset. Vox autem اح similis est voci اخ, quam Persae in dolore proferunt. Hadjdjadjus ex arce, in qua a Schabibo [2]) haeretico (conf. Abulfed. Ann. T. I. p. 421. et adnot.) oppugnatus erat, satellitem fortem, suis vestibus vestitum armaque sua gerentem, nec non equo suo vehentem contra illum emiserat. Quem autem sibi tanquam Hadjdjadjum indicatum quum Schabibus clava [3]) percussisset, eum Hadjdjadjum non esse ex eo cognovit, quod ille ictum

1) Mohammedis sociorum unus, qui Alilio fidei sacramentum praestitit anno 35, post vero ad Ahjescham defecit et in pugna anno 36 occisus est.

2) Schabib natus anno 26 Mosulae rebellans quiuque ducibus ab Hadjdjadjo missis occisis (ex isto oppido Cufam tendentem anno 77 Hadjdjadjus praevenit) Hadjdjadjum in arce praefecturae oppugnavit. Eodem tamen anno in flumine parvi Tigridis ab equo deiectus et submersus periit conf. Ebu-Challik Nro 287.

3) In pugnis clavis infra ferro munitis utebantur.

sentiens اخ diceret. Dixit igitur, satellitem illum interficiens: Dedecore te adficiat, o fili matris Hadjdjadji [1]), tunc per servos mortem caves?

CLIV.

Dixit Bischr b. Obajj b. Homam Ahbsita in gentem Banu-Sohair b. Djadsimah.

Pro nomine Bischr ab aliis Boschair refertur. Poetam ante Islami tempus vixisse, ex eo coniici potest, quod res belli ob equos Dahes et Ghabra orti (conf. Meid. C. 13, 119. 21, 96. Memoir. de l'Acad. L. p. 392 sqq.), quod tempore Nohmani b. Almondsir finitum sit, tractet. Cui autem coniecturae obstat, quod poetae nostri pater avo uteretur, qui frater avi Ahntarahi erat conf. Ham. p. ٢٠٥ et ٢٠٦, ut carmen post res gestas compositum esse negari non possit.

1. Equi infausti e progenie Dahesi (refractarii sint neque die certaminis sint felices!)

Quod si in hoc versus posteriore hemistichio verbis ابين et sequentibus optativi sensus tribuitur, prius hemistichium sensu cum sequente versu cohaeret, ut verbum جلبن praedicati loco voci الرباط sit; sin vero verbis narrationis sensus datur, primi versus sensus integer est. Loco vocis ابين legitur quoque كبون »concidant!« nec non pro فما يفلحن legitur ولا يفلحن sensu non mutato. Obiectum verbi ابين omissum ex sequente verbo يفلحن cognoscendum est. Suppleas igitur الفلاح (felicitatem). Malum autem equis a Deo precatur, qui causa malorum fuerint, quorum partim in sequentibus mentionem fecit. Similem autem sententiam intermediam cum sensu optativi in sequente versu invenimus (metr. Thawil) فقلت لهم يا ال ذبيان ما لكم تفاقدتم لا تقدمون مقدّما Iisque dixi: O gens Dsobjan! quid vobis est? (desideretis vos invicem!) audacter non proceditis. Grammatici Bazrenses dixerunt, nullum discrimen inter sensum vocis ال et اهل esse, ut deminutivi forma اهيل sit. Statuerunt igitur vocem الال ex voce اهل mutata littera ortam esse. Grammaticus Tsahlabus (grammaticus celeber scholae Cufensis conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 215. mort. 291.) magistros suos dixisse retulit, vocem اهل significare cognatos, sive nos sequantur sive non sequantur, vocem ال autem nos sequentes homines, etsi cognati non sint. Haec quoque est causa, cur grammaticus Cufensis Alcesäi (mort. 189.) formas deminutivi tam اهيل quam اويل esse dixerit. Scholiastes causam belli propter cursum equorum Dahis et Ghabra orti brevius describit. Pluribus a Meidanio (C. 21, 96.) res narrata est. Hodsaifahus b. Badr Fesarita cum Kaiso b. Sohair b. Djadsimah ea conditione, ut **(p. 223.)** pignori viginti cameli ponerentur, cursus spatium centum iactus sagittae, tempus, quo ad cursum equi praepararentur, quadraginta dies essent, et locus, unde cursus inciperet, Dsat-Alizad esset, equorum cursus certamen inierat. Kaisi equi erant Aldahes et Alghabra, de equis Hodsaifahi non consentiunt. Alii equos Alchaththar et Alhanfa, alii equos Korsol et Alhanfa fuisse dicunt [2]). Hodsaifahus autem quibusdam iuvenibus gentis Fesarah in angustiis viae epulo

1) Hoc eum cognomine appellavit, ut eius imbecillitatem iudicaret.

2) Maior tamen pars, ni fallor, Alghabra Hodsaifahi equi nomen fuisse dicit, ut nonnisi duo equi currerent.

cibi Hais[1]) parato, ex quo ille locus postea nomen Schihb-Alhais accepit, imperaverat, ut ibi absconditi equum Dahes, si eum praecedentem conspexissent, retinerent. Quum igitur equus Dahes primus venisset, eum retinuerunt; sed equam Alghabra statim post illum advenientem non cognoverant, quae res in causa erat, cur Alghabra, illo dimisso ad aquam ante illum accurreret. Gens Banu-Fesarah autem illam in facie percutientes ab aqua repulerunt. Qui quum Kaiso victoriam adiudicare nollent et pignus recusarent, orto inter eos bello Kaisus eos invasit. Auhfum autem b. Badr fratrem Hodsaifahi b. Badr occidit, tum datis centum camelis, quarum pars pullos secum habebat, pars per decem menses gravida erat, caedem expiavit. Nihilominus vero Hamalus b. Badr Malicum b. Sohair fratrem Kaisi occidit, ita ut Kaisus ad Hodsaifahum mitteret, reposcens camelos cum pullis, quos apud eos enixae erant, caedem enim ipsos ultos esse dicens. Gens Fesarah autem pullos retinens plures, quam acceperat, camelos remittere nolebat, ita ut et Kaisus eos recusaret. Post Malico, fratre Hodsaifahi, a Djonaidibo b. Chalf Ahbsita occiso bellum inter gentes Ahbs et Fesarah exarsit. Kaisus denique occiso Hodsaifaho b. Badr eiusque fratre Hamalo b. Badr in regionem Ohman[2]) se contulit, quae res erat causa, cur poeta sequentem versum proferret.

2. *Permittente Deo caedem Malici adduxerunt et Kaisum in posteriorem Ohmani regionem relegarunt.*

3. *Ad locum Dsat-Alizad palma percussi sunt (equi), dum agmen vestrum noxam vilitatis et despectus percipiebat.*

In priore versu mala ex isto certamine orta indicat, in posteriore res certaminis, quae malorum causae exstiterint, enarrat. Quamquam equus Dahes caedis causa erat, tamen, quum progeniei Dahesi poeta malum precatus sit, ad istam progeniem verbum جلبن etc. retulit. Huius autem personae mutandae modus, si inde dubium non oritur, poetis frequens est. Similis loquendi modus in versu poetae reperitur (metr. Basith) ان ابن ال ضرار حين اندبه زيدا سعى لي سعيا غير مكفور F i l i u s g e n t i s D h i r a r i, q u u m e u m a d v o c o, S a i d u s m i h i a c c u r r i t h a u d a b s c o n d i t u s; vult enim dicere Saidum, filium Dhirari. Causam autem, cur Kaisus in regionem Ohmani, Borkah-Ohman appellatam, se reciperet, hanc tradunt fuisse. Per quadraginta annos inter utramque gentem acriter bellato, quum pax componenda esset, Kaisus Rabiaho b. Sijad dixit: Ad vestram gentem redeuntes pacem facite, nam pax vobis melior est peregrinatione! Ego vero, per Deum! faciem mulieris gentis Ghathafan non sum adspecturus, nam vix invenitur, cuius aut patrem aut fratrem aut propinquum non occiderim. Loco verbi طرحن legitur quoque طوحن. Scholiastes nonnisi equum Dahes in facie percussum esse dicit; sed ut verbum جلبن sic لطمن ad progeniem relatum est. In scholio autem p. ٢٢٣ l. 6 legimus, gentem Fesarah equam Alghabra percussisse in facie. Hoc si verum est, Alghabra Kaisi equa fuerit necesse est (conf. ib. l. 3.). Videmus igitur, scholiasten duos narrandi modos in explicando permiscuisse, unum, Kaisi equum fuisse Dahes et Hodsaifahi equam Alghabra, alterum Kaisi equos fuisse Dahes et Alghabra, Hodsaifahi Alchaththar et Alhanfa. Ad explicandum nomen Dsat-Alizad adtulerunt,

---

1) Hais cibus est e dactylis, cremore lactis et lacte schisto sicco paratus.

2) Arabiae felicis regio ambitu circiter trecentarum parasangarum ad mare Persicum sita.

vocem الاصاد significare foveam parvam, in qua restagnet aqua pluviae; esse quoque pluralem vocis اصيدة, qua significetur res caulae ope petrarum confectae similis; sed vocem اصدة significare vestimentum haud perfecto modo netum, aliis autem colobium, aliis vestimentum, quo pectus tantum tegatur. Huius significationis probandae causa versum poetae scholiastes adduxit: (metr. Basith) Instar ricini mane incessit indutus vestimento pectorali trito, non rogavit auxilium, dum latera mortis[1]) eum tegebant. Verba ذات الاصاد regionem significant, in qua اصاد »scrobes aquâ impletae« sunt. Ex hoc autem loco cognoscimus, equos in certamine libere cucurrisse et siti adfectos ad consuetum aquae locum festinasse. Voce جمعكم gentem suam, Abbsitas, alloquitur et haec est causa, cur verbum genus femininum habeat. In eo autem, quod equum Dahes in facie percusserint, despectum opprobriumque videt.

4. Si cursu praecedis, victoria tibi non concedetur; sin vera pedes tui lapsant, occideris

Sensum versus Tebrisius haud dilucide explicavit dicens: Id est: Si praecedis, **(p. 224.)** tibi victoria non concedetur, quia ad patrueles suos eiusque familiam se transtulerat. Dicere vult: Iuste non tractaberis et occideris, si pedes tui lapsant i. e. si praecedis et tum victoria tibi non conceditur, occideris. Sed in fine scholii textus mancus videtur, ut ante vocem قتلت verba »et si pes tuus lapsat aut similia« omissa sint. Scholiastes autem verba de eo intellexisse videtur, quod Kaisus in regionem Olman transmigraverit. Pluribus Mersukius sensum explicavit dicens: هذا يحتمل وجهين احدهما انه جعل الخطاب لصاحب الفرس على المجاز والسعة والمقصود الفرس فيقول تمنع من السبق ان سبقت وهذا اشارة الى ما كان منهم من لطم داحس وقد قدم ذكره فان خفت قدماك بك وبرزت ثانيا اتى عليك ويكون قوله زلت بك القدمان على ما فسرناه من قولهم قدح زلول اذا كان خفيفا فهذا وجه والثاني ان يترك الخطاب على ظاهره وحده ويكون المعنى سيمنع منك المتفق عليه من الخطر بسبق فرسك فان لم يثبت قدماك عند التقاضي به وفي الدفاع عن نفسك فيما يراد من ظلمك ويرام من هضمك قتلت ايضا وهذا اقرب واشبه بالقصة »Verba duos interpretandi modos patiuntur, quorum unus est, poetam metaphora usum equi dominum allocutum esse, quamquam equum significare vellet. Dicit igitur: Impediris, quominus praecedas, si praecedis. Haec autem verba ad id, quod narravimus, eos equum Dahes in facie percussisse, referenda sunt; sin vero pedes tui celeriter te auferunt, ut secunda vice praecedas, occideris. Hoc recepto verba زلت بك القدمان modo intelligenda sunt, quo verba قدح زلول »sagitta levis, celeris« explicavimus. In altero autem interpretandi modo allocutio rationem, quae verbis inest, sequitur nulla re mutata, ut sensus sit: Pignus, quod convenit equo tuo vincente, tibi recusabitur et si pedes tui haud firmi sunt in flagitando et iniuria a te repellenda, occideris. Hic vero modus rebus narratis magis convenit.«

CLV.

Dixit Ghallak b. Merwan b. Alhacam b. Sinbah[2]).

Nomen غلاق a verbo غلق »concessum fuit pignus etc.« sic derivari potest, ut a verbo

1) De vocibus حوامي الموت dubito. Sunt fortasse latera ungulae mortis.

2) Poeta quum eandem rem eodem modo ac proxime praecedens tractet, eodem tempore eum vixisse puto. Merwan b. Sinbah vir potentissimus, a quo noster sine dubio originem duxit, tempore Ahmrui b. Hind vixit conf. Meid. T. II. p. 831. Sed nomen Ghallak viri nomen est post Islamum viventis, qui p. ٥٠٨ occurrit.

علم derivatur علام et a verbo سلم vox سلام. . Si a quarta verbi forma vocem derivas, hic rarior derivandi modus est, nam forma haec e quarta verbi forma raro oritur. Huiusmodi exempla sunt adiectiva سار, دراك, جبار et قصار. Nomen مروان iis adnumerandum est, quae a grammaticis مرتجل appellantur (Gram. Ar. T. I. p. 268.).

1. Ii propinquitatis vincula inter me et ipsos ruperunt et ad separationem rem duxerunt et crimina licita putarunt.

Poeta mala ex certamine equorum Dahes et Ghabra enumerat et queritur. Post verbum اجرو, quod in rebus ingratis turpibusque adhibetur, obiectum nominis فعلهم »factum suum« omissum; nomen vero, ad quod suffixum in voce اليها referendum est, ex antecedente verbo قطعوا cognosci potest, nempe nomen قطيعة »separatio«. Idem loquendi modus in verbis. »Qui mentitur, (mendacium) ei malum erit«. Littera ا in fine vocis المحارما homoioteleuti causa addita est. Vocalis brevis quum longa fit, hoc اشباع appellatur. Eadem res in aliis carminis versibus observatur.

2. Et utinam ii in aliis propinqui fuissent, et tu, o Fathima! neminem eorum peperisses!

Dolorem suum ob mala illa ostendens optat, ut cum aliis cognatione coniunctus sit, nam iniuria a cognatis, a quibus bonum exspectare possumus, illata maiorem nobis adfert dolorem. Versus ratio duplex est. In priore hemistichio est tertia verbi persona, in posteriòre secunda, dum Fathimam alloquitur, quae filia Alchorschobi b. Anmar b. Baghid erat. Quatuor habuit filios Malicum b. Sijad, Alrabih b. Sijad, Ohmarah b. Sijad et Anas b. Sijad. Mulier illa per filios suos inter Arabes celeberrima (conf. Meid. C. 25, 104.) tempore Kaisi b. Sohair vivebat. Similis autem loquendi modus mutatis personis in Corano Sur. 12, 29. »Iosephe! ab hoc te averte! et tu (o femina) ob crimen tuum veniam roga!« invenitur. Vox لاخرى est pro لقرابة اخرى aut لارحام اخرى et suffixum in voce مكانها ad nomen قرابة referendum est. Post particulam يا vox قوم g e n s omissa est (c o n f. Gram. Arab. T. II. p. 508.). Nomen فاطمة homoioteleuti causa in فاطما mutatum est.

3. Quid boni ex cursu equi Dahes provenisse tibi arrogas? Et tu, o Ebn-Wabrahe! incolumis inde non prodiisti.

Vituperat poeta, eos victoriam Dahesi gloriari, quum res tam malum exitum habuerit. Voce تدعى »arrogas tibi« usus est, quod alii equae Ghabrae faventes victoriam equo Dahes denegarent (c o n f. Meid. C. 21, 96.). Ex hoc autem versu coniicere licet, poetam Fesaritam fuisse, qui alterius, Ebn-Wabrahi Ahbsitae, verba reprobaverit.

4. Eo (cursu) gentes duas Baghidhi infelices reddidistis; is (cursus) autem patrem tuum abegit, et ubi cum barbaris degebat, periit.

Ex hoc versu, qui posterius hemistichium versus praecedentis explicat, carmen post tempus certaminis dictum esse, concludere licet; Kaisum b. Sohair enim patrem tribus appellavit, eumque in regione Ohman periisse dixit. Suffixum in voce بها ad vocem عدوة

pertinet et cum hac vox غربت quoque cohaeret. Verbis autem حيث والى الاعاجما regiones Ohmani ulterioresque terrae partes indicat, ubi barbari Persae sc. degebant. Gentes Baghidh sunt filii Baghidhi, Dsobjan et Ahbs (conf. Ebn-Kotaib. p. 97 tabul.).

5. Gens Dsobjan potentes fratresque erant; tum vos festinastis et ea festinavit percutere crania.

Gentis Dsobjan, cum Ahbsitis coniunctae, potentiam magnam fuisse dicit; sed equi cursu eo ventum esse, ut utraque gens alteram bello invaderet. Quum verbum يضربون ad vocem ضرتم quoque pertineret, poetae فطرتم وطارو تضربون dicendum fuit; sed quum status utriusque gentis idem esset, verbum nonnisi cum uno طاروا coniunxit sensu haud dubio. Verbo طار autem festinandi significatio est, ut in versu p. ٦.

6. Gens Sohair annis praeteritis, nec non postero tempore nonnisi infausta appellabatur.

Inde factum esse dicit, ut gens Banu-Sohair b. Djadsimah infaustae cognomen (p. 225.) acciperet. Ut autem significet, hoc ei cognomen semper adhaesisse, hoc tempore antiquo et postero tempore factum esse dicit. Posterum tempus est tempus post illud equorum certamen usque ad poetae aetatem. Causam, cur verbum generis feminini sit, in eo videmus, quod nomine Sohair totam gentem designat. Verbo autem دعا appellandi significationem esse, scholiastes versu Ebn-Ahmari probavit: (metr. Basith) Appellabam eius festucam stibium cumulatum et hanc esse causam, cur duo obiecta habeat. Verba فى السنين inserviunt tempori definiendo aut verbo اضحت aut verbo يدعون. Verba autem وما بعد si cum verbis فى السنين coniuncta esse statuis, pro وفيما بعده sunt, et ut illa, quippe quae tempori definiendo (ظرف Gram. Ar. T. II. p. 97. 114.) inserviant, loco accusativi sunt, sic et haec cum iis coniuncta accusativi locum obtinent[1]). Nil impedit, quominus vox ما superflua[2]) sit, quasi dixerit poeta فى السنين الماضية وبعدها nannis praeteritis et post eosu. Legere quoque licet ومن بعد, id quod bonum est. Haec omnia Mersukii sunt, ne igitur quis in errorem inducatur, quum in scholiis legit: dixit Mersukius, putans nonnisi sequentia Mersukio adscribenda esse. Scholiastes noster Mersukii scholia maximam partem aut verbotenus exscripsit aut paucis interdum mutatis et omissis, rei meritum ut sibi soli vendicaret, auctorem reticens; sed ubi aut sententiam refelli aut vituperationem proferri posse putavit, auctorem nominavit. Mersukius Ebn-Djinnii interpretandi modum adferens sic refert: Quidam grammaticus dixit, vocem ما in verbis وما بعد nonnisi superfluam (صلة وزايدة) esse, nam si vox بعد in fine posita et detrimentum passa sit[3]) abiecta voce cum ea coniungenda, fieri non posse, ut altera voce nitatur eiusque praedicatum sit. Hoc autem si fieri non possit, fieri non posse, ut sit phrasis coniunctiva ope adiectivi coniunctivi (i. e. vocem بعد ope

1) Non re vera casus accusativus est; sed analysis huuc explicandi modum sequitur, ut cuilibet parti sermonis suum locum tribuat et huic loco convenieus nomen det.

2) Vox ما si superflua est, particulis, quibus nomen صلة est, adnumeratur (conf. Anthol. Gr. p. ١١٠ l. 14 sq.)

3) Hoc sic intelligendum esse puto, ut auctor cum voce بعد vox sequens coniungatur necesse habeat ex. gr. in verbis من بعد السنين post annos. Abiecta igitur voce السنين vox بعد detrimentum patitur et in fine est, nulla voce cum ea coniuncta sequente. Hoc غاية appellatum est.

vocis ما (pro الذى) cum praecedente phrasi coniuncta (conf. Gram. Ar. T. I. p. 444 sq. T. II. p. 259. 261.); quoniam phrasis coniunctiva (صلة), quae aut tempori aut loco definiendo inserviat (ظرف) et propositio sit, praedicatum subiecti (مبتداء) esse possit. Rem autem se non ita habere, e loco Corani Sur. 12, 80. apparere: قال كبيرهم الم تعلموا ان اباكم قد اخذ عليكم موثقا من الله ومن قبل ما فرطتم فى يوسف »Dixit maximus natu eorum, nescitisne, patrem vestrum iureiurando per Deum dato vos obstrinxisse et quid in Iosephum vos antea commiseritis? Hoc in loco vocem ما esse pro الذى (i. e. vocem ما esse موصول et voces من قبل esse صلة) aut verba ما فرطتم locum nominis actionis تفريطكم tenere. In utroque autem interpretandi modo voci ما casum nominativum esse (tanquam subiecto) et voces من قبل eius praedicatum esse. Grammaticum Abu-Ishakum Alsadjdjadj cognominatum (mort. ann. 311.) in isto Corani loco tres interpretandi rationes adnotasse, quarum una modo dicta sit. Re autem ita se habente illum virum in eo, quod dixerit, errasse, nam si vox بعد in fine posita, quemadmodum ostenderit, praedicatum sit, inde sequi, eam quoque صلة esse«. Tum scholiastes noster (Tebrisi) Mersukium plures ob res vituperavit, quarum una est, eum erga Ebn-Djinnium iuste non egisse, quippe cuius interpretandi ratio melior sit quam Mersukii. Altera autem est, inter tres interpretandi rationes, quas Alsadjdjadjus adnotaverit, Ebn-Djinnii optimam esse, quippe alii grammatici Mersukii rationem vituperent, quod verba من قبل (particulam coniungendi) Gram. Arab. T. I, 549. a voce coniuncta separet; tertia denique est, eum scholae Bazrensi addictum istam separationem, a Cufensibus grammaticis probatam, a Bazrensibus autem reprobatam, dum Ebn-Djinnium refelleret, admisisse.

CLVI.

Almosawir b. Hind b. Sohair.

Carmen tempori belli Abd-Allahi b. Sobair (v. 6), qui anno 64 chalifa salutatus erat, et anno 71 occisus est, compositum (Abulf. Ann. T. 1. p. 397. 419.).

1. Iuventus evanuit, et non est locus, quo quis eam sequi possit et aequales meos desideravi et ubi locus est, ubi ego superstes sim?

Hoc in versu, cuius ex homoioteleuto prioris posteriorisque hemistichii initium carminis esse videmus, iuventutis tempus praeterlapsum et cum eo socios periisse queritur, ut et ipsi mox pereundum sit. Vox متقفر est nomen loci (conf. Gram. Arab. T. I, p. 303.) a quinta verbi forma تقفر »secutus fuit« derivatum. Vocabulum ترب maxime in feminis, interdum quoque in viris adhibetur. Scholiastes, vocabulo مغبر significationem vocis بقاء tribuens, formam nominis actionis putasse videtur; ego vero ratione habita antecedentis متقفر formam nominis loci esse puto. Post hanc vocem لى (mihi) omissum puto.

2. Et video mulieres, posteaquam spectabilem me invenerunt, se avertentes. Tum dixerunt: Senex monoculus!

Priorem partem versus antecedentis hic magis illustrans mulierum agendi rationem erga

se describit. Praeteriti autem temporis quum simul mentionem fecerit, hoc in versu ut in illo querimonia est. In vocis غانية significatione delinienda non consentiunt. Rationem etymologicam sequentes eam esse dicunt, quae suo marito contenta sit aut pulchritudine sua contenta se non ornet. Grammaticus Abu-Obbaidah, eam viro nuptam esse dicens, significationis probandae causa Djamili (conf. Ham. p. ١٥٥) versum adduxit: (metr. Thawil) **(p. 226.)** Marito carentes mulieres amavi, quum Botsainah nupta non esset; sed maritum quum haberet, maritos habentes mulieres amavi[1]) et grammaticus Ebn-Alahrabi sequens hemistichium (metr. Basith) recitavit: Tempore Lailae mulier sororiantibus mammis praedita marito nupta non est. Litteram ت in voce تمست signum feminini esse ad rem (القصيدة) referendum, scholiastes dixit. Hanc autem litteram vocali Fatha adfectam esse, qua distinguatur ab ea, quae cum verbo nomineque coniungatur. In verbis شيخ اعور, quae vocis هو (is) subiecti omissi praedicatum est, poeta vituperationem videt. Ex verbis autem اعرض et قلن cognoscimus, poetam statum praesentem non describere; sed de re praeterita loqui.

3. Caput meum viderunt in faciem commutatum excepto occipite et barba, quae non plectitur.

Senectutis suae conditionem pluribus describit. Calvum se esse dicit, dum nonnisi in occipite et barba crines remanserint. Barbae autem crines quum non plectantur, sicut antiae viro ornamento non esse. Quod voci كله casus nominativus sit, id varias causas habere posse dicit scholiastes. Aut esse appositionem ad vim sermonis augendam pronomini verbi صار additam, aut nomen (subiectum) verbi صار, aut nomen verbi sui (تجد), quod verbis صار وجيبا indicetur, ut in verbis رايت زيدا قيسيا ابوه, dum ابوه e verbo تقبيس pendeat aut in verbis مررت بسرج خز صفته »transii ad ephippium, cuius sedes sericum erat«[2]). Hi vero construendi modi iis, quae in Gram. Arab. T. II, p. 277 sq. adnotata invenimus, similes sunt. Voces قفى et لحية casum accusativum obtinuere ob particulam antecedentem الا (Gram. Arab. T. II. p. 403 sqq.). Vox لحية, quamquam haud definita est, tamen poetae barbam significat, nam pro لحيتى est.

4. Et senem viderunt, cuius dorsum iam incurvatum est, qui incedens aut vacillat aut pedem offendens prosternitur.

Se tanquam senem decrepitum describit, qui dorso incurvato haud firmiter pedibus incedit et cui vires non sunt, ut pede offenso lapsum caveat. Loco vocis ظهره in Mersukii codice صلبه (spina dorsi) legitur. Tum in voce يقعس triplex legendi modus observatur. Aut futurum verbi intransitivi يَقعَس, quod significat, virum prae senio corrugatis venis tendinibusque colli elato capite esse aut futurum verbi transitivi يُقَعِّس »incessit modo eius, qui protuberantiore pectore et elato capite prae senio est,« quemadmodum verbo عرج utuntur de incessu claudi natura aut denique يُقعَش (ut videtur passivum quartae formae) cum signi-

1) Ni fallor in Ebn-Challikani opere No. 141 plures versus eiusdem carminis adducti sunt.

2) Scholiastes videtur voluisse, vocem صفته e verbo خزز pendere; sed hoc verbum in lexicis non reperitur.

ficatione vacillandi, quacum loquendi modus تقعوشت الخيمة »tentorium corruit« cohaeret. Hic autem tertius legendi modus mihi praeferendus videtur, quippe qui cum verbis sequentibus او يكب فيعثر bene congruat. Poetae autem si rerum ordinis ratio fuisset, يعثر فيكب dicendum fuit, quum caespitatio ante lapsum esse soleat; sed homoioteleuton, ut ordinem rerum inverteret, poetam coegisse videtur. Poetae aut homoioteleuti aut metri causa ordinem mutare solent, ut in hac hemistichii parte (videtur metr. Thawil): كما اسلمت وحشية وهقا sicut laqueus feram tradit, nam كما اسلم وهق وحشية dicendum fuit aut Amru-l'Kaisus in versu 52 Moallak. dixit: (metr. Thawil) كما زلت الصفواء بالمتنزل »sicut descendens in petra laeva labitur«; nam dicendum fuit كما زل المتنزل بالصفواء.

5. *Quum homines vidissem abhorrentes a bello civili caeco, cuius ignis accendebatur et ardebat,*

Consequens pars sermonis, quae particulam لما quum sequi debet, omissa sic supplenda est: »me retinui, ut viderem, quid sequeretur.« Sed in eo, quod antea se senem decrepitum descripsit, excusationem rei videmus, quum socios et propinquos in periculis deserere turpe haberetur (Meid. C. 6, 126. 3, 29.). Maiori autem ipsi excusationi esse debebat, quod senectute coactus a tali re se retineret, ad quam alii nonnisi inviti accederent. In verbis autem فتنة عمياء »bellum civile caecum« causa est, cur alii eam inviti sequerentur. Caecum autem id appellavit, quod tanquam animal caecum in unumquemque irruit et unumquemque laedit aut via recta non incedit. Nil quoque impedit, quominus poeta bello civili adscripserit, quod hominibus furore tanquam caecis in eo convenit, quemadmodum ليلة نايمة »nox dormiens« dici potest loco verborum »nox, qua homines dormiunt« Mersukius bellum civile inter Ebn-Alsobairum et Ahbd-Almalicum b. Merwan significari dicens, verba الفتنة العمياء verbis explicavit: التى لا يهتدى فيها لوجه امر وتحمل شان »id in quo non ducitur ad modum rei et rem distinguendam.« Ut bellum (conf. Ham. p. ١٩٩ v. 3.) sic turbae illae civiles cum igne hoc in versu comparatae sunt. Quod poeta verba توقد et تسعر in eodem versu coniunxit, hoc ea de causa fecit, ut significaret, belli ignem non solum accensum esse, verum etiam accensum vehementer flagrare. In codice Tebrisii alter legendi modus فتسعر superscriptum est. Poetam bellum tam cum animali caeco quam cum igne comparasse, minus placet.

6. *Et in varias partes divisos, dum in omni insula princeps fidelium et suggestus erat.*

Versus hic cum antecedente ita coniunctus est, ut verbum تشعبوا cum verbo هروا cohaereat. Poeta statum illarum turbarum civilium describens hyperbola utitur dicens »in omni insula princeps fidelium et suggestus erat«, nam nonnisi Ebn-Sobairus contra Ahd-Almalicum imperium chalifatus sibi arrogaverat. Non parvam autem molestiam scholiastae inde paratur, quod verba امير المومنين »princeps fidelium«, quae natura sua nonnisi personam definitam designant, ut hoc in versu vox cum ea connexa منبر rem indefinitam, sic personam indefinitam designet necesse est. Princeps fidelium titulus erat, quem Ohmarus ineunte imperio adsumserat, quum titulus successor successoris legati Dei خليفة خليفة رسول الله nimis longus videretur longitudine semper crescens initio cuiuslibet novi imperii (conf Abulfar. histor. p. 175.), nam sequenti imperatori خليفة خليفة خليفة رسول الله titulus fuisset. Ut autem nonnisi unus legati Dei successor ex natura illius religionis cogitari potest, sic quo-

que verba امير المومنين nonnisi unam principis fidelium personam designare possunt. Hanc vix tollendam difficultatem remoturus scholiastes rem sic explicavit: Verba امير المومنين esse definita, quia prior vox modo consueto cum posteriore coniuncta sit; sed Nunnationem (ut cum posteriore voce coniuncta non sit) tanquam praesentem cogitari (conf. Ham. p. ٢٣٨ infr.). Quae res quum ita sit, vocum indefinitarum modum eam sequi. Hoc autem licitum esse, quod voce امير »princeps« status indicetur, ut sensus sit: In ea (insula) est princeps imperitans fidelibus« [1]). In nomine agentis autem, quo aut status aut futurum significetur, coniunctionem cum sequente voce efficere, ut vocis significatio fiat specialis [2]), non ut fiat omnino definita (conf. Gram. Ar. T. II. p. 133.). Nunnationem igitur, quae primitus ibi fuerit, tanquam praesentem cogitari. Eundem modum observari in locis Coran. 46, 23., ubi ممطرنا sit pro ممطر لنا et Sur. 5, 96., ubi verba بالغ الكعبة sint pro بالغا الى الكعبة. Vox منبر (suggestus) autem in templo locum elatum designat, in quo die Veneris primis temporibus Islami Chalifae preces publicas faciebant et populum adhortabantur. Primi Chalifae stantes rem agebant; Moahwijjahus primus fuisse dicitur, qui sedens id faceret (Abulf. Ann. T. I. p. 380.).

7. Gens Dsobjan autem sciat, si se avertit, nobis esse ducem celeberrimum, magnum. **(p. 227.)**

Hoc in versu et in sequente, in quibus fortitudinis laus est, causa esse videtur, cur versus in primo Hamasae libro locum habeant. Minatur genti Dsobjan dicens, suam gentem iis carere posse, si ab ipsa recesserint aut si contra ipsam proficiscerentur, se habere ducem celeberrimum. Sed in versu loco vocis اعرضت apud Mersukium ادبرت legitur; utrumque autem verbum suffixo cum praepositione caret, quod supplendum est. Post verbum اعرضت aut vocem عنا a nobis i. e. si illa gens se a nobis avertit, nos relinquit aut vocem لنا i. e. si illa gens contra nos proficiscens petendi copiam nobis concedit; post vocem ادبرت vocem عنا i. e. si a nobis retrocedit, nos relinquit, suppleas. Sed verbum ادبرت praepositione cum pronomine carere potest i. e. tergum vertit aut, ut alii dicunt, ius relinquit. Est autem in versu verborum inversio, quum verba تتعلمن pars consequens verborum ان حي اعرضت sint. Ducem celeberrimum, magnum aut Sohairum b. Djadsimah aut Kaisum b. Sohair (conf. Meidan. proverbia in append.) vult, nam in scholio, quod ex Mersukii opere desumtum est, pro verbis قيل زهير in Mersukii opere قيس بن زهير legitur. Epitheton اغر candidam in fronte maculam habens ab equis in virum celebrem, omnibus notum translatum est; sed in Tebrisii margine alter legendi modus الاعز adnotatus est.

8. Et nobis esse hastam Rodainiticam durum, inflexam, dum is quoque, qui eam gerit, inflexus est.

Versui duplicem sensum tribuerunt aut duram et rigidam esse hastam, ut resistat iis,

1) Hic vero sensus minime inesse verbis mihi videtur; eum potius extorsit scholiastes.

2) Sed silentio praetereundum non est, loco vocis التخصيص in Mersukii opere التخفيف legi. Hac autem voce significare voluisse videtur auctor, Nunnatione abiecta poetam effecisse, ut enunciatio lenior fieret.

qui eam rectam reddere velint i. e. viros resistere omnibus, ipsos subigere volentibus aut et hastam esse inflexam, ut hostis confodiatur et viros esse inclinatos, ut hasta confodiant. In Mersukii commentario l. 4. legitur: بعنى ان القناة لا تستقيم لقوم وحاملها ايضا لا ينقاد لمجتذب. Prior autem interpretandi modus quodammodo Ahmrui b. Keltsum verbis confirmatur (in Mollakae vers. 59.) (metr. Wafir): عشوزنة اذا انقلبت ارنت تشج قفا المثقف والجبينا Durae (hastae), quando flectuntur, sonant vulnerantque occiput dirigentis et frontem et alius poetae (metr. Camel): كانت قناتى لا تلين لغامز فالانها الاصباح والامساء Hasta mea ei, qui eam rectam reddere studebat, mollis non erat, tum eam tempus matutinum vespertinumque molle reddidit (conf. Ham. p. ١٣٩ v. 2. et schol.). Hoc autem sensu admisso poeta virum in posteriore hemistichio cum hasta contulit significaturus, gentem suam nulli obsequium praestituram esse. Qui autem alterum interpretandi modum sequitur, in versu sensum invenit, viros paratos esse et arma ad resistendum. Lanceae aut a Rodainah (conf. Ham. p. ١٨٧ v. 1.) aut ab eius marito Sambar in provincia Bahrain degentibus (conf. Lebid. Moall. v. 50.) cognomen accepisse dicuntur, qui, postquam rectas eas reddidissent, lanceas venderent. Adiectivo صدق duri significationem esse, scholiastes pluribus ostendit. Voci autem حاملها tanquam subiecto duo esse praedicata unum كذلك, alterum ازور et vocem كذلك sic adhibitam non mutari, ut forma tam masculino quam feminino designando inserviat. Huius rei probandae causa scholiastes versum a grammatico Abu-Saido (mort. 215.) citatum adnotavit (metr. Basith): Ego equo vehens pro mea religione pugno et non sicut ego vir nisi per socios. Loco vocis رجلا vir in Mersukii libro راجلا pedes invenitur.

CLVII.

Dixit Ohrwah b. Alward Ahbsita [1]).

Nomen عروة, quo plures res significarentur, pluralem عرى habere, scholiastes versu a grammatico Abu-Said citato probavit (metr. Camel): Reges dignitate exuit et eius vexillum secutae sunt arbores, quae hieme folia non amittunt (fortes aut benigni) et principes gentium. Huius autem versus explicandi causa addidit: Auctore Abu-l'Fatho grammaticum Abu-Becr contendisse, vocem عراعر pluralem vocis عرعرة esse, qua voce cacumen montis significaretur. Quod quum ipse (scholiastes) admirans Abu-Ahlio dixerit, hoc quominus sit, impediri vocali Dhamma, illum respondisse. Nomen collectivum ut باقر, جامل aliaque esse. Voce الورد autem leonem quoque significari, scholiastes versu sequente probavit (metr. Thawil): O filia Ahbd-Allahi et filia Malici et o filia eius, qui duos avos habebat [2]) et equum rubrum. Pulchre autem poetam

1) Poeta ante Islamum et post Islamum vivens (conf. Meidan. append.).

2) Cognomen duo viri gerebant, unus Ahbd-Allah b. Ahmru b. Alharets, alter Ahmru b. Rabiah eques equae الضحياء appellatae. (In Kamuso legimus possessorem equi fuisse Ahmruum b. Ahmir; sed non dubito, quin duobus eadem persona designetur.) Posteriorem in versu significari puto. Erat avus Thofaili Alchail (conf. Meidan. C. 25, 105.).

Thajjitam versu cecinisse (metr. Thawil): Manum meam sermonemque meum ab honore ingenui retineo et eam (manum) iuba leonis fulvi impleo. Pluralem adiectivi وَرْدٌ esse وُرْدٌ; femininum autem esse وردة. Hoc in Corani loco Sur. 55. v. 37. inveniri.

1. Hominibus emaciatis dixi: Vesperâ iter facite, vespera, qua apud Mawanum in caula pernoctarimus.

Poeta in hoc fragmento (conf. Ham .p. ٢٢٨ l. 3. infr.) gloriatur, se socios fame adflictos in caula pernoctaturos ad iter faciendum impulisse, ut rebus potiundis a fame liberarentur. Mawan aquae nomen est inter locum Nakdah et Rabadsah sitae (locus prope ad Medinam situs, ubi Abu-Dsarr Ghifarita sepultus est, hoc nomen habet). Adiectivum رازح tantum maciei gradum designat, ut viribus consumtis animal concidat. A camelo in homines translata est vox.

2. Ut aut divitiis potiamini aut morte gravi animae vestrae quiete fruantur, **(p. 228.)**

Versus hic cum imperativo تروحو tanquam pars sermonis consequens cohaeret, quae est futuri apocopati causa (Gram. Ar. T. II. p 33.). Eandem, quam in versu sententiam apud Meidanium C. 12, 179. expressam invenimus. Hoc vero in versu fortis animae laude se ornavit. Scholiastes adnotavit, in formis verborum quatuor vel plures litteras habentibus (i. e. secunda, tertia, quarta etc. forma) formam nominis actionis et participii passivi, nominum loci temporisque eandem esse. Hanc quadruplicem vocis formam in versu locum habere posse. Trium sensus quum clarus sit, nonnisi quartam participii passivi esse a voce استروح (odorem rei percepit) derivandam dicimus, ut sensus sit: Cum animis vestris ad odorem perceptum mortis pervenietis. Quod autem ad adiectivum مبرح adtinet, Mersukius ei gravis significationem tribuens cum hac cohaerere putavit adiectivum البارح vento tributum et loquendi modum برح بى الحب »adflixit me amor«, nec non برح بى فلان »quidam noxam mihi intulit« et ابرح الرجل »vir rem gravem, admirabilem adtulit«. Abu-l'Fadhlum b. Alahmid (qui tempore Mersukii vixit), sic refert Mersukius ad Ham. p. ۴۴۸ infr., miratum esse, quod Abu-Tammamus, qui operam dederit, ut voces haud bonas sordidasque removeret, voces كنيف et مستراح in hoc et priore versu occurrentes neglexerit. Hoc sine dubio adnotavit, quod utraque vox latrinam quoque significat.

3. *Nam qui mei similis familiam habet opibus carens, se in omne periculum immittit,*

In hoc versu, qui in Mersukii codice non legitur causa agendi rationis est. Qui pauper familiam habet, ei omnia suscipienda sunt, ut ex incommodis se liberet. Vox يك est pro يكن, id quod in pluribus Hamasae locis invenimus.

4. Ut aut excusatione dignus habeatur aut desiderio potiatur, nam qui efficit, ut excusandus habeatur, ei similis est, qui prosperos in rebus successus habet.

Versus hic explicandis praecedentibus inservit; sed in Mersukii codice, ubi لتبلغ »aut

perveniamus« et نصيب legitur, cum versu secundo cohaeret. Sensus versus hic esse videtur: Pauper molestiis pressus periculis se exponit, ut divitiis potiatur, quibus tranquillus ipsi fiat animus. Hoc faciens officium suum implet, ut, si desiderio divitiarum potiundarum non satisfiat, dum periculis succumbat et pereat, excusatione dignus in morte quietem inveniat. In eo igitur, quod quietem invenit aut laude dignus est, uterque similis est. Loco vocis غيبة, (res desiderata) غنيمة (praeda) legitur.

Abu-Rijaschus ad res, quae versibus ansae fuerint, explicandas sequentia adtulit: Gentis Maahd pluribus annis sterilibus invicem sequentibus adflictae familia Ghathafah conditione meliore gaudebat. Isto tempore poeta Ohrwah b. Alward, cognominatus A b u-N a d j d a h et O h r w a h p a u p e r u m, qui absens fuerat, sine praeda rediens camelis equisque suis fame perditis gentem proxima cognatione cum ipso coniunctam invenit in caula ex arboribus confecta versantem, victu omni destitutam. Advenienti dicebant: Quod hoc in loco fame morimur, melius est, quam quod lupi nos vorant. Ohrwahus autem remota caula iis dixit: Prodite et hanc camelam meam iuvencam dissecate, alteri vero arma vestra imponite, ut vobis id acquiram, quo vitam sustineatis aut moriar. Ab oppido Medina versus Arabiam felicem iter dirigens in terram gentis Kodhaah tetendit et quum gentem Balkain peteret, ad Malicum b. Himar etc. transiit omni commeatu consumto. Hic ei dixit: Vae tibi! quo tendis cum hisce viris tuis, quos sine dubio perdes. Tum alter: In eo, quod mihi iubes, interitus est. Sine me victum quaeram et mihi et familiae meae, nam mors melior est quam macies! Malicus autem quum per montes duos H a r s a n appellatos in terra gentis Fesarah sitorum redeundi consilium ei daret, alter dixit: Quidnam eis faciam, quibus ad me doni causa venientibus dare solebam? Malico autem dicenti: »Te excusatum habebunt, quum nil possideas«, respondit: Me autem ipsum ego non excusabo, quod non amplius quaeram. Isto autem tempore versus illos, imo plures protulit. Malicus igitur camelum ei dono dedit. Cuius carne inter socios distributa terram gentis Banu-l'Kain petiit, qui terram deserti (التيه) incolebant. Incidit ibi in terram rimis plenam, in quibus aqua erat et vestigia conspexit. Quae quum ad aquam venientium vestigia ipsi viderentur, suos insidias comparare iussit, se enim sperare fore, ut in terra gentis Banu-l'Kain alimentum inveniant. Fu- **(p. 229.)** turum esse, ut homines penuriâ laborantes illas arbores depascant. Post diei spatium camelum iuvencum, ad aquam venientem, capere volebant, ut ipsis aliquot dies cibo esset. Sed ille, ne dominum ad illas arbores depascendas camelos adducturum illo capto in fugam agerent, rem vetuit. Abstinuerunt igitur; sed mox poenitentia ducti Ohrwahum vituperabant. Post spatium quinque dierum quum centum cameli cum pullis ad aquam accederent, comitantem equitem, qui uxorem suam secum habebat, sagitta transfixit, ut inferiore scapularum loco intrans per mammam virilem prodiret. Camelos autem cum uxore ad gentem suam abduxit, ut conservaretur. Hanc autem rem versibus sequentibus celebravit (metr. Thawil): N o n n e t e m p u s a d v e n i e t, q u o b a c u l o n i x u s r e p o, u t h o s t e s m e i s e c u r i s i n t e t g e n s m e a f a s t i d i u m m e i c a p i a t, d u m p i g n u s i m a e p a r t i s d o m u s s u m e t q u a v i s v e s p e r â m e c u m p u e r i l u d u n t i n c e d e n t e t r e m u l o

passu instar pulli struthiocameli. Camelorum vestrorum pectora elevate, o filii Lobnae, nam mors gentis peior [1]) est quam macies. Et vos neque consilium meum neque prudentiam intelligetis, donec locum, ubi palmae proveniunt [2]), videtis. Et si corde vecorde fuissem praeditus, quum hostium terra appareret, neque amarus neque dulcis (nil dicens), per montes Harsan rediissem (conf. Ham. p. ٣٢٨ l. 5 infr.) tempore quo Malicus dixit: Peribis! et num ob desiderium vir mei similis vituperatur? Fortasse iter meum per terras et camelus meus et quod pectus cameli sella instruo, aliquando ad dominum agminis camelorum ducet, qui repugnantia et avaritia id defendit, quod pauci sequuntur et eius vindictam petens, quum tam equitibus quam peditibus id inclamo. Quotiescunque in deserto castra ponimus, in loca speculandi speculatorem instar trunci arboris mittimus, in terra plana oculos circumvertentem, dum cameli quiescunt et ahenum nostrum bullit. Causam autem, cur poeta عروة الصعاليك »Ohrwah pauperum« appellaretur, talem fuisse narrant. Anno sterili, quo homines aegrotos, debiles et aetate provectos in domibus relinquerent, tales ex sua familia eum congregasse, quos domibus effossis [3]) et ex arboribus caula exstructa aleret et vestiret. Quorum autem si quis vires recuperasset, cum caeteris eum in expeditionibus exiisse, donec pabulo abundante lac haberent. Tum anno sterili cessante cuilibet ad gentem suam redeunti praedae partem poetam distribuisse, ut nonnulli divites redirent. Ipsum Ohrwahum pauperem fuisse. Virum autem, cui nomen Aschjam b. Scharahil b. Ahbd-Ridha etc. ماوى الصعاليك »mansio pauperum« cognominatum esse, quod pauperes aleret et donis, ut divites essent, efficeret. Narrant quoque Ohrwahum tempore hiemis vehementis quum caula facta hominibus gentis suae quaestum faceret, primum duas fuscas camelas adeptum esse, quorum una mactata in altera infirmis et utensilibus impositis ab uno loco in alterum transmigraret. Ad aquam Mawan appellatam inter loca Aluakdah et Rabadsah castris positis, Deo volente eum invenisse possessorem centum camelorum, quas fugiens ex camelis primum parturientibus familiae suae abduxisset[4]); (voce enim عقوق camelae designantur, quae primum lac in uberibus habent et mulgentur). Viro occiso et camelos et uxorem viri pulchram eum cepisse et ad caulam advenientem camelas mulsisse. Postea ad suos reducem camelos distribuisse, ita ut nonnisi portione aequali caeteris sibi sumta uxorem sibi eligeret. Qua re socios haud contentos iurasse: Per

---

1) Pro voce شر peior de Sacyus خير melior legendum putavit, id quod sensui aptius videtur conf. Ham. p. ٣٢٨ v. 6. infr.

2) Oppidum Jatsreb seu Medinam vult. Terra gentis Banu-l'Kain locus est, ubi arbores Atsl (tamarix orientalis) crescunt.

3) Ni fallor de Sacyus usu verbi حفر adductus loco vocis الابيات legendum putavit الابيار putei; sed hic pluralis in usu non est. Mihi videtur poeta terram effodisse, ut contra ventos vehementes defensi essent et hac de causa dici potest: domos effodi.

4) Loco verborum قد قرّبيها in codice de Sacyano قد قربيها legitur, quem legendi modum rectum esse puto. Alter legendi modus significare potest: quas tanquam victimas obtulisset.

Deam Allat! Nisi uxorem tanquam portionem, quam qui velit, sumat, posueris, contenti non erimus! Virum autem hac de causa iratum primum opibus direptis eos occidere in animo habuisse, tum re diligentius perpensa quum intellexisset, quod si ita ageret, sua in eos collata beneficia peritura, diu cogitantem assensum esse ea conditione, ut ipsi iumentum relinqueretur, quo uxorem imponeret, quod quum ad suos perventum esset, redderet. Hoc quoque denegantibus illis, virum quendam eorum iumentum, quod suae portionis fecisset, ipsi mutuo dedisse. Huius rei mentionem a poeta in versibus sequentibus factam esse (metr. Thawil): Eheu! Caulae incolas tales inveni, quales homines sunt proventu abundantes et divites facti. Ad me autem in loco Mawan eorum praefectura pervenerat, ubi incedebamus et inquieti in lecto nos volvebamus et homines ollae nigrae **(p. 230.)** odorem percipiebant, cuius sella ultro citroque commota non mutatur [1]); in latere utroque attritae, dorso convexo praeditae, veteris, quae apud eos modo vinculo constricta est, modo ad iter impellitur; apud quam filii erant, quos vidistis et ad cuius latera pauperes egenique incedebant. Eique dixi: O olla! viri adsunt, quorum cibus a viro ollam possidente celeriter paratus est, caro camelorum pinguium et aqua calida, cui aliam insuper addimus; nos enim et vos instar matris filio sumus, cui aquam oculorum (mater) [2]) semper dat liberans et pulchre agens. In cuius adolescentia quum commodum sibi speraret, is eam relinquens ad aliam se contulit, novam, quae stibio oculos fucat. Ipsa autem extremis cubitis nixa pernoctat capite in terram inclinato gemens ob id, quod ei supervenit et eiulans. Eligit e duabus rebus [3]), quae bonus status non sunt, et (quod eligit) orbitas est; nisi quod pulchre se gerit [4]). Instar noctis [5]) canum caput habentis (infortunii), cuius non obliviscor et noctis nostrae, qua equus Karmal benigne dedit, quod dedit (i. e. e periculo nos liberavit). Ei dico: o Malice! (mater tua orbata sit!) quando ad Afihum [6]) retinetur et tum constringitur? in deserto amplo, ubi ob sitim agmen camelorum magnorum datum conspiciebas (ad mactandum). Signa viae in terra Malico ita mutata erant, ut ea non cognosceret et certo scivit, in eo, quod fingitur, nil veri esse.

---

1) Poeta ollam cum camela comparans vocibus usus est, quae proprio sensu nonnisi in camelo aptae sunt.

2) Scholiastes dixit, hunc esse proverbialem loquendi modum »Aquâ oculi mei te educavi ne dicam omnibus rebus.«

3) Hae duae res sunt, ni fallor, status relictae a filio et orbitas.

4) I. e. Cogitans, filium suum esse, nil mali in eum peragit.

5) Sequentia sensu cum praecedentibus non cohaerent. Malicus autem idem sine dubio est, cuius antea mentio facta erat. Videtur res quasdem poeta narrare ipsi periculosas. De Sacyus se sequentia non bene intelligere adscripsit.

6) Afih et Ofaih locum esse propinquum terrae gentis Modshidj, in Kamusi opere legimus.

CLVIII.
Dixit Abu-l'Abjadh Ahbsita.

Abu-Hilalus dixit, poetam tempore Hischami b. Ahbd-Almalic (anno 105 succedens in imperium anno 125 diem obiit confer de viro Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. 606.), quum contra hostem profectus esset, in somnio edentem dactylos et cremorem lactis in paradisum se intrare putasse. Mane igitur diei sequentis postquam dactylos cremoremque cibo sumsisset, hosti occurrentem occisum esse.

1. Utinam sciam, num equites die hoc revertentes (e pugna) dicant:

Versus verba somnium illud, cuius mentionem fecimus, spectant. Sensus sententia intermedia abruptus nonnisi sequente versu perfectus fit. In somniis autem tanquam futura indicantibus quum fiduciam ponerent, et poeta noster, Mohammedanus probus, paradisum optaret; non mirum est, quod se ad mortem praeparans isto die contra hostes acriter pugnaverit; putabant enim contra hostes religionis pugnantes si occiderentur, in paradisum intraturos esse. Laeto igitur animo versus hosce protulit. Vox فوارس ob metrum Nunnationem habet. De voce ليت conferas Gram. Ar. T. II, p. 61. Scholiastes dixit, vocem شعرى nomen vocis ليت esse, cuius praedicatum omissum sit. Vocem autem praedicato carere posse ob obiectum vocis شعرى. Voces ليت شعرى autem nonnisi hoc modo adhibita reperiri, sicut post verba لولا praedicatum subiecti semper omissum sit, quippe vicem eius teneat phrasis consequens. Hoc cerni in verbis: لولا عبد الله لفعلت. Nisi Ahbd-Allahus (fuisset), profecto fecissem (nam praedicatum كاين aut مانع omissum est) conf. Gr Ar. T. II. p. 417. Verba autem هل يقولن فوارس locum obiecti vocis شعرى[1]) tenere. Verbi يقولن obiectum initio versus sequentis reperitur. Verba وقد حان etc. sententiam intermediam efficiunt, quae statum describens loco accusativi est. Verbis يوم ذاك indicat poeta, se hostibus occursurum esse.

2. Reliquimus Abu-l'Abjadhum Ahbsitam occisum, eius carnem ab avibus non occultantes.

Hoc in versu, qui cum versu antecedente intime cohaeret, vox تركنا loco obiecti verbi يقولن et voces اب الابيض cum apposito العبسى loco obiecti verbi تركنا sunt. Inter verbum obiectumque verba ولم تجنن etc. sententiam intermediam efficiunt, quae statum pronominis in voce تركنا describit. In codice Mersukii autem ولم يجنّن . . . لحمُه legitur. Verba وهو قتيل statum Abu-l'Abjadhi relicti describunt. Tum scholiastes de interrogatione هل يقولن »num dicant« in versu priore prolata pluribus, dum Mersukium omnino sequitur, agens dixit: Si quis dicit: Num in sermone post interrogationem rem definis, siquidem te interrogante res, de qua interrogas, cum altera ipsi contraria aequalis[2]) est, (nam si res aliter se haberet, tu non

1) Vox شعرى tanquam nomen actionis aut nomen a verbo derivatum accusativum obiecti regere potest; verba autem illa هل etc. loco illius accusativi sunt. conf. Ham. p. ٤١٤.

2) Scholiastes dicere vult, interroganti quum neque unam neque alteram cognitam habeat rem, duas res aequales videri; istam autem aequalitatem tolli eo, quod respondens dicat, unam aut alteram rem esse. Si interroganti aut unam aut alteram rem esse, cognitum fuisset, interrogationem inutilem esse.

interrogares), respondeas, rem interrogatam necessario definiri. Porro si dicitur: Quid hoc in loco post interrogationem ex particulis أم et أو coniunctivis (conf. Antholog. Gram. p. 105 et 106 text. Ar.) definitum est et quomodo sensus sermonis cum illo definito constituitur, tibi respondendum est, sensum e ratione particulae أو constituendum esse, propterea quod in tali sermone particulis نعم (certe!) aut لا (non) adhibitis respondeatur; siquidem sensus in hunc modum sit: Utinam ego sciam, num illud facturi sint. Quod vero ad definiendam particulam أم, quae sit particula coniunctiva[1]), attineat, haud recte hoc in loco id fieri posse (conf. de particul. أم et أو Gram. Arab. T. I, p. 571 sq. et Anthol. Gram. **(p. 231.)** p. 105 sqq. text. Ar.

3. Plures, qui haereditatis meae spem fovent, ii mane a me nonnisi parum accipient.

In eo, quod dicit esse, qui haereditatis spem habeant, sibi fortitudinis laudem tribuit, nam illa spes nonnisi in fortitudine originem habere potest, quae efficit, ut audacter in hostem irruat et mortem spernat. In posteriore autem versus parte tum fortitudinis tum liberalitatis laus cerni potest, fortitudinis, quia fortis opes erogat, ut multa bonaque arma sibi paret, liberalitatis, quia liberalis opibus erogatis beneficia in pauperes confert. Genitivus vocis ذى e particula و, quae significationem vocis رب habet, pendet (conf. Gr. Ar. T. II, p. 34.).

4. Opes mihi non sunt praeter loricam, galeam et gladium ferreum politum.

Opes sibi esse negat, nam, licet arma apud Arabes pars opum haberentur, tamen, quum cuiuslibet speciei armorum nonnisi unam rem se possidere dicat, re vera opibus caret, quippe opes abundantibus omnium rerum, quae usui nobis sint, partibus consistant. Hisce autem rebus enumeratis equitem fortem se describit. Voci غير aut casus nominativus tanquam appositioni aut accusativus tanquam exceptioni tribui potest. De voce ابيض conf. Ham. p. ٢٠٧ v. 2. Gladius, ut perfectus sit, duplici modo describitur. E puro ferro, chalybe confectus et politus est. Voces ماء الحديد (splendor ferri) significant ferrum splendens i. e. chalybem.

5. Et fusca, Chaththaensis hasta recta, et glaber (equus) nudo dorso, longus.

Modo poetarum in describenda hasta et equo adiectiva loco substantivorum adhibuit. Lanceis color fuscus adscribitur, quod arundo, quando matura et dura fit, illum colorem accipit conf. Ham. p. ٤٧٢ infr. Amru b. Kelth. Moall. v. 36 sch.). Lanceae Chaththaeuses cognominatae sunt aut, quod in vico Chathth provinciae Bahrain vir Samhar, qui eas conficiebat, sedem habebat (conf. Lebid. Moall. v. 50.) aut quod arundo in ora maritima (Chathth appellata) inter provincias Bahrain et Ohman crescebat (conf. Hamas. p. ٣٩ v. 1.). Praeterea lanceae Rodainiticae, Samhariticae et Iasaniticae appellabantur (conf. Ham. p. ٢٢٧). Lancea porro مثقف appellatur i. e. ope ferri ثقاف appellati recta reddita conf. Ahmru b. Kelth. Moall. v. 57. 59. Equum dicit esse اجرد glabrum i. e. pilis brevibus praeditum, qui pili breves signum equi generosi sunt (conf. Ham. p. ٩٩ v. 1.). Quod vero equus nudum dorsum

---

1) Hoc addidit, quoniam illa particula quoque tanquam separata adhibetur conf Anth. Gr. p. 106 text. Arab.

habet, id eius laudi servire non potest. Caetera vero epitheta quum laudi inserviant, et hoc laudi sit necesse videtur. Sensum verborum sic intelligo: Pili eius tam curti sunt, ut dorsum eius nudum videatur. Equum longum quoque appellavit, quod tales equi caeteros cursus celeritate vincere solent:

6. Quem persona mea in bellis defendo, dum collo eius me tueor. Amico ego multum dono.

Rationem, qua cum equo suo coniunctus sit, tanquam amicorum duorum describit, quorum unus alterum defendit. Eques pedibus suis equum tuetur, ne in latere, per quod in pulmonem et cor intrat sagitta, vulneretur, eques autem et pectus et ventrem suum collo equi tuetur. Mersukius autem dixit, Arabes et arma et equos amicos appellare. Noster igitur, se equum amici loco habere, intelligi vult. Voci وصول, ut in Haririi loco p. ٢٧٦, duplex significatio hoc in versu tribui potest, ut aut multum donantem aut multum coniunctum designet; is enim, qui alterum periculo suo defendit, et multum donans et multum coniunctus amicitiâ cum altero appellari potest.

CLIX.

Dixit Kais b. Sohair in filios Sijadi nempe Rabiah, Ohmarah et Anas, qui perfecti cognominabantur.

Nescio, cur scholiastes quartum (memoria tenentem) omiserit. Fathimae enim, filiae Alchorschobi, quatuor erant filii celeberrimi, Rabiah Alcamil (perfectus; sed in Mersukii codice et scholiis nostris ربيع الواقعة Rabih strenuus), Ohmarah Alwahhab (donator), Anas Alfawaris (optimus eques) et Kaisus Alhafiths (memoria tenens) conf. Meidan. C. 25, 104. Somnians autem mulier nonnisi de tribus filiis interrogatam esse, scholiastes adnotavit. Kais b. Sohair autem ille, filius Djadsimahi, appellati Dahis equi possessor erat (conf. Meid. C. 21, 96.).

1. Per vitam tuam! Filii Sijadi patris sui dignitatem non amiserunt inter eos, qui (eam) amittunt.

Filios Sijadi ex Fathima, filia Chorschobi, e gente Anmar natos laudavit, qui officia a patre suo accepta non neglexissent et quae ipsis tuenda essent, defendissent. Narrant matrem interrogatam, quinam ex filiis praestantissimus esset, se nescire dixisse. Matrem ex earum numero fuisse dicunt, quae generosos filios peperissent. Mulieres, quas cognomine منجبة (generosos filios pariens) Arabes ornarunt, praeter hanc erat Maria, et mulier Omm-Albanin cognominata et Chabiah et Ahticah (conf. Meidan. C. 25, 103. 105. 106. 107.). Narrant mulierem somniantem audiisse dicentem: Num decem delirantes praefers an tres instar decem? Quae verba quum marito retulisset, eum suasisse, ut, si iterum somniaret, diceret: Tres instar decem. Tum eam peperisse tres filios, quorum quisque gentis auctor fieret inter suos honoratus, nempe Rabih memoria tenentem vel suos defendentem (الحفظ[1]), Ohmarah donatorem et Anas optimum equitem. Videre licet, postremam scholii lineam ad versum

---

[1]) In Meidanii opere hic Kais omissus الحافظ cognominatus est.

sequentem pertinere. Mersukius autem adnotavit, verba ما اضاع aut alios deridendi (تهكم) aut calumniandi causa dicta esse. Filios Sijadi maiores honoratioresque esse, quam ut talis sermo de iis proferatur.

2. Filii mulieris daemoni comparandae, quae gladios secantes peperit, quorum quisque chalybs arte confectus est.

Illos e matre excellentissima, indole cum daemonibus comparanda genitos esse, summa vi praeditos, ut gladio penetranti similes sint. Loco vocis الجنية legitur الحنية. Kamusi auctor opiniones de voce diversas adducens dixit, voce significari gentem daemonum, ad quam referendi essent canes nigri unicolores, aut infimam daemonum speciem aut debiles eorum aut canes eorum, aut creaturas medium tenentes inter daemones hominesque. Banu-Honn vero nomen gentis esse ad gentem Kodhaah pertinentis. Honn esse filium Darradji et avunculum Kozajji b. Cilab scholiastes adtulit. Kamusi auctor partem gentis Ohdsrah (عذرة) esse dixit. Ohsdrah autem partem gentis Iemanensis Kodhaah fuisse, ex Ebn-Kotaibahi libro p. 140. discimus. Viri fortes cum gladiis comparantur; sed ut hoc in versu, sic p. ١٣٩ v. 4. ipsi gladii appellati sunt. Ut autem gladios tanquam perfectissimos designet, addit secantes, puro chalybe et arte confectos (s. tenues). Verba كلها ذكر صنيع causam addunt, cur gladii illi secantes sint. De voce ذكر conferas p. ١٦٨ v. 2. Hoc in versu chalybis ipsius significationem habet, ut nescio, num recte dixerit scholiastes: I. e. confectos inter ferrum molle et chalybem, quibus verbis significare voluisse videtur, enses neque nimis duros esse, ut frangantur, neque nimis molles, ut flectantur. Mihi vox صنيع videtur significare, enses istos non e rudi chalybe factos, sed arte praeparato fabricatos esse. Mersukius vero dicens, vocem صنع ut in ense sic quoque in equo adhiberi, voci tenuitatis significationem dedisse videtur. Arabes enim ad certamen equum praeparaturi pabulo abundante primo nutritum per quadraginta dies pabulo modico et consueto dato in hippodromo exercebant, ut gracilis et ad currendum aptior fieret. Hanc vero rem verbo صنع designare solebant.

3. Rabiahus a me remotus amorem meum gratiasque postremo gentis Ghalib viro emit.

Dixit, Rabiahum longa distantia ab ipso remotum tantas gratias et amorem mereri, ut postremo gentis Ghalib viro obstrictum se putet. Scholiastes a verbo شرى nomen شروى similitudo derivatum esse censet mutata littera ى in litteram و. Id fieri solere, ut nomen ab adiectivo distinguatur. Sic nomen فتوى ortum esse. Verba من بعيد statui viri describendo inservire. Quae in scholiis vocis لعمرك explicatio sequitur, ea ad versum **(p. 232.)** primum pertinet. Causam autem, cur Alrabiahum laudaret, hanc fuisse narrant. Rabiahus Kaisi loricam emturus licitatus erat, dum ille equo vehebatur, hic pedibus ibat. Rabiahus quum loricam in partem ephippii eminentiorem attolleret, equus territus aufugit. Kaisus veritus, ne loricam amitteret, arrepta habena Rabiahi matrem, Fathimam, filiam Chorschobi, pignoris loco retinere volebat. Illa autem dixit: Quo mens tua abiit, o Kaise! sperasne, rem tuam cum familia Sijadi bonam futuram esse, si eorum matrem dex-

trorsum sinistrorsumque abduxeris et homines, quid voluerint, dixerint; satis autem tibi est malum audire, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt (conf. Meid. C. 6, 11.). Quae verba quum ei vera viderentur, Rabiahi camelos impetu facto abduxit. Quum autem Hodsaifahus Malicum b. Sohair occidisset, Kaisus putavit, Rabiahum ob animum ipsi infensum, auxilium, ut fratris caedem ulciscatur, praestiturum non esse. Quod quum nihilominus faceret, hos composuit versus. Familia Ghalibi ad gentem Ahbs pertinebat. Abu-Hilalus auctor est, Hischamum b. Mohammed b. Alsajib Calbitam (mort. 204. conf. Meidan. in append.) versus Hatimo (Thajjitae) tribuisse, qui tempore belli Alfisad (conf. Meidan. T. III. P. 1. p. 574. Hamas. p. ۷۷ l. 8 infr.) gente Banu-Sijad b. Ahbd-Allah b. Ahbs tanquam bonis vicinis usus esset, ut eosdem hisce versibus laudaverit.

CLX.

Dixit Hodbah b. Chaschram.

Poeta disertus hic e deserto Hidjasi poetae Hothaiahi erat relator. Ipsius relator (راوى) Djomail erat. Vixit Moahwijahi tempore tribus fratribus utens Hautho (حوط), Sihano سيهان et Alwasiho الواسع, quorum mater Hajjah, filia Abu-Horaischi (حريش), poetria erat. Quum Sijadahum occidisset, ab eius fratre occisus est. In Mersukii codice versus Bischro b. Obajj Ahbsitae adscribuntur. Grammaticus Abu-l'Fath nomen explicans dixit, vocem هدبة nomen unitatis vocis هدب esse, qua fimbriae vestis significentur. Ramos arboris Artha nomen هَدَب habere. Vocem هداب, cuius nomen unitatis هدابة sit, utramque significationem habere dicens versum Aladjdjadji probandi causa adnotavit: (metr. Redjes) R a m o s a r b o r i s A r t h a a s e a v e r t i t (t a u r u s c o r n i b u s s u i s), t u m d u o b u s l o n g i s (c o r n i b u s) s u p e r n a s o a e q u a l i m u c r o n e p r a e d i t o d u r e t r a c t a v i t[1]). Voci خشرم significationem agminis apum dans, postea addit, voci quoque eandem significationem ac vocibus ثول et دبر esse. Quibus autem verbis quum examinis apum significatio a lexicographis tribuatur, nescio quale discrimen inter ea existat.

1. Ego e gente Kodhauh sum, ut cum eo pugnem, qui cum ea pugnet, dum ipsa a me secura est.

Poeta non solum significare vult, se origine ad gentem Kodhaah pertinere, verum etiam vinculo amoris cum ea coniunctum esse, ut eam defendat. Verba من يكدها etc., ut priorem versus partem illustrent, addita sunt. Tum totius status illustrandi causa verba وعى منى etc. poeta addit, quibus significet, se istam gentem tam sincero amore amplecti, ut gens a noxa, quam ei ipse inferat, omnimodo secura sit.

2. Poeta pravus inter eos non sum; sed in pugna acri caeteros praecedens.

Duplicem hoc in versu laudem sibi arrogat poetae boni et strenue pugnantis. Negat se poetam esse, in quo nil boni sit. Ratione habita verborum ولاكن etc. nil aliud dicere

1) In margine codicis Tebrisii sequens scholion invenimus: وقوله شجر الهداب يعنى الثور اى عضد اغصان الشجر بقرنيه وهو من قوله شجر الشى بعمود اذا عمده ويقال للرجل اذا صبر حنكه على يده مشتجر اذا امال راسه

vult, nisi se poetam non esse pugna abstinentem et talem poetam non bonum appellavit. Vocem سفساه id significare, in quo nil boni sit et tam in factis quam in verbis adhiberi, scholiastes adnotavit [1]). Huius autem significationis probandae causa scholiastes verba Mohammedis, quae traditione conservata sunt, adtulit »Deus amat excellentes res et odio habet (يبغض) pravas (سفساف)«. In voce مدره explicanda non consentiunt, et sunt, qui verbum دره ex درا, mutata Hamza in litteram Ha, ortum dicant. Vox عوان de bello adhibetur, in quo una vice post alteram pugnatum fuit; sed ab animali mediae aetatis aut femina iam non virgine in bellum translata est. Fieri potest, ut in priore hemistichio poeta quendam respexerit.

3. Qui ex aliis eos satyra perstringit, eum satyra perstringam; sed qui ex ipsis me satyra perstringit, ab eo me averto.

Sui ipsius tanquam poetae agendi rationem erga gentem describit. Posteriore parte finis primi quoque versus magis illustratur. Verba من سواهم statum vocis من describunt et affinitatem designant. Vox منهم explicando pronomini من in voce عمن inservit, verbis ob metrum transpositis. Mersukius post scholii verba وموضعه نصب على الحال haec habet: ويحتمل معانى يجوز ان يريد به مخالطا لغيرهم لان من هذه يكون للملابسة على ذلك قول النابغة اذا حاولت فى اسد فجورا فانى لست منك ولست منى فيكون من سواهم ناصرا لغيرهم ويكون للنسل والولادة يقول هم من اب واحد وبعضهم من بعض فيكون المعنى منتسبا الى غير اصلهم وعلى هذا قوله واعرض منهم يتعلق من بهجانى والكلام فى موضعه ومعناه على الحد الذى بيناه فيقول من تعرض لهم بمكروه او ذكرهم بسيئ فانى ادافعه عنهم واعارضه دونهم واقابله على تناوله منهم ومن تعرض لى منهم فانى اعرض عنه واصفح عن غيه فلا اواخذه به صيانة لهم ومحافظة على ما يجمعنى واياهم. Abu-Rijaschus res sequentes, **(p. 233.)** quibus versus illustrantur, narrat. Bellum fuisse inter gentem Banu-Ahmir b. Ahbd-Allah b. Dsobjan etc. et gentem Banu-Rakaschi, cuius gentis nomen Banu-Korrah b. Chaschram b. Ahbd-Allah b. Dsobjan. Ex hac gente Sijadahum b. Said ortum esse; filios eius (feminae Rakaschi) ad gentem Hodbahi b. Chaschram etc. pertinuisse. Primam autem belli causam in eo fuisse, quod Hauthus b. Chaschram cum Sijadaho b. Said de duobus camelis pignore posito certamen iniisset, dum spatium itineris unam diem noctemque a scopo tempore summi aestus constituissent. Utrumque aquam in lavacris et utribus secum portasse; sed uxorem Sijadahi b. Said, quae soror Hauthi esset, ob amorem, quo fratri contra maritum faveret, vasa infirma parasse, ut aqua mariti priore tempore quam aqua fratris periret. Hanc autem uxoris perfidiam Sijadahum sequentibus versibus descripsisse: (metr. Sarih) I a m a n i m a m m e a m p o s u e r a t [2]) i n c o r i o n o n b e n e c o n c i n n a t o, r u p t u r i s p l e n o; t u m i n d e s e r t u m m e p r o i e c i t, i n v e n t u m c a l i d u m a r d o r i s v e n t i S a m u m a p u d o r t u m s u m m i a e s t u s s i d e r u m. Tum Hodbahum et Sijadahum exiisse cum agmine gentis Banu-l'Harets Meccam peregrinaturos, dum cum Hodbaho soror Fathima peregrinans esset. Hominibus alternatim vehentibus Sijadahum a camelo descendentem di-

1) Quod si verba شاعر السفساه poetam pulchros versus non componentem significarent; huic in altero versus hemistichio bonus poeta melius oppositus esset.

2) Quum ad aquam portandam utres pravos elegisset, e cuius rimis aqua abiret, maritum periculo mortis isto summi aestus tempore exposuit et aquae defectus in causa esse debebat, cur maritus a fratre in certamine vinceretur

xisse: (metr. Redjes) Habenam ad nos deflecte et exspecta, o Fathima! ita tamen, ut nemo camelum stantem videat. Illa autem claudicare fecit camelum bene se habentem, robustum, crassum, qui vincit angustos gressus facientes, celeres, quasi in fune eius natans esset modo, quo aquâ vehens navis natat. O tu incursionem faciens! salvus rediisti ex expeditione cum commodo, praeda potitus; o tu, qui me vituperas barbaro sermone utens, si tu in amore medicus gnarus es, scias, ustionem[1]) et amuleta non prodesse cordi adfecto, obstupefacto, neque occursum, nisi leni sermone utaris cum puella molli, cuius nates et clunes protuberantes similes sunt tractibus arenarum elatis tam mixtis cum aliis quam separatis[2]). Hoc melius est, quam quod ventis fervidis obviam is et quam clamor, quo auxilium in constringendis utensilibus super camelo petis.« Hodbahum autem haec ob verba iratum a camelo descendisse, et metro Redjes utentem sororem Sijadahi, quae in gente degeret, versibus respexisse dicentem: »Soror mea audit et soror eius absens est (Sijadahi soror autem Omm-Chasim appellabatur): (metr. Redjes) Iam video me adolescentemque providum propellentes iumenta emaciata et itinere adfecta. Quando ducit emaciatos camelos, incessu Rasim appellato incedentes et annosos (magnos) properantes, audaces, quum perveniunt ad viros molestiam perferentes familiae alendae causa, tum descendunt ad viam per desertum ducentem[3]), pulverulentum et agaso eis cantus voces repetit[4]); collis anterioribus crania movent, dum lapillis ibi motis urceorum sonos audis[5]); quemadmodum nummularius proiiciens efficit, ut drachmae tinniant. Perveniunt ad mulierem Omm-Chasim appellatam et Chasimum. Nonne vides (o mulier) lacrymas meas defluentes metu, ne domus quaedam tua vilis sit. Iam terruisti separatione durum prudentem super veloce camela, cui ungulae dolent et cuius velox incessus faciem emaciavit[6]). Ungulas pedesque in cursu simul tollit. Per Deum! cor amore captum non sanat quod manu tangis pectora et clunes

1) Dicere vult remedia, quod medici Arabum aegrotum saepe urerent et amuleta adhiberent.

2) Poeta verbis مخالطا صرايما voluisse videtur, eas arenarum tractus partim cum aliis cohaerere, partim separatos esse.

3) De Sacyus voci مستكبر significationem loci aquâ impleti tribuisse videtur; sed huic significationi sequens vox قتم pulverulentus minime convenit.

4) Agaso praecedens cantu camelos exhilarare et ad celerem gressum incitare solet.

5) De Sacyus ad hunc locum adscripsit: »Si Kamuso fides debetur, قمقم significat etiam حلقوم, unde mihi videtur sensus esse, hanc aquam ob silices, qui illi commixti sunt, in fauces camelorum ingressam sonum excitare; sed nil vetat hoc de urceis intelligi«. Ego vero de aqua hoc in loco vix cogitari posse puto. Cameli in glarea incedentes sonum excitant similem glarearum in urceis aut drachmarum a nummulariis motarum.

6) Faciei mentionem fecisse videtur, quod in cameli oculis indicia sunt, num camelus pinguis sit necne. Haec autem ex oculo indicia postremum evanescunt camelo emaciato (conf. Hamas. p. ٥٩٨ v. 1). Omnino emaciatus igitur camelus indicatur.

et non propinquitas, nisi quod assiduus es et non assiduitas, nisi quod os ori admoves et non oris admotio, nisi quod bonum odorem percipis et pedes pedibus impositi sunt. Senibus autem gentis Banu-l'Harets, ut iumenta conscenderent, talibusque rebus abstinerent, quippe qui Meccam iter sacrum suscepissent, hortantibus, obsequium praestiterunt. Quum igitur itinere sacro absoluto ad gentem suam reversi essent, accidisse, ut homines e gente Banu-Ahmir, familiae Hodbahi, in qua Abu-Djabrus, princeps gentis, cui obsequium praestarent, et Chaschramus, pater Hodbahi et Sofarus, patruus Hodbahi (hic autem erat, qui bellum excitaret) et Alhadjdjadjus b. Salamah et Abu-Nascheb et homines e familia Rakaschi, ad quam Sijadah pertineret et fratres huius Ahbd-Alrahman et **(p. 234.)** Naffah et Adrah in quadam valle terrae liberae occurrerent. Sermone facto filium mulieris Ghassaniticae (nempe Adrah et Abu-Djabr virum cognominatum) ira exarsisse (Abu-Sofar autem patruus Hodbahi genus ad virum e familia Rakaschi referebat). Adrahum igitur haec verba protulisse: (metr. Redjes) *Adducite ad nos Sofarum, ut eius visum cognoscamus, eiusque substantiam vestigiumque* (Voces عين et اثر oppositae internam externamque rei conditionem designant, ut totam rem amplectantur. Proverbiali modo dicitur: لا اطلب اثرا بعد عين *conf.* Har. p. ١٠۴. Hanc ob causam Hodbahum ira exarsisse; eius gentem autem familiam Rakaschi sibi obstrictam esse, praetendisse. Qua de causa quum utraque gens ad imperatorem se contulisset, pacem factam esse ea conditione, ut vir Adhrah appellatus ipsis traderetur, quem homines ex ipsorum numero in loco secreto poena, qua ipsis dignus videretur, adficerent. Quem quum in locum secretum abductum gravibus ictibus homines percussissent, gentem Rakaschi ira plenam, bellum animo decrevisse. Hanc fuisse causam, cur Ahbd-Alrahmanus dixerit: (metr. Wafir) *Eheu! perfer ad Abu-Djabrum nuntium! nam inter me et te obiurgatio non est. Nescisne, gentem vesperâ, qua a te se separaret, abiisse ira plenam.* Malum (inimicitiam) tum inter eos durasse. Sijadahum, quum a gente sua incitaretur, ut Hodbahum satyra perstringeret, recusasse dicentem, suam satyram tam acrem esse, ut quicunque ab ipso satyra laesus ipsum occidere studuisset; se autem ut illum verberent, cum ipsis abiturum esse. Sijadahum igitur cum familia sua, comitante Naffaho, Hodbahum ut peteret, exiisse. Quum Hodbahus nonnisi cum patre Chaschramo, caeteris absentibus, domi esset, gladiis leviter tantum vulneraturos, ut vita non privetur, hunc percussisse. Chaschramum vulnera in capite accepisse, Hodbahum autem in inferiore brachio vulnere formae armillae adflictum esse, dum Naffahus se non abiturum ista nocte contenderet, donec, pede pudendum matris Hodbahi, Raihanah appellatae, calcasset. Quendam eorum res gestas respiciens dixisse: (metr. Wafir) *Chaschramum septem vulneribus vulneravimus, et Hodbaho, quum nos satyra perstrinxisset, carnem incidimus. Sic servus, nam servus, si in brachio vulnere tanquam armilla ornatur, lenis fit. Reliquimus in loco Alohrainid* (legitur quoque Alohwainid), *a loco Alhosain mulieres gentis margaritas colligentes.*[1]) Hodbahum respondentem eo-

1) Effecimus, ut mulieres nostrae ita securae essent, ut margaritas colligerent.

dem metro dixisse: *Tempus initio iuventutis longum est et pessimus equus, cuius habena brevissima est. Is frater belli (strenuus) non est, qui, si bellum, postquam eum in femore ligaverat, eius mammas stringit, lenis est*[1]). Hodbahum collectis sociis familiaque tempore veris, quo hominibus in diversis locis dissipatis non multi uno loco adesse soleant, noctu Sijadahum, cuius tentoria in valle Chaschub appellata ad aquam Salmah disposita essent, invasisse. Hodbaho autem, in cuius camelo alter quoque veheretur, camelum ad cursum incitante, quum pectoris cingulum rumperetur, matrem Hodbahi, Raihanah appellatam, dixisse: O filii Ahmiri! non vidi noctem mali ominis instar huius noctis; ne igitur hac nocte exite! Cingulo iterum rupto, quum matri eum retenturae non obediisset, partem sociorum eum reliquisse. Ubi ad locum, quo Sijadahus pernoctaret, perventum esset, ipsum versus sequentes metro Sarih recitantem eos audivisse: *Unde venit gens Ahmir turpis? ne felix sit adventus populi Messiae! Non accipietis pretium vindictae cum ignominia et non prodetis gentem in opere, quod cito expeditur, donec ictum ensis vehementem gustatis.* Tum fratrem eius Naffah sequentes metro Redjes usum recitasse versus: *Iam scit (mulier) ad vocantem me festinare, audacem extra domum cum lancea tremente, cuius confossio neque segnis est et gladio Maschrefitico lateribus praedito, aequabili. Nil ingrati in morte est, quum tempus adest.* Post hos versus Hodbahum metro Redjes usus recitasse: *Ego, quum timidus loco obscuro se occultare studet, dum in manu est flamma (ensis) sicut scintilla, perfectam hastam, cuius crines dispersi non sunt*[1]), *portans quod mihi impositum est tam bonum quam malum.* Carmen hoc longum esse dicunt. Hodbahum Naffahi pedis nervum, illum nervum, quo Naffahus pudendum matris Hodbahi tetigisset, amputasse; alterum autem tum hastâ nixum gladio se defendisse. Ab aliis autem rem aliter narratam esse. Narrant Sijadahum sermonem facientem cum altero quodam e gente Hodbahi dixisse: Num mecum loqueris, qui pedem super pudendo matris posuerim? virum autem vovisse, se pedem resecturum esse. Qui quum adventum Hodbahi cum sociis sensisset, ipsum sub extrema tentorii parte occultatum gladio pedem Sijadahi prodeuntem amputasse; Sijadahum autem hasta nixum se gladio defendisse, donec Hodbahus eum prosterneret. Alios narrare, Sijadahum in defendendo nasum Hodbahi amputasse aut eum brachiis amplectentem nasum morsu exstirpasse. Quem quum ita percussissent, **(p. 235.)** ut eum occisum putarent, eos ad domum Adrahi, fratris Sijadahi ivisse, qui vocatus cum iis verbis conflictatus sit. Uxorem eius autem, quum, alios eius vestigia sequi, cognovisset,

1) Bellum cum persona comparatum est, quae camelae difficilis et lac retinentis femur funiculo ligat et tum mulgens mammas stringit. Verborum sensus est, eum strenuum non esse, qui vi et violentiae se submittat.

2) In Djeuharii codice sub radice شع: أَلقاء غير شعشاع الغدّر »Bonus in occursu, constans in pugna« legitur. Verba غير شعشاع الغدر eundem sensum offerunt, quam verba ثبت الغدر in Feruzabadii et Djeuharii opere explicata. Djeuharii legendi modum rectum esse puto.

dixisse: Quid pastori nostro parvo vultis, Deus vos dedecore adficiat, accedite, hic enim Adrahus exit. Redeuntibus autem et interrogantibus, ubinam esset, eam respondisse: Hic vobis Adrahus non est; ante vos exiit; ego vero nil volui, nisi ei levamen parare. Hanc rem Hodbahum versibus sequentibus spectasse (metr. Thawil): Animae sanatio fuisset contra id, quod eam adflixerat matutino illo tempore, si Adrahum gladio assecutus essem. Iuro, me, si eum assecutus essem, gladio eum tecturum fuisse, qui, quotiescunque os adtingit, celeriter dissecat. Hodbahum autem redeuntem nesciisse, se naso mutilatum esse, donec apud viam vento flante rem sentiret. Hanc ob causam reversum Sijadahi, quem inter mulieres plorantes invenisset, nasum amputasse et quum rem ad socios retulisset, eos dixisse: Ut manus tuae victoria potiantur! illi nonnisi pro naso nasus amputatus est (i. e. vindictae nil addidisti). Haec ob verba eum cum duobus viris, qui cupiditatibus semper satisfacerent, redeuntem in humo Sijadahum ita percussisse, ut pulmo prodiret. Sic bellum inter utramque gentem, ut unus alterum fugeret, exarsisse, socios autem Sijadahi Saihdum b. Alahzi tum temporis Medinae praefectum, ut rem ulcisceretur, adiisse. Hunc Ebn-Nomairum, patruum Hodbahi et cum eo duos viros captos in vincula coniecisse; Hodbahum autem, ut patruum sociosque liberaret, se illi tradidisse (conf. p. ٣٧١ l. 23.). Ei ab illis obiectum esse, quod plura vulnera inflixisset et mulieribus terrorem iniecisset. Hodbahum carceri traditum sic cecinisse (metr. Wafir): Eheu! meridie contra te corvus crocitavit, eheu! in ore tuo propter hoc terra sit! Corvus nobis nuntiat, amatas nostras abituras esse. Te, o corve, privatus sim! Ad Moahwijahum, ad quem res a Saihdo delata esset, Hodbahum cum accusantibus missum esse. Advenientibus tum agminibus gentis Banu-Rakaschi et gentis Banu-Ahmir Ahbd-Alrahmanum, qui in illis esset, questum de caede fratris et terrore mulieribus incusso, Abu-Djabrum ex horum numero, qnasi illius verba refellere vellet, plura protulisse. Qua de causa Moahwijahus quum postulasset, ut Hodbahus, quomodo res se haberet, referret, hunc interrogasse, rem versibus an prosa audire vellet. Moahwijahum imperasse, ut versus recitaret, fieri posse dicentem, ut ex versibus rem satis cognosceret. Prolatum igitur esse carmen longum sic incipiens (metr. Thawil): Eheu! o gens subveni calamitatibus temporique etc. Quo in carmine recitando quum ad verba pervenisset: Sagittas iecimus sagittisque certavimus et iactus noster animae mortem adtulit, quae pura et pretiosa erat. Et tu princeps fidelium es et non est locus, quo post te me recipere possim et nil est, quod tu attingere non possis. Et si opibus nostris res expiari potest, nos id perficere possumus; sin patientia opus est, patientiam nos adhibebimus. Moahwijahum dixisse: Te audio sanguinem socii illorum effusum esse profitentem. Hodbahus autem nil amplius addidit et Abu-Djabrus ea (promissa) grata non habuit [1]). Postea Moahwijahum interrogasse, num Sijadaho filius esset et quum responsum accepisset, filium parvum esse, eum dixisse:

1) De Sacyus pro يتقبّل adscripsit يتقبّل.

Tibi, o Ahbd-Alrahmane! talionis ius non concedo, tu enim inimicum tuum occidere haud aegre fers et non curas, quod alius quam tu lac non accipiat [1]). Res vero filium Sijadahi, quando adultus est, spectat, qui aut occidat aut sanguinis pretium accipiat. Tum eum ad Saihdum litteras dedisse, ut Hodbahum in carcere retineret et tempus, quo Almiswarus, filius Sijadahi, adultus esset, exspectaret. Hodbahum in carcere, quo quinque aut sex annos inclusus esset, multa carmina composuisse, quorum pars memoriae, pars oblivioni tradita sit. Cum Ahbd-Alrahmano b. Said Medinam veniente Koraischitas autem aliosque locutos esse, nam incolae Medinae ob fidem et poesin et quod primus ille post prophetae tempus vinctus esset, quem Medinenses vidissent, Hodbaho misericordiam impertientes, sanguinis decuplum pretium obtulisse. Alhosainum, Ahlii filium [2]), sanguinis pretium obtulisse, nec non Saihdum b. Alahzi et Ahbd-Allahum b. Omar b. Alchaththab [3]) et Ahmruum b. Ohtsman b. Ahffan et Ahbd-Allahum b. Djahfar [4]); at Ahbd-Alrahmanum, quem multis verbis premerent, sequentes versus protulisse dicunt (metr. Wafir): Ob Sijadahum mortuum consolationem adfert **(p. 236.)** omnis sanus, curis vacuus, quem sollicitudines non adtingunt et quomodo propinqui eo mortuo duros se ostendunt, dum pro eo occisus non est vindictae obnoxius, quietem dans? Et si ego occisus fuissem et is vivus, operam daturus fuisset haud tardus in rebus peragendis et non fastidiens. Non est somno indulgens in sella vir similis mei et non debilis, vesperâ somnolentus. Haud considerate agens, quum videt eum, a quo vindicta sumenda est et optimus eorum, qui vindictam quaerunt, is est, qui inconsiderate agit. Qui versus quum ad Hodbahum referrentur, eum dixisse: In hoc cupido se manifestat; iterum igitur eum adite! Illum autem quum iterum venissent, dixisse (metr. Thawil): Per anum viri anumque eius, quae eum peperit [5]), quum pro fratre pecora propellit, cuius vindex esse debet. Sed ego iuro: Sijadahi ullo unquam tempore non obliviscar, nisi quamdiu eius mentionem facio. Et frater meus erat nunquam opprobrio adfectus ob malum et nunquam turpitudinem expertus sum in consortio eius, quo usus sum. Et ego, etsi viri opinionem suam habent, in fine rei sum, cuius exitus dubii non sunt. Ahbd-Alrahmanum sequentes quoque versus, qui in Hamasa [6]) reperiantur, composuisse (metr. Thawil): Patris Arwae recordatus sum, tum lacrymas retinui, quarum effluxus a iugulo vix suppressus est. Num post eum,

---

1) Respicere videtur pretium caedis, quae datis camelis expiabatur.

2) Natus anno 4. anno 61. occisus est. Abulf. Ann. T. I. p. 104. 390.

3) Simul cum patre Mohammedis religioni se addixit et ante patrem Medinam fugit. Tempore proelii Ohudensis quatuordecim annos natus erat. Post Mohammedem sexaginta annos vixit conf. Citab Tahdsibi-l'Asmai p. 357. ed. cl. Wusteuf.

4) De viro in Abyssinia nato, qui anno 80. in oppido Medina octoginta annos natus diem obiit, conferas Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. 337.

5) Haec Arabibus verba contumeliae causa dicta sunt.

6) Sunt p. ۱۱۹ et ۱۲۰; sed diverso modo et ordine. Adscribuntur autem nonnullis Miswaro filio Sijadahi.

qui in loco tibi obverso montis Cowaicib sepulcro terra lapidibusque composito traditus est etc. Quos versus quum audivisset, Hodbahum dixisse: Per Deum! Nunquam sanguinis pretium accipiet; eum igitur sinite! Deus vobis bonum retribuat! Ahbd-Alrahmanum autem diem obiisse, antequam Miswarus, filius Sijadahi, adultus esset. Eadem autem nocte, qua Miswarus ad maturam aetatem pervenisset, eum Medinam deductum esse et fratres (amici) e Koraischitis Hodbaho pannum lineum, quo cadaver involvitur et aromata Hanuth misisse. Post hasce res Hodbahum tempore imperii Alwalidi b. Ohtbah b. Abu-Sofjan (qui anno 54 imperium Medinae obtinuit conf. Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. 546.), e carcere eductum hosce versus recitasse (metr. Thawil): Bibendum mihi date iteratis vicibus vos duo antequam praeficae plangunt et anima inter costas adscendit, et ante matutinum tempus eheu animae meae! ob matutinum tempus, quo, dum socii mei redeunt, ego non redeo. Quum socii mei redeunt, oculi eorum lacrymis manant, dum in sepulcri latere lapidibus tecti relictus sum. Dicunt: Num fratri vestro bene concinnastis; sed sepulcrum in terra ampla bonum non est. Prodeuntem e carcere ad homines dixisse (metr. Thawil): O throni possessor (Deus)! ego me tibi trado et ad te ab igne confugio, tristis, pauper. Exosa mihi erat iniustitia, quamdiu iniustitiâ laesus non eram, adfectus corde, fugiens. Ego vero, etsi loquuntur princeps et subdditus et custodes portarum, quibus stridor est: Scio, rem tuam esse, si iudicas, tum dominus et si veniam das, condonans. Quum autem educto a praefecto praetorianorum occurrens Ahbd-Alrahmanus b. Hassan b. Tsabet Anzarita dixisset: Versus mihi recita! alterum interrogasse: Num de hoc statu? et quum alter, sane! respondisset, eum recitasse (metr. Thawil syllaba initio abiecta): Neque laetus semper sum, quum tempus laetitia me adficit neque tristis, quum se convertit. Ego malum non opto, dum malum me relinquit; sed quum ad malum adigor, id perficio. Amicus meus me irritavit, donec in eum irruerem et quando patruelis tuus te irritat, tu irritaris? Hunc virum relinquens quum, cur ploraret, interrogaretur, eum respondisse: Se ad mortem venturum ligatum (quod dedecori putabant esse). Quum autem ad locum ultionis venisset et in genua ut occideretur, procubuisset, uxorem Sijadahi, matrem Miswari, dixisse: Num noctem recordaris, noctem, pro qua si Deus est, poenam a te sumet? dum rem in gremio portabat. Tum gladium educentem eam filio dixisse: Percute eum, tu matris et patris loco mihi es! Filium autem ictu uno eius caput diffidisse et tum familiam Hodbahi occisum removisse, ut sepeliretur.

CLXI.
Dixit Ahmru b. Coltsum Taghlebita.

Scholiastes in explicando nomen Coltsum, quod nomen primarium et non translatum est, ut probet, كلثم Caltsam mulieris nomen esse, sequentem versum adnotavit (metr. Thawil): O amici mei duo e gente Sahd adeste! tum salutem dicite Caltsamae! ne

Deus Caltsamam longe amoveat! Scholiastes putavit, muliem eoder modo كلثم »multam et compactam in facie carnem habens« appellatam esse, quo جهمة cassa, vel austero vultu praedita (Meid. C. 21, 150.) nomen acceperit. Poeta autor carminis celeberrimi Moallakat est, cuius vitam celeb. Kosegarten e libro Citab Alaglani inscripto edidit conf. quoque Reisk. prolegom. ad Tarafae Moall. p. 35 sq.

1. Deus avertat, quod mulieres nostrae occisum deplorent et nos ob caeden exclamemus!

Fortitudinem suam et constantiam in calamitatibus praedicat eo, quod vetat, ne mulieres occisum deplorent aut alius quis ob caedem clamorem extollat. Mersukius dixit, »mulieres eorum tantopere orbitati adsuefactas esse, ut non amplius occisum deplorarent, viros tam saepe pugnis interfuisse, ut non amplius ob caedem, quam conspexerent, clamorem tollerent. Similem sensum in versu sequente esse (metr. Thawil): اذا ما اتت ميتتي لم ابلها ولم تذر خالتي الدموع وعمتي Quando mors mea venit, non curo et neque materterae meae neque amita lacrymas effundunt. Scholiastes verb. معاذ الله explicans dicit, vocem معاذ nominibus actionis adnumerandam esse, quae nonnisi in casu Accusativo adhibita sint. Quae quum nonnisi uno loco cum sequente nomine coniuncta sint (nempe adverbialiter), casum non permutari. Vocabulum عوذ autem ex eadem radice derivatum eademque significatione praeditum tribus casibus declinabile et cum articulo (p. 237.) coniunctum esse. Accusativum vocis معاذ pendere e verbo omisso اعوذ et dici quoque عايذا بالله من شرها »Ad Deum a malo eius confugio« modo quo عياذا بالله dicatur.

2 Pugna gladiis facta effecit, ut in terra ....sta, ubi arbores Atsl et Arac sunt, locum ...eremus.

Fortitudinis argumento ipsi inservi...quod in terra plana gens sedem habeat. Tot bellis cum fortitudine gestis alias gent... non amplius audere bello gentem suam invadere; suae genti non opus esse aut arce... montes, quibus se tueatur. Similem sensum poeta versu sequente expressit dicens ...r. Camel): وتحل فى دار الحفاظ بيوتنا زمنا ويظعن غيرنا للامرع Domus nostrae in regi..., quam fortitudine tuemur, diu sunt; dum alii ad loca pabulo ab...antia migrant. Verbum قارع autem quum potissimum in hominibus percutiendis (... Ham. p. ٥٣ v. 5.) adhibeatur, scholiastes recte monuit, ante vocem السيوف supplenda...sse vocem اصحاب »possessores (gladiorum).« Vocabulum براح tanquam nomen voci ... appositionis loco appositum est, qua in re causa quaerenda est, cur voci ذى cum vo... ابراح coniunctae genus masculinum sit. Hasce autem arbores اراك et اثل appellavit p... significaturus, regionem planam esse, quippe quae maxime in campis crescant. A... اثل a Forskalio tanquam tamarix orientis definitur; arboris autem Arac lignum ad den...a adhibetur. Inde sequitur lignum molle esse. Maior arborum pars in campis prov...ium molle lignum habet.

3. Dies r...um nobis reliquerunt praeter radicem agminum camelorum, quarum genitura abrupta est.

I... quoque signum fortitudinis videt, quod pugnae continuae aut calamitates opes

gentis suae perdiderint, ut nonnisi pars superstes sit, quae summopere adflicta interritui immineat [1]). Verba مل ف sunt pro من المال, ut مل حبين p. ٣٨٤ v. 5. invenimus, abiecta littera ن, cum una littera in alteram inserenda erat (conf. Gram. Ar. T. I. p. 23. 53.) concurrentibus duabus litteris invicem (pronunciando) propinquis, quarum prior mota, posterior necessario quiescens conf. ibid. p. 47. 51. est. Vox جذم de radice et trunco arboris adhibita in camelos translata est, ut partem minorem eorum restantem, dum maior pars perit, significet. Vox ذود de parvo camelorum agmine adhibita utrum in camelos feminas solum an in camels mares quoque dicatur, dubitant. Versus noster priori sententiae favere videtur. Quum voci محذفة in lexicis amputati significatio tributa non sit, num مجذفة legatur, dubitare liceret, nisi et in Mersukii codice idem legendi modus inveniretur. Progenies autem camelorum ob mala et calamitates abrupta fuit.

4. In tres partes (opes) divisae sunt; una est pretium equorum nostrorum, alimento altera inservit et tertiâ caedem expiamus.

Ne autem quis putet camelos ipsis ab hostibus fortioribus ereptos esse, hoc in versu exponit, quomodo factum sit, ut ipsis nil camelorum restet ad opes augendas; sed tam in toto versu, quam in singulis eius partibus fortitudinis laus est. Prima versus parte gentem describit bella gerentem, ut camelis datis equos emant. Equi generosi autem magno pretio emebantur. In altera versus parte alteram camelorum restantium partem alimentis inservire dicit. Scholiastes hoc dictum voluit, eos camelis datis sibi alimenta emere; sed admittere quoque licet, eos, quum ob continua bella itinera neque terram colant aut camelis operam dent, camelos ipsis mactandos esse, ut ... hominibus sint. In tertia denique parte fortitudinis laudem sibi vendicavit eo, quod dicit ... alios caedem caede ulcisci non audere; sed pretium sanguinis accipere et quum ab ipsis occ... tam multi sint, fieri, ut tertia camelorum pars pretio sanguinis consumatur. Simili modo ...is poeta Ham. p. ٣٧ dixit: »Opibus nostris vulnera a manibus nostris data sanamus.« Ante vocem ثلثة, quae praedicatum est, poeta subiectum اموالنا opes nostrae omisit. Voci ل... in codice Tebrisii vocem العقل, ut alter legendi modus indicetur, superscriptam invenio.

CLXII.

Dixit Almotsallam b. Ahmaru Tanuchita [2]).

Nomen gentis تنوخ aut formam فعول a radice تنخ aut formam ... a verbo اناخ esse posse, scholiastes dixit. Quum prima verbi forma ناخ usitata non ... a quarta formam derivari censuit.

---

1) Pro voce الوقعات praefero vocem الواقعات, quae in Mersukii codice legitur.

2) Tempore, quo Obaid-Allah b. Sijad Basrae praefectus erat (ann. 53—61) vir tale nomen ger... dan. append.). Sed quum p. ٢٣٨ v. 1. vini mentio facta sit, versus ante Mohammedis tempus sit (conf. Meidiicere quis potest. At vero gens Tanuch quum ante et post Mohammedem Christianam religionem esse convini mentio non impedit, quominus post Mohammedem versus dicti sint. De tribu autem Tanuch ... fiteretur, doct. Carol. Rieu in libro de Abul-Alae vita et carminibus p. 3 sqq. adnotavit. ...is, quae

1. Deus impediat, quominus moriar, dum in pectore meo cura instar montis est,

Se gravi cura necem ulciscendi pressum describit, dum Deum rogat, ut mortem, donec isti officio satisfecerit, ab ipso removeat. In hoc autem manifestato desiderio indicium videmus, poetam summo cum studio rei peragendae incumbere, qua in re laus viri fortis est. Ut curam autem magnam et ipsum prementem designaret, eam cum monte comparavit. In Hamasae opere magnitudini designandae montes alio modo inserviunt conf. p. ٢٩٤ v. 3. ٤٣١ v. 7. Vocem همّ aut nomen actionis aut substantivum esse scholiastes adnotavit; verba autem وفي صدري statum pronominis in voce اموت describunt et verba كانه جبل adiectivi locum occupant, quo illa cura accuratius definitur. Suffixum in voce انى tanquam nominativus obsolutus cum sequentibus grammatica ratione non cohaerens, ut vis sermonis augeatur, antepositum est.

2. Quae a deliciis vini me retinet et si mixtum est (dulce) instar mellis. **(p. 238.)**

Ut, quaenam cura sit, cognoscatur, hoc in versu, se a d e l i c i i s v i n i r e t i n e r i, addit. Cura necis ulciscendae hisce verbis significatur, cui enim necis ulciscendae officium erat, maxime vino abstinere solebat (c o n f. H a m. p. ٣٨٥ v. 5. Amru-l'Kais Diwan p. ٣٧ v. 14.). Parum cibi praeterea sumebat, uxoris consortium sibi interdicebat, aromatibus etc. non utebatur (Hamas. p. ٤٤٧ v. 5. c o n f. Abulfed. Annal. T. I. p. 86. adn. 37.). Ex verbis, quae addidit, poetam voce الشراب p o t u s vinum voluisse videmus. Vox قطاب eandem significationem, quam vox مزاج (mixtura) habet; sed primaria verbi قطب significatio s e c a n d i est, eodem modo in vino miscendo adhibita vox, quo verbo قطع (secare) utuntur. Vinum aut in utribus aut in cadis conservatum, qui ne vinum corrumperetur, pice obducti erant (ibid. v. 59. schol.) in desertis a mercatoribus per gentes iter facientibus, quorum tentoria signo quodam ornata erant, vendebatur (c o n f. Lebid. Moall. v. 58.). In maiora vasa, aut gutturnia (c o n f. Ham. p. ٥٦١ v. 6.), e cadis utribusque effusum in minoribus vasis bibentibus porrigebatur. Maius illud vas colo fortasse instructum erat, ut vinum clarius effunderetur (c o n f. Antar. Moall. v. 38) aut per colum راووق in poculum infundebatur c o n f. Ham. p. ٥٥٩ v. 4. Bibentibus vinum aquâ miscebatur c o n f. Amru-l'Kaisi Moall. v. 20. schol. et Caabbi b. Sah. carm. v. 5.). Sed aromata interdum addi, ut fortius gratiusque bibentibus esset, e loco Amru-l'Kaisi Moall. v. 78. sequitur. Vini color aut flavus (c o n f. Hamas. p. ٥٥٩ v. 4.) aut ruber (ibid. p. ٥٥٩ v. 4.) erat. Plura loca ob vinum celebrata fuisse et Arabes ante Mohammedem vino vehementer deditos fuisse scimus. Vino indulgere, laudi erat, quum liberalitatem in vino bibendo exercerent (c o n f. Hamas. p. ١١٩ v. 2.). Sed quum plures omnes opes suas hac in re dilapidarent, et saepius rixae inter bibendum ortae longorum bellorum causae essent, iam ante Mohammedem princeps gentis Badjilah, Asad b. Cors vinum interdixerat c o n f. Hamas. p. ١٣٨ adnott. Huius exemplum Mohammedes secutus secundo mense anni quarti suis vinum interdixit (Abulf. Annal. T. I. p. 102.) vineasque oppidi Thajef destrui iussit ibid. p. 164. Verborum وان كان قطابا duplex interpretandi ratio existere posse videtur. Vocem قطاب ut مزاج, quae miscendi significationem proprie habet,

hoc in loco vinum mixtum significare dubium non est. Si vertimus: »Etsi mixtum est« hoc significare potest, etsi ad bibendum miscendo paratum adest, ut verba كانه العسل cum voce الشراب coniungenda sint. Sed praefero voci قطاب vini mixti significationem tribuere et verba كانه العسل cum ea coniungo i. e. illud mixtum vinum dulcedine mel esse videtur i. e. optimum vinum. Et poeta Abu-Dsuaib voci مزج eandem significationem in sequente hemistichio dedit (metr. Thawil): فجاء بمزج لم ير الناس مثله Et adtulit vinum mixtum, cui simile homines non viderant. Sed silentio praetereundum non est, grammaticum Alazmäih Misdjin vocem pronunciandam putasse. Quod si loco vocis قطابا legitur رضابا (saliva), id quod minus placet, versus de mulierum consortio intelligendus est. Arabes amatae salivam saepissime cum vino compararunt conf. Abulfed. Ann. T. III. p. 88. Amru-l'Kais. Moall. v. 7. et Antarae Moall. v. 13. et Motenabbii versus in comment. de Motenabbio ed. a Bohlen p. 53 sq. et Caahbi b. Sohair carm. v. 4 sq.

3. *Donec video equitem equi Alzamut super postica parte equorum, qui instar camelorum sunt.*

Initium versus aut cum initio primi versus »Deus impediat, quominus moriar« aut cum verbis antecedentis versus, »quae a deliciis vini me retinet« cohaeret. Versus sensus sine dubio est: »Donec caedem ulciscor«; sed singula verba interpretibus variam significationem admittere videntur. Maxima autem dissensio in interpretanda voce الصموت invenitur. Alii nomen gentis, alii nomen equi esse dicunt. In Kamusi opere equi nomen fuisse legimus; gentis nomen fuisse non legimus. Dubitant quoque, utrum eques equi Alzamut hostis poetae an ipse poeta sit. Si poeta se ipsum verbis eques equi Alzamut significavit, versus sensus est: Donec ego fugientes hostes equo isto vehens persequor, ut, sicut cameli propulsi sint, propellantur [1]; sin vero hostis verbis designatur, optat, ut eum in pugna conspiciat. Sed nil impedire videtur, quominus sensus sit: Donec conspiciam equitem equi Alzamut (a me occisum) in posteriore dorsi parte equi a suis e pugna ablatum. Hic enim sensus tam verbis على اكساء خيل »in posteriore parte equorum« quam priori versui, in quo ad caedis ultionem, quae nonnisi occiso hoste fit, sine dubio respexit, consentaneum videtur. Sed loco vocis الابل Alibil a nonnullis الابل Alobol, pluralis vocis ابيل (baculus) legitur. Hoc legendi modo recepto equi ob gracile durumque corpus cum baculis conferuntur. Similis comparatio in verbis Amru-l'Kaisi (Diwan p. ٢٣ v. 9.) »sicut radius liciatorii« invenitur. Gracilitas autem equis laudi est (conf. p. ٦٨ v. 1.).

4. *Ne me putes esse virum compedibus ornatum, laxis cruribus praeditum, qui plorat, quod camelus claudicat.*

Hoc in versu poeta duro animo praeditum, qui levibus calamitatibus non deprimatur, se describit. Versui aut minae insunt, dum personam suam describens probare studet, se caedem ulcisci posse aut se hosti suo, quem debilem esse hisce verbis indicat, opponit. Sed de significatione vocis محجل accuratius definienda dubitant. Alii vocem derivant a voce حجل

1) Sed fieri quoque potest, ut equos cum camelis ob magnitudinem et longitudinem comparaverit.

compes, ut sensus sit, compedibus ornatus, qua voce aut ipsa mulier significatur, nam mulieres, praeterquam quod in brachiis armillis دملاج et in cruribus annulis برة ornatae erant, in infimis cruribus catenas (حجل) gerebant aut vir modo mulieris compedibus ornatus aut vinctus, ut nonnisi parvis gressibus cum difficultate procedere possit. Sive unum sive alterum praefertur, sensus est, poetam debilem instar mulieris aut viri talis non esse. Alii vocem a حجلة »cubiculum« derivant, ut significationem mulieris in cubiculis degens i. e. molliter educatae aut viri, qui semper in cubiculo uxoris est i. e. mollis et laxi habeat. Sensus autem a priore derivandi modo non differt. Vocem سبط proprie de coma propendula dictam poeta, ut videtur, comparatione usus in laxo, molli crure designando adhibuit. Loco vocis ابكى ploro poetae verbis محجلا سبط الساقين convenientius يبكى plorat dicendum erat. Poeta se eum non esse, qui levem ob causam, qualis cameli claudicatio sit, ploret et muliebrem, mollemque animum ostendat. Causa plorandi autem duplex esse potest aut quod camelus noxam passus sit aut quod ipsi, quum camelus claudicet, pedibus incedendum sit. Hanc vero specialiorem interpretandi rationem ob verba محجلا سبط الساقين priori generaliori praefero.

5. *Ego vir e gente Tanuch sum, eius (gentis) adiutor, qui in bellis in se suscipit, quod ei portandum imponunt.*

E gente Tanuch se oriundum gloriatur, simul addens, se qualicunque modo ipsis auxilium ferre et nullam molestiam recusare. Gentem Tanuch ad gentem Taim-Allah b. Asad ben Wabarah pertinet; sed conferas, quae initio huius carminis monuimus. Scholiastes dixit, vocem ناصره licet cum ea suffixum coniunctum sit, haud definitam esse, quippe pronomen cum ea coniunctum vocem nonnisi specialem reddat, ut, dum sit pro ناصر له, in ea Nunnationem cogitare debeamus (conf. Ham. p. ٢٣٩ infr.). In carminibus gentis Hodsail versus hic, dum legitur انى امرو من هذيل, Hodsailitae nomine Boraik filio Ihjadhi adscribitur.

CLXIII.

Dixit Abd-Allah b. Sabrah Haraschensis.

Poeta tempore Islami vivens cognomen Haraschensis a loco Arabiae felicis **(p. 239.)** Harasch accepit.

1. *Quum Orionis sidus elatum est, dum Pleiades oriuntur, omnia Euphratis vada transiri possunt.*

Ex sequente versu coniicere licet, poetam qui, principem veniam rogasset Euphratem transeundi, sive ut ad suos rediret sive ut rem ibi perageret, hanc veniam non obtinuisse. Se consolans et principi minans dicit, se tempus exspectaturum esse, quo princeps ipsum retinere non possit. Hisce autem verbis et fortem animum, qui principis iram non metuit et firmum in re peragenda propositum manifestat. Euphrates (de quo conf. Abulf. Geogr. p. ٥١) tempore summi aestus aqua decrescente multis locis transiri potest. Illud tempus verbis اذا شالت الجوزاء والنجم طالع accuratius definitum est. Vocem الجوزاء sidus Orionis (conf. Ideleri libr. Untersuchungen über den Ursprung u. die Bedeutung der Sternnamen

p. 213 sqq.) significare, omnes dicunt; sed in significatione vocis Arabicae propria definienda astronomi in varias sententias abiere. Omnes autem et derivandi et definiendi modos falsos esse puto praeter eum, quo vox ovem nigram in medio corpore albam significat. Hunc rectum esse, ex eo quoque videmus, quod stella β a nonnullis راعى الجوزاء »pastor ovis, cuius medium corpus album est« appellata est. Mersukius quoque dicit, الجوزاء ita appellari, quod eius medium album sit. Hanc quoque vocis propriam significationem esse, ex usu verbi شالت quodammodo apparet, quamquam enim scholiastes verbum voce ارتفعت minus accurate explicavit, tamen, id quod poetae ante oculos fuisse videtur, verbum maxime significat, animal caudam movere. Cum isto sidere oriens sidus Pleiadum, quod maxime ob splendorem suum aut quod Arabibus gravissimum esset, النجم s i d u s appellatum est (c o n f. Ideler l. cit. p. 147.), poeta coniunxit. Sensus est: Quando initio noctis sidus Orionis ad coeli culmen se adtollit et Pleiades primo diluculo oriuntur. Isto autem tempore summum aestum esse, ex versibus citatis videmus (metr. Chafif): Q u i s a c c u s a t o r m e a c c u s a v i t, u t p o t u s m e u s a b r u m p e r e t u r, q u u m s i d u s g e m i n o r u m m a n e b i b e n t i l u c e t e t l o c u s t a g l a r e a m p e d i b u s s u i s d i s p e l l i t e t t e r r a d u r a i g n e s s u o s a c c e n d i t [1]. Verba والنجم طالع antecedentium statui describendo inserviunt. Sententia autem consequens, quae verba اذا شالت sequatur necesse est, aut omissa est (اهرب f u g a m c a p i a m) aut in sensu verborum sequentium latet, nam sententia particulam اذا q u u m necessario sequens verbo efficitur.

2. Ego enim, si princeps veniam recusat, mihi ipsi, si volo, veniam concedere possum.

Se, quum veniam principis non acceperit, nihilominus consilium suum secuturum esse dicit.

Abu-Rijaschus ad versus explicandos sequentia adtulit: Poeta tempore Islami audacissimorum Arabum unus erat. Quidam Graecus, cognominatus Sahd-Althalajih (Sahdus procubitorum) ad virum veniebat, qui expeditiones in terram Graecorum ducebat, (initio enim Islami tales expeditiones صايفة appellatas quotannis [2]) facere solebant), petens ut cum ipso exercitum mitteret, velle enim se Graecorum nuda loca, per quae invadi possint, ostensurum. Solebat autem longius profectus in insidias milites abducere, ut occiderentur. Quod quum saepe accidisset, dux Mohammedanorum cum illo viro veniente poetam nostrum misit. Quem quum in arundinetum mittere vellet, dum ipse remanebat, hic eum interrogavit: Uter viae index esset? et quum nihilominus retromanere vellet, poeta dolum cognoscens eum interemit. Tum ibi dux quidam Graecorum contra eum prodiit. Hunc occidit; ipse autem duorum digitorum iacturam passus est. Rediens quum de Sahdo interrogaretur, hos protulit versus (metr. Thawil): Q u o t s u n t d e S a h d o

---

1) Non puto, vocem المعزاء de capellae sidere intelligendam esse, quum id العنز nomen habeat. Est potius الارض omissa, quia in solo duro et glarea abundante incedentibus ardor solis maxime sentitur.

2) Hasce expeditiones Omajjadarum tempore per aliquot annos intermissas denuo Abbasidarum tempore anno 139 primum susceptas esse scimus (conf. libr. m. Selecta ex historia Halebi p. 12.).

nuntium rogantes et nil de Sahdo in eventibus accepi. Sahdum vidi in loco arboribus omnino consito et Sahdum postea non vidi. In digitos duos resectos carmen quoque composuit, cuius pars haec est (metr. Basith): Vae matri vicini matutino tempore pontis, quo a me se separavit! Quam honoratus mihi erat tempore, quo se separaret abiretque [1]). Tristis non eram ob id, quod me eis (digitis) socium praeberem; sed operam dedi, ne simul perirent. Quot dicentes, quibus res mea ignota erat: Cur inimicum Dei non cavisti, quum prostratus esset? Sed quomodo eum relinquerem incedentem cum gladio suo e vagina educto et quomodo timidus ab eo recederem, postquam prostratus erat? [2]) Haec mea natura die proelii non erat; etsi mors appropinquaverat et propinqua erat. Vae matri eius, dum incredulus erat, cuius exercitus terga vertorat; iniustus (de Sacy. جار sufficiens habet), dum iam honorem perdiderant; sed is reduxerat (exercitum fugientem) petens virum mortem oppetentem ipsi similem, strenuum, qui uterque, dum gladium adhibere poterat, se defendebat. Quilibet surrexit cum gladio secantis aciei, striis praedito, secante, dum artifex ab eius splendore rubiginem removerat. Mortem ei bibendum dedi, ut extremam guttam ebiberet et neque aut quaerelis aut tristitiâ se ei submisit, per duos digitos manumque [3]), quibus hasta directa fuit, quotiescunque timorem conceperant. Scholiastes in explicanda voce ويلمه (p. ٢٣٩ l. 5. **(p. 240.)** infr.) dixit, alios vocem Wailommihi, alios Wailimmihi pronunciare. Priores vocalis Dhamma initio vocis أمّ rationem habuisse aegre ferentes, quod in pronunciando a vocali Kesra ad vocalem Dhamma transiretur; posteriores vocalis Kesra, qua littera ل adficienda esset; siquidem totum vocabulum ex voce وى, praepositione ل et nomine امه cum suffixo compositum sit. Litteram Alif tanquam abiiciendam cum praecedente coniunctam esse. Hanc autem vocis explicandae rationem ei praeferendam esse, qua vox partibus ويل et امه composita putetur. Hoc enim admisso, casum Accusativum necessarium esse, sive modo nominis actionis (conf. Gram. Ar. T. II. p. 113.) locum habeat sive e verbo omisso (ibid. p. 81 sq.) pendeat. In verbis جهدت على ان لا تفوت معا (p. ٢٣٩ l. 7. infr.) explicandis scholiastes dixit, grammaticos esse, qui dicant, vocem معا casum Accusativum habere modo a grammaticis ظرف appellato (conf. Gram. Ar. T. II. p. 70), ut in voce مَعْهُمْ. Suffixo abiecto casum Accusativum remansisse, quemadmodum قمت خَلْفَهُ et قمت خلفا dici possit. Utramque vocem (خلف et مع) eo differre, quod haec sensu ab una re in alteram translata sit. Reperiri quoque, qui dicant, vocem tanquam statum describentem (حال) casum Accusativum habere, quoniam ab illo

1) Initio ob vocem جار genus masculinum ponit; sed post ob genus vocis اصبع, quod modo masculini modo feminini generis est, femininum adhibet. Digitos autem vicinum suum appellasse videtur.

2) Videmus digitos eius resectos esse ab hoste iam prostrato.

3) Sine dubio partem manus relictam significat, quam cum palmae ramo resecto comparavit.

loco translata sit, ut voci جميعا sensu aequalis fieret, ut in verbis جاء القوم معا »Gens venit, dum congregata erat«. Ad verbi استمات »mortem quaesivit« (p. ٢٣٩ v. 4. infr.) significationem probandam scholiastes verba استغاث et استعان »auxilium quaesivit« adduxit. Idem ad verba بنانتين وجذموا اقيم به (ibid. l. 1 infr.) adnotavit, eum radicem cum manu sua contulisse. Narravit, virum Ahli b. Azmah, cui ob furtum Ahlius b. Abu-Thaleb digitos amputasset, ad Alhadjdjadjum venisse questum, quod gens sua, nomine Ahli eum appellans, in ipsum iniustus fuisset, rogare igitur se, ut nomen permutetur. Alhadjdjadjum responsisse, se ei nomen Saihd imponentem ipsum curiae [1]) praeficere cum stipendio quotidiano duorum Danekorum [2]) et quartae Daneki partis (طسوج). Se autem iurare, si huic aliquid addidisset (furto), se amputaturum esse id, quod Abu-Torabus (pater terrae sc. Ahlius) reliquisset.

Narrant mercatorem aromata vendentem mulieribus Kaisitis, nomine Firus, in anfractibus Euphratis, mulierem Kaisitam se inclinantem, ut rem caperet, in clunibus percussisse. Quae quum hanc ob causam irata, O Ahbd-Allah b. Sabrah! qui vir in valle praesens non esset, vocasset, et fama haec verba usque ad ipsum virum in loco Kali-Kala (c o n f. Abulfed. Geogr. p. ٢٧٨) versantem pertulisset, ab eo veniente Firusum trucidatum esse. Re peracta eum hosce versus dixisse: (metr. Basith) M o r s F i r u s o a p p a r e t s i v e m a r e e u m o b- r u a t s i v e l e o e u m i n v a d a t a u t s c o r p i o a u t v u l n u s i n g u t t u r e o b l i q u u m a u t s e r p e n s, c u i u s i n c a p i t e s u m m o n i t o r a u t v i r o d i u m o c c u l t a n s, d u m q u a e i n f a u c i b u s i n d i s t i n c t e l o q u i t u r, n e m o s c i t [1]). Narrant quoque in quodam Syriae oppido innuptam vixisse, quam vir quidam innuptus publice in matrimonium peteret, secreto autem, ut sui ipsius copiam ipsi faceret, pellicere cuperet. Ad cuius mulieris domum quum gens, in qua poeta esset, transiret, mulierem servam rogatum misisse, num inter viros Kaisita esset. Talem quum se professus esset, et a muliere invitatus rem comperisset, tam virum quam ipsam servam, ne res divulgaretur, poetam necasse. Quapropter quum mulier clamorem tolleret, eum imperasse, ut taceret, nam si homines moneret, ut sibi ab ipso caverent, futurum esse, ut omnes perirent. Vivente puella non potuisse non rem divulgari. Socios autem cum diu exspectantes rem ipsum celasse et commovisse, ut ipsi de suis septuaginta denarios impertirent, quos, ut servam sibi emeret, mulieri apportasse. Hanc autem rem respi- **(p. 241.)** cientem sequentes versus poetam composuisse: (metr. Thawil) V o c a v i t m e n e s c i e n s, i n q u a n a m r e e i a s s e n t i r e r, c a l a n t i c a i n d u t a, d u m i n i u- s t u s a b e a l o n g e r e m o t u s e r a t, u t a b i p s a i n f o r t u n i u m g r a v e r e p e l- l e r e m, n a m D e u s e t p a t r u e l i s i n i u r i a m r e p e l l i t e t q u u m i n i u s t u m, n e e a m a m p l i u s i n f e s t a r e t, o c c i d i s s e m, h i r c i o c u l o r u m e i u s f l e t u p e r d i t i s u n t o b s e r v a m, q u a m o c c i d e r a m, s e d e a m n o n o c c i d i, n i s i u t d e p o s i t a o c c u l t a r e n t u r. E i q u e d i x i, n e t r i s t i s s i s! n a m s e c r e-

1) De vocis البارجاه significatione definienda dubito, nam sic scriptam in lexicis non inveni. In Meninskii opere البارجه curia, tribunal legitur. Aut nomen loci aut muneris esse potest.

2) Vox دانق sextam partem drachmae significat et vox طسوج quarta pars Daneki est. Djeuh. Kam.

3) Verbum جمجم, quod de indistincto sermone adhibetur, poeta de cogitationibus in pectore absconditis adhibuit.

tum nostrum, quando nos transit, sine dubio divulgabitur. Metu te liberavi et Deus reparat et in patientia praemium est, quando calamitates adparent. Et hi septuaginta vobis (denarii) eius loco sunt et pro iis ancillam tibi utilem futuram esse puto. Ei malo sit, qui mortuus est, nec vero ei, quae in sepulcro cum eo coniuncta est (ancilla)! Quod a Deo decretum fuit, accidit. Quod si intelligentia (mansuetudo) stultum non cohibet neque timor Dei, gladius stultum cohibet. Eum deplorabit uxor[1]) prava, vilis, in qua sordes ex interiore colli latere unguenti vestigium indicans, eum matrimonio iunctum, quem Deus divitiis non ditaverat et qui nescivit, me throni possessori obedire. Eius dedecus removi, et eius (dedecus removentis) locum tenui et id quod a Deo decernitur, eius advenientis loca non obstruuntur. Dico, dum de fine eius infortunii cogito: O mi Deus! veniam da, nam venia tua ampla est. Ego magnum crimen commisi et ob timorem mihi supervenientem ad te me inclino[2]). Vae mihi, si mihi non condonas, et in gratia tua[3]) mihi intercessor non est. Ad socios meos redii, qui opinionem de me malam conceperant, me omnes deplorantes timentesque. Dicebant: Ob sollicitudinem cibum non gustavimus et te absente nemo nostrûm somno indulsit. Eis autem dixi: Quiescite, mihi autem a vobis absenti nuntius erat et Deus videns audiensque est. Ne autem vir ob mortis metum iniuriam admittat neque cupiens, ut mortem vincat, cupiat. Silentio praetermittendum non est, scholiasten, ut probet, verbo اخال (l. 5.) regendi vim amisisse, versum sequentem adnotasse (l. 6.): (metr. Basith) Num, o vir vilis, versibus metro Redjes compositis mihi minaris, et in versibus, puto, vilitas et debilitas est (i. e. qui tantum versibus minatur, minas non perficiens, is vilem debilemque se probat.

CLXIV.

Dixit Alrabih b. Sijad Abbsita (conf. Meid. 6, 11.).

Ante Mohammedem vivens tempore, quo Kaisus b. Sohair in Arabiam felicem secesserat, versus dixit.

1. Kaisus contra me terras belli flamma accendit, ut, quum arderent, celeriter abiret.

Ob certamen inter equos Dahes et Ghabra bellum longum, ut ferunt, quadraginta an-

---

1) Si rectum est, quod antea legimus, occisum fuisse innuptum, aut legendi modus rectus non est, aut versus in hanc rem non sunt dicti. Scholiastes autem monuit, legi quoque أم سوء mater prava.

2) De Sacyus in codice suo loco vocis ضائع invenit ضارع prostratus sum, quod praeferendum putavit. Huic assentiri non possum.

3) Pro voce بمنك in de Sacyi codice نبيك propheta tuus est.

norum ortum erat (conf. Meid. C. 21, 96.). Kaisus b. Sohair, dominus equi Dahes, princeps gentis Abbs erat, quacum in isto bello consociata erat gens Abbd-Allah b. Ghathfan, cuius princeps Alrabih b. Sijad. Sed quum Kaisus nonnisi post pacem inter utramque gentem compositam in regionem Ohman secesserit, primi versus verba istam rem spectare non posse, nonnullis fortasse in mentem veniet, ut Rabihus b. Sijad metum renovandi belli post abitum Kaisi habuisse putandus sit. At vero quum Kaisus b. Sohair ante hoc tempus tanto bello impar cum gente sedes mutare coactus esset (conf. Meidan. T. II. p. 280.), nil obstat, quin in has res versus referendi sint. Bello autem saepe cum igne accenso comparato (conf. Hamas. p. ١٨١ v. 1. p. ١٩٩ v. 3. p. ٢٨١ v. 2. 3. etc.) poeta ignem, qui bello adscribendus erat, terrae tribuit; sensus enim est: Kaisus bellum in terris contra me accendit. Verbi اجذمر (littera Alif homoioteleuti causa addita est), quod proprie in celeritate incessus adhibetur, obiectum omissum est.

2. Belli crimen erat, quod commisit; sed neque relictus neque hostibus traditus est.

Poeta beneficia enumerare incipit, quae gens sua in Kaisum contulerit. Primum dicit, quamquam Kaisus tam grave bellum conflaverit, eum tamen relictum non esse. Vocabulum جنية ex adiectivo addita littera ة nomen factum est, ut significatio eius propria res decerpta sit. Agendi ratio cum arbore comparata videtur, ut conditio inde orta fructus sit. Bellum igitur fructus est, quem Kaisus arbore factorum suorum decerpsit. Hanc vocis significationem criminis significationi praefero, qua bellum accensum crimen est contra gentem suam commissum (conf. Ham. p. ٣٨٧). Sed vox جنية praedicati locum tenet, subiecto omisso. Verbi تفرج subiectum omissum est. Vox idem significat, quod verbum تفرق et تكشف (separatus fuit). Mihi igitur الناس aut simile quid supplendum videtur, ut sensus sit: Homines ab eo separati sunt, ut solus remaneat. In Mersukii codice prima manu ما اسلما scriptum fuit, quod scribens لا اسلما quidam correxit, ea causa, ut videtur, adductus, quod in phrasibus negantibus, secundo loco post vocem ما vox لا sequi solet.

3. Matutino tempore, quo ad gentem Alrababae transiisti, dum hostes celeri cursu appropinquabant, ut ne fraeno quidem equum instruere posses.

Scholiastes hunc versum cum fine primi versus cohaerere dicit, ita ut vox غداة tempori definiendo sensui vocis اجذما inserviat. Sensum esse, eum tempore isto matutino fugam cepisse. Hoc admisso poeta a narrandi modo ad allocutionem transiit. Vox الرباب cum vocali Fatha nomen feminae, cum vocali Kesra pronuncianda nomen gentis est. Voce تعجل (quae in Mersukii codice contra metrum signo Teschdidi insignita est), status pronominis in voce مررت describitur, ut sit pro مستعجلا. Pro voce تركض in scholiis cum Mersukio بركض lego. Vox بالركض autem est pro بركض الاعداء, quod scholiastes dixit aut pro بركض خيل الاعداء. Verba ان تلجما sunt pro عن ان تلجما, siquidem praepositio عن post فضلا saepius omittitur (conf. Gram. Ar. T. II. p. 470. et p. 390 sqq.). Post verbum تلجما obiectum فرسك (equum tuum) aut دابتك (iumentum tuum) omissum est. Verbum autem الجم cum

sequente praepositione عن construi ex Corani loco Sur. 20, 8. videmus وما اعجلك عن قومك يا موسى »Quid ad tantam festinationem te, o Moses, impulit, ut ad gentem tuam non venires?«

4. Et nos equites diei Alharir eramus, quum sella tua inclinaretur, ut in anteriore parte esset. **p. 212.)**

Alterius proelii mentionem faciens suis, qui Kaisum fugientem defenderint, fortitudinis laudem vendicat. Dies Harir appellatus a me in Meidanii opere T. III. P. I. p. 584. descriptus est. Proelium erat ante Islami tempus inter gentem Becr et gentem Tamim. Nox autem Alharir nomen proelii inter Ahlium et Moahwijahum ad locum Ziffin est. Inclinatâ sellâ proverbiali modo viri res perturbatae designantur, nam si sella in iumento firma non est, eques bene sedere non potest. Poeta Djerir simili modo dixit: (metr. Camel) قل للجبان اذا تاخر سرجه هل انت من شرك المنية ناج Timido dic, quum eius sella retrocedit, num rete mortis effugere potes? Simili loquendi modo usus est poeta dicens: (metr. Basith) لا تجعلونا الى مولى يحل بنا عقد الحزام اذا ما لبده مالا Ne nos domino tradatis, qui nostro auxilio cinguli nodum solvit, quotiescunque ephippii stratum inclinatur. Verbis cinguli nodum solvit, significare vult, eum reparare rem suam corruptam.

5. Equos nostros te sequentes deflexımus, dum labia tua os iam tradiderant (dentes denudaverant).

Versus hic cum antecedente sensu cohaeret, statum enim illius diei amplius describit. Kaisum ab hostibus pressum et fugientem poetae gens defenderat. Metonymia usum poetam loco dentium os dixisse scholiastes vult, quemadmodum dicunt فض الله فاه »Deus eius os (dentes) rumpat«, et haud diverso sensu ذبلت الشفاه »labia flaccida sint«. Similiter quoque poeta Ahntarah dixit (Moall. v. 62.): (metr. Camel) Quum labiis contrahendis dentes denudabantur. Poetae autem nostri verba sic intelligenda sunt: Labia ori interiori quasi tutelae sunt, quae si a dentibus removentur, interior oris pars volenti traditur. Verba وقد etc. statui describendo inserviunt. Status et terroris et acris proelii esse potest, nam tam terrore stupens os aperit, quam iratus et acriter pugnans dentes hosti ostendit, quae res in animalibus, ut canibus, saepe observatur.

6. Quum gladios splendentes fugerent, eis diximus: Audacter procedite!

Gentis suae agendi rationem in isto proelio describit. Equos, quum gladiorum fulgore territi recedere vellent, se impulisse, ut audacter in hostem irruerent. Fulgor gladii autem dictus est pro gladiis fulgentibus. Scholiastes dixit, verbis per metonymiam hoc in versu factum significari; modo, quo dicatur: قال براسه كذا »Capite suo ita dixit«, dum id moveat et قال بسوطه »scutica sua dixit«, dum ea innuat. Sed frequenter fit, ut animalia alloquamur. Formae autem participiorum passivorum formae secundae et sequentium saepe nominum actionum locum tenent, ut مقدما pro اقداما sit conf. p. 580. 603.

CLXV.

Dixit Alschanfara Asdita [1]).

Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, tam in definienda nominis Alschanfara significatione, quam in voce derivanda homines dissentire. Alios leonem, alios camelum multis pilis praeditum significari putare, necesse autem esse proveniat nomen a loquendi modo في راسه شنفارة, quum vir acer, alacer sit (celeritas enim poetae in proverbium venit). Qui autem statuat, litteram ن radici additam esse, eum vocem derivare posse a loquendi modo اذن شفارية »Auris pilis tecta«. Dici quoque ضب شفارى »lacerta longa, crassa«, et شقّر الرجل »vir parum donavit et شقّر المال »parvae sunt opes«. Huiusce significationis probandae causa versus adnotatus est, quo mulieres describuntur: (metr. Chafif) Deditae verbis sunt: Adfer! adfer! et die, quo opes parvae sunt, in eo vestes pretiosas petunt; et Baihtsi versus (metr. Thawil): Si dactylos cupis, pete divitias eo, quod opes colligis, quod opes paucae sunt. De voce السحّ dubito. In hoc autem versu شنفرا est pro شقّرا.

1. Ne me sepeliatis, nam sepulchrum meum vobis interdictum est; sed laetare, o hyaena!

Vitae suae rationem, quam remotus a suis, ut eorum auxilio destitutus sit, in desertis agit, gloriae sibi ducit. In eo enim, quod non curat, futurum esse, ut in deserto remotus a suis ab hostibus interfectus et insepultus feris cibo inserviat, summam animi fortitudinem probat. Poetarum loquendi modo proprium est, rem, quam futuram esse, putant, aut iubere aut interdicere. Ut autem intelligatur, quantam animi fortitudinem istis verbis poeta ostenderit, plurium rerum mentio facienda est. Inhumatus, cuius necem nemo ultus esset, qui iacebat, Arabes ante Mohammedem eius animam non quiescere; sed ex cranio prodire putabant tanquam bubonem (صداء et هامة) clamantem: اسقونى »bibendum mihi porrigite!« (conf. apud Reisk. ad Taraf. p. 120. versum Hamas. p. ٣٥٠ ex Diwan. Hudsail.). Talis quoque occisus mortis suae honorifica mentione verbo نعاء etc. carebat, quae, si quis vir celeber aut princeps mortuus esset, in montibus fiebat conf. Caahb. b. Sohair carm. p. 143 adnott. et Meidan. C. 22, 58. Talis occisus neque aromatibus حنوط imbutus erat conf. Sohair Moall. v. 19. Hamas. p. ٢٣٦ l. 11. neque lotus (conf. illust. de Slane Diw. Amru-l'Kaisi p. 6 adnot. vitae) aut albis pannis involutus (conf. Ham. p. ٣٧٧ v. 1.) aut pretiosis vestibus tectus conf. Abulfed. Annal. T. 1. p. 96. Hamas. ٣٧٢ l. 2. Occisis autem, qui in campo iacentes vestibus funereis non tegebantur, dedecori fuisse videtur conf. Abulfed. Annal. T. II. p. 54 infr. Talis quoque omni luctu carebat, qui vario modo fiebat. Nuntio mortis adlato viri pulverem in caput spargebant, quod verbo حثا significatur conf. Kam. et Amru-l'Kaisi vita p. ٨ infr. Mulieres, si maritus aut propinquus occisus erat, capite velo haud tectae prodibant Ham. p. ٤٢٠ p. ٤٤٧ v. 4. clamabantque ex. gr. وا بسطاماه »vae Basthamo! aut لا تبعد.« Ne mortuus sis! Hamas. p. ٤٦٦ v. 5. simulque vestem in pectore lacerabant Abulfed. Ann. T. 1. p. 186. Ham. p. ٣٧٣ v. 1. Taraf. Moall. p. 91. Caahb b. Sohair v. 33.

---

1) Poeta ante Islami tempus vivens ob cursus celeritatem celeber erat conf. Meid. append.

Crines quoque resecabant conf. Notice sur le poete Lebid. p. 128 infr. vers. Uxores ante Mohammedem gossypium sanguine suo conspersum in capite ita ponebant, ut extrema eius pars ex velo appareret. Hoc nomine سقاب appellatum est conf. Kam. Sed pileo quodam in capite tectae esse videntur Ham. p. ۴۲۰ v. 4. Pulverem quoque in caput spargebant Ham. p. ۴۹۳ v. 1. Tenebant mulieres plangentes manu pannum, مثلاة appellatum, quo, ut videtur, utebantur ad lacrymas detergendas, conf. Hamas. p. ۴۲۰ l. 19. Aderant quoque praeficae (نوايح), quae corio مجلد appellato faciem sibi percutiebant (conf. Djeuh.) ad funus stantes Hamas. p. ۳۹۳ v. 1. et sibi invicem respondentes in plangendo adiuvabant (conf. Caahb. b. Sohair v. 32.). Mortuus in feretro (نعش) ab amicis, aliis comitantibus ad sepulcrum efferebatur (conf. Hamas. p. ۴۲۰ infr. Caahb. b. Sohair v. 27.). Occisi autem nonnisi post vindictam sumtam a mulieribus capite haud velato prodeuntibus deplorabantur laudibusque extollebantur (conf. Hamas. p. ۴v۰ infr. et ibid p. ۴۲۸ infr. et Mersuk. ad ist. locum). Verborum ابشرى امر عامر explicandorum duplicem modum scholiastes proposuit, unum quo poeta verbis hyaenam alloquitur hortans, ut laeta sit ob caedem, quum occisus ei cibo futurus sit, alterum quo verba ابشرى امر عامر hyaenae tanquam cognomen sint, i. e. Relinquite me ei, cui haec verba dicuntur (hyaenae); hyaenae enim, cui haec verba dicuntur, rerum mearum cura est, ut verba, quae praedicato sunt, ولّى امرى aut similia suppleantur. Dum monet, pro verbo ابشرى legi quoque خامرى absconde te, cognominis eandem rationem esse dicit, quam cognominis poetae تابط شرا »malum sub axillam sumsit« (conf. Ham. p. ۳۳ l. 8.), quae verba origine sua phrasis pronunciata sint. Cognomen eo ortum esse dicunt, quod venator hyaenae latibulum effodiens, paulatim recedenti hyaenae dicat: Mater Ahmiri (hyaena) hic non est, laeta sis, mater Ahmiri ob ovem emaciatam et locustas in coitu cohaerentes (conf. Meidan. C. 7, 24.); nam verba in proverbii consuetudinem venerunt. Sic pergere venatorem, donec, quum hyaena ad extremum latibulum veniat, summa cum vehementia extrahatur. Grammaticus Sibawaihi Chalili auctoritate fretus, versum poetae Alachthal: (metr. Camel) **(p. 243.)** Iam pernocto a puella remotus et pernocto tanquam talis, cui dicitur: لا حرم ولا محروم[1] »non gynaeceum et non interdictum« hunc interpretandi modum recepit, ex quo الذى يقل له ante verba لا حرم supplenda sunt. Chalilum autem versu Alachthali altero eum probasse: (metr. Thawil) Tempore, quo gens Ohkail (v. Colaib. sec. Mersukii lectionem) ligni fragmenta sunt, quo scyphus reparatur et gens Cilab est is, cui dicitur: Absconde te, o hyaena! Priorem versus interpretandi modum (quem praeferendum putaverim), qui sequitur, poetam ab una persona verbis ad alteram se convertisse videt et huiusce rei exemplum in verbis Corani Sur. 12, 29. invenit. »O Iosephe! ab hoc te averte et tu (o mulier) huius criminis veniam roga! Sunt quoque, qui dicant, ea de causa mandatum datum esse, ut ipsius caedi ulciscendae cognati maximam operam darent, alii denique contendunt, poetam mandato suo dato nil aliud voluisse, nisi ut a suis, ipsi semper adversantibus, sepeliretur, dum speraret, fore, ut cui vivo obsequium

1) In Mersukii codice loco vocis لا حرم legitur لا حرج »non crimen«.

non praestassent, mortuo multo minus obsecuturi sint. Poetam vero ex eorum numero fuisse, qui ob multa crimina commissa et vitam dissolutam a gente sua relegatus esset, non est, quod taceamus.

2. Quum caput meum portant et in capite maior mei pars est, dum in proelii campo reliqua mei pars relicta est.

Versus hic sensu cum priore cohaeret, tempus enim mortis poetae in pugna definit. Particulam اذا quum verbis لا تقبروني »ne me sepeliatis« aut eis, quae tam verba ipsa quam status indicant [1]), tempori definiendo inservire scholiastes dixit. Subiectum autem, quod post vocem لكن in verbis ابشري ام عامر sit, praedicatum accepisse in voce باكلي aut in verbis بتولي امري (quae supplenda sint), siquidem verba illa sunt pro الضبع اكلي aut الضبع متولي امري. Silentio non praetermittimus in Mersukii codice legi: وقد جعل خبرا للمبتداء بعد لكن وهو قوله ابشري ام عامر من باكلي او بتولي امري. Beatus de Sacyus, cui textus Arabicus molestiam creaverit, adscripsit, omnino legendum esse تاكلني وتتولي امري, ita ut hyaena مبتداء et تاكلني cum his, quae sequantur, خبر sit. Hic autem interpretandi modus locum habere non potest, nisi verba ابشري ام عامر hyaenam designant; sin vero verbo ابشري sensum laetare tribuis, verba باكلي aut بتولي امري obiecti locum tenent. Qui autem alteram verborum ابشري, ut significet laetare!, significationem recipit, ei vox اذا huius verbi ابشري tempori definiendo inservire potest. Praedicatum denique, quod in verbis اكلي aut متولي امري inesse putatur, tempori definiendo inservire potest. Omnia autem verba, quibus particula اذا tempori definiendo sunt, ipsius particulae phrasin consequentem efficiunt. Hostes caput suum, corpore relicto, abstulisse dicit, ut eum occisum esse divulgent. Verba وفي الراس اكثري sententiam intermediam efficiunt; siquidem verbum غودر cum verbo احتملوا coniunctum est. Hoc eo dictum volunt, quod ex quinque hominis sensibus quatuor in capite sedem habeant, dum Abu-Hilalus dixit, caput hominis sine corpore cognosci, nec vero corpus sine capite, quam sententiam alii pro nihilo ducunt. Vox ثم aut vocali Fatha aut vocali Dhamma pronunciari potest. Cum vocali Fatha particula loci (ibi) est, qua proelii campus indicatur, cum vocali Dhamma (tum) copula est, qua vox سايري cum pronomine tertiae personae in verbo غودر coniungitur, ut sensus sit: Et (caput meum) relictum est, tum pars mea (corporis) reliqua in loco, ubi homines concurrunt ad contemplandum (Pro voce للتطارن cum Mersukio للنظارة lego). Prior autem interpretandi modus praestat, nam nomen ظاهر appellatum cum pronomine tertiae personae (مضمر) in verbo, cui casus nominativus est (conf. Gram. Ar. T. II, p. 548. 552.) nisi addito pronomine هو, quo confirmetur, probari potest. Nil quoque impedit, quominus vox سايري Accusativi locum teneat, cohaerens cum voce راسي. Hoc magis probandum videtur. Legitur quoque اذا احتملت راسي.

3. Isto tempore vitam non spero, quae unquam gaudio me adfectura est, dum ob peccata exitio traditus sum.

Hoc in versu statum suum isto tempore describit et causam addit, cur ita cogitet.

---

1) Significat res, quae cum occiso sepeliendo coniunctae sunt. Sed melius cum Mersukio legitur او لما دل عليه اللفظ والحال.

Se enim quum e gente sua ob crimina relegatus et vindictae expositus sit, vitam gratam nunquam sperare posse, ut mortem qualemcunque non timeat. Voce هنالك tempus usque ad mortem suam definit. Verba سجيس الليالى, quae nonnisi in negando adhibita reperi, Mersukio auctore continuationem et facilitatem in coniunctione temporis (امتداده وسلاسته فى الاتصال) designant et vox سجيس nomen agens (اسم فاعل) verbi neutri سجس est. Mihi autem aut nomen verbale corruptionem aut corruptum significans esse videtur. Noctes vero et tempus quum nunquam vetustate corrumpantur, verba maxime in negando adhibita videntur. Scholiastes autem sine dubio ea causa commotus, quod vocem هنالك particulam temporis cum verbis لا ارجو coniungendam putaverit, haec verba cum voce مبسلا tanquam particulam temporis coniungenda dixit. Ego vero verba potius cum negatione لا coniungenda putaverim tum ob usum a lexicographis notatum tum ob originem vocis, quae isti usui congruere videtur, nil enim obstare videtur, quin uni verbo duplex temporis definitio attribuatur, quarum una alteri accuratius describendae inserviat. Vox autem مبسلا virum in statu describit, quo non sperat. De usu verbi ابسل conf. Coran. Sur. 6, 69. Qui autem in versu de vita post mortem cogitat, is a vero multum aberrasse videtur; huiusce enim rei Arabum poetae ante Mohammedem viventes vix mentionem fecisse videntur.

Schanfara e gente Aliwas b. Hidjr b. Alhinw b. Asad etc., puer parvus **(p. 244.)** a gente Banu-Schababah, parte gentis Fahm b. Ahmru b. Kais b. Aihlan, in captivitatem abductus erat. Postea quum gens Banu-Salaman b. Mofarredj b. Auhf b. Maidaah b. Malec b. Asad virum e gente Schababah captivum fecissent, hi illum dato Schanfara redemerunt. Inter hos vivens genti accensebatur, donec cum filia viri, a quo educatus et adoptatus erat, in rixam iret; filia enim, quam verbis: O soror! caput mihi lava! allocutus erat, quum fratrem suum eum esse negaret, recusans alapas ei inflixerat. Hac de causa iratus virum, tum temporis absentem, qui ipsum a gente Fahm emerat, adiit et e quanam gente oriundus esset, interrogavit. Qui quum, eum e gente Aliwas b. Alhidjr originem habere, diceret, se, quem in servitutem redegissent, iis non abstiturum vovit, donec centum viros occidisset. Nonaginta et novem viris necatis centesimus cranium Schanfarae iam mortui percussit; ipse pede truncatus vitam exspiravit. Schanfara autem puellam gentis Salaman respiciens dixit: (metr. Thawil) Utinam scirem et optata sunt error, cur manus puellae nobilem suum percussit. Si Djohsus[1]) mei suique patris genus cognovisset, illi rei impar fuisset. Ego ex optimo gremio, domo locoque prodii et mater mea filia ingenuorum est, si eam novisses. A caede facienda autem non destitit, donec in media valle Abidàh appellata Asidus b. Djaber Salamita et Chasimus Nokmita, quibuscum filius fratris Asidi erat, insidias ei struerent. Schanfara, qui, quotiescunque noctu nigrum quid conspiceret, sagittam mittebat, in illa valle transiens missa sagitta brachium inferius filii fratris Abidi confodit. Vulneratus quum nil loqueretur, Schanfara dixit: Si res es, te

1) Puellae nomen Kohsus fuisse, et in gente Asd-Schauuah litteram ق in litteram ج mutari scholiastes adnotavit. Nomen ازد idem esse ac اسد antea docuimus. Cognomen شنوءة inde ortum esse dicunt, quod odium inter eam esset. Littera و interdum cum Teschdido Schanuwwah pronunciatur.

attigi; sin res non es, sine noxa te dimisi. Chasimus autem in faciem proiectus in via eum exspectabat. Tum Asidus b. Djabir dixit: O Chasime! educ gladium! Sed Schanfara dicens: Si ita est, non percutis? evaginato gladio duos Chasimi digitos amputavit. Chasimus autem eum tenuit, donec ambo illi advenirent. Trahentes eum armis priyarunt. Chasimo in terram prostrato filius fratris Asidi Schanfaram firmiter tenebat. Parum autem abfuit, quin errore Asidus pedem filii fratris sui constringeret, nisi alter suum esse pedem dixisset. A capto autem Schanfara, quem ad gentem suam adduxissent, postularunt, ut versus recitaret. Schanfara autem postulantibus respondit: »Poesis nonnisi res laetitiae est,« quae verba in proverbii consuetudinem venerunt (conf. Meidan. T. III. P. 1. No. 3053.). Schanfarae autem quum mos fuisset, ut quotiescunque virum e gente Salamah conspiceret, oculum eius sagitta peteret, illa idem quoque in eo fecit, dum Salamita verbum اطْرِفك »oculum tuum petam,« quo verbo Schanfara usus erat, proferebat. Tum manum eius resecuerunt, ut tremeret. Schanfara (eam resectam videns) dixit: (metr. Sarih)[1] Ne remota sis! sed in sinistrum (infaustum) abiisti. Quot autem in valle columbas fugavit, quoties in deserto pulverem diffidit, quoties adversarii ossa dissecuit. Rogantibus, ubi eum sepelirent, verbis carminis: Ne me sepeliatis etc. (p. ٣٤٢) respondit.

CLXVI.
Dixit Taabbatha-Scharran.

Poeta ante Mohammedis tempus vivens Taabbatha-Scharran cognomen habebat (conf. Ham. p. ٣٣) et nomen Tsabet b. Djabir. E gente Fahm oriundus erat. Gentes autem Fahm et Ahdwan fratres erant. Versuum causam hanc fuisse tradunt. Poetà a muliere e gente Ahbs oriunda et ad familiam Banu-Karib pertinente, quam in matrimonium petierat, promissum obtinuit. Post autem quum eius voluntatem a se alienatam inveniret et quaenam causa alienationis esset, interrogaret, ea respondit: Per Deum! Nobilitas praeclara est; sed familia mea mihi dixit: Quamnam utilitatem e viro capies, qui in proelio occidetur, ut vidua remaneas? Illis verbis auditis eam reliquit versus hosce dicens.

1. Ei dixerunt: Ne ei nubeas! nam primae cuspidi est, quando in pugnam incidit.

(p. 215.) Versui iis, quae antea retuli, lux adfertur. Constructio verborum ان يلاق difficultate non carens in causa erat, cur interpretes in varias sententias abirent. Alii verba subiecti locum (مبتداء) tenere dicunt, cuius praedicatum in verbis لاول نصل sit, ut sententia praedicati loco vocis ان sit i. e. quod Taabbatha-Scharranum adtinet, eius occursus est coniunctio cum prima sagitta, quae expromitur (e pharetra); alii contendunt, verba ان يلاق loco Accusativi esse tanquam apposito inservientis suffixo in voce انه, quasi diceret: ان ملاقاته مجمعا لاول نصل »Eius occursus est coniunctio primae sagittae«. Suffixum in voce فانه referri

1) Beatus de Sacyus exemplari suo adscripsit verba نفرت, قطعت, فصلت in secunda feminini persona pronuncianda esse, et poetam manum suam alloqui. Metrum Mousarih esse; sed nonnisi initio manum allocutus est. Verbis لا تبعد in deflendo mortuo utuntur (conf. Ham. p. ٤٩٩ v. 5.). Manum resectam tanquam mortuam personam deplorat.

potest aut ad personam Tabbatha-Scharrani, id quod praeferendum est aut ad pronomen rei a grammaticis dictum (conf. Gram. Ar. T. II. p. 371 sq.), si priorem explicandi modum sequeris, cui explicandae sententia inservit. Nil quoque obstat, quin verba ان يلاق tempus definiant, ut sensus sit: Is tempore, quo occurrit, primae sagittae locus conventus est. Est autem alter legendi modus مصرعًا loco vocis مُجمعا, quae vox aut nomen actionis aut nomen loci aut nomen temporis est. Accusativus variam causam habere potest. Aut obiectum verbi يلاق habetur aut obiecto omisso Accusativus statum designans est, quasi diceret: يلاقيه ذا مصرع »ei occurrit, dum prostratus est.«

2. Ne hilum quidem prudentiae ostendit, quum careret, ne vidua fieret nocte tanquam veste utentis, cordati.

Mulieris consilium, quae metuens, ne vidua fieret, fortis generosique viri connubium recusaverat, vituperat. Tres voces قطمير, نقير, فتيل, ut mihi videtur, a dactylis desumtae rem parvam eamque inutilem proverbiali loquendi modo significant. Verba لابس الليل eum designant, qui nocte tanquam vestibus utitur. Nox quum mala et pericula designet (conf. p. ۱۴۰ v. 3.), verbis لابس الليل is describitur, qui pericula semper obit, ut eum tanquam vestimenta circumdent. Vox اروع a scholiaste voce مروع explicatur, cui in scholio significatio verborum ذو روع corde praeditus, cordatus insit, necesse est. Vox in sequente versu Diwani Hodsail occurrit: مبرا من التغب جوّاب المهالك اروع »Liber a vitio, loca periculosa permeans, cordatus.« Verbum وحاذرت statui mulieris describendo inservit, ut قد suppleatur.

3. Qui parum tantum somni ducit, cuius maxima cura in eo posita est, ut necem ulciscatur aut ut armato, nigro occurrat.

Se ipsum tanquam virum fortem describit aut nece ulciscenda aut bello occupatum. Scholiastes verba قليل غرار النوم cum verbis in versu priore لابس الليل ita coniungi vult, ut illis loco adiectivi casum genitivum habentis sint. In codice Tebrisii duplex quoque pronunciandi modus adnotatus est. Sed huic interpretandi modo non adsentior, nam voces لابس الليل ad verbum intelligendas esse non puto. Quae si ad verbum intelliguntur, ut huiusce versus verba cum eorum sensu coniungantur, nimium operae in tali re exornanda positum videtur. Sunt potius voces praedicati loco, cuius subiectum هو omissum est, sensu cum sequentibus coniungendae. Casus genitivus voci قليل convenit. Parum tantum somni facit aut quod curae ultionis bellique e lecto suo somnum depellunt aut quod noctis tempore iter facit, ut mane in hostes incurrat; tempus enim matutinum incursionibus aptum et ab Arabibus destinatum erat. Sed quum vox غرار nonnisi de somno pauco in usu sit, ut ما نومه الا غرار dicatur, erit fortasse, cui vox قليل non bene cum illa coniuncta videatur. Scholiastes verba duplici modo explicari posse dicit, aut verba negare, ut ne minimum quidem somni ducat, aut significare, eum somni parum tantum habere. Talibus autem eiusdem significationis vocibus coniunctis vis sermonis augetur et aut maxima aut minima rei pars

designatur. In versu et اكبر et اكثر legitur; illa voce gravitas, hac multitudo curae significatur. Ante verbum يلقى particula ان inserenda est, verbum enim quum in phrasi cum praemisso substantivo coniungi non possit, hoc fiat necesse est. Particulâ enim ان efficitur, ut verbum يلقى substantivo aequale sit, ac si dicat: اكبر همه دم الثار او لقاء كمى »Gravissima eius cura est sanguis ulciscendus aut occurrus armati.« Similis loquendi modus in loco Corani Sur. 42, 50. conspicitur, in quo ante verbum يرسل particula ان supplenda est, cuius ope nomini actionis ارسال aequale fit cum voce وحيا coniungendo; nam verbum يرسل cum verbo يكلم coniungi non licet. Voci كمى addidit vocem مسفعا nigrum, ut illum armatum describat talem, qui pugnis adsuefactus sit, quippe cuius facies in itineribus pugnisque ob solis ardorem pulveremque elatum colorem nigrum acceperit. Qui autem alterum legendi modum مشنعا armis tectum et sic ad pugnam paratum praefert, is voci كمى significationem strenui, nec vero armis tecti tribuat. Tertius denique legendi modus in margine Tebrisii مقنعا »galeâ ferreâ tecto« adscriptus est.

4. *Quocum quilibet pugnat, ut gens sua ipsum fortem praedicet; ipse vero hostium crania non percutit, ut strenuus habeatur.*

Illum armatum tanquam fortissimum describit, quo maior in illo debellando ipsi laus oriatur. Verbum يصاصعه, quod in percutiendo adhibetur, voci كميا loco adiectivi est; talia enim verba (i. e. quae in futuro pronomine الذى non interposito nomen sequuntur), si nomen haud definitum est, locum adiectivi tenent (conf. Gram. Ar. T. II. p. 259 sqq.); sin vero nomen definitum est, verbum describendo statui inservit (ibid. p. 259. not. et p. 383 sq.); sed verbum quoque ad priorem vocem قليل referri potest, ut versu poetae laus contineatur. Singula autem voce كل usus, omisso nomine cum ea coniuncto, omnes (p. 216.) homines cum eo pugnantes significare vult; i. e. omnes id faciunt ea causa adducti, ut tanquam strenuis factum laudi sit, dum ipsi, qui ab omnibus strenuus praedicetur, facto tali opus non est. Ante verbum يشجع igitur, cuius obiectum omissum est, لان (ut) supplendum putant, ut prior versus pars opposita utriusque agendi ratione priori omnino congruat. Similem ellipsin Mersukius in sequente versu invenit (metr. Thawil): الا ايهذا الزاجرى احضر الوغا وان اشهد اللذات عل انت مخلدى O tu me reprehendens (quod ان) in belli campo versor et deliciis fruor, num tu mihi vitam aeternam das? ex posteriore enim versus parte, quid in priore supplendum sit, videre licet. Si voci قومه casus accusativus tribuitur, sensus est, poetam ita agere, ut genti suae fortitudinis laudem paret, unius enim fortitudo genti ipsi, ad quam pertinet, fortitudinis laudem acquirere potest. Hic vero sensus mihi minus arridet, quippe cuivis homini sua laus maxime cordi esse soleat. Minus etiam placent duo legendi modi, quorum mentio facienda est. Alii كل يشجع يومه »quilibet, qui die, quo hosti occurrit, strenuum se ostendit«, legunt; alii كل يشجع نفسه, ut نفسه obiectum verbi sit.

5. *Parum tantum commeatus sibi reservans nisi ut famem quietet et iam costarum cartilagines prominent et viscera cohaerent.*

Summae liberalitatis laude se ornaturus dicit, se nullum commeatum sibi reservare,

sed nonnisi tantum cibi sumere, quantum ad famem levandam sufficiat. Scholiastes vocem قليل hoc in versu, ut in Corani loco (Sur. 69, 41. 42.) omnino negare dicit. Rei argumentum in particula الا sequente invenit, quippe quae nonnisi negandi particulum ما sequatur, ut sic verborum sensus constituatur ما ادخر من الزاد الا قدرا aut ما ادخر زادا الا زاد تعلة يتعلل به. Vox تعلة in versu locum accusativi exceptionis (استثناء) tenet (conf. Gram. Ar. T. II p. 404.; sed re vera illa res excepta (sc. commeatus) omissa est, ut vox تعلة causae indicandae ergo addita sit. Huic voci in Tebrisii codice tanquam alter legendi modus vox تحلة »obiter« superscripta est. Verbis autem نقد etc. status subiecti accuratius describitur. Tanta macie confectus est, ut extremitates costarum promineant et venter eius tam vacuus est, ut viscera inter se cohaereant cibo nullo distenta.

6. In ferarum habitaculo pernoctat, ut ei adsuefactae sint; dum ipse mane eas a prato nunquam retinet,

Vitam suam, quam in desertis agit, describit. Ibi degit venando non occupatus, ut ferae hanc ob causam securae eique adfuefactae, nullo timore retentae consueta pascendi loca frequentent; sed hostibus insidias parat. Verbo يبيت (pernoctat) significaturus est, se ibi mansiones diutinas habere. Verbo autem غنى, unde nomen مغنى derivatum est, vivendi quoque significationem esse, ut ex Corani loco (Sur. 7, 90.) probet, scholiastes operam dat. Vox بها ad feras referenda est. Similem sensum poeta sequentibus verbis expressit (metr. Thawil): علام ترى ليلى تعذب بالمنى اخا قفرة قد كاد بالغول يانس واضحى صديق الذيب بعد عداوة وبغض وربته القفار الامالس Quamnam ob causam Laila optatis castigat fratrem deserti (in deserto degentem), qui parum abest, quin cum daemonibus societatem ineat [1]) iam factus lupi amicus post inimicitiam odiumque et quem deserta herbis nuda educarunt.

6. Socordiam (inimici) quaerens aut tanquam occasionem a fera in cubili degente datam captans diu contra hostes in statione erat, donec decrepitus fieret.

In sensu versus prioris explicando pergit. Se feris venandis operam non dedisse; sed hostes per magnum temporis spatium invasisse. Scholiastes praepositionem على initio huius versus e verbo يحمى antecedentis versus pendere putat. Tam sensus ratio quam construendi modus hanc coniunctionem patitur et nisi poetae veteres sensum versus absolvere solerent, ut rarissime unus versus in alterum transeat et verbo اظال, quod in medio versu locum habet, de novo incipiendum esset, illam interpretandi rationem sequerer. Hisce autem diligenter perpensis verba على غرة etc. sequentibus اظال etc. explicandis inservire videntur, ut sensum hunc inveniam: Quamquam ferarum socordia non deerat et occasio ferae in cubiculo invadendae aderat, vir haec negligens per vitae longae spatium nonnisi pugnando operam dedit. Caeterum loco vocis نبزة in Mersukii codice جبرة legimus, qua aperta ho-

---

1) Daemones in desertis habitare dicuntur. Eos regionem عبقر incoluisse in Ham. ۱۸۲ apud Mersukium legimus.

stilitas significatur. Mirum autem videtur, quod in fine حتى تسعسعا dixit; poeta enim, si huius descriptio verbis inest, quum mulierem in matrimonium ducere in animo haberet, decrepitus vix esse potest neque se talem describere potest. Non possum non suspicari, poetam minus huius significationis propriae causa quam homoioteleuti constituendi vocem adhibuisse aut praeterito اطال temporis praesentis significationem dedisse. Loquendi autem modus: تسعسع الشهر, quem scholiastes explicandae vocis causa adnotavit, exverbis Mohammedis traditione ad nos delatis: تسعسع الشهر لو صمنا بقيته »Praeteriisset mensis, si restantem eius partem a cibo abstinuissemus« derivatus est Sed quum verbo abeundi significatio sit, nescio an non in versu haec potius eligatur, ut vertamus »donec ex eo loco abiret.« Abu-Hilalus legendi modum حتى تشعشعا adtulit et cum hoc رجل شعشاع »vir dulcis, levis« comparavit, ut sensus sit: Donec ob longam consuetudinem multum versatus in confodiendo et percutiendo fieret. Sed hic sensus nonnisi vi quadam ex verbo elici posse videtur. In linea scholii prima Mersukius rectius habet: ولا يترقبها لا على غفلة منها.

8. Qui autem pugnae contra hostes deditus est, non potest non per eos invenire locum, ubi caede prosternatur.

Summae autem sibi fortitudinis laudem tribuit dicens, se hanc vitae rationem sequi, quamquam bene sciat, talem vitam ipsum ad interitum necessario ducturam esse. Vox يغر tam activi formae primae quam passivi formae quartae vocales habet. Ante vocem الاعداء vox antecedens محاربة aut similis omissa est. Propositionis autem conditionalis sententia consequens verbis سيلقى etc. continetur et verba لا بد adverbiali modo ad sensum accuratius constituendum interposita sunt. Idem verborum sensus est, ac si dixerit: من يغر بمحاربة الاعداء يلقى بهم مصرع الموت لا بد من ذلك. Mersukius vult, vocem مصرع hoc in versu nomen actionis esse. Eadem autem vox repetita neque in homoioteleuto constituendo omnino causam habet neque pleonasmum redolet; sed sententiae confirmandae inservire videtur. Eadem sententia proverbio inest: من ير يوما ير به »Qui diem videt, in eo conspicitur« (conf. Meidan. C. 24, 292.).

8. Virum viderunt, cui ferarum venatio cordi non erat; cui igitur si ipsae (ferae) manus tanquam amicae dare potuissent, profecto! simul manus ei dedissent.

Post sententiam intermediam ad vitam suam in desertis describendam redit **(p. 247.)** et societatem, quam ipsi cum feris est, exornat re exposita, qua status magis illustratur quam in prioribus, causam simul addens, cur ipsi ferae adsuescant. Scholiastes dicit, verba لا صيد وحش يهمه viro (فتى) describendo inservire (conf. Gram. Arab. T. II. p. 259.). Ut haec res locum habeat, negatio cum verbo coniungatur necesse est [1]). Particula autem quum nonnisi unam rem, verbum scilicet, neget, ea repetita non est, quemadmodum in duobus nominibus negandis fieri solet. Quum verbum negationem nulla voce intercedente sequi soleat, scholiastes putavit, poetam post vocem لا verbum يهمه animo habuisse, e quo

1) Si nominis existentiam negaret, nomini casus accusativus conveniret (conf. Gram. Ar. T. II. p. 63.) et vertendum esset »Venatio ferarum non existit, quae ei cordi sit.«

nominativus vocis صيد pendeat. Qui interpretandi modus quamquam defendi potest et grammaticorum Arabicorum sententiis nititur, mihi tamen longius petita videtur, nam causam non video, cur non potius dicamus, poetam iure suo usum, ut vis sermonis augeatur et audientis animus in voces صيد وحش ante alias dirigatur, verborum ordinem mutasse antepositis vocibus صيد وحش. Pro verbis ممارسة صفحة etc., quibus vox مصافحة explicatur, cum Mersukio melius مماسة صفحة »tangere latus« etc. legendum puto. Quod poeta vocem معا addidit, eo indicare voluit, feras omnes, ut in singulis timor haud remanserit, ad eum accedere.

9. Sed (curae ei sunt) possessores camelorum praegnantium, quos extenuat, quum eum sequuntur sive solus sit sive in agmine.

In hoc versu suam agendi rationem exponit. Versus autem cum verbis لا صيد وحش يهمه sensu intime cohaeret. Venando operam non dat; sed curam in possessores camelorum praegnantium, ut opes diripiat, intendit. Camelorum autem talium mentionem fecit, quod eorum pretium maius est. Talibus molestiam parat diripiens camelos, ut eum persequentes aut itinere longo molestoque aut moerore ob iacturam emacientur. Vox يشفهم tam cum vocali Kesra quam cum vocali Dhamma litterae ش effertur.

10. Ego autem, et si in vita conservor, scio, me cuspidi mortis, dum fulget nudata, occursurum esse

Versus sensu cum octavo cohaeret, dum sententiam generalem in se vertit, se mortem contemnere probans. Scholiastes dicit, sententiam consequentem conditionis verbo اعلم contineri, ita ut particula ف addatur (فاعلم) aut ut verba transposita sint. Hoc in versu mors aut cum lancea, cui cuspis fulgens est, aut quod praefero, cum milite lanceam fulgentem gerente comparatus est. Cum persona mortem collatam esse, pluries invenimus conf. Hamas. ٣٣٥ v. 3. ٤٤٥ v. 5. Verbum يبرق statum vocis سنان describit et eodem modo vox اصلعا. In fine autem huius carminis monemus, quod antea dicere neglexîmus, versus finem primi Hamasae capitis commentarium Mersukii multo prolixiorem, quam Tebrisii esse.

CLXVII.

Vir quidam e gente Kais b. Tsahlebah dixit.

1. Gentem Banu-Kais ad me vocavi; tum heroes gentis Sahd se armarunt, longis brachiis praediti.

Gentis Kais b. Tsahlabah, ab ipso vocatae sibi praestitum auxilium laudans praecipue familiam Sahd, quae pars illius erat, laudibus extollit. Postquam verbo شمر, quod omisso obiecto in viris, qui ad rem aggrediendam lacinia sublata se praeparant, usus erat, viros excellentes cum equis admissariis comparavit. Similem comparandi modum invenis Hamas. p. ٩١ v. 2. Vox خنذيذ primum in equis adhibita tum ipsum virum excellentem designat, quam vocem, etsi sunt, qui dicant, eam non solum admissarium, verum etiam castratum, qui laudi non est, designare, tamen ad laudandum adhiberi, dubio caret. Poeta Bischr b. Abu-Chasem

(vixit tempore Nohmani b. Almondsir conf. Meidan. app.) admissarium describens dixit (metr. Wafir): Et admissarius, cuius veretrum instar utris complicati, quem oenepolae suspenderunt, conspicis. Significationem prominentis cacuminis montis, quae voci خنذيذ propria sit, in admissarium translatam esse opinantur, quemadmodum significationem ampli (سهب) loci in equum multum currentem (سهب) transtulerint, ita ut equi longi, duri cum cacuminibus prominentibus conferrentur. Poeta Malec b. Raib (De hoc poeta confer Citab-Alaghani) dixit (metr. Thawil): De iis cogitavi, qui me deflerent; sed praeter gladium lanceamque Rodainiticam plorantem non inveni et equum rufum, longum, qui habenas versus aquam trahit, dum mors ei aquam porrigentem non reliquit. Verba طوال السواعد ad heroes, non ad admissarios referenda aut longis ad percutiendum aptis brachiis praeditos, aut potentes viros designare possunt. Ut autem loquendi modus هم طوال الايدى والسواعد in audacibus potentibusque, sic verba هم بسط الايدى والاكف in liberalibus, verba هو شديد الساعد in robusto, duro adhibentur.

(p. 248.) *2. Quotiescunqae animus gentis timore mortis perturbatur, per generosas animas hi confirmantur.*

Gentis Sahd agendi rationem aliorum rationi opponit. Dum alii mortis timore animum abiiciunt, hi firmi sunt. Tanquam intrepida gens describitur. Anima hominis timida cum ave, quae timida est, comparatur conf. Ham. ١٧٨ infr Inde et in nostro versu طارت volat dictum est conf. p. ٢٤ v. 1. Voci مخافة accusativus datus est, qui causam rei indicat (conf. Gram. Ar. T. II. p. 114.). Praepositionem ب in voce بالنفوس vario modo explicant. Alii dicunt, obiectum verbi (nempe قلوبهم) omissum esse, alii verba بالنفوس المواجد verbi obiectum esse, ut praepositio superflua sit, simili modo, quo poeta dixerit (metr. Basith): سود المحاجر يقران بالسور Nigris oculis praeditae Corani capita legunt. In Mersukii codicis margine legimus, praepositionem ب statui pronominis in verbo ارسوا latentis designando inservire, quasi diceret: ارسوا ونفوسهم معهم »confirmant, dum animae suae cum ipsis sunt.« Verbum ارسى hoc in versu verbo طار oppositum, eos omni metu liberos esse, indicat.

CLXVIII.

Sahd b. Malec b. Dhobaiah b. Kais b. Tsahlabah, avus Tharafahi b. Ahbd dixit.

Tempore regis Nohmani b. Almondsir et belli Basus dicti vixit conf. Meidan. T. III. app.

1. O belli infortunium! quod gentes depressit et tum quievere.

Mirans queritur, quod bellum, nempe bellum Basus dictum (Meidan. C. 13, 114.), malis animos gentis suae tam adflixerit, ut ad pacem componendam parata sit. Verbis autem ludibrium inest, quo gentem ad bellum fortitudinemque incitare vult. Praepositio ل in

voce للحرب grammaticis difficultatem adtulit. Scholiastes dixit, eam nomini additam esse, ut coniunctio duorum nominum بوس et الحرب confirmetur Gram. Ar. T. II. p. 47. Quamquam duorum nominum coniunctione efficitur, ut nomen aut definitum fiat aut alteri nomini tanquam peculiare et proprium attribuatur (conf. Gram. Ar. T. II. p. 133), scholiastes tamen neque unum neque alterum hoc in versu locum habere dicit. Praepositionem ل hoc modo adhibitam nonnisi in phrasi negante, ut in verbis لا غلامى لك (conf. Harir. p. ٣٠٣ et ٣١٦) et لا ابا لك, aut in phrasi, cui invocatio insit, inveniri. Hancce modum in versu locum habere et idem esse ac si quis يا بوس حرب diceret. Poetam autem duo nomina modo اضافة appellato coniunxisse, ex eo apparere, quod voci بوس neque Nunnationem dederit neque vocem casu nominativo dato definitam reddiderit. In phrasi autem negante poetam loquendi modum adhibuisse (metr. Wafir): Num per mortem, cui necessario occursurus sum, ne pater tibi sit [1]), metum mihi iniicis? Illâ autem coniunctione unum nomen tanquam peculiare et proprium alteri attribui, inde sequi, quod particula لا casum accusativum regat, quippe quae res nonnisi in nominibus indefinitis locum habeat (conf. Gram. Ar. T. II. p. 63.). Pluralem اراحط a plurali ارحط, qui e singulari رحط provenit, derivandum esse, scholiastes dixit. Ut autem probaret, pluralem ارازند a plurali ازند derivari, versum Hodsailitae adnotavit (metr. Thawil): Ambo graciles in medio corpore, ambo graciles ventre instar superioris partis hastae Chaththaeensis ignem ignitabulorum emittentis. Sibawaihi grammaticus pluralem ارحط apud Arabes in usu non esse dixit. Verbum وضعت, cui scholiastes verbi تركت reliquit significationem tribuit, loco subiecti bellum et obiecti familiam habet. Alii verbo deprimendi et occidendi significationem tribuerunt. Poeta virum Alharits b. Ohbad (conf. Meidan. append.) cum aliis, qui bello abstinuerunt, respicit. Alharitsus quum post occisum Bodjairum (conf. Meidan. 13, 114.) gentem Becr adiuvans pugnaret, dixisse fertur: »Putasne me ex eorum numero esse, quos bellum reliquit.« Haec verba ostendunt, voci اراحط casum accusativum tribuendum esse. Sed sunt, qui voci casum nominativum dent. Hunc casum proprie loquendi modo aptum esse, alterum autem metaphorice loquendi modo, nemo non videt; bellum enim homines non relinquit; sed homines bellum relinquunt. Modum hunc sequens poeta Alhanafijj cognominatus dixit (metr. Thawil): Si bellum relinquunt, id relinque; sin vero nolunt, vir aut tui aut mei instar belli morsui expositus est. Quae scholiastes ad explicandam vocem بوس adnotaverat, ea Mersukii verba erant; post ei grammatici Hilal in mentem venisse videtur, cuius sententiam adferens suam adiungit. Hilalus praepositionem ل pleonasticam et duo nomina coniuncta esse vult: aliter enim يا بوسا للحرب dicendum fuit. Tebrisius autem vocem بوس ex بوسى, abiecta littera ى, ut pronunciandi modus lenior fieret, modo, quo يا سلم pro يا سلمى diceretur, ortam esse contendit et in poesi alia nomina praeter nomina propria pronunciando leniri dicit. Sic accidisse in verbis poetae (metr. Camel): O rive ex alto defluens, fluxus tuos depressus est. Hoc enim se ita habere,

1) Voces لا اباك sunt pro لا ابا لك.

propterea quod in alloquendo definitum fiat et leniendi modus in pronunciando nonnisi in nominibus definitis inveniatur. Verbo فاستراحوا autem hunc sensum tribuendum esse: Quum eorum res decrementum cepissent, eos non amplius rebus magnis studere neque laudem quaerentes molestias perferre. Arabem quendam similem sententiam expressisse verbis »Vir actiones generosas omittens quiete fruitus est« et Alahnafum (b. Kais Tamimitam anno 67 Cufae obiit conf. Abulf. Ann. T. I. p. 413. et Meidan. app.) viro dicenti, »se (p. 249.) non curare sive vituperetur, sive laudetur«, respondisse; quietem capies, dum generosi fatigantur.

2. Bello ardente neque superbus neque alacer durat;

Factum, cuius antea mentionem fecimus, ante oculos habens dicit, belli ignem gentis illius superbiam et alacritatem depressisse. Bellum cum igne saepius comparatur conf. Hamas. p. ١٨٠ v. 1. et quae ibi adnotavimus. Gentis superbiae pristinae adludit. Voce جاحم ignem more poetarum, qui adiectivo tanquam substantivo utuntur, significavit. Ratione habita sequentis versus, qui cum hoc particulâ الا cohaeret, vox التخيل et المراح pro ذو التخيل et ذو المراح est. Hoc admisso verbis satyrica loquendi ratio est. Superbiam in bello nil valere; sed multum constantiam animi patientiamque in perferendis malis.

3. Sed vir patiens in calamitatibus et equus durus,

Poeta superbis illis, qui bello abstinuerant, virum opponit, qui bello perferendo par sit, constantem et patientem in calamitatibus simulque vehentem duro equo. Casus nominativus verbis الفتى الصبار tanquam appositioni verborum التخيل والمراح inservientibus convenit, si loquendi rationem, qualis apud gentem Tamim [1]) invenitur, sequeris; caeterorum omnium Arabum autem loquendi ratio postulat, ut post exceptionem, cuius sensus cum praecedente non intime cohaeret (خارج), casus accusativus ponatur (conf. Gram. Arab. T. II. p. 403.), etsi post negationem locum habet, quoniam existentia eius ad prius dictum non pertinens impedit, quominus appositionis locum occupet (conf. Gram. Ar. T. II, 284.). Vox الوقح quum proprie de ungulis equi duris adhibeatur, hoc in versu equum duris ungulis praeditum designare videtur, quippe qui viae difficultatibus perferendis maxime aptus sit. In Tebrisii codice ذو النجدات tanquam alter legendi modus margini adscriptum est.

4. Et lorica firma et galea clarorum coronâ cincta et lanceae.

Viro patienti equum perferendis molestiis aptum addiderat. Iam hisce non sufficientibus arma enumerat, quae tali viro necessaria sunt. Primum ei loricam dat et galeam firmam, quibus contra aliorum arma defensus sit, ex armis autem, quibus hostes invadit, nonnisi lanceas appellat et gladio et sagittis neglectis. Plures autem ei lanceas dat, ut, si una

1) Gens Tamim (de cuius origine familiisque conf. Ebn-Kotaib. p. 89.) a reliquis Arabibus lingua multis in rebus discrepabat et frequenter incolis regionis Hidjas oppositam loquendi rationem sequebatur. Cum ea dialecto gentes confines regionis Nedjd consentiebant. Familia huius gentis maxime numerosa Sahd Hodjri sedes habebat conf. quoq. de gente Harir. p ٤٠٨ schol. et Hamas. p. ١٠٢ adnott. meas.

frangatur, alteram capiat. Vox نثرة, ut نثلة loricam amplam, qua corporis motus non impeditur, significat. Amplitudo loricae laudi est. Verbum حصد quum proprie de fune firmiter torto adhibeatur, loricam sine dubio significat, cuius annuli inter se contorti et bene firmati sunt. De loricis conf. Ham. p. ١٨٩ v. 1. Galeam coronatam dixit i. e. clavis ferreis cinctam, ut firmior esset. Lanceas non amplius descripsit; sed rectas firmasque intelligi vult.

5. Miscella autem hominum et infimates concidunt, quum opprobrium perpetiendum est.

Versus hic in Mersukii codice post sequentem locum habet. Hic mihi ordo sensui aptior videtur; sequens enim versus sensu cum versu quarto melius cohaerere videtur, quippe in versu quinto hominum vilium agendi rationem patientibus constantibusque opponat; in sextu autem in describendo homine constante pergere videatur. Nec non nomen actionis initio versus sexti melius cum nominibus in versu quarto, quam futurum (nam تسقط est pro تتسقط), cum nominibus coniungitur. Tebrisius nostrum versum cum primo versu sensu cohaerere dixit. In Mersukii codice loco vocis الاوشاظ legitur التنواط et hic legendi modus in scholio nostro, e Mersukii opere desumto explicatur. Voce تنواط homines advenae designantur, qui puris Arabibus se immiscuerunt, ut iam pars eorum sint. Cum voce nominis collectivi significationem coniunctam esse, ex eo videmus, quod cum voce sequente الذنبات coniuncta est. Origine sua nomen actionis formae verbi secundae est cum significatione appendendi, ita ut aut nomen actionis in res appensas transferatur aut ante vocem vocabulum ذو omissum sit. A rebus, quas ut secum habeat, vehens camelo appendit, in homines aut adoptivos aut spurios aut alio modo cum gente coniunctos vox translata est. Sensum optime explicat versus sequens (metr. Thawil): وانت زنيم نيط فى ال هاشم كما نيط خلف الراكب القدح الفرد Spurius tu es appensus familiae Haschem, quemadmodum post camelo vehentem singulus scyphus appensus est. In iis igitur, si gentis honor defendendus est, magna fiducia non ponitur. Si inter voces تنواط et ذنبات discrimen statuendum est. hac voce homines significantur, qui cum gente non coniuncti eam tanquam mercenarii vel alio modo in bello sequuntur. Ut ذنبات dicunt, sic quoque voce اذناب utuntur, quamquam nonnulli sunt, qui vocem ذنبات in hominibus non adhiberi dicant. Caudae nasus (انف) oppositus primores gentis designat. Sic in hoc versu (metr. Basith): قوم هم الانف والاذناب غيرهم ومن يسوى بانف الناقة الذنبا Gens haec nasus est, dum aliae gentes caudae sunt. Quis autem naso cameli caudam aequalem esse dicit? Sensum versus ita definivit scholiastes: Quum eo in re perventum est, ut ex officio neglecto dedecus oriatur, hi (viles) recedunt, dum primores rei pares sunt.

6. Et iteratus impetus post fugam, quum ab audacter procedendo et pugna abhorrent.

Hunc versum cum quarto sensu potius cohaerere dixit. Mersukius dixit, **(p. 250.)** enumeratis armis poetam agendi rationem descripsisse, quae virum constantem deceat. Vox نطاح proprie in arietibus, qui cornibus se invicem petunt, adhibetur. Principes gentis et heroes in pugna cum arietibus conferuntur conf. Ham. p. ٨٣ v. 3. p. ٢٨٢ v. 2. etc. Sic igitur ipsa pugna نطاح appellari potest.

7. Crus suum (bellum) iis nudavit et merum malum iis apparuit.

Ad statum ipsum describendum redit, quo commotus ad pacem faciendam gentis animus inclinatior esset. Bellum cum persona comparavit, quae ad opus faciendum se accingit et sublata veste nudatum crus ostendit; Arabes enim nonnisi succincta veste ad opus apti erant. Simili modo poeta Ham. p. ٣٢٩ v. 4. dixit: Quum bellum velamen deiicit et bellum cum femina comparari, ex usu vocis عوان, si de bello adhibetur, cognoscimus. Subiectum verbi كشفت ex sensu supplendum est. Mersukius dicit, loquendi modum a viris, qui crus in bello denudent, in bellum translatum esse, ut, quod in bello fiat, bello tribuatur. Explicandi modus, etsi in aliis locis recte adhibetur et ad eundem sensum redit, hoc tamen in loco tanquam poetarum rationi non tam aptus, minus placet. Sunt quoque, qui voci ساق, interpretandi modum in loco Corani Sur. 68, 42. sequentes, significationem vehementiae, adversitatis tribuant. Verborum autem sensus, sive unum sive alterum sequeris, idem est: »Bellum ardere viderunt.« Vox صراح rem significat, quae alterâ tecta non est, ut lac et vinum spumâ, coelum nubibus. Tum in alias res translata est, ut de veritate, cui nil dubii admixtum est, sic hoc in loco de malo, cui nil boni est, adhibetur.

8. Cordi ibi erant ova velorum, non pecora resperâ domum reducta.

Statum illius belli pluribus exponit. Quum bellum arderet, non amplius pecora custodienda et defendenda erant; sed in uxores potius rapiendas hostes animum adverterunt. Hisce verbis bellum tanquam grave et arduum describit, nemo enim pecora tam fortiter quam uxores defendit. Vox هم Mersukio aut eam rem significare potest, qua quis sollicitus est (ما يهتم له) aut rem, quam quis capere intendit ما يهم باخذه. In eo quod voces بيضات الخدور mulieres significant, omnes consentiunt; sed in explicando in diversas sententias abeunt. Alii dicunt, mulierem cum ovo struthionis comparatam esse. In hoc ab eo, quod rarum invenitur aut quod ovum pulchrum habetur, nam in proverbio dicunt, احسن من بيضة في روضة »Pulchrior quam ovum in prato«, comparatio desumta est. A re alienum esse videtur, quod Tebrisius adnotavit, verbis significari posse rem ipsam, cuius causa pars tentorii خدر appelletur, erigatur, dum loquendi modum بيضة الصيف »summus aestus aestatis« i. e. medium aestatis contulit. Explicandi causa similem loquendi modum بيضة البلد, qui tam virum genere obscurum, quam clarum designat, adduxit. Hunc autem loquendi modum pluribus ad Ham. p. ٣٧٤ explicavimus. Scholiastes poetae Alräih cognominati versum, in quo, ni fallor, vituperium designat, adscripsit (metr. Basith): Gens Kodhaah noluit nesciens quod vobis genus esset et duo filii Nesari, nam vos ovum (s. tuber) terrae estis. Grammaticus Chalil dixit, verba بيضة الخدر puellam pulchram significare. Sunt qui dicant, loquendi modum inde originem habere, quod ovum in loco vacuo inveniens dicat, »hoc ovum terrae est«, quasi terra ovum posuerit. In fine scholii legimus, versus sensum esse: Curae nobis est, ut mulieres captivas faciamus, non ut pecora rapiamus, ut scholiastes putasse videatur, poetam agendi rationem ipsi genti propriam describere, qui intelligendi modus ab eo, quem initio proposuimus, paulum diversus est.

9. *Prari sunt nobis absentibus vicarii, filii Jeschcori et camelae lac habentes.*

Illas gentes, quas reliquerint, bello pares non esse dicit. Tanquam tales gentem Banu-Jeschcor poeta appellat et cum iis despectus et ludibrii causa camelas lac habentes coniungit, quae se ipsas defendere non possint. Sunt autem, qui vocem اللقح cum vocali Fatha pronuncient. Hac autem voce gens significatur, quae neque regibus se subiecerat neque tempore ante Mohammedem in captivitatem abducta erat. Gentem Banu-Hanifah designari dicunt.

10. *Si alii ab eius (belli) ignibus recedunt; ego, filius Kaisi, non recedo.*

Etsi alii calamitatibus adflicti bellum finire cupiant, se gentis Kaisi consuetudinem in constantia et patientia haud relicturum esse dicit. Bellum cum igne comparari saepius vidimus conf. Ham. p. ٨٠ v. 1. In verbis e g o f i l i u s K a i s i gloria est. Se gentis suae nomine appellat, ex quo, qualem se agendo praebiturus sit, satis appareat. Scholiastes dicit, quamquam post negationem لا casus accusativus voci براح conveniret (Gram. Arab. T. II. p. 63.), poetam homoioteleuto coactum casum nominativum posuisse. Sibawaihius dixit, poetam in voce لا eandem rationem, quam in verbo ليس secutum esse, ut voci indefinitae casum nominativum daret et praedicatum suppleret (c o n f. Gram. Arab. T. II. p. 576.), quasi dixerit: لا براح عندى فى الحرب »Non est cessatio apud me in bello.« Hoc raro in poesi occurrere. Alii vocem براح subiectum esse dixerunt, cuius praedicatum omissum sit. Hunc autem construendi modum nonnisi pulchrum haberi, si particula negandi repetita sit, ut in his: لا درهم لى ولا دينار; sed in poesi, etsi nomen indefinitum sit, licitum esse, nam quum casus nominativus post particulam لا primum adhibitus sit, accidere potuisse ut hac in re ad primum construendi modum redirent. Verbo برح, cui significatio verbi زال c e s s a v i t sit, praedicatum necessarium esse.

11. *O filii Kaisi! id constanter ferte, donec quietem aliis paretis aut ipsi quiete fruamini!*

Hortatur gentem suam (quae a Kaiso b. Tsahlebah originem duxerat), ut **(p. 251.)** belli calamitates forti animo ferant et pugnent, donec aut ipsi hostes occiderint, ut quies sit aut ipsi ab hostibus occisi morte quietem capturi sint. Hic autem versus et quatuor sequentes in Mersukii codice non sunt.

12. *Qui ob metum eius (belli) refugium quaerit, eum fatum destinatum retinet.*

Fugam, ut mors evitetur, inutilem esse. Alius quidam dixit: Cautio eius, quod accidit, inutilis est. Hoc cogitandi rationi Arabibus propriae maxime consentaneum est conf. Meidan. I, 48. 284. 22, 137. 23, 413 24, 585. 25, 62.

13. *Apage! Mors impedivit, quominus vir se eriperet, et arma direpta sunt.*

Ut gentem ad fortitudinem excitaret, fugam omnino impossibilem et inutilem esse dixit. ut qui fugeret, sine armis se defendere non posset. Aut igitur vincendum aut moriendum esse. Mortem tanquam personam describit, qui a fuga retinet. Posteriore autem parte

dicere voluisse videtur, eos, qui fugam capiant, eo quod a sociis suis separati sint, arma amisisse, quibus se defenderent. Virum nonnisi per propinquos potentem esse, in proverbio legimus Meid. 23, 81.

14. Quomodo vita (nobis esse potest) quum et superiores et interiores vallis partes nobis vacuae sunt.

Moriendum potius esse, quam ut patriam relinquant. Vitam a patria separatis re vera vitam non esse. Ut patriam totam designet, vallium superiores inferioresque partes opponit. Formam pluralis بطاح a singulari ابطح et بطحاء derivandam raram esse, scholiastes adnotavit.

15. Ubi sunt potentes et hastarum cuspides in hoc et liberalitas?

Hisce verbis ea, quae in priore versu dixerat, confirmare videtur. Domo emigrantibus ipsis in terra peregrina, quippe a cognatis separati sint, neque potentiam futuram esse, ut hastarum cuspides contra hostes adhibere non possint, neque liberalitati locum futurum esse, quum ab hostibus, contra quos se tueri non valeant, opibus privarentur. Talem autem vitam, in qua neque potentia neque liberalitas sit, pro nulla habendam esse. Hisce igitur verbis gentem hortatur, ne patriâ bellum fugiens decedat.

Abu-Rijaschus ad versus explicandos sequentia adtulit. Sahdum hisce verbis Alharitsum b. Ohbad b. Dhobaiah b. Kais b. Tsahlebah respexisse, qui gentis Rabiah arbiter [1]) et eques celeber esset. Hunc, ut ostenderet, se cum suis et propinquis a bello recedere, arcus nervum solvisse, cuspidem lanceae removisse dicentem: In eo (bello) mihi neque camelus mas neque camelus femina est, quae verba in proverbii consuetudinem venerint (Meid. 23, 318.). Virum illum bello usque ad ultimum eius proelium abstinuisse et causam, cur tandem bello se immiscuerit, talem fuisse. Bodjairus b. Ahmru b. Ohbaid amissos camelos ut quaereret, exiens in via Mohalhelo b. Rabiah etc. e gente Taghleb b. Wajel cum agmine Taghlebitarum, qui socordem gentem Becr b. Wajel invaderent, occurrerat. Mohalhelus iuvenis pulchritudinem formamque admirans, quis esset, interrogavit et quum quis mater iuvenis esset, audivisset, lancea eum confodere in animo habebat. Volentem impedire studuit Amru-l'Kaisus b. Aban b. Cahb b. Sohair etc., vir nobilissimis Taghlebitis adnumeratus, et alter arbiter in gente Wajel, qui per longum tempus eorum primum agmen ducebat, dicens: Ne id facias, nam per Deum! hoc occiso ex vobis princeps occidetur, cuius quis sit avunculus, non interrogatur (i. e. clarus et omnibus notus); ne iniustitiam parvi habeas, nam exitus eius noxius est. Tam patruelis eius quam pater cum familiis bello contra nos cum gente Becr b. Wajel faciendo abstinuere. Dimitte igitur eum et mihi obsequium praesta! Amru-l'Kaisus autem monito neglecto eum occidit dicens: Morere pro loro soleae Colaibi! (conf. Meid. 13, 114 [2]).

---

1) Ante Mohammedis et post eius quoque tempus in variis gentibus arbitri erant, ad quos, si lis dirimenda aut de re iudicium ferendum erat, veniebant. Plures arbitri nobis noti sunt conf. Ham. p. ٩٨ p. ۱۲۴ l. 10. A iudicio, quod arbiter ferebat, si ipsis non satisfaciebat, ad regem veniebant, et hic quoque ad sacerdotes Dei aut Deae litigantes mittebat, ut sortibus iudicium fieret conf. Ham. p. ۱۱٩ v. 2. Difficile enim saepius erat, iudicium ferre, quo neque unus neque alter laederetur.

2) Huius iuvenis necem tam parvi momenti esse putavit, ut nonnisi lorum soleae Colaibi occisi aequare ipsi videretur.

Quae res quum ad Alharitsum, qui tam prudentia quam fortitudine et robore insignis erat, perlata esset, dixit: Bene occisus est, cuius morte inter duos filios Wajeli pax componitur et caedes impeditur, et quum verba Mohalheli ei nuntiarentur, caute agens ad **(p. 252.)** Amru-l'Kaisum misit, se, si Bodjairus pro Colaibo occisus sit, ut pax componeretur, rem gratam habere. Sed quum Mohalhelus dixisset, se eum pro loro soleae Colaibi occidisse, Alharitsus ancillae dixit: Camelos tuos reduc! Malum (bellum) effecit, ut ad gentem tuam pervenires (vel te r e d u c a t!), nam ex hominum numero tu es, quae verba in proverbii consuetudinem venere (c o n f. Meidan. T. III. P. 1. No. 1144.). Tum equam suam nomine Alnaahmah adduci iussit et anteriores eius in capite crines nec non caudae crines amputavit[1]. Primus Arabum, qui hoc fecerit, fuisse dicitur. Sunt, qui dicant, eum equam triennem iterum fecisse (i. e. amputatis crinibus ei speciem equi triennis praebuisse). Respondens autem hosce protulit versus: (metr. Chafif) B o d j a i r u s o c c i s u s u t i l i t a t e m n o n a d t u l i t e t g e n s C o l a i b i s e i n v i c e m a b e r r o r e n o n r e p u l e r u n t. E q u a m A l n a a h m a h p r o p i u s a p u d m e a d l i g a t e, b e l l u m W a j i l i, p o s t q u a m n o n c o n c e p e r a t, c o n c e p i t[2]. E g o i d n o n a c c e n d i, D e u s s c i t, e t e g o n u n c e i u s a e s t u[3] a d f l i g o r. E q u a m A l n a a h m a h p r o p i u s a p u d m e a l l i g a t e, n a m q u o d n o b i l i s p r o s o l e a e l o r o o c c i d a t u r, c a r i p r e t i i e s t. Tum suam familiam et gentem cum ipso versantem cum agmine gentis Becr b. Wajel coniunxit. Huius gentis tum temporis dux Alharitsus b. Hammam etc. praeerat. Res die pugnae Altahaloc appellatae (conf. Meid. T. III. P. I. p. 577.) gesta est.

CLXIX.

Dixit Djahdar b. Dhobaiah b. Kais b. Tsahlabah b. Dhobaiah.

Vir Rabiah appellatus cognomen Djahdar a corpore brevi acceperat. Poeta ante Mohammedem vixit.

1. Filia mea patre iam orbata est, uxor mea vidua iam facta et post unctionem coma mea dispersa est.

Die pugnae A l t a h a l o k (dies rasurae comae) cognominato inter Arabes gentis Becr convenerat, ut signo, quo se invicem cognoscerent, comam amputarent. Poeta, qui corpore parvo praeditus coma longa pulchraque gauderet, rogavit, ut comae suae parceretur. Res ei concessa est ea conditione, ut fortem se ostenderet, nam si facere intermisisset, se ei pro poena comam resecturos esse minati sunt. Solebant autem captivis, si libertate donabantur, comam resecare. Hanc rem respiciens se tantam fortitudinem probaturum esse dicit, ut non possit non occidi. Quam autem rem tanquam eventuram providet, eam tanquam perfectam describit. Mersukius ex Ebn-Doraido adnotavit, verbo يتم significationem primariam s o l u m, u n i c u m e s s e, tribuendam esse, ex qua significatio o r p h a n u m e s s e, derivata

1) Hoc fecisse videtur, ut ad celerem cursum aptior esset.

2) Bellum cum camelo comparavit, quae, postquam per aliquod tempus non conceperat, celerius concipi solet inita.

3) Pro تجريبا in codice beat. de Sacyi melius حرها legitur. In Meidanii opere T. I. p. 6[illegible]6. Tres priores versus paulo aliter leguntur.

sit. Vocem يتيم in hominibus de eo, qui patre et matre orbatus sit, in brutis nonnisi in matre adhiberi, dum in Kamusi opere nonnisi ei, qui patre orbatus est, dicitur. Vox كنة, quae in versu nostro uxorem designat, ex Chalili sententia uxorem tam fratris quam filii designat. Hanc sententiam veram esse, ex verbis cognoscitur: (metr. Chafif) Ea nurus mea non est, et ea, me eius socerum esse, contendit. Huius versus auctor e gente Banu-Connah oriundus erat. In ista gente duos fratres vixisse narrant, quorum alter alterius uxorem perdite amaret, ita ut, quum amorem celaret, corpus macie conficeretur. Qui ne morbo succumberet, timentes medicum Alharitsum b. Caladah advocasse. Cui quum res dubia fuisset, imperasse, ut aegroto cibum potumque praeberent. Aegrotum sumto vino dactylorum hos versus protulisse: (metr. Hasadj) Eheu! benigne, eheu! benigne agatis! parum tantum vivam. Me adducite ad domos in tractu eminentiore, ut eas visitem. Dorcadem hodie vidi in agmine gentis Banu-Connah, languido vultu, educatam, in cuius loquela sonus per nares auditur. Hisce auditis medicus dixit: Paene mentem suam prodidit, plus igitur vini ei porrigite! Aegrotus quum iterum bibisset, hos versus dixit: (metr. Chafif) O camelis vehentes! salutem dicite et subsistite, ut loquamini et rem necessariam perficiatis et salutetis et praeda potiamini! Exiit nubes e mari potu satiata sonans; ea fratris mei uxor et ego contendo, me eius fratrem esse. Frater aegroti verbis auditis uxorem statim repudio dimisit, eaque se abdicavit; sed alter quum eam ob pudorem in matrimonium ducere recusaret, tandem vitam exspiravit. In posteriore versus parte dicere vult poeta, se, postquam comam oleo unxisset, terra prostratum comam pulvere inquinatam et cohaerentem habere i. e. se occisum esse.

2. *Contra me equites convertite, si adveniunt! Si cum iis non pugno, comam meam amputate!*

Quum comam suam tanquam pignori fortitudinis opposuisset, a suis petiit, ut equites hostium contra ipsum verterent, quibus debellandis fortitudinem probaret. Hunc autem versum in Mersukii codice post sequentem legimus.

(p. 253.) 3. *Iam mater scivit, qualem ad se attraheret et qualem pannis laceris involveret et qualem olfaceret.*

Dicit, matrem ipsum recens natum fortem futurum cognovisse. Verbo ضمت tempus designat, quo mater recens natum infantem ad se trahens in gremio reciperet et foveret. Laceros autem pannos appellavit, quia talibus mollioribus uti solebant matres. Loco verborum ما لففت sunt, qui legant ولففت, ita ut verbum cum verbo ضمت copula coniunctum sit. Qui alterum legendi modum praefert, ei verba ما لففت verbis ما ضمت appositionis loco sunt. Pronomen autem ما (موصول conf. Gram. Ar. T. I. p. 443 sq.) ipsi pronomini ما appositioni esse non potest, nisi quum phrasi cum eo coniuncta (صلة) res magis illustratur, nam duo pronomina phrasi cum ipsis coniuncta destituta unum idemque sunt. Nil autem obstat, quin vox ما pronomen interrogativum sit, ita ut cum phrasi locum casus accusativi teneat et posterior phrasis priori apposita rem amplificet et confirmet. Loco vocis والدة in Mersukii

opero أمل, legitur. Ibidem hic versus ordine secundus est. Similem autem sensum poeta Alcomait appellatus expressit: (metr. Camel) Et viderunt super te et ex te in lecto intelligentiam et perspicaciam.

4. Quum armati cum armatis concurrunt, ut rum ipse brevistutura praeditus esset un (mater) perfectum infantem haberet.

Hic versus, cuius posterior pars in Mersukii opere deest, ibidem cum secundo versu cohaeret. Posterior pars id respicit, quod poeta corpore brevi praeditus erat.

Versus tempore proelii يوم التحالق »Dies rasurae comae« appellati (conf. Meid. T. III. P. 1. p 577.) compositi sunt Quum Alharitsus b. Ohbad cum suis cum gente Becr se coniunxisset ap proelium cum gente Taghleb faciendum duci gentis Becr, qui tum temporis Alharitsus b. Hammam erat, consilium dedit dicens: Visne, o Haritse[1]), in eo, quod intendo, mihi obsequium praestare? et quum alter, se non posse non eius mandato obedire, dixisset, hortatus est, ut, quum hostium audacia eo, quod gentem haud numerosam putassent, aucta esset, viris mulieres adderet, quamlibet fuste armaret et vas aquâ impletum portare iuberet. Futurum esse, ut, si mulieres post virorum terga disponerentur, studium pugnandi augeretur. Cuilibet autem viro comam amputandam esse, ut hoc signo a mulieribus cognosceretur, quae, si ad singulos in terra prostratos transirent, suis aquam porrigerent, hostes autem fuste occiderent. Omnes igitur viri, uno Djahdaro excepto, comam suam amputarunt. Djahdarus enim, qui esset brevis corpore (quae res Arabibus despectui erat); sed pulchra comâ ornatus et eques strenuus, timens ne coma amputata deformis fieret, rogavit, ut comam suam intactam relinquerent dicens: Sinite comam meam pro primo equite, qui ex hostium numero a iugo adveniet[2]). Res concessa est. Ahmirus b. Taim-Allat b. Tsahlabah isto die hominibus suasit, ut nodos scuticarum amputarent; fieri enim posse, ut quis nesciens in ventre iumentum vulneraret. Hunc primum diem fuisse dicunt, quo scuticarum nodos amputarent. Vir autem inde cognomen مقطع الجذم »scuticas amputans« accepisse dicitur. Isto die, quo acerrime pugnatum est, vir Alborac cognominatus, cui nomen Auhf b. Malec b. Dhobaiah b. Kais, iugum montis Kidhdhah conscendit secum ducens matrem camela vehentem. Quum in medio iugo versaretur, suffraginibus camelae resectis clamavit: Ego Alboracus in genua procumbo, ubi assequor (fugientes). Tum educto gladio clamavit; Quicunque ad me fugiens Becrita transit, eum gladio percutio. Num quolibet die fuga dedecusque erit? Hanc autem rem respiciens dixit: (metr. Thawil) Viam obstruxi sicut Ebn-Bidhus viam suam obstruxit et viam, per quam ad verticem adscenderent, non invenerunt. Verba »Ebn-Bidhus viam obstruxit« Lokmano Amalekitae[3]) tributa in proverbii consuetudinem venerunt.

1) الحار est pro الحرث modo, quem grammatici ترخيم المنادى appellant.

2) Verborum sensus p. ٢٥٣ l. 9. explicatur. Promisit, se iis primum equitem captivum traditurum esse, si comam non amputarent.

3) Duo sunt Lokmani, alter Abdita vel Amalekita, alter sapiens appellatus. Ille princeps est et tanquam fabulosa persona temporis antiquissimi, hic sapiens, cui multae fabulae Aesopicae adscribuntur, ut cum Aesopo una eademque persona esse videatur. conf. Schultensii histor. Joctanid. p. 22. Meid. prov. app. et Herbelot. T. II. p. 485.

Ebn-Bidhus mercator erat, cui Lokmano Ahditae tributum vestium solvendum erat. Ebn-Bidhus autem se a Lokmano liberaturus fugam cepit, et ut Lokmanum a persequendo **(p. 251.)** retineret, in iugo, per quod via ducebat, vestes illas tributo destinatas deposuit. Quas quum Lokmanus videret, ista verba proferens a persequendo destitit (conf. Meidan. C. 12, 4.). Poeta Baschamah b. Hasn istam rem in versu sequente respexit: (metr. Motakarib) Instar vestimenti Ebn-Bidhi, quo eos defendit, nam viatoribus viam obstruxerat. Cum viro Alfind cognominato, cui nomen Schahl b. Schaiban (conf. Hamas. p. ۸ et Ebn-Kotaib. p. 128.), duae filiae, puellae impudicae erant; quarum una velo retecto, ut homines ad pugnandum incitaret, metro Redjes verba sequentia protulit: Pugna, pugna, pugna, pugna! Calor incaluit et exarsit et eo colles impleti sunt. O quam pulchri sunt, qui meridie comam amputarunt! Eodem metro usa filia Alfindi dixit: Nos filiae viatoris nocturni sumus, super stragulis sellae camelinae vehimur. Si proceditis, amplectimur, sin receditis, separamus nos. Tum gens Becr contra hostes se convertens vehementissime pugnavit et Djahdarus primum equitem, qui a iugo processerat, captivum ad eos adduxit, quemadmodum promiserat. Alharitsus b. Ohbad autem quemcunque, nullo discrimine facto occidit, sed si in virum fortitudine insignem incideret, eum e sella sublatum ad suos perferebat, dum, quis esset, nesciebat. Impetum autem quum fecisset in virum, quem pro gestis suis non cognoscebat, fortissimum et dignitate clarum, hic ei dixit: Si benigne erga me agis, tibi Ahdijjum b. Rabiah indicabo. Quem igitur securitate concessa indicare iussisset, alter recusavit, nisi Auhfus b. Mohallem adstans ipsum in clientelam recepisset. Auhfus b. Mohallem, qui captivum nosset et ab eo cognitus esset (dum antea amicitiae vinculo iuncti fuerant), alterius perfidiam timens, si captivum novisset, iterum iterumque recusans monuit, ut captivum occideret. Tandem precibus cedens Auhfus eum dimittere iussit, ut pone tergum suum interque humeros staret, tum captivum, quis esset, alteri nuntiare dixit. Alharitsus autem, ut alterum ipsi indicaret, voluit et quum ab altero interrogatus, num Amru-l'Kaisum b. Aban vellet, respondisset, se eo contentum esse, ei virum rufo equo vehentem vittaque rubra tectum ostendit. Hunc igitur impetu facto in ulnas receptum ad suos portavit et pro Bodjairo occidit (conf. Ham. p. ۲٥۱ l. 6 infr.). Alharitsus isto die dixit: »Lancea timidi longior est«, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt (conf. Meidan. T. III. P. 1. No. 1193.). Istam rem respiciens Alharitsus dixit: (metr. Chafif) Plures in proeliis impune occisi sunt, sed pro quo talione Ebn-Abanum occidi, is impune occisus non est. Vae mihi! propter Ahdijjum et Ahdijjum haud novi, quem manus in potestatem mihi dedissent, equitem, qui agmen gladio percutit et coram quo oculi elati sunt. Narrant, virum e gente Taghleb, qui post se alterum simul vehentem Basbas b. Masen haberet, invasisse mulierem Becritam, quacum infans esset ét hortante Basbaso infantem lancea transfixisse et in aerem sustulisse. Hoc autem consilium in causa fuisse, cur gens Taghleb Basbasum eiusque familiam malo omini haberet; nam quum ille: »Vae matri pulli!« dixisset, Findus eum simul cum altero vehente lancea transfixit. Findus autem rem carmine sic in-

cipiente celebravit »O confessionem senis grandaevi, decrepiti, confecti!« (conf. Ham. p. ٣٧٠). Djahdarum autem gravibus vulneribus prostratum, quem mulieres Taghlebitam ob comam haud rasam putarent, fustibus occiderunt. Equites vero summa cum constantia pugnabant, donec fine diei Taghlebitae in fugam se converterent. Fugientes, qui uxores suas **(p. 255.)** per diei reliquam partem noctemque itinere facto assecuti erant, primi equites gentis Becr persecuti sunt. Alharitsus b. Obbad autem, quem Sahdus versibus suis: O belli infortunium, quod gentes depressit et tum quievere (conf. p. ٣٤٨) perstriuxerat, hunc interrogavit: Num ex eorum numero me vides esse, quos bellum depressit. Alter respondit: Minime! Non est locus, ubi aroma occultatur, post Ahrusum (vel post sponsam). (De hoc proverb. conf. Meid. C. 23, 269.) i. e. eum omni laude et honore dignum esse.

CLXX.

Dixit Schammas b. Aswad Thohavita Harrijjo b. Dhamrah b. Dhamrah[1]) b. Djabir b. Kathan b. Nahschal.

Nomen Schammas aut ab equo sternace (شموس) aut a die aprico (شامس) desumtum esse dicunt. Illum derivandi modum praeferendum putant. Vinum quoque cum equo sternace conferentes شموس appellarunt.

1. Num te aliquando decepit, quod dicitur: Filius Daremi et removeris sicut camelus scabiosus ab agmine removetur?

Virum, quem in hoc versu interrogans alloquitur, vituperat, quod maiorum gloria contentus facta non edat, quibus maiorum gloria dignum se probet: sed talem se gerat, ut camelo scabioso similis a bonorum consortio removeatur. Verbum غرّ, cui potissimum decipiendi nuntio falso significatio est, vario modo cum praepositionibus coniungitur. Gens Darem, a Malico b. Hantsalah oriunda ad gentem Tamim pertinebat conf. Ebn-Kotaib p. 89. Cameli autem scabiosi, ne gregem inficerent, a caeteris separabantur. Verbis ابن دارم duplicem grammatice explicandi rationem tribuerunt, ut aut subiecti loco sint, praedicato omisso aut praedicati, subiecto omisso. Sive unum sive alterum admittis, هو is aut انت tu supplendum est.

2. Kaisus de vobis sententiam protulit iuri contrariam; sic te regit potens, experientia edoctus.

Abu-Hilalus loco nominis Kais retulit Naus نوس. Hunc legendi modum Mersukius recepit et versus explicandi causa sequentia addidit: Nauso, cuius in versu mentio facta est. vicinus erat, cui Ebn-Daremus pecora eripiens iniuriam intulerat. Nausus, cuius auxilium direptus imploraverat, Ebn-Daremum persecutus non solum opes vicino ereptas recuperavit, verum etiam, quae alter secum habebat, pecora praedatus est, imo alteri manum ictu resecuit. Hanc esse causam, cur dixerit, Nausum in ulciscendo modum transgressum iniustum fuisse.

---

1) Dhamrahus b. Dhamrah filium Harrijjum e matre Fucaiha procreavit. Dhamrahus b. Dhamrah autem tempore Nohmani b. Almondsir vixit Ham. p. ٧٠. Coniicere igitur licet, poetam Schammas aut paulo ante Islami tempus aut post Islami initium vixisse.

Verbis autem كذلك etc. poetam modo التفات appellato, alios, quos reprehenderet, allocutum esse aut in sermone ab agmine ad unum se convertisse. Haec vero a Mersukio narrata cum iis, quae in fine carminis a Tebrisio adlata sunt, neque consentiunt, neque res clare explicant, nam, neque quis ille Nausus fuerit, scimus, neque quaenam ratio aut primi aut tertii versus sit, nam, si Mersukius recte retulit, non Kaiso; sed Ebn-Darimo pecora erepta erant. In Tebrisii margine invenimus, post hunc versum legi versum verbis فاد incipientem. Loco vocis قيس in margine vox اوس tanquam alter legendi modus adscriptus est.

3. Kaiso b. Hassan agmen camelorum suorum redde; nam res, quae tibi eripientur, dactyli sunt, vel etiam meliores res.

Poeta Ebn-Daremum alloquens (et haec est Mersukii quoque sententia) hortatur, ut Kaiso b. Hassan camelos reddat, quos vicino abstulerit, nam si facere intermitteret, rem ei noxiam futuram esse. Res autem, quas ei erepturi sunt, dulcedine cum dactylis vel etiam melioribus rebus comparavit. Scholiastes dixit, litteram و statui describendo inservire, quasi dixerit: وانت اذا اكلت مستطاب »dum tu, quum te edent, sapore bono iis placebis«. Mihi vero in voce ما conditionis sensus inesse videtur, quae res causa est, cur praeterito نيل futuri sensus tribuendus sit. Verba autem protulit significaturus, si illos camelos non reddidisset, res, quae ipsi pro illis eriperentur, bonitate tam placituras esse, ut deripiendo non desisterent. Post verba او هو اطيب supplendum est من التمر »quam dactyli«; saepius enim fit, ut post praedicatum vox omittatur. Particula او scholiastae significat, rem meliorem licitam esse et eripi posse (conf. Gram. Arab. T. I. p. 174.). In Tebrisii margine legimus, post hunc versum legi versum verbis فلا تصل incipientem. In Mersukii codice legitur واو هى للاباحة وقد نقل الى الخبر اراد.

4. Quod si cognationem Ebn-Ahmrm b. Martsad non agnoscis, gladius probatus efficiet, ut eam agnoscas.

Causam addit, cur postulet, ut ille camelos raptos reddat. Cum illo eum cognatum esse, ut defendendi officio deesse non possit; sed si illa cognationis iura haud agnosceret, se eum ad agnoscendum gladio coacturum esse. Hic versus in Tebrisii codice post versum voce قضى incipientem locum habet. Mersukius hoc scholion habet: ان لم تصل رحمك مختارا له ومعفيا اثر العقوق به ومزيلا عن نفسك سمة الجاهل الذى يدخل فيما لا يمكنه الخروج منه واكل ما لا يقدر على استمرايه علمك صلة الرحم والخروج من الحقوق سيف قاطع لا يبقى عليك ولا يالو تاديبك وفى طريقته من الامثال السايرة قولهم الطعن يظار ومن الشعر قول زهير ومن يعص اطراف الزجاج فانه مطيع العوالى ركبت كل لهذم »Si te cognatum esse non ostendis, dum rectam agendi rationem sequeris et vestigia ei contrariae rationis deles et a te ignorantis signum non removes, qui in id intrat, unde exitus non est et cibum sumis, quem digestu difficilem invenies, te cognatum esse et officia neglexisse docebit gladius secans, qui te superstitem esse non sinet et officio te meliora docendi non deerit.« Eundem sensum in proverbio invenimus: Confossio propensum reddit (conf. Meidan. C. 17, 1.) et in versu Sohairi: (metr.

Thawil): Qui adversatur cuspidi inferioris partis lanceae, superiori eius parti, cui cuspis penetrans infixa est, obsequium praestabit (conf. Sohair. Moall. v. 56. ubi لَيُهْذَمِ legitur, quod praeferendum est).

Tebrisius ad versuum sensum illustrandum sequentia attulit. Kaisus b. Hassan b Ahmru b. Martsad b. Sahd b. Malec b. Dhobaiah b. Kais b. Tsahlabah inter avunculos suos, gentem Banu-Madjaschih [1]), sedem fixerat. Harijjo autem b. Dhamrah vicinus erat ad gentem Asad pertinens, cui nomen Amru b. Ihmran. Huic Kaisus ille iuvencos camelos **(p. 256.)** eripuerat. Harijjus, cuius auxilium Ahmruus implorasset, iratus Kaiso os brachii inferioris زَنْد appellatum gladio amputavit et simul triginta camelos eripuit, quos Amruo traderet. Hanc rem narrans Harrijjus sequentes versus dixit (metr. Thawil syllaba prima deficiente): Ahmruo b. Ihmran camelorum agmen loco camelae iuvencae omnino emaciatae metuens, ne vituperarer [2]), obtuli eique triginta camelos alteri ereptos dedi et auxilium meum hodie tale non erat, ut de fine cogitarem. Carmen longum est. Eandem rem respiciens idem dixit (metr. Thawil cum eadem licentia): O Ahmru b. Ihmran! camelorum agmen donavi et verbo obscoeno vituperatus non est currens [3]), eique dixi, eos cape, ut commodo tibi sint, nam aliquando tibi sufficient, ut nil optes. Kaisus autem ad avunculos suos, gentem Banu-Modjaschih', tendens rem nuntiavit. Hanc ob causam gentem Banu-Nahschal adiere dicentes: Si nos avunculi Kaisi non sumus; at vos estis! Ei igitur camelos reddite! Harrijjus autem, quem gens sua, ut eos redderet, rogaverat, se facturum negavit. Quapropter gens Modjaschih, ut aut eum relegaret aut camelos redderet, postulavit. Relegatum igitur gens Modjaschih in loco Odhach ceperunt et pluribus, quam ipse ceperat, camelis raptis percusserunt. Gens Banu-Nahschal, quam auxilii causa adierat, quod male erga fratres suos egisset et ab iis se separasset, auxilium ferre recusavit. Hanc ob causam gentem istam vituperans dixit (metr. Basith): Si potestatem faciendi habeo et tempus spei plenum est, rei cuidam funes longos faciam, quae intestinorum ardorem exstinguit et eis, qui me ea adflixerunt, per eos [4]) iniuriam pro iniuria retribuam et inimicitiam pro inimicitia. Gens Banu-Modjaschih quoque Ahbd-Ahmruum Abu-Ahdjradum b. Dhamrah b. Dhamrah captivum factum et vehementer percussum apud se in vinculis retinuit, donec cameli redderentur. Rei autem peragendae ab iis Nowasus b. Ahmir b. Djowajj b. Sofjan b. Modjaschih praefectus erat. Abu-Ahdjradus autem Hassanum b. Dhobaiah b. Schorahbil b. Ahmru b. Martsad captivum fecerat; tum suum

1) Modjaschih filius Daremi ad gentem Tamim pertinebat.

2) Ut in hoc versu nomen actionis مَخَافَةً omissum est, sic quoque in Curani loco (Sur. 2, 282.) ante verba أَن تَضِلَّ. Post verbum أَتَدَبَّرُ obiectum الأَمْرَ omissum est.

3) I. e. auxilium rogans duris verbis repulsus non est, ut fugam caperet.

4) Beatus de Sacyus exemplari suo verba لَنَّا العامدى »eos, qui me deseruerunt et data opera ab auxilio mihi ferendo abstinuerunt« adscripsit; sed vocem لَبَها in codice Tebrisii talibus vocalibus pronuntiari non inveniو. Videtur igitur vox لَبَها ad vocem أَشْطَانًا referenda esse.

hoc beneficium Nowaso exprobrabat dicens: Antiae patruelis vestri apud nos sunt [1]). Poeta Farasdak huius rei mentionem fecit dicens (metr. Thawil prima syllaba abiecta): Nos Ahbd-Ahmruum cepimus et non invenit Ahbd-Ahmruus [2]) sibi molae mali effugium. Venimus nos invitis inimicis ad gentem eum ducentes, dum eum, fatigatum in asperum solum prosterneremus, iuvenem, qui vos ob antias Kaisitae vituperat et venenum forte vobis bibendum dat. Schammasus b. Aswad dixit (metr. Thawil): Num aliquando te decepit, quod Ebn-Darem dicitur etc. Harrijjus autem ei respondens dixit (metr. Thawil): Nobis est caput antiquae [3]) dignitatis difficilis adscensu, quamdiu in regione Tahamah mons Cabcab stetit.

CLXXI.

Dixit Hodjr b. Chaled b. Mahmud b. Ahmru b. Martsad b. Sahd b. Malec b. Dhobaiah b. Kais b. Tsahlabah [4]).

1. Patrem nostrum in gloriae domo habitantem invenimus, ad quam alii viri adscendere non poterant.

Gentis suae gloriam antiquam esse, quippe quae a primo gentis auctore acceperint, dicit. Gloriam cum domo comparavit conf. Hamas. ٥٠ v. 4., in qua vir habitat; sed more poetis haud inusitato res transposuit et domum habitare dixit. Simili loquendi modo alius usus est (metr. Thawil): وحلت بيوتى فى يفاع ممنع Et domus meae habitarunt in colle defenso. Nil quoque obstare videtur, quin domus incolas significet, ut فى المجد in gloria pro فى مكان المجد in loco gloriae sit. Scholiastes verbo وجد eandem significationem, quam verbo علم (scivit), tribuit et hanc ob causam verbum حل cum sequentibus locum obiecti secundi tenere dixit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 74 sq. et Alfiyya v. 209 sqq.). Potentiam honoremque cum monte comparans (conf. Ham. p. ١١٥ v. 1. ١٤١ v. 4. ١٤٩ v. 3.) voce مطالع usus est.

(p. 257.) *2. Qui ex nobis propositum habet, tamen eius propositum non assequetur; sed quo etiam locorum proficiscitur, eum sequitur.*

Qui locum honoris dignitatisque, quem laudatus occupavit, assequi studet, eo non perveniet; sed summum, quod assequi potest, in eo est, quod post eum incedat. Simili modo poeta Ahscha dixit (metr. Basith): كل سيرضى بان يلقى له تبعا Quilibet eo contentus

1) Solebant enim captivum, quem liberum dimittebant, antiis privare, ut de iis gloriarentur.

2) Si, quemadmodum de Sacyus لم يجد suasit, legitur, nomen عبد عمر, ut vis sermonis augeretur et dubium removeretur, repetitum est. Malum autem, sicut bellum, cum mola comparatur (conf. p. ٣١ v. 1.). In codice Tebrisii تجد et عبد cum vocali nominativi legimus; sed de Sacyi legendi modum praefero.

3) Dignitas et potentia cum monte comparatur et hanc ob causam راس et مصعب poeta dixit. Dignitatem autem cum filio comparavit, qui patre iuvene natus est. Haec est causa, cur ربعى dixerit. Vox autem particula tam temporis quam loci est.

4) Poeta tempore Ahmrui b. Celtsum et Nohmani b. Almondsir vixit conf. Ham. p. ١٧٣ p. ١٥٨ l. 8. et ٧١٧.

erit, quod cum sequens inveniatur. Voce سعى, cui propria eundi et currendi significatio est, studium, quo quis magnas laudeque dignas res perficere cupit, designant. Arabes dicunt: لو لا السعى لمر تكن المساعى »Nisi studium esset, conatus laude digni non essent.« Bene poeta cum voce سعى in priore hemistichio in posteriore verbum ارتحل iter fecit composuit.

3. Qui apud nos secundum post principem locum tenet, caeteris imperat, et qui principatum apud nos tenet, toti genti Maahd haud recusanti imperat.

Summam dignitatem genti suae tribuit. Ex nostro loco videmus, duos principes Arabibus fuisse, quorum alter alterius vicarius et successor fuisse videtur, nam scholiastes virum cum eo comparavit, cui tempore Islami ius succedendi erat. Qui primum in principatu locum tenebat, رئيس appellabatur, alter autem nomen نقيب vel عريف habebat (conf. Ham. ٣٧٠ infr.). Scholiastes adnotavit, verbo ثنى primariam duplicandi significationem esse et tam rem duplicatam, quam rem, qua altera duplex fieret, ثنى appellari. Eundem usum in voce ضعف inveniri. Verba Mohammedis traditione ad nos perlata esse: لا ثنى فى الصدقة »In tributo dando iteratio non est« i. e. semel tantum per anni tempus solvitur. Nomine Maahd omnes Arabes poeta significat, qui a Maahddo, filio Abdnani, originem duxerant (conf. Ebn-Kotaib. p. 63. 120.). Dicere non vult, principem suum re vera omnibus Arabibus imperari; sed tantam ei dignitatem esse, ut si vellet, omnes Arabes eius principatum ferrent. Pro negatione لا in Mersukii codice ما legitur.

4. Nos ii sumus, cuius vicinus terrore non impletur, dum quidam homines ob perfidiam surdis auribus praediti sunt.

Gentem suam tanquam potentem simulque fidam in tuendis vicinis describit. Vicinos tutela gentis suae tam securos esse, ut ne in terrorem quidem coniiciantur, quum nemo iis vim inferre audeat. In posteriore autem versus parte quorundam hominum agendi rationem respicere videtur. Loquendi ratio postulavit, ut جارهم »vicini eorum« diceret, dum suffixum ad vocem omissam الناس (i. e. nos homines sumus, quorum etc.) redit. Posteriori parti scholiastes hunc sensum tribuit: Ii vituperium non curant, ita, ut verba eorum, qui eos ob perfidiam in vicinum vituperent, non audire videantur et quasi surdi sint; sed nil impedire videtur, quominus sensus sit: Ii clamorem vicinorum ab aliis oppressorum non curant et auxilium non ferunt, quasi surdi sint. Et haec agendi ratio perfidia appellari potest. Eundem sensum expressit poeta dicens (metr. Camel): Si meticulosi sunt aut perfidi aut avari, non curant; sed ad te tanquam viri fortes [1]) perveniunt, quasi non fecissent.

---

1) Loco vocis يغدروا in Mersukii codice وغدروا legitur. Voce مرجل is videtur significari, qui ab aliis vir fortis habetur.

5. Carnes dissectas ob honorem liberalitatemque coquimus, dum aliorum, qui vituperio obnoxii sunt, parva ahena bulliunt.

Ut in priore versu gentis suae fidem descripserat et cum perfidia aliorum contulerat, sic in hoc versu liberalitatem hospitalitatemque suorum describens eam cum aliorum avaritia comparavit. Procul a vero non est, quod verbum نشدّى sonum bullientis ollae indicat et inde sine dubio scholiastes significationem effecit, ut bulliret (proprie effecit, ut sonum bullientis rei ederet) derivavit. Auctor libri العين inscripti (est Chalil b. Ahmed conf. libr. m. Darstellung d. Arab. Verskunst p. 25.) dixit, verbum significare motum, quo circumeat in olla bulliente magnum carnis segmentum, dum modo se attollat, modo descendat. Alii dixerunt, verbum significare, proiicere unum carnis segmentum super alterum, ut inde sonus audiatur aut sensum esse, carminis segmenta, quum tam magna sint, in olla versa sonum edere. Vocem بضع duplici modo explicant. Aliis nomen actionis a بضع secare est, aliis pluralis voces بضعة segmentum. Illis sensus est: Carnem dissecantes sonum edimus, quod magnum in re usum non habemus et generositate commoti opus facimus, quod minime nos decet. Mersukius similem sensum in sequente versu expressum invenit (metr. Thawil): جفاة الحز لا يصيبون مفصلا ولا ياكلون اللحم الا تخذما Male secantes artuum compages non attingunt et carnem non edunt nisi celeriter dissectam (conf. Ham. p. ٧٠٢ infr.). Qui autem voci بضع carnis segmentorum significationem tribuunt, ii vario, quem indicavi, modo sensum definiunt. Vox باع hoc in versu nobilitatem et liberalitatem proverbiali loquendi modo significat; dicitur enim هو طويل الباع et هو ضيق الباع contrario sensu. Alterum autem legendi modum للباغ pro للباغى expetenti reiiciendum puto, tum quod littera ى abiecta est, tum quod cum sequente والندى haud bene coniungitur. Djeuharius sub radice يدى adnotavit, quibusdam Arabibus proprium esse, litteram ى in fine abiici, ut المهتد pro المهتدى dicatur. Voci مناقع, plurali vocis منقع, varium sensum tribuerunt. Aut sunt catini parvi lapidei, in quibus pueris parvis lac et dactyli cibo miscentur aut vasa, e quibus aqua bibitur. Alii pluralem a voce منقع (vas in quo maceratur res), derivant. Vocem بذم statui describendo inservire dicunt, ut sit pro مذمومة »dum vituperantur.« Sed nescio, cur vox بذم significare non possit cum vituperio, ut vituperium quasi materia sit, quam bulliens olla contineat, et vituperium sit carnis, quae vituperatur, quod pauperibus cibo non est.

6. Hospitis autem dens inter nos adipem gibbi camelini hiemis tempore manducat, dum digiti meliorem partem eligunt.

Cibum, quo ab ipsis hiemis tempore excipiatur, describit. Optimus est, nam gibbus cameli pars optima putatur. Quod igitur tempore penuriae talem cibum hospitibus dant, in eo maximam eorum hospitalitatem videmus. Voce سديف alii segmenta gibbi, alii adipem gibbi significari dicunt. Quod manducando e carne humorem adipatum eliciunt, id cum mulgendo poeta comparat et dentem mulgere dicit. Sed voci ضرس ab aliis casus accusativus et voci سديف casus nominativus tributus est, ut actio mulgendi gibbo adscri-

batur et dentibus humor eliciatur. Sensus est: Hospitis videntis in ore humor colligitur, id quod fieri solet, quum cibum delicatum cum desiderio conspicimus. Qui autem نحلب mulgemus legunt, mulgendi actionem ipsi genti tribuunt, ut sensus sit: loco **(p. 258.)** lactis, quod advenientibus datur, gibbum cameli eis damus. Vox ضرس tum pro لضرس est. Hic autem legendi modus minime placet, quippe constructio enim et sensus durus sit.

7. Ditionem nostram defendimus, et hastae nostrae ditionem cuiuslibet gentis, cuius prata aliorum auxilium implorant, communis iuris fecerunt.

Potentiam gentis describens dicit, neminem in ipsorum ditionem irrumpere audere, dum ipsi aliorum ditionem impune invadere possint. Vox حمى proprie r e s   i n t e r d i c t a est, tum ditionem gentis, quam nemo alius pascendi causa impune transgredi potest, designat. Narrant Colaibi tantam potentiam fuisse, ut, ubi canem mutilatum deposuisset, nemo locum, quo eius vox perveniret, transgredi auderet. Hic igitur locus حمى appellabatur (c o n f. Meidan. C. 18, 211.). Voci مستجير tam significatio eius, qui alterius protectionem implorat, quam eius, qui alteri protectionem concedit, tribuitur; nam, quum vox جار (vicinus) tam eum designet, qui alterum tuetur, quam eum, qui tutelam alterius accipit, tertia verbi forma significans »petiit, ut alter vicinus esset« istum duplicem sensum offerre potest. Pratis tribuit, quod possessoribus pratorum tribuendum fuit. Sensus igitur est: prata laesa a potentibus defenduntur aut eos, qui ad ea confugiunt, quum possessores eorum potentes sint, defendunt. Obiectum autem vocis omissum est. Sed legitur quoque مستحيرا, cui voci significationem h e r b i s   t e c t i   e t   i m p l e t i tribuerunt. Proprie autem in aqua adhibetur. Pratum aquâ bene rigatum herbis obtectum esse solet conf. Ham. p. ٦١١ et ٦٦٣. Voci قوم in Tebrisii codice alter legendi modus حى superscriptus est.

Narrant, quum praesente rege poeta versum tertium: qui apud nos secundum post principem locum tenet etc. recitaret, Ahmruum b. Celtsum Taghlebitam colaphos ei duxisse et, qui regem hanc ob rem iratum videret, abiisse. Poetam autem, iniuriam ut ulcisceretur, Ahmruo b. Celtsum, cuius tentorium intrasset, colaphos inflixisse. Qua de causa, quum alter Taghlebitas ad auxilium vocasset, tantam eorum copiam convenisse, ut tota terra equitibus impleta videretur. Poetam illo tempore in rima domus in oppido Hira, ubi res acciderit, occultatum mansisse, donec equites se separantes disparuissent et quum interea regis nuntius e tecto alta voce clamasset, regem ipsi defensorem futurum esse, virum palatium regis intrasse. Regem autem, quum audivisset, adversarium occisum non esse, poetam vituperasse. Haec res in causa erat, cur poeta regem versibus sequentibus laudaret (metr. Thawil): A g e n t i u m   f a c t a   a u d i v i ;   a t   A b u - K a b u s i   a g e n d i   r a t i o n i   t a m   p r u d e n t i a   q u a m   d o n i s   s i m i l e m   n o n   v i d i .   N u b e s   n i g r a e   e x   o m n i b u s   r e g i o n i b u s   a d   t e   p r o p e l l u n t u r   e t   c i r c u m   d o m u m   t u a m   s u b s i s t u n t   e t   i n d e   t o t a   v a l l i s ,   i n   q u a   h a b i t a s   e t   s i   c o m p l u t a   n o n   e r a t ,   p l u v i i s   v e r n i s   m a n a t [1]. E t   s i   p e r i s,

[1] Liberalitatem regis, cui Abu-Kabus cognomen erat, cum pluviis vernis largis et fecundantibus comparat, ut tota regio, in qua habitet, ea abundet.

omnis honor liberalitasque peribit et camela belli iuvenca pilis destituta, parva erit[1]). Neque rex cursu celeri te adtinget neque subditus frustra te laudabit. Alii dicunt, poetam versus ob Ahbd-Ahmruum b. Bischr b. Martsad dixisse, qui excrementa reddiderat et hanc ob causam relegatus erat. Regem autem, quum laudes hasce audivisset, poetam iussisse, ut gentem Banu-Ahmru reduceret. Advenientes autem a rege honoratos et donis donatos esse.

CLXXII.

Idem Hodjr b. Chaled dixit.

1. Per vitam tuam! Alijja b. Ahbd coloribus duobus distinctus non erat, et diversam agendi rationem non sequebatur,

Poeta virum, qui e loco Nadjran [2]) oriundus dicitur, ob constantiam in agendo laudat. In Mersukii codice بن عمرو filius Ahmrui legitur. Vox مُخْتَلِف in codice tam cum vocali genitivi quam accusativi scribitur.

2. *Matutino tempore, quo Djabbarus gravem calamitatem adferret et a pugna recederet.*

Hoc in versu tempus, quo constantem se ostenderat, describit. Vox غداة cum sequente verbo tanquam cum nomine abiecta Nunnatione coniuncta est. Vir quidam Djabbarus appellatus Alijjaum in angustias induxerat et tum fugam ceperat. Vox اد, naturâ sua adiectivum, ut in Corani loco (Sur. 19, 91.), in versu substantivo omisso locum substantivi (Gram. Ar. T. II. p. 258. 279.) calamitatem significantis obtinuit. Haec quoque est causa, cur significationis (sc. vocis الداهية infortunii) potius quam formae ratione habita, adiectivum generis feminini معضلة cum eo coniunctum sit. In Mersukii codice schol. l. 1. melius legitur وقد افرد هنا عن موصوفه فاجرى. Voces عضلة من العضل, quas scholiastes adnotavit, in proverbii consuetudinem venerunt conf. Meid. 18, 81. Loco verborum باد معضلة legitur quoque بعبد مغفله »ad eum adduxit servum, dum eum socordem putabat.« Legitur quoque جبار بن عبد مغفله »Djabbarus ben-Ahbd, dum eum socordem putabat.«

(p. 259.) *3. Tum locum, ubi eius humeri contigui sunt, gladio diffidit, qui semper poliendus est.*

Narrat huius Djabbari humeros gladii cum ictu separasse, tum virum tanquam fortissimum describit dicens, eius gladium quovis die sanguine hostium infectum esse, ut sanguis detergendus sit. Ante vocem ابيض substantivum سيف gladius omissus est conf. Ham. p. ٣٠٧ v. 1. Vox يغب est passivum quartae formae, ut ad verbum vertendum sit: Alternis diebus ad aquam non ducitur, ut poliri opus sit« i. e. quovis die potus ei porrigitur, ut abstergi opus sit. Ut in loco nostro gladius cum camelis comparatus est, sic Ham. p. ٣٨٥

---

1) Bellum cum camelo comparavit (conf. Ham. p. ٨٧ v. 1. ١٣٠ v 1. ١٤٥ v. 5.) Mortuo rege bellum sine vi erit et hanc ob causam id cum pullo parvo comparasse videtur, qui vix natus pilis caret.

2) Nadjran plurium locorum nomen est, unius in Arabia felice, alterius in regione Bahrain siti, tertii prope Damascum in regione Hauran, quarti inter Cufam et Wasethum.

v. 4. lanceas cum camelis bibentibus comparatas invenimus. De politura autem sermo non est; sed quod cruor abstergitur, id politurae loco posuit poeta.

4. *Et si nos vobis praesentes fuissemus, per exercitum vehementer strepentem, lanceis horridum auxilium tulissemus.*

Aegre fert poeta, quod ipse cum gente absens fuerit et auxilium ferre non potuerit. Ante verba ذى لجب omissa est vox جيش (exercitus) conf. Ham. p. ٣٢. Exercitu autem, qui strepitum edit, magnus significatur. Hoc quoque ex eo cognoscitur, quod بحر ذو لجب »mare aestuans« dicitur. Vix autem probandum videtur, quod exercitus lanceis horridus cum camelo, cui in facie multi pili sunt, collatus est. Ut hanc vocis ازب significationem probaret, scholiastes proverbium Meid. 22, 16. (conf. Meid. 25, 120.) adnotavit. Vox عالية nonnisi superiorem lanceae partem designans in versu lancearum ipsarum significationem habet.

5. *Sed nos abfuimus et vos rei pares fuistis; at benevolus ab interrogando remotus non est.*

In hoc versu se excusat, quod cum suis auxilium non tulerit et illos laudat, quod rei pares fortitudine fuissent, sed quamquam absentes auxilium non tulissent, tamen amicitiam, qua eos amplecterentur, ipsos impulisse, ut quinam status fuisset, interrogarent. Alter legendi modus اكتفينا est, ut cum verbo priore نأينا verbum intime cohaereat. Sensus est: et nos nostris rebus pares eramus, ut vestrâ praesentiâ haud egeremus. Sive unum sive alterum praefertur, poeta unam gentem ab altera non ob animorum alienationem separatam esse, ostendere vult, sed unam alterâ haud egere dicit.

CLXXIII.

Dixit Ghassan b. Wahlah e gente Morrah b. Ohbad oriundus.

Alii Namiro b. Taulab (vixit ante Islamum, tum religioni Mohammedis se addixit conf. Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. 599.) versus adscribunt. Nomen Ghassan inventum et a re non translatum dicunt. Derivari posse dicunt a غُسّ (debilis), ut forma فعلان sit, quae vox in versu Ham. p. ٢١٠ supra a nobis citato occurrit et in versu Ausi b. Hadjar (metr. Basith): D e b i l e s i n r e t i n e n d o a r c a n o; t u b u l u s e t t u m t u b u l u s (i. e. ut ex tubulo aqua vasis effluit, sic ex eorum ore arcanum) [1]. Aut a voce غسن (complexus crinium) derivatur, ut forma فعّال sit. Ille autem derivandi modus praeferendus est, quod nomen indeclinabile est. Sic in versu sequente (metr. Thawil): V i c t o r i a e i u s c o n f i s u s s u m, quum d i c e b a t u r: I n c u r s i o n e m h o s t i l e m e x e r c i t u s G h a s s a n i d a r u m, n o n t u r b a e m i x t a e, f e c e r u n t.

1. *Si in gente Sahd versaris tanquam peregrinus, dum mater tua ex iis oriunda est, ne, quod avunculus tuus e gente Sahd sit, incuriae te tradas!*

Poeta virum, tanquam in gente Sahd, quacum matris cognatione coniunctus erat, ver-

---

1) Versus a Djeuhario sub voce غس cum multis variis lectionibus citatus est.

santem alloquitur, monens, ne in ista cognatione fiduciam ponat. Suum, non alius viri, statum respicere potest. Istam avunculorum cognationem ab Arabibus haud magni momenti haberi, ex sequente versu videmus (metr. Thawil): بنونا بنو ابنائنا وبناتنا بنوهن ابناء الرجال الاباعد Filii filiorum nostrorum re vera filii nostri sunt; sed filii filiarum nostrarum sunt filii virorum peregrinorum (conf. scholion versus sequentis). Verba في سعد praedicati locum tenere dicunt, ut vox غريبا statum designet et regens aut in verbo كنت inveniri aut in vocibus في سعد, quas Arabum grammatici ظرف, quippe quibus locus designetur, appellant (conf. Gram. Arab. T. II. p. 512.) (i. e. vox غريبا aut cum verbo كنت aut cum vocibus في سعد sensu coniungi potest). Aut vocem غريبا praedicati verbi كنت locum habere et voces في سعد locum designare, dum vox e constructione sine incommodo abesse possit (i. e. Illa voce omissa sensus integer manet conf. Gram. Arab. p. 609 et 512.). Monuit autem scholiastes, in posteriore versus parte verbis poetam quidem avunculum allocutum esse; sed re vera eum, cui res interdicta sit, eundem esse, quem allocutus sit poeta, siquidem sensus sit: »ne te per avunculum tuum vana spe decipi patiaris.« Similem loquendi modum in verbis لا ارينك هاهنا »Ne te hic videam«, inveniri, propterea quod verbo prima persona est, ut sibi ipsi rem interdicere videatur, dum re vera secundae personae res interdicitur (ne hic praesens sis!). Silentio haud praetermitto, verba وامك منهم statui pronominis in verbo كنت describendo inservire, ita ut امك subiecti et منهم praedicati locum occupet.

2. *Nam filii sororis gentis vas inversum est, nisi per patrem robustum avunculum suum in angustiam redigit.*

(p. 260.) Qui a patruis suis auxilio contra avunculos non iuvetur, eum opprimi. Ut iniustitiam significet, vas inversum esse dicit, nam in eo, quod quis aquâ privabatur, maxima iniustitia erat. Hanc ob causam Sohairus (in Moall. v. 57.) dixit: Qui armis suis ab aquae receptaculo suo non repellit, eius receptaculum destruitur, et qui homines iniuriâ non laedit, eum laedunt. Sed cogitari quoque potest lacte impletum vas, nam qui id invertit, ut lac effluat, contra alterum iniustus est. Quod Ebn-Doraidus Namiro b. Taulab, qui in gente Sahd, avunculis suis, sedem fixerat, versus tribuit, huius rei causa in posteriore versus parte est, nam quum in Namiri camelos, ut eos praedarentur, impetum fecissent, verborum sensus cum facto congruit; poeta enim dicit, avunculos nonnisi a patruis potentibus coerceri posse. Post primum versum scholiastes alterum hunc inseruit: Quotiescunque Caisan (perfidiam) vocant, senes eorum ad perfidiam propiores sunt quam iuvenes imberbes. Djeuharius dixit, perfidiae a quibusdam Arabibus (non omnibus) cognomen Caisan datum esse. Fieri potest, ut viri perfidi antiquo tempore viventis nomen sit.

CLXXIV.

Quidam gentis Banu-Djohainah respiciens pugnam inter gentem Calb et Fesarah dixit.

Nomen gentis Djohainah (gentis Jemanensis ad gentem Kodhaah pertinentis) a voce جهن (crassitie faciei), ut sit forma deminutivi, derivandum esse putant. Vox فزارة nomen matris animalis ببر appellati esse dicunt. Dixit poeta (metr. Camel): Iam vidi Fesaram (sororem) et Haddabasum (fratrem) et Fesrum (filium) instar felis Fesram sequentem. Ut هدبس et فزارة animalium nomina sunt, sic vocem فزر animalis nomen esse puto. Fasrum filii, Fesarah sororis, Hadabbas fratris nomen esse Ahmedes b. Jahja [1]) probavit

1. Eheu! num ad Anzaritas nuntius pervenit, Ebn-Bahdalum Homaidum genti Calb auxilium tulisse, ut laetaretur,

Interrogans, num pervenerit, desiderium rei manifestat, aut mandatum dat, ut perferatur. Versus turbas Sobairi spectant (in quibus gentes Calb et Kais sibi bellum fecerunt), de quibus post dicitur. Homaidus ad gentem Fesarah pertinuit et gentes Calb et Djohainah ad gentem Kodhaah pertinuisse dicuntur. Homaidus b. Bahdal genti Calb contra gentem Kais auxilium tulerat. Odium et inimicitia cordis morbus appellatur, quapropter poeta verbo شفى usus est. Voce الانصار Medinenses significavit, sed pro hac voce tum الامصار »urbes magnae«, tum الاشراف nobiles legitur. Quum autem tam dolor quam laetitia in oculis cernatur, verba قرت عيونها de laetitia frequentissime adhibita sunt. Quod autem nomen حميد cognomini ابن بحدل postpositum est, id nonnisi metri causa factum videtur.

2. Et effecisse, ut Kaisitae despicerentur, qui non desistebant, nisi quum res, qua viles reddebantur, apparebat?

Versus cum priore cohaeret. Homaidum gentem Kais vicisse dixit, ut viles fierent. Fieret autem necesse fuisse, quum talis gentis Kaisi ratio esset, ut nonnisi depressa iniuriâ inferendâ se abstineret. Vilitatem despectumque cum loco aut domo comparans, ubi qui habitat, verbum انزل adhibuit, ut ante vocem الهوان vox دار domus suppleri possit. Scholiastes verbum تقلع cum loquendi modo اقلعت السحابة (nubes disparuit) comparavit. Ego abeundi significationem, ut obiectum cum praepositione عن omissum sit verbo tribuo. Praepositio autem ل cum verbo coniuncta Lam negandi appellatur (conf. Gram. Arab. T. II. p. 604.).

3. Relictus enim erat ab Homaido b. Bahdal occisorum tantus numerus, ut multi in terra iacerent, pauci tantum sepelirentur.

Causam, cur gens Kais despecta fieret, illustravit. Tanta eos clade adflictos esse, ut

1) Sine dubio grammaticum Tsahlabah appellatum (nat. anno 200., mort. 291.) vult. Quis ille fuerit, qui hanc eius sententiam admiserit, e verbis non apparet; sed eum grammaticum Ebn-Alahrabi, eius magistrum, qui summam in eo fiduciam poneret, fuisse coniicio (conf. Ebn-Challik. Nro. 42.).

pauci tantum sepeliri possent. Voces قتلى حميد ab Homaido occisos significant. Adiectiva كثيرا et قليلا casu cum subiecto قتلى congruunt, quamquam sensu cum sequentibus ضواحيها et دفينها cohaerent (conf. Gram. Ar. T. II. p. 270 sq.). Scholiastes autem dixit, poetam significare non voluisse paucos, sed potius neminem sepultum esse (ob celerem fugam), eodem modo, quo poeta in sequente versu vocem قليل adhibuerit: (metr. Thawil) Pauca (i. e. nulla) in dorso iumenti umbra eius erat, nisi id quod (sc. solis ardorem) pallium striatum ab eo removit.

4. Nos vero et gens Calb instar manuum duarum sumus, quarum si sinistra in proelio cadit, dextera ei auxilium fert.

Summum inter utramque gentem consensum esse dicit, ut cum manibus, quarum una alteri haud contraria sit, comparari possint. Hunc vocis يد (manus) usum ex verbis Mohammedis: »Minimus eorum celeriter clientelam eorum adfert et contra alios manus sunt« (i. e. consentientes) traditione ad nos delatis scholiastes probavit.

Abu-Rijasçhus ad versus illustrandos sequentia adtulit: Tempore rebellionis Ebn-Alsobairi, quum Ahbd-Almalicus b. Merwan [1]) contra Mozahbum b. Alsobair (anno 72 occisum pugnaret, gens Kais partis Sobairi erat. Sofarus b. Alharits Cilabita et Ohmairus b. Alhobab Solamita in gentem Calb incursionem hostilem fecerant, quo factum est, ut filii uxorum e gente Kais oriundarum, quas imperatores Omajjadae in matrimonium duxerant, de noxa, qua gens Kais gentem Calb domi forisque adflixerat, contra filios uxorum Calbiticarum **(p. 261.)** gloriarentur. Quae res causa erat, cur Chaledus b. Iasid b. Moahwijah [2]) Calbitis diceret: Si quis vir bonus iu campum gentis Kaisi incursionem facturus est, ego efficiam, ut imperator ei contrarius non sit; filii enim uxorum Kaisiticarum gloriantes de rebus, quibus tempore paganismi et Islami nos de improviso obruerant, nos oppresserunt. Homaidus igitur, filius Baghdali, avunculus Iasidi b. Moahwijah, se ad rem paratum esse dixit. Scripsit igitur Chalidus post caedem Ebn-Sobairi Homaido mandatum, ut tributum ab Arabibus campestribus, quibus occurreret, colligeret. Cum agmine parvo gentis suae profectus cum familiis Ahbd-Wadd et Ohlaim in meridie locorum Dumat et Chabt habitantibus foedus contra gentem Kais pepigit easque de rebus, quae ipsi cum Chaledo convenerant, certiores fecit. Magno agmine congregato primum in homines e gente Fesarah, qui pabulatum se disperserant, incidit. Primus eorum, quos invenit, Saidus b. Ohjainah b. Hizn b. Hodsaifah b. Badr, servae filius, vir probus erat, qui, quum gens Badr eum recusavisset, uxorem e gente Baulan ad gentem Thai, quae duos montes (Adja et Salma) incolebat,

1) In oppido Medina natus aetatis anno decimo sexto a Moahwijaho senatui oppidi (Diwan) praepositus est; postea oppidi Hadjar praefertus creatus ius in imperium succedendi a patre obtinuit. Anno 65 in imperium successit, sed eodem tempore ab aliis Ebn-Sobairus imperator creatus est. Ahbd-Almalicus anno 86 in urbe Damasco aetate 62 annorum diem obiit conf. libr. تهذيب الاسما p. ٣٩٧.

2) Vir doctrina inter Koraischitas celeber anno 85 diem obiit conf. Ebn-Challic. No. 211. Sed in Abulf. Ann. T. I. p. 424 annus 82, in scholiis ad carmen Ebn-Ahbduni annus 81 adnotatus est. conf. p. ١٨٨.

pertinentem duxerat. Ex ista uxore filii ei nati erant, quos parvos secum habebat postremum gentis Fesarah locum occupans. Hic voce alta, qua tempus precum matutinarum indicebat, hostibus locum suum indicans primus trucidabatur centum camelis simul raptis. Tum in latere loci Aladjfor [1]) appellati quinque viris e gente Ahnbas b. Ohjainah b. Hizn pone gentem suam versantibus obviam venere. Hi fortiter pugnantes usque ad vesperam hostes occuparunt, ut in gentem incurrere non possent. Tandem viris victis, quum armis equisque destituti essent, multa vulnera gladiis inflixerunt. Naschirahi b. Ahnbasah nervos ambos colli, medulla spinali intacta, amputarunt et occisos esse putantes abiere. Factum autem est, ut flante Zephyro vulnera terrâ implerentur, quae res effecit, ut sanarentur. Calbitae interim mane in latere loci Alâh appellati Ahbd-Allahum b. Ohjainah b. Hizn, qui cum familia sua nonnisi filium Aldjahdum comitem secum habens iter faciebat, invenerunt. Quos advenientes quum filius conspexisset, se armans equum conscendit. Iuvenis, dum illi in terram descenderunt, seorsim recessit. Seni, quinam essent, interroganti dixerunt, se decimis colligendis praefectos missos esse ab Ahbd-Almalico b. Merwan, ut tributum ab Arabibus, quibus occurrerent, colligerent et postulanti, ut mandatum regium ostenderent, sigillo instructum mandatum protulerunt, Homaido b. Bahdal scriptum [2]). Hoc perlecto se obedire dixit. Tributum sibi solvendum acciperent. Ipsis oblatum tributum non sufficere dicentes, postularunt, ut totam gentem Fesarah congregaret et eius tributum in locum quendam terrae ab ipso habitatae afferret. Alter autem se huic rei imparem esse, quippe gens Fesarah neque congregata sit nec uno loco commoretur. Primam eius partem in loco Almodhadjih appellato degere; se eius postremum locum occupare. Ipsos ad rem peragendam aptiores esse quam se, quippe qui ex Syria venientes longiorem viam fecissent, donec postremos gentis homines in loco Alliwa invenerint. Se quoque neque iuvenem esse, neque ex familia sua nisi unum iuvenem secum habere. Ipsos autem quovis die agmen sibi obviam habituros, donec ad primam gentis partem venturi sint. Gentem pabulatum profectam ibi pascere, ubi pabulum sit. Illi contra, gentem fugâ principi tributum detrectare et obsequium non praestare dixerunt. Quod quum vir negasset, illi nihilominus, ut gentem quaereret, postularunt. At alter se rei parem non esse dicens, ut tributum acciperent, rogavit. Tum illi: Quomodo tu tributum solvis et obsequium praestas, dum filius tuus erga **(p. 262.)** nos superbe se gerit. Pater autem dixit: filium ipsis nil debere; sumerent igitur tributum et abirent, si sinceri essent. Tum illi, hanc agendi rationem probare, eum cum Ebn-Sobairo fuisse, dixerunt. Alter autem, se hoc non fecisse, sed deserti incolam tributum ei solvere, qui imperium habeat. Tum postularunt, ut, si verax esset, filium descendere iuberet. Pater, filio nil praestandum esse, dicens, eum quod viros, equos et arma conspexerit, timorem concepisse. Illis autem urgentibus et iuveni securitatem promittentibus pater filium descendere iussit. At filius: o pater! ego oculos me mactaturorum video dicens, precibus patrem com-

---

1) Aladjfor nomen loci inter Alchosaimijjah et Faid siti esse, in Kamusi opere legimus.

2) Verba وكتب له l. 10 infr mihi transposita videntur, ut post vocem والبدو inserenda sint. Beatus de Sacyus coniecit, sensum eorum esse: et scripto se adstrinxerit ad solvendam eleemosynam (tributum).

movere studuit, ut vitam suam defendere sibi permitteret. Illi, quum rediens filium descendere nolle, quod necem timeret, diceret, litteras se ad Ahbd-Almalicum de re missuros esse minabantur. Tandem pater fatigatus, promissis securitatis datis, filium descendere iussit et ad illos adduxit. Illi iuvenem, postquam eum verbis obiurgaverant, in petra mactarunt. Iuvenis eo ductus patrem tetrico vultu adspexit, ut ille diceret: »Etsi omnia obliviscar, tamen non obliviscar tetrici vultus Djahdi et quod eum necandum tradiderim.« Ipsum senem tantopere percusserunt, ut eum tanquam occisum relinquerent. Narrant equum occisi iuvenis sanguinem, terra effossa quaesivisse, donec moreretur. Hac re peracta postquam alios homines, qui in postrema gente degebant, adflixerant, unde venerant, rediere. Nuntio rerum gestarum ad gentem perlato Chaledus b. Ditsar b. Corais b. Kothbah b. Sajjar ad Ahbd-Almalicum iter faciens rem narravit et maiorem occisorum numerum, qui re vera erat, dixit. Ahbd-Almalicus dixit, se ei pretium sanguinis ex stipendio militari gentis Kodhaah daturum esse. Quod quum ille se accepturum negaret, Ahbd-Almalicus, se eis dimidium pretii ex aerario publico statim daturum esse promisit et si fidem in posterum servaturi sint, alterum dimidium postea soluturum addens, se non putare eos in fide staturos esse; quibus verbis ab Ahbd-Almalico gentem instigatam esse sunt, qui dicant. Sofaro b. Alharets Cilabita suadente, ut quod attingere possent, acciperent; fore enim, ut res ipsis adiumento sit. Si abiissent, filium mulieris oculis caeruleis praeditae (Ahbd-Almalicum [1]) in ipsos potestatem habiturum non esse. Pecuniam autem quam acceperant, in equos armaque emenda erogarunt. Quum Ahbd-Alahsisus b. Merwan (mortuus in Aegypto anno 85 aut 82 aut 86), cuius mater e gente Calb oriunda erat, Bischro b. Merwan, cuius mater e gente Kais originem habebat, apud Ahbd-Almalicum b. Merwan rem narraret, hic gentem Calb rei parem esse (est proverbialis loquendi modus conf. Meidan. C. 12, 19.) negavit. Mane autem quoque Halhalahus b. Kais et Saihdus b. Aban et Chaledus b. Disar scissa veste, dum pallio tecti et calceis inducti non erant, idem nuntiarunt. Quapropter quum Omajjadarum, ex uxoribus Kaisitis natorum, ira exarsisset, (p. 263.) Ahbd-Almalicus trium illorum virorum iram soluto sanguinis pretio sedare studuit. Nihilominus vero omni pecunia equos armaque pararunt. Tum Alhalhalahus in conventu vituperatus, quod contra eos ulturus non exiret, se ob caedem filii sui Bordah iratum esse dixit, et caeteros singulos occisos enumerans ad ultionem incitavit. Primum magnâ in re discordià dissenserunt, tum rebus constitutis in vallem Almiah equites miserunt. Hanc rem versus Ebn-Sohajjahi spectant (metr. Wafir): Quum (equites) accessissent, caedem Djahdi nuntiarunt et caedem in loco Alah, quum socordes occisi essent. Cum difficultate (vix) frena impadituri equos quinquennes ceperant ab aqua redeuntes. (Vox إن superflua est.) Omnes ibi Calbitas occiderunt, ut nemo, nisi unus fugiens pedum celeritate evaderet, qui metro Redjes usus dixisse fertur: Cuilibet viro mane in gente sua supervenerunt et mors propinquior quam soleae corrigia erat. Postrema versus verba in proverbii consuetudinem venerunt conf. Meidan. [illegible], 63. Poeta Ohwaif Alkawafi cognominatus (conf. Ham. p. ١٢٧) hoc proelium, quod

1) Ita contumeliae causa cognominati, ut indicarent, eius matrem Arabicae originis non esse.

dies Banat-Kain (conf. Meid. T. III. P. I. p. 587.) appellabatur, verbis suis respexit (metr. Wafir): Quasi equites die Banat-Kain pone illos (hostes fugientes) viderunt id, quod desiderabant (est pro يبتغين). Hoc quoque proelium verba Ebn-Sohajjahi spectant (metr Wafir): In capita Calbitarum irruimus modo, quo Kaisitae solatia invenerunt et princeps pudore adfectus est. Quum autem Naschirahum b. Ahnbas, qui in occisos denuo irrueret, interrogarent, cur ita ageret, respondit, se notitiam medullae spinalis habere (conf. p. ٣٤١); ipse enim resectis colli nervis cum fratribus sanatus erat. Post illud proelium Bischrus apud Ahbd-Almalicum iisdem verbis, quibus ipse antea interrogatus erat, Ahbd-Alahsisum interrogavit, num, quae avunculis suis accidissent, audiverit. Non multo post quum gentis Calb nuntius opem Ahbd-Alahsisi implorans venisset, hic nuntium scissa veste, deiecto pallio et depositis calceis ad Ahbd-Almalicum introduxit et verbis principem ad iram incitavit. Litteras igitur ad Alhadjdjadjum, qui tum temporis regioni Hidjas, Althajef, Jemamah Arabiaeque felici praeerat, dedit, ut omnes gentis Fesarah puberes nece deleret. Quum igitur cum equitibus ad aquam, cui nomen Lokathah (alter legendi modus لَقْطة est), ubi gens Banu-Ahdijj b. Fesarah, praecipua gentis Fesarah pars, sedes habebat, castra posuisset, gens Ghathfan congregata iureiurando sibi mutuum auxilium promisit et gens Kais litteris certiores eos fecit, se eos deserturam non esse (de verbis في اعتقنا etc. conf. libr. meum Selecta ex histor. Halebi p. 72. adnott.). Quibus rebus auditis Hadjdjadjus intimis suis dixit, neminem in orbe terrarum natum in ista gente Kais se infaustiorem esse, si gens Banu-Fesarah occideretur. Halhalahus autem et Saihdus putantes, in se, occisa gente Fesarah, nil boni esse, ad Hadjdjadjum se contulerunt dicentes, frustra in gentem Fesarah saeviri, quum ipsi caedis gentis Calb auctores essent. Hadjdjadjus laetus ob virorum adventum statim in vincula eos coniecit et Ahbd-Almalico litteris rem exposuit, se timere, ne ipse principi fidelium turbas moveret, quarum noxa haud repararetur. Ahbd-Almalicus consilium probans ad illum rescripsit, ut captivos ad se libere demitteret. Tempore, quo ad eum venerunt, plures Calbitae praesentes erant, mane vesperaque eum adeuntes. Dimissis igitur hominibus Ahbd-Almalicus dixit: Halhalus es; alter autem respondit: Minime! Halhalahus sum [1]), quemadmodum pater me appellavit et pluribus verbis ultro citroque factis eum Soaihro, filio Sowaidi b. Ahrfadjah, qui in proelio Banat-Kain ceciderat, occidendum tradidit. Soaihro autem roganti, quando Sowaidum vidisset, respondit, se eum loco Banat-Kain vidisse, quo tempore merda eius in podice dissecta fuisset [2]). Hoc responso irritatus, se eum occisurum esse, minitatus est. Alter autem, tu mentitus es, nam tu vilior es, quam qui hoc peragas; me nemo nisi filius mulieris oculis **(p. 264.)** caeruleis praeditae (Ahbd-Almalicus conf. p. ٣٤٢) occidet. Cui quum Bischrus patientiam commendaret, metro Redjes usus respondit: Ego patientior sum, quam camelus

1) Chalifa nomen viri consulto pluries mutavit. Quanam causa adductus id fecerit, nescio; sed sine causa factum id esse non puto. In codicis Tebr. margine adnotatum invenimus, vocem حلحلة cum vocalibus Fatha aut Dhamma enunciari, dum radix cum derivatis quoque explicatur.

2) Beatus de Sacyus verba غدا انقطع خروء etc. adnotavit tanquam proverbium; sed proverbiali loquendi modo Meid. 21, 8. nonnisi similia sunt. Metum sine dubio istis verbis indicare vult.

annosus, in cuius utroque latere coria sellae sunt, dum cingulum ventris et alterum cingulum eum vulneravit. Saihdus idem resposum, quod Halhalahus dederat Ahbd-Almalico dans fratri gentis Banu-Ohlaim traditus est, cui quoque quum Bischrus patientiam commendaret, similia, quam Halhalahus dixit (metr. Redjes): Ego patientior quam camelus sum, cui tumor in axilla est, crassus, qui costas spurias lateris sui in locum, ubi procumbit, proiecit. (De hisce versibus, in quibus proverbia sunt conf. Meidan. C. 14, 85.) Halhalahus, quem ad Ahbd-Almalicum introductum, ut principi fidelium salutem diceret, hortarentur, sequentes versus recitasse fertur (metr. Thawil): Salus sit gentibus Ahdijj et Masen et Schamch (parti gentis Fesarah) et Abu-Wahbo[1]) praecipuam salutem adferte! Et si me occiditis, me occidetis talem, cuius animi ardorem, ea, quae genti Calb intulerit, exstinxeriut. Agmen eorum deletum solatio mihi erat, et iis occisis animus meus gaudio impletus erat. Tam lanceae confossio quam gladii ictus, quo gens Rofaidah tota et gens Wodd adflicta erat, animi mei morbum sanavit. Hi versus pars carminis sunt. Plura autem varii argumenti istum diem spectant carmina multaque ad istum diem pertinentia relata sunt.

CLXXV.

Dixit Almonachchal b. Alharets Jeschcorita.

Abu-Helalus tradidit, poetam fuisse Almonachchal b. Masuhd b. Ahmir b. Rabiah b. Ahmru Jeschcoritam, compotorem regis Alnohman b. Almondsir, qui poetam Nabeghah Djobjanitam in suspicionem cum uxore Almotadjarredah appellata Alnohmano adduxerit, ut hac de causa Nabeghahus ad gentem Djafnah (gentem Jemanensem) Ghassanidas se conferret conf. Meidan. C. 6, 110. 23, 272. Versus sequentes a Reiskio in adnotationibus ad Tarafae Moall. p. 101. latine versi sunt.

1. Si tu, o mulier, me vituperas, in Iracam iter dirige nec inde redi!

Uxorem ipsum ob nimiam liberalitatem vituperantem refellit. Uxor si in isto vituperandi modo perseveratura sit, poeta cupit, ut ipsum relinquat. Quod uxorem ipsum monentem commemoravit, id fecit ostensurus liberalitatem suam tantam esse, ut ab ipsum monente uxore a tali agendi ratione reduci non possit. Quamquam verborum uxoris mentionem non fecit sed generali modo locutus est, tamen uxorem potius, quam quamcunque mulierem significari puto. Mersukius verbis لا تحورى Deum invocari et eundem sensum verbo سيرى tribui posse putat, quasi dixerit: سيرك الله ولا ردك »Efficiat Deus, ut proficiscaris et te non reducat!« sed verba tanquam sententia consequens e conditione praemissa pendent, ita ut mandatum contineant. Quem autem Abu-l'Ahla in verbis sensum invenit, quum nimium in eo sit, is reiiciendus est. Talem esse dixit: Si me ob paucas opes vituperas et divitias

---

1) Vocibus ابا وهب inter lineas voces زبان بن منظور superscriptae sunt, ut, quis ille Abu-Wahb sit, declaretur.

cupis, in Iracam, sedem regis Alnohmani Hirae habitantis, tibi proficiscendum est. Ex homoioteleuto primum versum carminis initium esse cognoscimus.

2. Ne interroges, quam multae opes mihi sint; vide, quae sit generositas mea naturaeque bonitas!

Non in opum multitudine, quas vir possideat; sed in generositate et pulchra animi indole viri meritum esse, ut si uxor prudenter agat, harum potius quam illarum ratio habenda sit. Scholiastes tanquam obiectum verbi تسائلى homines supplevit, ego vero ipsam personam poetae supplendam esse puto »ne me interroges.« Verbo انظرى Mersukius sciendi significationem tribuit adnotans, Arabibus verba, quibus scientia comparetur, ut videndi, audiendi, gustandi, olfaciendi, ipsam scientiam saepius significare; sed in versu propriam verbi significationem retinendam puto, quum praeclarus inde sensus prodeat: »Vide et observa mente cogitans, quae sit generositas mea!« Voci انظرى in Tebrisii codice alter legendi modus اسائلى (interroga!) superscriptus est. Voci خير cum grammatico Chalil bonitatis naturae significationem tribuo.

3. Quot equites instar flammae ignis ardentis iumentis duris insidentes

Fortitudinem suam describit. Equites ob ardorem in pugna cum ardore ignis comparat. Bellum cum igne Ham. p. ١٨٠ v. 1. ١٩٩ v. 3., gladium cum flamma p. ٢٠٧ conferri vidimus. In eo, quod vocem حر addidit, pleonasmum videmus, nam voces حر et اوار significatione non differunt; sed una alterius vim augere potest. Vocem اوار a radice وار derivant aut transpositis litteris aut, quod minus placet, lenito Hamzam enunciandi modo et mutata littera و, prima radicali in Hamzam. Equites autem simul tanquam artis equestris peritissimos eo designat, quod eos strata equorum appellat. Stratum autem quum firmiter dorso sub sella inhaereat, hic comparandi modus designat, eos firmiter equis insidere et inde non removeri. Sic quoque in verbis traditione ad nos delatis: اذا ظهر الفتنة فكن حلس بيتك »Quum turbae civiles se ostendunt, instar strati domus esto!« i. e. e domo ne prodi! Scholiastes vocem الذكور verbis الخيل القرح (equi quinquennes), qui robore aetatis gaudent, explicat. Videtur igitur a chalybe derivari, quocum equi ista aetate durissimi et molestiis perferendis aptissimi comparati sunt. Vocem ذكور de equis in Hamasa adhibitam non inveni; at vero quum p. ١٦٨ in gladiis durissimis vox dicta sit, nescio, num fortasse in loco nostro de gladiis sermo sit, ut احلاس الذكور ii dicantur, qui gladios semper adhibent, ut احلاس القوافى ii dicuntur, qui componendis versibus semper operam dant conf. Ham. ١٤٣ v. 3. Vox فوارس metri causa Nunnationem accepit.

4. Posteriores galearum partes ad loricas firmis clavis confectas adligarerunt.

Versus cum versu antecedente ita cohaeret, ut verbum cum subiecto فرسان coniunctum sit et grammatici dicant, versu sententiam consequentem vocis رب, quae post copulam و omissa sit, contineri. Ante vocem محكمة substantivum دروع loricae omissum est. Loricae firmitas in clavis bene firmatis cernebatur. De loricis conf. Ham. p. ١٨٦ v. 1. Galeas loricis adligabant timentes, ne celeriter currentibus equis motae galeae deiicerentur.

(p. 265.) *5. Et loricas induerant et sublata veste se accinxerant, nam hoc in hostium terram incurrenti convenit,*

Equites, quibuscum in terram hostilem impetum facit, tanquam bene armatos describit. Quum in versu antecedente dixisset, galeas ad loricas adligatas esse, verbum واستلاموا ordine praecederet, necesse fuit. Num vox لأمة, a quo verbum استلام derivatum est, generale loricae nomen sit, an speciale, nescio. In verbis ان التلبب ab uno loquendi modo ad alterum subito transiit, id quod التفات appellarunt. Verba autem, quae sensum versus non multum amplificant, ut metro et homoioteleuto satisfiat, addita videntur.

6. Et equis generosis, gracilibus equites accipitribus similes insidebant

Equites generosis equis insidentes et impetu celeres describit. Verba وعلى الجياد etc. statui describendo inservire dicunt, ut hoc in versu hostium equites ipsis occurrentes describantur. Mersukius dixit, poetam equites cum accipitribus ob oculos sublatos et acutum visum, quo praediti sint, contulisse putavit; ego potius in volatus celeritate et modo, quo in praedam ex alto accipiter incidit, comparationem positam putaverim conf. Ham. p. ٣٩ v. 1. ٤٧٨ v. 3. Sunt, qui dicant, sententiam consequentem post vocem رب non inveniri et poetam nonnisi ob longam distantiam, quae inter vocem رب, et sententiam consequentem intercedat equitum mentionem repetiisse. Sententiam consequentem nonnisi in versu اقررت, quem vero Abu-Tammamus inter caeteros versus non receperit, reperiri. Ante vocem الجياد vox الخيل omissa est; gracilitas autem equis generosis propria est. Vox فوارس autem nonnisi ob metrum Nunnationem accepit et ipse huius pluralis formandi modus poetis proprius est (conf. Gram. Ar. T. II. p. 500.).

7. Prodeuntes e medio pulvere, multa pecora celeriter abigentes,

Hoc in versu equites illos pluribus describit. Quum multa hostibus erepta pecora ante se propellant, pulvere inclusi sunt, e quorum interstitiis appropinquanti adparent. Qui versus si cum antecedente coniunctus est, equites hostium significari non possunt; sed poeta equites, qui cum ipso in hostium ditionem incursionem faciunt, describit. Versus autem quum in Mersukii exemplari non legatur, alius, cuius mentionem fecimus, interpretandi modus ortus est. Verbum وجف ope praepositionis ب transitivam significationem accipit.

8. Quorum adspectu laetatus sum et odores Ambrae spirantium feminarum.

Hic versus cum versu tertio cohaeret; sed in Mersukii codice non legitur. Haud bene cum equitibus feminas odores Ambrae spirantes coniunxisse poeta videtur. Ante vocem والفوايح substantivum feminae supplendum est.

9. Et quum venti diversi inter se certant in lateribus domus laciniam terram tangentem habentis,

Huc usque fortitudinem suam descripserat, iam ad liberalitatem describendam transit. Hic versus descriptioni inducendae inservit, hiemis enim tempus ventis inter se quasi cer-

tantibus describitur. Erat hiemis tempus ad liberalitatem exercendam maxime idoneum; est enim inopiae tempus. Verbis البيت الكسير tentorium, quo tempore hiemis utebantur, significasse videtur. Talis enim lacinia terram tangens maxime hiemis tempore, ut venti frigusque retineantur, necessaria est. Alii autem voci كسير significationem magnis lateribus praediti a voce كسر (latus tentorii) derivatam tribuerunt, dum alii voce كسير fractum seu dirutum ventorum vi significari dixerunt. Tentoria aut ex pellibus aut ex panno pilorum camelinorum facta sunt. Illa nomen قبة conf. Hamas. p. ٦٩٣, haec nomen خباء habuisse videntur (conf. Taraf. Moall. v. 52 et 58. schol.). In inferiore parte lacinia erat usque ad terram pertingens, quae fune اصار appellato adligabatur. Ut aqua pluviae a tentorio removeretur, fossa parva نأى appellata circumdatum erat (conf. Sohair. Moall. v. 5.). Rimae autem tentorii herba ثمام appellata obturabantur (conf. Lebid. Moall. v. 11.).

10. Me invenis manibus sagittas meas leviter moventem aut peregrinas.

Se ludo sagittarum deditum eoque cum studio occupatum describit. Isti ludo deditum esse laudi erat, in ludo participem non esse vituperationi. De ludo isto iam antea sermo erat conf. Ham. p. ١٧٣. Celeritas autem in movendis sagittis et usum et studium significare potest. Illa celeritas in Antarae Moall. v. 52. laudatur. Voce شجير peregrinum designant. In versu nostro sagittam significari dicunt, quae ab alio quodam mutuo accepta circumvertatur, ut laetam fortunam adducat. Alii dicunt, voce الشجير sagittam significari, quae ex eadem arbore facta non sit ex. gr. si haec sagitta ex ligno arboris نبع facta non est. Alium quoque scholiastes interpretandi modum proponit. Significari peregrini sagittam, ita ut poeta pro eo ludens tam debitum solvendum in se suscipiat, quam portionem, qua pro eo in ludo potiatur, totam ei concedat. Similem sensum poeta verbis sequentibus expressit (metr. Basith): Mecum ludentibus portionem meam totam do et reliquas portiones emtas iis do et scutellam obsonio vestio. Sunt, qui verbis hunc sensum tribuant: Sagittis ludo tam iis, quas expertus sum quam iis, quas expertus non sum, mutuo ab aliis acceptis, amore liberalitatis ductus. Qui autem سجيرى legunt, voce amicum, quo nomine gladium appellet, significari putant. In codice Tebr. alter legendi modus هش الندى مرى قدحى »Movit liberalitas per lacte abundantem (camelam) meam sagittam meam.«

11. Et iam ad puellam tentorium intravi die pluviali,

Transit ad describendam vitam mollem, qua tempore illis rebus apto fruatur. Pluvialis enim dies venando aut aliis occupationibus non convenit. Tempus igitur inter serium et iocum distribuit. Voce خدر ea pars tentorii designatur, in qua mulieres velo obtento separatae vivunt conf. Tarafae Moall. v. 58.

12. Sororiantibus mammis praeditam, pulchram, quae vestibus longis e panno Damasceno (serico albo) et serico confectis tecta incedit.

Istam puellam tanquam iuvencam, pulchram et vestibus splendidis longisque **(p. 266.)** tectam describit. Ex hacce descriptione autem cognoscimus poetam non fuisse Arabem cam-

pestrem; sed luxui et vitae urbanae deditum. Longas vestes ei tribuit, ut significet, eam opus non facere. Voce دمقس sericum album designari, ex versu decimo Moallakae Amru-l'Kaisi »adipem similem fimbriis serici albi bene cortortis« videmus et hanc ob causam voci الحرير serici diversicoloris significationem tribuendam puto. Has autem voces poeta coniunxisse videtur, ut vestitum eius splendidissimum fuisse ostenderet.

13. Tum eam propuli et ea modo avis Katha ad aquae locum euntis processit,

Tum suam erga eam agendi rationem modumque, quo ea se gerebat, describit. Eam surrexisse et ipsum comitatam esse, dicit. Forma verbi sexta significat, subiectum vim admittere, quam tertia forma in obiectum exercet, ut تدافعت significet; s e p r o p e l l i p a s s a e s t (conf. Gram. Ar. T. I. p. 141.). Formae sextae propria significatio est unam partem corporis ab altera quasi protrudi, quo fit, ut duo corporis latera vicissim in incessu inclinentur, qui modus incedendi feminis obesis proprius est. Incedendi modum feminae cum gressibus, quos aves Katha ad aquam accedentes faciunt, comparat. Ni fallor, parvi gressus sunt celeresque corpore in latera inclinato. Mersukius dixit, avis Kathae ad aquam accedentis incedendi modum pulcherrimum haberi tum ob gaudium tum ob securitatem. Parvae puellae cum parvis avibus Katha Ham. p. ۱۴۳ v. 2. comparatae sunt. Accusativus vocis مشى e verbo تدافعت tanquam nomen actionis e verbo suo pendet, quippe verbum تدافعت eandem significationem, quam مشت praebeat. Tale nomen actionis grammatici معنوى appellarunt (conf. Agrumia p. 197.). Grammaticus Sibawaihi verbum ipsum, si id in lingua invenitur, ante nomen actionis supplendum putat; sin vero non invenitur, in verbis eius indicium esse dicens id definit.

14. Eandem osculatus sum eaque anhelavit quemadmodum dorcas socors anhelat.

Feminae ob pulchritudinem vario modo cum dorcadibus comparantur (conf. Ham. p. ۱۸۴ v. 2. ۵۴۱ v. 4. Taraf. Moall. v. 6 sq. Antar. Moall. v. 57. Diw. Amru-l'Kaisi p. ۴۹ v. 6. et eius Moallak. v. 31. Caahb b. Sohair v. 2.); hoc vero in versu anhelans femina cum dorcade anhelante comparata est. Dorcas autem adiectivo الغرير descripta est. Haec vox, quae non potest non a n h e l a n t i dorcadi explicandae inservire, in scholiis non explicatur; sunt enim duae aliae voces ibi explicatae. Voci s o c o r d i s significationem tribuendam esse non dubito; socors enim dorcas, venatorem non timens prae socordia altum e pectore spiritum ducere putanda est. Legendi modus, quem in Mersukii codice invenimus, العقير (v u l n e r a t u s) est, et vulnerato id proprium habetur. Alter quoque a Mersukio adnotatus legendi modus البهير (f a t i g a t u s) est, et in fatigato idem observare licet. Uterque legendi modus in Tebrisii quoque codice adscriptus est. Puellam ob desiderium et amorem, quo impleta est, anhelantem descripsit.

15. Et propius accedens dixit: O Monachchale! quantus in corpore tuo ardor est!

Tum illa tenera sollicitudine plena amati mutatam conditionem miratur. Mersukius dixit, voce دنت poetam corporis propinquitatem describere noluisse; sed amoris et sollicitudinis.

Sed in voce حرور definienda interpretes non consentiunt. Alii voce ardorem solis, alii ventum calidum, nocturnum, alii ventum calidum diurnum, ita ut in utroque voci سموم significatione opposita sit, alii febrim significari dicunt. Quod vero scholiastes verba اى من اثر الحرور i. e. ob ardorem solis, statim post verba قلة اللحم etc. posuit, id haud recte fecit, quippe quae cum antecedentibus nullo modo cohaereant. Voces ويروى usque ad قلة اللحم tanquam in margine scriptae putandae sunt. Scholion ex Mersukii odice desumtum est; sed ordine mutato et turbato. Chalilus voci حرور ardoris solis significationem tribuens, voce سموم ventum calidum tam diurnum quam nocturnum significari dixit. Alter legendi modus غرور maciem corporis designat.

16. (Eique dixi): Nil nisi amor tui corpus meum emaciavit; tranquilla igitur esto et sine me, et incede!,

Quae quum putasset, corpus eius ob nimias molestias ardoremque solis in itineribus emaciatum esse, ut tranquilla sit, veram conditionis causam docet. Praepositio عن cum verbo عدا coniuncta est aut ob verbum omissum aut quod verbo عدا significatio verbi, quod cum praepositione عن coniungitur, tributa est. Vocem سيرى de abitu et profectione dictam non esse, e loco Corani (Sur. 38, 5.) scholiastes probare studet, in quo, licet verbum مشى adhibitum sit, de incessu sermo non sit. Alii vero abitum ratione habita verborum فدنعتها cetc. (v. 13.), alii bonam agendi rationem erga amatum significari dicunt.

17. Et ego eam amo et ea me amat et camelus meus camelam eius amat.

Verbis hisce diuturnum utriusque consortium designat. Inde factum esse, ut ipse camelus camelae amore impletus sit.

18. Et profecto! opibus meis tam parvis quam magnis datis vinum bibi.

In hisce sequentibus versibus, qui in Mersukii codice desiderantur, se vino deditum esse describit. Arabibus veteribus res laudi erat, quod vinum bibentes liberalitati operam dabant (conf. Ham. p. ۱۱۹ v. 2. p. ٥٠٣ v. 2. In omnibus paene Amru-l'Kaisi carminibus vini mentio facta est. De vino conferas Ham. p. ۲۳۸. Verbis بالصغير وبالكبير non vasa; sed opes parvas magnasque (ut camelos ovesque) significari, scholiastes sequente versu probare studet: (metr. Camel) Bibi equis feminis et equis maribus pulchritudine praestantibus datis, quocum sensu alius consentit: (metr. Thawil) Bibi camela Kirath appellata data et socios meos inebriavi et abii, dum vinario pecuniam debebam. Sunt tamen, qui dicant, poetam voce الصغير parvam pecuniam (drachmam), الكبير magnam (denarium) voluisse.

19. Et quum ebrius sum, dominus arcis Chawarnaki et throni mihi videor.

Vino ebrium se sibi felicissimum et potentissimum videri dicit. Arcem Chawarnak apud Cufam sitam ab architecto graeco nomine Sinimmar alii Alnohmano b. Amru-l'Kais b. Ahmir Alcalbi, alii Ohaihaho b. Aldjolah exstructam esse narrant (conf. Meidan. 5, 8.). Priori sententiae versus noster favere videtur, quippe in quo de solio regio sermo sit.

(p. 267.) *20. Sed ubi crapula discussa est, parvae ovis camelique possessor sum.*

Deminutivum adhibuit, ut despectum indicaret et parvas opes esse significaret. Hi versus cum sequentibus in codice Mersukii desiderantur.

21. O Hinda! Quis viro amore subacto est; o Hinda! quis captivo vincto est?

Quomodo hic et sequens versus cum praecedentibus sensu cohaereat, non video. Mentionem mulierum, quacum rem habuit, versu **17** absolvisse videtur. Hoc in versu Hindam alloquitur, ut testimonium de amoribus eius dicat. Hinda, filia regis Mondsiri b. Maï-ssema, amita Alnohmani b. Almondsir fuisse dicitur. Almonachchalus cum uxore Alnohmani Almotadjarridah appellata rem habuisse putatur, ut filii duo, quos pepererit, Almonachchalo adscribantur. Alnohmanus quum tempore cognito a domo abesse soleret, Almonachchalus per illius temporis spatium apud Alnohmani uxorem versabatur. Accidit autem, ut, quum uxor se et Monachchalum uno vinculo in pedibus constriuxisset, Alnohmanus ante illud tempus redux eos ita ligatos inveniret. Carceris igitur custodi suo Ihcabbo, quem alii e gente Lachm oriundum, Euphratis dominum, alii filium Ihcabbi Taghlebitam (conf. Meidan. **24, 258.**) fuisse dicunt, puniendum tradidit. Qui quum Almonachchalum vinculo constrictum protraheret, hic filiis suis hos versus dixisse fertur: (metr. Wafir) Eheu! quis duobus ingenuis de me nuntium perfert, homines patrem iam occidisse. Ihcabbus in gente Maahd me circumducit et baculo duro[1]) in occipite me percutit. Idem dixit: (metr. Chafif) In medio servorùm caedes mea sine vindicta perpetratur, dum gens mea oves in pariendo iuvat.

22. Crines nigros instar arboris Tannum plectunt, qui prudenter plexi non sunt.

In hoc versu, qui nonnisi in quibusdam exemplaribus legitur et cum prioribus non cohaeret aut feminas aut equitatum significari dicunt. Crines suos plectentes feminae describuntur et crines plexi cum ramis arboris Tannum conferuntur. Arbor Tannum ob nigrum colorem (conf. Ham. p. ١٣٥ l. 10.) et fortasse etiam ob ramorum similitudinem cum crinibus comparatur. Voce اساود, quae pluralis vocis اسود est, aut ita, ut adiectivum substantivo praepositum sit, totam arborem nigram aut serpentes, quibuscum crines plexi conferri possint, significari putant. Sed non video, quomodo serpentes cum ista arbore coniuncti sint et nil obstare videtur, quominus voce اساود, omisso substantivo, rami arboris nigri significentur. Qui autem equitatum describi putarunt, ii a vero longe aberrasse videntur, nam, etsi equites cum serpentibus ob malum, quod hostibus inferunt, conferri possunt, tamen et verbum عكف aptum non esse et comparandi modus longius repetitus videtur. Scholiastes autem dixit, verbum يعكفن, quo personae masculini generis designentur, genus femininum habere, quod ad vocem جماعات agmina referatur.

---

1) Vox صملة in lexicis non reperitur, sed aliam, quam baculi duri significationem ei tribui posse non puto.

CLXXVI.

Dixit Bäiths b. Zoraim b. Asad b. Taim b. Tsahlabah b. Ghobar b. Habib b. Cahb b. Iaschcor.

(Vixit tempore Ahmrui b. Hind conf. p. ٣٦٩ infr.)

1. Gentem Osajjid interroga, num Wajili caedem vindicaverim et num animi moerorem sanaverim?

Gentem Osajjid testem esse vult, se caedem Wajili ultum esse. Fortitudinem igitur suam laudat. Nomen gentis اسيد secundae declinationis est, tum quod nomen proprium est et hac de causa quasi articulo definitum, tum quod genus femininum habet (conf. Gram. Ar. T. I. p. 402.). Sed eadem vox, etiamsi nomen proprium non esset, tamen tanquam deminutivum a voce اسود derivatum declinationis secundae esset (conf. Gram. Ar. T. I. p. 407. No. 16.). In verbis ام هل mihi vox ام pleonastica videtur, nam Kamusi auctor dixit: وقد تدخل على هل وقد تكون زايدة »Interdum cum voce هل coniungitur et interdum pleonastica est.« Scholiastes dixit, interrogationem perfectam esse (i. e. partem praecedentis interrogationis non esse) et e voce هل non pendere, quum vox أم separata[1]) sit et non coniungens; siquidem haec (coniungens) aequalis particulae interrogandi ا sit. Silentio non praeterimus, hunc locum e Mersukio desumtum a Tebrisio mutatum esse; sic enim in Mersukii codice legitur: وقوله ام هل استفهام بام دون هل لان ام هذه هى المنقطعة ولا يجوز ان تكون المعطفة لان تلك تجى عديلة للالف »Quod ad verba ام هل attinet, in iis interrogatio voce ام consistit, ut vox هل necessaria non sit; nam particula ام est separata (i. e. interrogatio sensu a praecedente separata est); fieri enim non potest, ut ea (interrogatio) coniungens sit, quoniam haec aequalis particulae interrogandi ا est« (conf. Gram. Ar. T. I, 559. 571 sq.). Sed ut verba bene intelligas, conferas Anthol. gram. p. ١١٣ et ١٠٩. Samachscharius discrimen inter particulas ا et هل describens dixit, particulam ام, quum sensu coniuncta متصلة sit, nonnisi particulam ا sequi posse; et hoc sine dubio in causa est, cur particula ام in nostro loco non possit non esse separatam (منقطعة), quod in versu هل praecedit. Sed sensus ratione habita, quippe posteriore versus parte sensu diversa res non contineatur, vocem ام pleonasticam potius esse puto, ut duae interrogationes non cohaereant; sed posterior priorem nonnisi sensus confirmandi causa sequatur, ita ut posteriore parte se perfecto modo caedem Wajili ultum esse, indicare voluerit.

2. Quum me, ut situlis suis haurirem, misissent. Tum eas sanguine usque ad **(p. 268.)** *orum impleri.*

In hoc versu, qui particula temporis اذ aut cum verbo ثارت aut cum verbo شفيت coniungendus est (conf. Gram. Ar. T. I. p 522. et Anthol. gram. p ٨١ text.), se perfecto modo caedem ultum esse, exponit. Quum significaturus, rem difficillimam perfectu fuisse, se cum viro, qui in puteum demittitur, ut aquam inde hauriat, comparaverit, situlam sanguine hostium omnino se implevisse dicit. Hic comparandi modus novus est. In aliis locis mors

1) Voci منقطعة eadem significatio quam vocibus استثنا منقطع tribuenda videtur, ut interrogatio nil contineat, cuius in superiore sermonis parte mentio facta est.

60

cum cisterna comparatur, ad quam homines accedunt et ex qua mortem situlis hauriunt. Sic poeta, quem Reiskius ex Diwano Hodseilitarum (ad Taraf. Moall. v. 73.) adnotavit, dixit: (metr. Wafir) ما جبنوا ولكن واجهونا بساجل من ساجال الموت طامى Pavidi non erant; sed nobis occurrerunt aperto vultu cum situla ex situlis mortis, ad summum plena (conf. Antar. Moall. Prolegom. p. 13. et Caahb b. Sohair v. 58.). In puteum autem vir descendit, quum aqua pauca est. Voci علقا casus accusativus datus est modo, quem Arabum grammatici تمييز appellant Gram. Ar. T. II. p. 113. Djenharius, qui versum nostrum citat, voci اسبال significationem marginis situlae dedit, quae اصبار aliter appellatur; scholiastes autem superiores situlae partes significari et cum eo vocis سبلة (barbae in superiore labio) significationem cohaerere dixit. Nodos quoque, quibus situla cum ligno عرقوة coniungatur, designari posse dixit. Incerti autem in significatione vocis definienda alii eo adducti videntur, ut vocem tanquam nomen actionis formae quartae enunciandam putarent, id quod alii reprobarunt. Hoc vero pronunciandi modo admisso nil impedit, quominus situla cum nube, e qua aqua stillatim decidit, comparata sit, quippe situla tam plena sit, ut redundet. Loco voicis بدلائهم alter legendi modus لدلائهم in margine codicis Tebr. adnotatus est.

3. Ego per eum, qui coelum suo loco elevavit et lunam plenam nocte medii mensis et lunam novam

Versus hic cum sequente intime cohaeret et iuramentum continet. Res autem, quae iuramento affirmatur, جواب القسم a grammaticis appellata (conf. Gram. Ar. T. II. p. 612.) verbo اثقف etc. in versu sequente exprimitur. Suffixum ى in voce انى subiectum est, cuius praedicatum in verbis البيت etc. sequentis versus invenitur. Verba من سمك etc. personam, per quam poeta iurat, designant, quapropter genitivi locum tenent (conf. Anthol. gram. p. 101. et Gram. Ar. T. I, p. 555.). Accusativus voci مكانها tributus est, quod vox locum definit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 97 adn.). Scholiastes primum Mersukii auctoritatem secutus suffixum ها ad coelum refert, ut vox نصف (dimidium) cum coelo coniuncta sit; sed plena luna medio mense in coelo apparet. Arabes autem quum res ob minimam, quae intercedit, communionem coniungant, hoc in versu ista dimidii coelique coniunctio licita habetur. Similis ratio est verbis poetae sequentibus: Splendor fulminis eiusque pluvia, nam fulmen et pluvia coniuncta esse solent; sed minus aptus est coniungendi modus in sequentibus (metr. Redjes): Ad gentem Ahmir in domo sua venimus vesperâ novilunii aut tempore, quo luna occulta erat; coniunxit enim poeta tempus, quo luna occulta est, cum vesperâ putans tempus illud in vesperam cadere, siquidem nova luna vesperâ apparere soleat. Sic autem sensus verborum ordine disponendus est: ليلة كماله فى نصف الشهر وليلة هلاله »nocte, qua plena luna medio mense et nocte, qua nova luna apparet«, ut sensus hic prodeat: Iuravi per Deum, qui coelum loco suo elevavit sine fulcimentis et lunae plenae in eo medio mense locum concessit et lunae novae initio mensis tempore noctis, me etc. Finitis quae ex Mersukii commentario desumta sunt, Tebrisius Abu-l'Ahlae interpretandi modum adnotavit. Hic statuit, verba transposita esse, quasi dixerit: من سمك السماء ليلة نصفها وهلالها والبدر »Qui coelum elevavit nocte medii eius et lunae novae eius et lunae plenae.« Qui autem

verba transposita non esse dicat, ei sensus verborum diversus proveniat, necesse esse. Suffixum ها aut ad rem audienti cognitam (sc. menses), cuius mentio antea facta non sit, referri posse, quasi dixerit: لىلة نصف الشهور وليلة هلالها »nocte medii mensium et nocte lunae novae eorum«. Verbis autem transpositis, suffixum quoque ad vocem السماء (coelum) referri posse i. e. nocte media mensis[1]), in qua luna plena est. Sin vero res ita constituatur, ut verba hunc sensum offerant: البدر الواقع في ليلة نصفها وهلالها »luna plena, quae incidit in noctem medii eius et lunae novae eius«, nil obstare, quin voce هلال (luna nova) poeta lunam plenam (بدر) significet, quum luna plena eadem sit ac luna nova. Hunc loquendi modum communi usu receptum esse. Nam si quis dixerit in virum senem aut canescere incipientem: Hic quorundam infans parvus (طفل) est i. e. qui eorum infans parvus fuit, hunc loquendi modum vituperationi obnoxium non esse Simili modo initio Islami homines dixisse: Mohammedes orphanus gentis Koraisch est i. e. qui orphanus fuit, quum Mohammedes demum post aetatem quadraginta annorum legatus missus sit. Qui autem Abu-l'Alâe interpretandi modus, etsi a vero non omnino abhorret, tamen nimis artificiosus videtur.

4. Iurari: Ne unquam ex eorum numero barbatum inveniam, cuius oculi in opes suas directi sint!

Iuravit, se quemlibet virum eorum, cui occurrat, occisurum esse, ut domum non rediens opes suas non amplius conspicere possit i. e. se operam daturum esse, ut viros eius gentis inveniat etc. Scholiastes dixit, ante verbum اثقف negandi particulam omissam esse, nam quum formâ futuri adhibitâ (quippe quod in sententia affirmante لاثقفن dicendum esset) omne dubium de sensu verborum remotum sit, ellipsin locum habere posse. Grammaticos scholae Bazrensis ellipsin reprobasse, silentio praetereundum non est (conf. Gram. Ar. T. II. p. 473.). Similis ellipsis in hoc versu invenitur: (metr. Thawil) فقلت يمين الله ابرح قاعدا ولو ضربوا راسي لديك واوصالي Dixi: Iuro per Deum, me sedentem inde (non) proditurum esse et si apud te (o femina) caput meum et membra mea amputarent. Particula iurandi و quum adhiberi non soleat in locis, ubi verbum iurandi حلف, aut الى expressum est (conf. Gram. Arab. T. I. p. 555 et Anthol. gram. p. ٤٦ text.), eos refellere studet, qui hoc in loco propter verbum الىيت vituperandi causam videant. Verbum الىيت duplici ratione confirmando iuramento inservire, una tali, ut, quum iuramentum longum sit, et praedicatum a subiecto multum distet, timens ne iuramenti vestigium iis interpositis deletum esset, verbum iurandi posuerit et postea sententiam eius consequentem adtulerit, alterâ, ut, quum personae mentio, si verbo الىيت solo uti voluisset, necessaria non esset, posito verbo iuramentum quasi repetitum videatur, quemadmodum والله والله per Deum! per Deum! dicatur. Verba autem تنظر عينه في مالها, si voces spectentur, sententiam *(p. 269.)* consequentem continere; sin sensus ratio sit, statui adiectivi indefiniti (ذا لحية) describendo inservire, quasi dixerit: Nunquam barbato occurram, nisi cuius oculus non amplius suas opes conspiciat. Huic loquendi modo similis versus Farasdaki in libro Sibawaihii est: (metr. Thawil) In consessu nostro nemo surgit nisi loquens ea, quorum

1) Sed quum dixerit, suffixum ها ad coelum referri posse, nescio, num explicandi modus, quem addit, rectus sit.

gnarior est. Verbum enim فينطق loco accusativi ناطقا est. Sententiam autem consequentem verbis inesse non posse, scholiastes dixit, quum ita sensus corrumperetur et inverteretur, ut sic sensus constituendus esset: Eum non invenio et quomodo videbit i. e. si eum invenissem, profecto vidisset. Sententiae consequentis rationem esse, ut e priore pendeat sive res affirmetur sive negetur, eandem rationem sequens. Talem autem sensum eum, qui in versu loquatur, proferre noluisse. Similis autem ratio in particula و sequentis versus, invenitur: (metr. Camel) لا تنه عن خلق وتاتى مثله عار عليك اذا فعلت عظيم Ne indolem interdicas, qua tu ipse praeditus es[1]; nam si facis, magnum tibi dedecus erit. Suffixum in voce مالها ad oculum referendum est, ut opes oculo tributae sint.

5. *Quotiescunque effeci, ut mulier vesperâ velum suum capiti adligaret, quod vento aquilone disiectum erat.*

Hoc in versu gloriatur, se mulieribus aut captis aut territis opem tulisse, ut metum abiicerent. Describit mulierem, quae terrore impleta non animadvertens, velum a facie vento disiectum esse, quum ipsum advenientem conspexisset, tranquilla velum suum adligaret. Quum autem ipse causa esset, ut mulier velum adligaret, rem sibi ipsi tribuit. Scholiastes putavit, illam feminam matutina incursione captivam factam ab hostibus abductam et demum vesperâ adventu poetae liberatam fuisse. Aquilo vehementem ventum designat. Poeta Ahntarah ob auxilium mulieribus praestitum simili modo gloriatur: (metr. Wafir) ومرقصة دفعت الخيل عنها وقد همت بالقاء الزمام Quotiescunque a muliere, quae ad cursum celerem iumentum impellebat, equites repuli, quum iam in eo esset, ut habenam proiiceret. De Malico b. Nowairah, cuius a Chaledo occisi in scholiis mentio facta est, conferas Hamas. p. ۳۷۰ sqq.

6. *Et quotiescunque effeci, ut generosa mulier, quae superbo marito curae esset, compedes suas ostenderet.*

Hoc in versu contrarium statum describit. Se incursione in hostium terram facta effecisse, ut mulieres generosae ex tentorio prodeuntes celeri cursu salutem peterent, ita ut annuli apparerent, quibus pedes ornati essent. Marito autem istius mulieris superbiam tribuisse videtur, ut indicaret, eum potentem et fortem esse. Dum autem hostibus laudem tribuunt, suam quoque augent. Voce خلخل et خلخال annuli, quibus inferiora crura in mulieribus ornabantur aut auro aut argento confecti significantur. conf. Reisk. ad Taraf. not. p. 116. vers. infr. et Hamas. p. ۸۳۲ infr.

7 *Et quoties agminis nigricantibus faciebus praediti, strenui ut leones, quum catulos defendunt,*

In hoc versu, qui cum sequente cohaeret, se tanquam ducem exercitus strenui describit. Exercitum illum sole adustas facies habentem, ut bello adsuefactum esse designaret, dixit, tum ut fortitudinem eius summam esse indicaret, eum cum leonibus catulos defendentes comparavit (conf. Ham. p. ۱۵۴ v. 1. p. ۴۹۹ v. 2. etc.). Hoc in versu adiectiva سفع et بواسل,

[1]) Prius hemistichium in proverbii consuetudinem venit conf. Meid. C. 23, 420.

plurales irregulares, cum nomine singularis numeri et generis feminini coniuncta sunt. Vox بواسل ob metrum pro بواسل sine Nunnatione est. Scholiastes formam فواعل raro in viris describendis inveniri adnotavit; sed vox بواسل proprie in leonibus adhibetur.

8. Primam partem duxi et tum cum simili agmine commiscui.

Scholiastes in altero hemistichio hostium agmen, quod cum priore dimicaverit, significari dixit, ut sensus sit: Ego dux unum exercitum contra hostium agmen duxi, ut unus exercitus cum altero pugnaret, sed in verbo لففتها pugnandi significatio haud necessaria est, ut nil impedire videatur, quominus sensus sit: Ego unum exercitum ducens alterum exercitum, auxilio veniens intime cum eo coniunxi, ut unus exercitus esset, cui ego imperarem. Hoc intelligendi modo admisso se magnum ducem magnaque inter diversas gentes auctoritate praeditum esse significaturus est. Verbum لف involvendi et inde intime coniungendi significationem habet, sive pugna, ut duo exercitus commiscerentur, sive alio modo. In verbis اول عنفوان رعيلها pleonasmus esse videtur, nam ut vox اول primum designat, sic quoque عنفوان primam rei partem; tum vox رعيل primam exercitus partem designat. Significare voluisse videtur, se omnium primum in hostem incurrisse, ut nemo eum praecederet. Hac autem in re maximae fortitudinis indicium video. Nihilominus autem, licet primos in pugnam praecedat, totius exercitus dux est. Cum voce كتيبة (exercitus) in posteriore parte pluralem امثالها coniunxit, quippe qui varias partes contineret; sed non minus recte بكتيبة مثلها dicere potuit.

Abu-Rijaschus ad versus explicandos sequentia narravit: Wajilus b. Zoraim (Ghobarita, frater poetae Baihtsi Mersuk.) in magno honore apud regem Ahmru b. Hind, quum ornate [1]) et pulchre loquens pulchra quoque corporis forma gauderet, a rege, ut tributum a gente Tamim colligeret, missus erat. Gentis totius tributum, excepto tributo familiae Osajjid b. Ahmru b. Tamim in loco Thowailih [2]) commorantis, collegerat. Quâ familiâ quum occupatus in putei margine sederet, ut oves camelique numerarentur, senex familiae cum eo locuturus accessit et socordem et non caventem in puteum detrusit. Adstantes **(p. 370.)** autem cum lapidibus necarunt et eum deridentes hunc versum metro Redjes recitarunt: O tu, qui in fundo putei situlam meam imples, cape! homines te laudantes video! Re ad fratrem Bäithsum relata, hic, postquam vexillum erexerat, cum gente Banu-Ghobar profectus iuravit, se tot hostes occisurum esse, quot occisorum sanguine situla impleretur. Octoginta viros occidisse multosque captivos fecisse dicitur. Quum virum nomine Komamah occidisset, accidit, ut situla sanguine impleta procideret. Inde factum, ut denuo gentem invaderet. Mulier quaedam caespitans (loco vocis تعثر caespitans in codice obviae, quippe quae significatio sensui apta non videatur, fortasse تعبر transiens legendum est) dixisse narratur[3]): »Pereat gens Ghobar, ne victoria potiatur, ne pluvia rigetur! Et hominibus privetur!«

1) مفتوق derivo a فتق fragrantiorem reddidit muscum; fortasse quoque est acuminatus, quod de sagittae cuspide dictum in linguam translatum esse potest.

2) In Kamusi opere legimus, Thowailih aquae nomen esse in ditione gentis Tamim in regione loci Alzamman aut putei antiqui dulcis aquae et haud profundi in tractu Alschawadjin.

3) Verba homoioteleuto gaudent; sed metro obstricta non sunt.

Poeta Nazr b. Ahzim b. Alhalif e gente Rabiah b. Ahmir b. Djohail b. Tsahlabah b. Ghobar rei in sequentibus versibus mentionem fecit (metr. Thawil): Et e nobis is est, cuius factum captivos liberavit[1]) in loco Haumal, quum omnem iter facientem (ad eos liberandos), segnem putassent per regiam dignitatem, quae iis erat et principatum, quem a primis temporibus semper habebant. Et e nobis is est, qui muro instructum puteum loci Thowailih hostiis sanguinis cari, excellentis texit. Monachchalus Jeschcorita prioris facti in versibus sequentibus commemoravit (metr. Chafif): Bäihtsus gentem Osajjid belli hospitio excepit in regione, ubi belli ignis accensus erat. Fratris caedem ulciscens ensem evaginavit et tam senes eorum quam iuvenes occidit. Et situlas usque ad ansas sanguine implevimus, qui animos aegrotos refrigeravit.

CLXXVII.

Dixit Alfind Simmanita [2]).

1. O vulnus senis grandaevi, decrepiti, aetate confecti!

Poeta grandaevus quum duos hostes uno vulnere transfixisset (conf. Ham. p. ٢٥٤ l. 4 infr.) admirans verba versus protulit. in quibus tum fortitudinis tum roboris laudem sibi tribuit. Vox ما inter praepositionem substantivumque modo pleonastico posita est (conf. Gram. Ar. T. I. p. 539. T. II. p. 56.). Particula ايا vocando [3]) inserviens sensum admirandi profert. Voci يقن annosi et decrepiti significationem esse. ex versu Ahschae, in quo vox شارخ cum voce يقن composita est, probare studuerunt (metr. Motakarib): وما ان ارى الموت فيما خلا يغادر من شارخ او يقن Non video mortem tempore praeterito aut adolescentem aut senem decrepitum reliquisse. Vocis ايا cum sequentibus coniunctionem vario modo explicarunt. Personam, quam poeta voce ايا allocutus est, omissam esse posse, ut vulnus non vocetur et accusativus vocis طعنة e verbo omisso pendeat, quasi dixerit: O gens! memor esto vulneris. Simili modo alius poeta locutus est (metr. Thawil): O poetam! non est poeta hodierno die ei similis, Djerirus, sed in gente Colaib humilitas est; hoc enim in versu persona, quam poeta allocutus est, omissa est. Personam, quam alloquimur, tanquam articulo definitam Nunnatione privare solemus, ut ايا شاعرُ dicendum sit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 136. p. 89 sq.). Persona autem vocata, quae omissa est, aut poeta ipse aut alius quidam esse potest. Si alius quidam putatur, est ac si dixerit: O tu, is tibi poeta laude et admiratione dignus sufficit (حسبك به شاعرا), tum eum poetam Djerirum esse dicit. Simili modo in verbis: نعم رجلا زيد »quam pulcher

1) Raschidum b. Schehab b. Ahbdah b. Ohzam b. Rabiah b. Ahmir b. Djohail b. Tsahlabah b. Ghobar, qui ad liberandos captivos pretium adtulerat, significat.

2) Poeta tempore belli Basus cognominati vixit conf. Ham. ٢٥٤ l. 4. infr.

3) Ex Mersukii codice loco vocis الثناء laudis vocem النداء invocationis legendam puto.

vir Saidus est!« supplendum est. Verba autem حسبك به, quae explicandi causa adtulimus, modum explicationis talem sequi possunt, ut vox به locum nominis in nominativo positi teneat (ut sint pro حسبك هو). Fieri quoque potest, ut suffixum ه poetam, cuius mentio facta est, spectet, quod suffixum postea nomine Djerir confirmavit. Grammatici Chalil et Iunus sensum sic constituerunt: O versus dicens (يا قتيل الشعر), ut sic versus dicens alia persona, quam poeta memoratus sit, quasi dixerit: يا شعراء عليكم شاعرا لا شاعر اليوم مثله O poetae! videte poetam, cui hodie poeta aequalis non est! aut dixerit: حسبكم به شاعرا Vobis is sufficit tanquam poeta. Hunc modum grammaticus Sibawaihi secutus est Sin vero versus dicens ipse poeta putatur, ut vox شاعرا tanquam statui describendo inserviens casum accusativum obtinuerit et verba لا شاعر اليوم tanquam epitheton apposita sint, suppleantur necesse est قتيل الشعر aut huiusmodi verba, ut is, qui vocetur, definitus sit, quasi dixerit: O versus dicens in statu, quo is poeta est, cui nemo aequalis.

2 *Quae efficit, ut luctum maximum cum molestia et eiulatu manifestent.* **(p. ٢٢١.)**

Describit vulnus tanquam tale, quo princeps occisus sit. Hanc rem ita esse ex luctu cognosci potest; luctus enim est maximus cum clamore et molestia coniunctus. Vox مأتم aut nomen actionis est, qua congregatae mulieres significantur aut ante vocem vox اهل supplenda est.

3. *Et nisi sagitta temporis corpus meum membraque mea adfecisset.*

In hoc versu, qui cum sequente cohaeret, senectutem in causa esse dicit, cur maiores strages non edat. Se senectute debilitatum esse significat. Ut mors cum venatore aut milite comparata est (conf. Ham. p ٣٦٨ v. 1.), sic hoc in versu tempori sagittae datae sunt. Scholiastes dixit vocem عوض tempus designare, quod tanquam definitum indeclinabile aut cum Fatha aut cum Dhamma (secundum grammaticos Cufae) enuncietur; sed in Mersukii codice una cum duplice isto pronunciandi modo tertium عوضِ quoque adnotatum invenimus. Alii voce حظى venam in dorso alii corpus significari dicunt; sed in Mersukii codice خصائل, pro quo et خصباق invenitur, legimus, qua voce crassae brachii partes designantur.

4. *Profecto! equitum pectora vulnere haud parvo confoderem.*

Voce صدور aut pectora aut principes equitum significari dicunt. Hoc recepto se fortissimum describit. Cum voce طعن metaphorice loquens vocem ال »minus faciens, quam debebat« coniunxit.

5. *Videres equites in magno splendore equum meum sequentes.*

Versui duplicem sensum tribuunt. Aut verbis السنا العلى armorum splendorem significari putantes poetam tanquam ducem anteire dicunt, ut sequentes tueatur armis suis, aut verbis السنا العلى gloriae altae significationem tribuentes dicunt, alios quod poetam

sequantur, sibi honori gloriaeque ducere. Similem sensum poeta Alabscha sequentibus verbis expressit (metr. Basith): كل سيرضى بان يلقى له تبعا Quilibet, quod eum sequatur, gratum habebit. Sunt quoque, qui legant في الثبى العالى. Quo in legendi modo si poeta eius, quod الثبى pluralis vocis الثبة est, rationem habuisset, العالية dicturus fuisset; sed quasi forma singularis (ut vox زلَم) sit, cum voce adiectivum generis masculini coniunxisse videtur. Verba على الاثار مهرى statui describendo inserviunt, quasi dixerit: تابعين لى, et verba في السنا العالى secundi obiecti verbi ترى (vides) locum tenent.

6. Sed temporis vicissitudines, ut homo eodem statu maneat, non permittunt.

Hisce verbis se consolatur. Talem esse rerum humanarum conditionem, ut robustus infirmus fiat. Verba على حال locum adiectivi, quo homo describitur, occupant et cum voce omissa قايما vel ثابتا (perseverans) cohaerent. Huiusce versus sensus tam verus est, ut in proverbii consuetudinem venerit conf. Meid. T. III. P. 2. p. 138.

7. Me in eo (vulnere) tanquam iuvenem ostendi, quum mei similes ab armis abhorrerent.

Narrant, eum in bello Basus appellato duos viros super equo confodisse. conf. Ham. p. ٢٥٤ infr. Hac de re gloriatur. Sed nescio num versuum ordo bene conveniat et sic ab auctore constitutus sit. Si octavus versus cum primo coniunctus esset et octavum septimus ordine sequeretur, mihi magis placeret. Verbi تفتى eadem ratio est, quae in verbis تشجع et تكيس cernitur. Sunt, qui in hoc versu الشّكة confodere legant.

(p. 232.) *8. Instar sinus stupidae, asperae, quae post celerem fugam terrore impleta est.*

Hic versus melius cum primo versu cohaeret, quam cum proxime praecedente; describit enim vulnus ab ipso inflictum. Vulneris autem in septimo versu nonnisi voce بها mentio facta est. Ut amplum vulnus fuisse indicet, id cum fissura, quam stupida mulier in sinu fecit, comparat. Voci دفنس lexicographi stupidae (حمقاء) significationem tribuerunt, quam eandem significationem quoque voci ورهاء dant. Alii autem sunt, qui dicant, vocem ورهاء asperam in agendo significare. Haec autem significatio loco nostro maxime apta videtur. Ni fallor, vox دفنس nimis crasso corpore praeditam, ut non bene se movere possit, designat. Utraque autem res maxime in causa esse potest, cur sinus laceretur. Sunt denique, qui dicant, vocem دفنس mulierem significare, quae sinum super extremo nasu ponat eumque propter nimiam festinationem haud bene induat. Explicandi modus hic verborum sensu non adiuvatur. Alteram causam addit dicens: Talis mulier quum subito terrore impleta celeriter curreret, factum esse, ut motu aspero manus sinum laceraret. Alius poeta aequali modo, ita ut Djeuharius sub voce وره versum eidem Alfindo tribuerit, rem describens dixit (metr. Hesedj): وقد اختلس الضربة لا يدمى لها نصلى كجيب الدفنس الورهاء ريعت وهى تستفلى Interdum ictum raptim infligo, ut cuspis mea sanguine non inficiatur (vulnere), instar sinus mulieris stupidae asperae, quae terretur, dum manu caput pediculorum causa perscrutatur.

CLXXVIII.

Dixit Rabiah b. Makrum (De poeta Dhabbita conf. p. ٣٨).

1. Frater tuus, frater tuus est, qui propinquus est, quum in eo spem ponis et qui, si in auxilium vocatur, respondet.

Fraternitatis officia describit conf. Meid. I, 68, 71, 362. Verba اخوك اخوك duplici modo explicantes grammatici dicunt, posteriorem vocem aut appositam esse prioris confirmandae causa, ut verba من يدنو et sequentia subiecto praedicati loco sint, aut prioris praedicatum esse, quemadmodum dicatur: »quidam est quidam« i. e. quidam est is, qui notus est. Similem modum in poetae versu reperiri (metr. Wafir): Eique dixi: Omnem rem evita, propter quam vituperaris, nam ingenuus ingenuus est; sed sequentem versum (metr. Thawil): Salus! [1]) Mundus aes alienum est, sed frater tuus nonnisi frater est, in quo in calamitatibus spem ponis nostro similem esse, ut vox posterior اخوك priori confirmandae inserviat et vox المرتجى praedicati locum occupet aut denique vocem posteriorem اخوك prioris praedicatum esse, quocum tanquam adiectivum vox المرتجى (Gram. Ar. T. II. p. 258.) coniuncta sit. Quod si vero in versu nostro vox posterior اخوك prioris praedicatum est, voces من cum sequentibus, quae voci من explicando inserviunt (conf. Gram. Ar. T. II. p. 261.), loco adpositionis sunt. Versus aut ad peregrinum, qui fideliter agit, honorandum excitat, quemadmodum poeta Alahscha in sequente versu fecit (metr. Thawil): Propinquus, qui animâ suâ adpropinquat, per vitam patris tui! bonus est, non qui ad genus tuum se refert aut docet, fratri genere nobiscum coniuncto studendum esse et fratrem, qui genere nobiscum coniunctus non sit, inutilem esse.

2. Qui, quum bellum geris, cum eo, qui hostis tuus est, bellum gerit et cuius arma prope ad te accedunt.

Fratris talis agendi rationem pluribus exponit. Verba huiusce versus aut cum antecedente coniuncta sunt, ut pronomen tertiae personae in verbo حارب latens ad vocem اخوك referatur et voces من تعادى loco obiecti sint aut cum antecedentibus non cohaerent, ut poeta sententiam proverbialem protulerit. Sensum autem tali modo scholiastes constituit: Si cum hoste tuo aperte agis, res eum incitat, ut ipse aperte tecum agat, dum, quo propius ad te accedit, eo maiore astutia aliisque rebus, quibus tibi noceat, utitur; sin vero pulchram agendi rationem ostendis eique blandiris, inimicitiam suam erga te in animo conservat; sed palam non ostendit. In Mersukii codice autem sic legitur: اذا كاشفت عدوك وابديت صفحة ما تضمر من السوء له بعثه ذلك على مكاشفتك وازداد عدته من الكيد وغيره منك دنوا id quod praeferendum est. Verbis autem اراد انك اذا حاربت scholiastes ad priorem explicandi modum, quem praeferendum puto, redit dicens, propinquitate armorum poetam auxilium ei contra hostem praestitum significasse.

1) Pronomen هي hoc in loco est, quod grammatici ضمير القصة appellant i. e. res est talis; mundus etc. (conf. Gram. Arab. T. II. p. 371 sq.)

3. Quum socius meus funibus meis trahitur, moritur aut tractum sequitur.

(p. 273.) Se aliumque cum duobus camelis, qui uno fune coniuncti sunt, dum debilior alterum sequi debet, comparavit. Simili modo poeta Ahmru b. Celtsum locutus est (metr. Wafir): متى نعقد قرينتنا بحبل نجذ الحبل او نقص القرينا Quando ab eo abhorremus, qui eodem fune nobiscum colligatus est aut funem rumpimus aut nobiscum colligatum frangimus. De voce نعقد, quae in codice paene deleta est, dubito; pes enim voce admissa, fit مفاعيل, qui in metro Wafir raro occurrit. Scholiastes adnotavit, praedicatum verbi كنت esse in verbis اذا etc. eorumque sententia subsequente sc. مات etc. In versu autem fortitudinem suam, qua contra eos utitur, quibuscum ipsi res est, laudat. Strenue erga eos agit.

4. Et si pereo, quot odio in me pleni sunt, quorum ignis paene flammâ ardet!

In tali autem agendi ratione quum fieri possit, ut ab alio occidatur, se ob mortem futuram consolatur, quod multos inimicos malo adflixerit et iniurias ultus sit. Casus genitivus in vocibus ذى حنق ex omissa voce رب pendet, et nomen, quod vocem رب sequitur, maxime cum adiectivo coniunctum est (conf. Anthol. gram. p. ٢١ et Gram. Arab. T. II. p. 258 sq.). Ut enim post particulam و vocem رب supplent conf. Gaam. Ar. T. II. p. 54., sic post particulam ف; quae res particulam و loco vocis رب non esse ostendit. Eadem quoque res in versu Amru-l'Kaisi (Moallak. v. 14) locum habet, si voci مثلك casus genitivus tribuitur [1]) (metr. Thawil): Quot ego mulieres gravidas, tibi similes noctu visitavi et matres lactantes, quas a cura infantis amuletis instructi, anniculi averti! Verba لظاه et sequentia vocibus ذى حنق loco adiectivi sunt, dum vox لظاه subiecti locum tenet, verba تكاد تلتهب autem praedicati. Nomen actionis التهابا tam ad homoioteleutum constituendum quam ad vim sermonis augendam addidit conf. Gram. Ar. T. II. p. 113. Inimico flammam tribuit, ut eius odium perniciosum esse significet; ignis enim et bello conf. Ham. p. ١٨٠ v. 1. ١٩٩ v. 3. ٧١٥ v. 4. et infortunio conf. p. ١٩٧ v. 1. adscribitur. Verba غذى حنق cum antecedentibus ita cohaerent, ut sententiam, quae conditionem sequatur, efficiant. Sententia autem, quae conditionem sequitur, quum nonnisi particula ف incipere soleat, si ipsa ita ab antecedente differt, ut subiecto et praedicato composita sit, hoc in loco vox الامر omissa putanda est, ut sic propositio phrasis perfecta sit: ان اهلك فالامر رب ذى حنق. Hoc autem admisso verba رب ذى حنق praedicati loco sunt subiecto الامر conf. Ham. p. ٣٩٤ v. 4. De Sacyus quoque ellipsin esse statuit conf. Gram. Arab. T. II. p. 35 sq. Conferas praeterea de usu particulae ف Anthol. Gram. p. ١١٣ sq.

5. Quorum situlam in puteo commovi, donec situlam malo plenam aut paene plenam exsorberent.

Similem comparandi modum vidimus Ham. p. ٣٩٨ v. 1. Ultio cum puteo comparatur, in quo calamitates sunt. Qui ultionem petit, cum eo comparatus est, qui situlam in puteum

---

1) In scholiis Susenii alter legendi modus adlatus non est; sed ex Ebn-Nahasi scholiis, qui varium legendi modum فمثلك بكرا adtulit, videmus voci مثلك casum accusativum ab aliis tribui.

demisit et qui ultionem perfectam obtinuit, is est, qui situlam omnino implevit et inimicum, ut totam exsorberet, coegit. Qui autem situlam in puteum demisit, eum commovet, ut margo eius in aquam immergatur, quo fit, ut situla impleatur. In priore versus parte vocem دلو, cui generalis significatio est, adhibuit, in posteriore specialiorem vocem ذنوب, quae nonnisi situlam aqua plenam aut paene plenam (conf. Hamas. p. ٤١٠ v. 3) designat. Videmus autem e versu nostro Haririum, qui situlam aqua plenam significari contenderit (conf. Anthol. gram. p. ٣٠) paulum erasse, nam si ita esset, non video, cur poeta voces ملي او قرابا addiderit. Lexicographi autem in significatione vocis definienda dissentiunt, nam reperiuntur, qui voce magnam situlam designari dicant. Scholiastes noster rationem ethymologicam secutus dixit, vocem situlam designare, cui cauda (ذنب) sit. Situla aquâ usque ad marginem impleta si in extrahendo movetur, fieri solet, ut aqua defluat. Hanc defluentem aquam caudam appellasse videtur. Ne autem versus male intelligatur de aqua haurienda, voci alteram vocem الشر (malum) addidit. Verba autem ملي او قرابا statui situlae definiendo inserviunt, dum nomina actionis loco adiectivorum (conf. Gram. Ar. T. II. p. 73.) posita sunt. Poeta Abu-Tammam simili modo loquens dixit (metr. Camel): القوا دلاء في بحورك اسلمت نزعاتها الادراب والاوذام Proiecerunt situlas in maria tua, quarum latera nuda per funes et lora incolumia servantur. De voce نزعاتها, quae in codice Mersukii male scripta est, dubito. Ut vox نزعة latus frontis crinibus nudum designat, sic in loco nostro situlae latus nudum designare videtur. Vox قرابا tam vocali Kesra quam Dhamma pronunciari potest.

6. Virum instar mei in secretis adhibe et eius auxilio utens hostes et gentem tibi iratum publice aggredere!

In hoc versu, qui in Mersukii codice deest, se fiducia dignum describit. Vocem بمثلي ante vocem فشبك posuit, ut vis sermonis augeretur. Vox قوم, quum sit nomen collectivum, tanquam pluralis irregularis cum adiectivo pluralis irregularis coniuncta est (conf. Gram. Ar. T. II. p. 265.).

7. Qui mihi minantur, vident me defendi a leonibus loci Chafijjah, qui crassis cervicibus praediti sunt.

In hoc versu, qui in Mersukii codice non legitur, genti suae summam fortitudinem adscribit, quippe quos ipsum defendentes cum leonibus comparaverit (conf. Ham. p. ١٥٤ v. 1. ١٧٨ v. 3. etc.). Solent quoque leones loci cuiusdam, ut loci Sehara Ham. p. ٨٠ v. 2. p. ١٣٣ v. 1. et loci Ihfirrin p. ١٣١ v. 1., ut ferocissimi designentur, appellari. Sic in loco nostro leonum loci Chafijjah, qui locus leonibus abundat, mentionem fecit. In verbis الغلب الرقبا si articulus vocis الرقب omissus esset, magis placeret, quum accusativus significationem prioris vocis specialiorem (تمييز) reddat (conf. Gram. Ar. T. II. p. 138 et p. 200. l. 13. et 15.); sed alter quoque loquendi modus ferri potest. Scholiastes dixit, poetam sic dixisse loquendi modum secutum, qui in verbis الضارب الرجل cernatur i. e. vocem الغلب sequentem vocem الرقبا quasi regere; sed verborum rationem diversam esse, nemo non videt, quippe vox الضارب participium verbi transitivi sit, quo altera vox regi possit, vox اغلب autem adiectivum, quod

vocem haud regat. Similis loquendi modus in versu poetae Alnabeghah reperitur (metr. Wafir): Prehendimus post eum funes vitae, cuius dorsum tuber resectum habet, gibbo carens [1]), nec non in versu Alharetsi b. Thsalem (vixit tempore regis Ahmrui b. Alnohman) (metr. Wafir): Gens mea neque Tsahlabah b. Sahd neque Fesarah est, cuius colla crinibus tecta sunt.

8. Quasi super eorum armis planta W'ars, cuius colorem venae in exteriore manu traxere aut pigmentum est.

In hoc versu, qui in Mersukii codice desideratur, leones istos tanquam cruentos depingit, quorum pedes anteriores sanguine praedarum, quas laceraverint, infecti sint. Sed haud omnino recte egisse videtur, qui leones loci Chafijjah ipsos describens, vocibus سواعد et اشاجع, quae nonnisi in hominibus adhibeantur, usus sit. Planta ورس a Sprengelio histor. rei herb. T. I. p. 258. (conf. Avicen. p. ١٦٥) memecylon tinctorium appellata est. Dubium non est, quin colorem rubrum efficiat (conf. Ham. p. ٢٨٣ v. 2).

CLXXIX.

Dixit Solmijj b. Rabiah e gente Banu-l'Sid b. Dhabbah.

(p. ٢٧٤.) In explicando nomine Sid, quo lupus significatur, scholiastes adnotavit, lupam سيدانة appellari; sed litteras ان voci سيد additas pro nihilo visas esse. Mihi autem vox سيدان nomen collectivum videtur, quod olim tanquam singularis adhibitum, nunc obsoletum, feminino سيدانة originem dedit. Nomen Dhabbah ab aliis rebus in hominem translatum, varias rerum species designat.

1. Tomadhira loco remoto substitit, nam in valle Faldj habitat, dum gens tua in loco Alliwa et Alhallat est.

Uxor poetae (ut videtur) Tomadhira appellata a marito se separans, quod opes perderet et periculis se exponeret, ad gentem suam redierat. Maritus uxoris et liberorum suorum desiderio plenus hosce versus protulit. Scholiastes eos vituperat, qui contendunt, grammaticum Sibawaihi formam تماضر omisisse, quippe nomen futurum tertiae verbi formae sit. Nomen Tomadhir quoque poetria Chansa appellata gessit. Faldj vallis est, per quam via Bazram ducit, et Alhillat loci nomen in terra gentis Banu-Dhabbah; alii autem Alhallat pronunciantes terrae salebrosae in eadem regione sitae nomen esse dicunt. Alliwa est arenae contiguae nomen. Inter utramque regionem distantia decem dierum est.

2. Est ac si in oculis (meis) granum caryophylli aut Andropon Nardus sit, quibus adfecti lacrymis manant.

Ostendit se ob absentiam uxoris tanta tristitia adfectum, ut semper ploret et lacrymarum fluxum sedare non possit, quasi oculi eius istis duabus rebus, quas nominat, semper adficiantur. Quod post nomen formae dualis العينين verbum formae singularis adhibuit, id

---

1) Vita cum camelo comparata est, quo homo vehitur. Hoc in versu vita infelix significatur.

licitum putatur. Simili modo in loco Corani Sur. 38. v. 21. تخف خصمان invenitur et in versu Farasdaki (metr. Wafir): Si manus meae in eo avarae et parcae fuissent, contra me fato electio esset verba بخلت يداى et postea نمنت coniuncta sunt. Poeta dualem loco pluralis habuisse putandus est; sed nil impedit, quominus narrans, ut ab uno ad duos transeant, sic a duobus ad unum transire possit. Simili modo poeta Amru-l'Kais (conf. Diwan Amru-l'Kaisi p. ٢٣) in versu locutus est (metr. Motakarib): Et oculus ei est acuto visu praeditus, plenae lunae similis, quorum (oculorum) anguli a tergo fissi sunt [1]). Simili loquendi modo quoque in versu alius quidam usus est (metr. Thawil): O amici mei duo state in monte Athalah (mons in regione gentis Tamim) et videte, num ignem a latere loci Babain (est locus in regione Bahrain) an fulmen conspicias. Scholiastes res قرنفل et سنبل mixtus medicamentis adnumerat; sed in versu haec significatio vocibus tribuenda non est.

3. Tomadhira contendit, filiolos suos parvos, si moriar, foramen meum obstructuros esse.

Uxorem erroris accusat in eo, quod dicit, suos parvos filios mariti mortui vicem expleturos esse. Talibus autem verbis sibi laudem tribuit. Verbum زعم in rebus dubio obnoxiis maxime adhibetur. Mersukius autem hoc in versu putandi significationem dans dixit, voces انتى et sequentes loco duorum obiectorum verbi ظن esse (Gram. Ar. T. II. p. 74 sq. 296 sq.). Scholiastes in explicanda forma deminutivi vocis ابينون multum versatur. In qua voce explicanda quum grammatici scholae Bazrensis et Cufensis dissentiant, dum illi deminutivum a plurali formae افعال derivandum censeant, hi a plurali formae افعل, celeberrimi grammatici Sibawaihii sententiam scholiastes exponit, ne quis in errorem inducatur putans, istum grammaticum sententiam scholae Cufensis secutum esse. Qui deminutivum a forma افعال (ابناء) derivatum censent, formam breviorem redditam esse statuunt, ut أبنا, (ut اعمى) facta sit. Hac autem forma breviore reddita fit, ut uterque derivandi modus simillimus sit. Formam ابناء autem ortam esse ex ابناو et littera ا abiecta factum esse ابنو, (p. 275.) tum litterâ و in litteram ا mutatâ, quemadmodum in voce اعما, vocem ابنا ortam esse. Abu-l'Ahla autem (nam ad hanc vocem وقل linea 2 referendam puto) alterum quoque a forma افعل derivandi modum probat, quippe cui haec forma singulari formae فعل (nam vox ابن ex بنو orta est) aptior videatur. Sed in hoc ego nullam video causam, cur hic modus praeferatur, nam ut pluralis formae افعل, sic quoque pluralis formae افعال a singulari فعل derivatur. Sunt denique, qui dicant, poetam formam deminutivi a singulari derivatam بنيون exprimere voluisse; tertiam autem litteram radicalem و in initium vocis translatam esse, ut ex voce بنو vox وبن orta sit, tum autem litterâ و in litteram ا, ut in vocibus وجوه et اجوه etc., mutatâ. Simili modo formam in sequente versu ortam esse (metr. Sarih): Cui nil displicebat,

---

1) In metro متقارب syllabam brevem initio hemistichii abiici, ut in voce شقت cernitur, licitum est conf. libr. meum: Darstellung d. Arab. Verskunst p. 383.

iam mihi displicuit, filiolos tuos alii quam pastori relinqui. Si quem offendit, quod poeta خلّى dixit, quippe mortuo foramen non sit, is sciat, poetam foramen secum coniunxisse, quod, dum in vivis esset, obstrueret, quasi dixerit: quod foramen vivens obstruebam. Modus autem, quo una res cum altera coniungitur, latius patet. Nil quoque obstat, quin locus vacuus, quem mortuus relinquit, significetur.

4. *Manus tuae terra sint! Num mei similem erga gentem suam tempore abundantiae penuriaeque vidisti?*

Ob cogitandi rationem, quam sequitur, male ei precatur, falsam enim esse dicens, quum ipsi similis in nullo vitae statu reperiatur. Prima verbi forma ترب nonnisi in paupertate et frustratione adhibetur, dum quarta اترب tam paupertatem quam divitias designat. Verba تربت يداك significant: nonnisi terram, quae pauperi inutilis est, in manibus habeas, ut manus in terram quasi mutatae sint. In voce لقومه pronomen positum est ante vocem, ad quam referendum est, ut inversio statuenda sit; re vera enim ad vocem رجلا in versu sequente pertinet, quae, ordine verborum haud mutato, obiectum verbi رايت esset. Voci تعلّى variam significationem tribuunt aut paucitatis aut praetextus inveniendi, quum quis ob paupertatem dare non potest, aut quietandae animae ob penuriam, quemadmodum aegrotus quietatur. Forma est تفعلة nominis actionis a secunda verbi forma derivati et regulis generalibus apti (Gram. Ar. T. I. p. 289. 291.). Sunt autem, qui vocem تربّة et huiusmodi formas non a secunda verbi forma; sed a prima derivandas censeant. Altera autem sententia praeferenda est.

5. *Virum, qui calamitatibus superrenientibus, negotio difficili gravique par est.*

Se tanquam virum fortem, negotiis difficilibus parem describit. Ordine verborum, quemadmodum dixi, inverso vox رجلا appositionis vocis مثلى locum tenet. Post comparativum اكفى vox منى »quam me« omissa est. Scholiastes adnotavit, poetae dicendum fuisse لقومى, si ad vocem مثلى referatur; sed quum talis vox versui apta non sit, vocem ad virum relatam esse. Duplex autem est legendi modus, لمعضلة, ut in Mersukii textu nostroque, aut لمضلعة, quae vox rem gravem, qua costae ambitus suspiriis impletur, significat.

6. *Quoties calamitati advenienti repellendae par eram et quoties ex equitis tergo lancea mea sanguine plane rigata erat!*

Fortitudinem suam, quam in superiore versu generalibus verbis indicaverat, in hoc speciali modo illustrat. Vocem مناخ nomen actionis quartae formae esse, voci autem نازلة duplicem significationem tribui posse putant, aut ut substantivo رفقة (comitum turba adveniens), aut, alio substantivo omisso, temporis vicissitudo intelligatur. Si haec significatio recipitur, in voce مناخ a camelo desumta metaphorae usus est; nam tempus cum camelo hominem premente confertur. conf. Ham. T. I. p. 259. Scholiastes autem nonnullorum sententiam refellens, qui duo verba نهلت et علت haud bene adhibita esse putent, quippe eques, quem quis confoderit, haud subsistat, ut hasta alterâ vice rigetur, duplicem explicandi modum proposuit. Dixit, poetam aut perfectum rigandi modum duobus verbis adhibitis significare voluisse, ut huic modo similia sint verba

poetae (metr. Camel) Tempus prima vice bibit et tum altera vice haud parum accipiens, quum tempus re vera neque una vice neque altera bibat aut poetam dicturum fuisse, lanceam una vice in uno equite, altera vice in altero rigari, quum lanceâ *(p. 276.)* armatus eodem paene momento plures confodere possit. Tertium quoque datur. Virum lancea armatum unum eundemque equitem, quum prima vice occisum non putaverit, altera vice confodisse. Lancea cum camelo comparata est, qui primum potu non omnino satiatur, tum iterum ad aquam adductus sitim plane restinguit. Maior autem laus fortitudinis in eo est, quod equitem tergi mentionem faciens fugientem fingat, quamquam scholiastes maiori ipsi laudi fuisse contendit, si equitem ipsi obversum finxerit.

7. Et quum virgines fumo involutae in disponendis ahenis ad festinationem se impellunt, tum cineri carnes imponunt.

Ad liberalitatem describendam transit. Ancillae igne accendendo, ut fumo involutae sint tanquam velo, occupatae ad carnes tam coquendas quam in cinere assandas se praeparant. Formam pluralis العذارى, quae cum vocali Kesra in fine pronunciari potest, beatus de Sacyus ad formam فعالى retulit (conf. Gram. Ar. T. I. p. 369.), scholiastes autem diversum explicandi modum adfert, ut tanquam a quadrilittero derivata ad formam فعالل pertinere videatur (ibid. p. 373), nam ad formam فعائل referri non posse videtur. Scholiastes poetam virginum mentionem fecisse adnotavit, quod eae pudicae sint pavidaeque. Quae igitur si tali operi adhibentur, liberalitatis laus augetur. Mihi autem hac voce ancillae significari videntur, quae coquendo occupatae sunt. Respiciens morem, quo mulieres velo tectae esse solent, poeta ancillas, quae velo in isto opere non utebantur, quasi velo fumi tectas descripsit. Quum autem verbum استعجل »ad festinandum impulit« proprie cum accusativo (نصب) coniungi non possit, scholiastes, aut obiectum verbi غيرهن (alias personas) omissum esse, ut نصب pro بنصب aut في نصب sit, aut verba improprie et metaphorice dicta esse statuit. Quum autem hisce tempus nimis longum videretur, quo carnes coquendo molles essent, ut aut studio benefaciendi citius satisfieret aut fames mitigaretur, partem ad assandum cineri imposuerunt. Si istae virgines alias personas ad festinandum impellunt et ipsae cineribus carnes assandas imponunt, melius وملت scribitur. Alii autem, quam Abu-Tammamus, sic verba retulerunt: واستبطأت نصب القدور فملت »et ahena igni imponi nimis longum putantes, carnes cineribus imposuerunt.«

8. Manibus meis sagittae victrices cum donis petentium e segmentis gibbi camelae, quae magna decimum mensem ab initu agit, circumvertuntur.

In hocce versu morem Arabum liberalium respicit, qui tempore hiemis camelorum mactatorum partes in sagittarum ludo inter pauperes distribuere solebant. Ad quam rem quum cameli pullum destinare solerent (conf. Amru-l'Kaisi Moall. ed. Hengstenb. p. 38. Pocock. specim. p. 313 sqq. Beat. de Sacy Chrest. Ar. T. III p. 23. Hamas. p. ٢٠٨ v. 5.), is sibi summae liberalitatis laudem tribuit, qui camelas decimum ab initu mensem agentes, quae

summi pretii tempore pariendi non multum distante essent, se mactasse dicit. Voci مغالق Nunnatio ob metrum data est; de accurata autem vocis significatione non consentiunt. Aliis sagitta victrix est, cui portio erat, aliis autem sagitta septima, cui, si vocem مضعف a lexicographis ad explicandam significationem adhibitam recte intelligo, duplex portio erat. Ordo autem verborum in versu inversus est, nam vox بيدى cum verbo دارت coniungendu est et verba من قمع العشار ad verba بأرزاق العفاة pertinent. Gibbus cameli Arabibus cibus gratus est Ham. p. ٢٥٧ v. 5. Gibbos harum camelarum autem altos fuisse, quae res pinguedinis indicium est, ex usu vocis قمع cognoscimus. Addit denique, ut ostendat, illas camelas maximi pretii esse, vocem الجلت (quae est pro الجلة) m a g n a e.

9. Et fracturam gentis inter eam reparari et peccanti eius (gentis) in rebus magnis parvisque suffeci.

Ad potentiam prudentiamque suam describendam se convertit dicens, se discordiam inter gentem sedasse eosque, qui in gente aut magnum aut parvum crimen commiserint, contra mala opibus, auxilio aliove modo defendisse. Gentem discordem, cuius partes separatae sint, cum vase rupto comparavit. Vox جانيها cum vocali Fatha litterae ى aut istâ vocali omissa pronunciari potest. Priore pronunciandi modo recepto singularis forma est, posteriore adhibito tam pluralis quam singularis forma (vocali Fatha abiecta) esse potest. Voces اللتيا والتى, quarum haec deminutivi forma illius est magna parvaque mala designant et proverbialem originem habuisse dicuntur (c o n f. Meidan. C. 2, 13. et 5, 35.). Origine pronomina omissis verbis cum eo coniunctis usu nomina substantiva facta sunt.

10. Et ignoranti in ea veniam dedi et sincero consilio eam adiuvi, dum error meus gentem non attigerat.

Clementiam suam simulque prudentiam laudat. Verbum صفح proprie significat l a t u s v e r t i t et haec est causa, cur ope praepositionis c o n d o n a n d i significationem accipiat. Verbum autem رفد modo verbi اعطى cum duplice accusativo constructum est. Cum dandi significatione adiuvandi significatio cohaeret. Aut se nunquam errasse dicit, nam vox زلة l e v e m e r r o r e m significat aut potius gentem ex suo errore nunquam damnum cepisse, quum erroris sui damnum in se susciperet. Similem sensum expressum legimus Ham. p. ٥٠ v. 1. et in versu sequente: (metr. Thawil) ولو شاء قومى كان حلمى فيهم وكان على جهال اعدايهم جهلى
E t s i g e n s m e a v o l u i s s e t, c l e m e n t i a m e a e r g a i p s a m f u i s s e t e t c o n t r a i g n o r a n t e s i n i m i c o r u m e i u s i g n o r a n t i a m e a.

11. Amicum meum peculiarem a peccato meo securum reddidi et pascentes meos camelos apud eum, cui necessarii sunt, adligavi.

(p. ٢٧٧.) Ita egit, ut amici ex crimine suo damnum non caperent et beneficia sua ad quemlibet egentem pertingerent i. e. Si crimen ipse commiserit (i. e. aliquem occiderit), se ipsum caedis pretium solvere aut se contra ulturum defendere, ut nemo inde molestiam percipiat; sin vero opibus potitus sit, se egentibus eas distribuere dicit.

CLXXX.

Dixit Obajj filius Solmijji b. Rabiah b. Sabban Dhabbita.

Hic sine dubio filius poetae proxime praecedentis est. Formam nominis Obajj vario modo explicant. Deminutivi formam esse omnes dicunt aut a voce أبٌ, ut ex أبيّى orta sit. postrema litterâ, quemadmodum grammaticus Abu-Ahmru[1]) contra caeteros contendit, abiecta. Grammaticus Sibawaihi cum eo non consentiens, eum argumentis adegit, ut vocis عطاء formam deminutivi عُطَيّ esse diceret. Aut derivari potest a voce أبّ urinam olfaciens (hircus) aut ab eadem voce tanquam viri nomine. Versus, quem grammaticus Abu-Said adnotavit, huc pertinet: (metr. Thawil) Caunaso dico· Fiduciam habe, nam is urinam olfaciens est, quem haud futurum esse puto, ut oves effugiant. Nil quoque impedit, quominus a nomine actionis اباء derivetur, quod antea viro tanquam nomen impositum fuerit, nam ex ipsis nominibus actionis deminutivi formae non derivantur. Huiusce rei causa in eo reperitur, quod formâ deminutivi significatio nominis actionis tollitur. Nomen actionis enim est nomen, quo genus verbi sui significatur; genus autem est extremum summum in sensu suo et in omni re caetera individua complectente. Quantum autem hoc, quum extremum in sensu latissimo sit (i. e. quum nulla res latiorem sensum admittat), a deminutivo (cui specialis et angustus sensus est) distat? Hanc quoque rem in causa fuisse dicunt, cur nominibus actionis neque formam dualis neque pluralis fracti (irregularis) tribuerent, nisi antea in speciem translata sint. Hae vero in re nomina actionis verbis ipsis similia sunt. Nomini Sabban formam فعلان a radice زب derivandam tribuunt, quippe forma nonnisi duos casus admittat, ut tanquam forma فعل a radice زبن derivari non possit.

1. Quot equites primos assecutus sum vehens equo robusto, denuo celeriter currente!

Fingit se persequentem equites, qui in gentem suam incursione facta praedâ potiti fugam ceperant. Horum primos, quum equo robusto celerique veheretur, retinens impedivit, quominus praedam abducere possent. Scholiastes adnotavit, vocem جمزى, quamquam postrema eius littera ا (in litteram ى mutata) feminini signum sit, tam equis maribus quam equis feminis describendis inservire. Grammaticus Alrijaschi dixit, nonnisi hac voce[2]) et alterâ sic constituta equum marem describi. Hanc alteram in Hodsailitae versu reperiri: (metr. Motakarib) Aut colore nigro, ad flavum vergente praeditus[3]), membra sua defendens, crassus, ab umbra sua deflectens resiliensque prae agilitate cum sellis. Vox مدخر vires reliquas in equo, quum saepius ad cursum adactus fuerit, designat. Generosi equi est primo cursu non omnes vires consumere, sed partem earum

1) Duo sunt veteres grammatici cognomine Abu-Ahmru. unus Jhsa b. Obmar mortuus 149, cuius discipulus Sibawaihi erat, alter Abu-Ahmru b. Alahla mortuus anno 154 aut 156 aut 159 conf. Ebu-Chall. No. 516. 523.

2) Vox حرف litteram, tum particulam et denique vocem a reliquis partibus separatam in sermone grammaticis designat.

3) Littera Hamsa metri causa suppressa est. Vox casum genitivum habet.

sibi conservare. Verba autem جمزى المدخر sunt pro جمزى فى مدخر الجرى »celer in parte reliqua cursus.«

2. Multus in cursu est quum iterata vice ad cursum impellitur et si primo cursu cum aliis certat, summa celeritate caeteros vincit.

In describendo equo pergit. Equum suum tanquam generosissimum describit, quo sua ipsius laus augeatur. Quo enim generosiore equo vir fortis utitur, eo maiora peragere potest. Si posterior versus pars initio locum haberet, id mihi magis placeret. Quum vox جموم puteum designet, cuius si aqua exhauritur, statim redit, ut nunquam aqua careat, in versu equum designat, cuius vires, si cursu fatigatur, statim reparantur. Hanc veram vocis significationem esse, ex verbis اذا عوقبت »quum una vice post alteram ad cursum adigitur«, videmus. Pro voce عوقبت legitur quoque عوفيت »petitur reliqua pars (عفو)«; sed hic legendi modus a Mersukio reiicitur, propterea quod vox عقب voci نزقة in cursu equi opposita sit. Vox نزقة autem cursum primum designat, in quo equus agilis est.

3. Cursu quasi natans, quum ad latus habenae inclinatur, alacer, durus instar petrae.

Alacritatem equi maximam, ut vehenti se non submittere velit, sed in habenas inclinato capite, ut eques eum retinere non possit, simul sublatis duobus pedibus in cursum se mittens. Vox سبوح casum genitivum habet tanquam appositio praecedentis vocis جموم aut nominativum tanquam praedicatum, cuius subiectum هو omissum sit. In Mersukii codice pro voce اعترضت legitur اعتزمت »Perpetuo, ut retineri non posset, cucurrit«. Tum verba فى العنان statui equi describendo inservire dicunt, i. e. dum equus habena instructus est. Tertius denique legendi modus اعترمت est, quae durum se praebuisse et modum excessisse, ut coerceri non possit equus, designat. Hic autem legendi modus a Mersukio omnino reiicitur. Voce ململمة equam compacta carne praeditam esse, in qua roboris indicium est, poeta significavit eamque hanc ob causam cum lapide comparavit. Tarafa voce ململم utens in Moallak. v. **36.** equo cor durum simile pistillo lapideo tribuit.

(p. 279.) *4. Qui impulsi sunt contra camelos in terra dura, unde eos locus Dsu-Schamir adduxerat.*

Hic versus cum primo versu cohaerens duplici modo explicari potest. Si verba تلافيت ريعانها voci خيل adiectivi loco sunt, ut ei describendae inserviant, verba دفعن على نعم propositionem consequentem e voce رب omissa pendentem (جواب رب) efficiunt; sin vero verbum تلافيت propositionem e voce رب pendentem esse statuis, verbum دفعن locum adiectivi tenet, quo vox خيل describitur. Illi explicandi modo favet, quod vox casum genitivum post vocem رب habens maxime per adiectivum descripta est (conf. Anthol. gram. p. ١٠١ text.), quamquam, id quod raro invenitur, eo carere potest. In versione hunc modum secuti sumus, quod verbum دفعن nimis a voce خيل remotum videretur, quam ut propositio esset, quam grammatici جواب رب appellant. Sensus versus igitur est, se illos equites assecutos esse, qui in camelos impetum facerent tempore, quo in campum ex illo loco pro-

dicrint. Campi autem illius mentionem fecisse videtur, quod ibi conspicerentur, et impetui expositi essent.

5. Si ungula praeditum animal antea volasset, is volasset; sed (tale animal) nunquam volavit.

Ad describendum equum rediens celeritatem eius cum celeritate avis comparavit. Talis eius fuit celeritas, ut conspiciens eum volare putasset, si tale animal volare posset.

6. Non autem falco in specula, alacri corde et acri vultu praeditus,

Equum cum falcone, ave celerrime volante comparavit. Sed ut eius celeritatem maximam esse indicaret, plura addidit. Falco in specula sedens e spatio longinquo, quem nonnisi acri vultu cernere potest, leporem conspicit. Alacri autem quum corde sit, eo potiri cupit; sed, ut eum assequatur, quum sit longe remotus, summa celeritas necessaria est. Lepus quoque celerrimum animal est. Similem comparandi modum Ham P. I. p. 168. invenimus.

7 Qui leporem in campo apparentem conspexit, tum in interiorem sylvam tendentem praevertere studuit,

Lepus, quum falconem sentiret, summa cum celeritate e campo in sylvam, ubi securus esset, tetendit. Hanc ob causam falco eum celeritate praevertere studet.

8. Celerior isto (equo) aut sagitta, quam chorda celeri motu impellit.

Aquilae celeritas in proverbium venit (conf. Meidan. C. 16, 63. conf. Hamas. p. ٣٩ v. 4. et Diwan Amru-l'Kais. p. ٢٣ 3. 13 et 14, qui comparatione nostro similis locus est. Hic versus cum sexto cohaeret. Vox منزع levis sagitta esse dicitur, qua in certamine utuntur. Inde dicunt: انتزعت له بمنزع »Certavi cum eo sagittae iactu« et eodem sensu نزعت (Corrigendum est lexicon meum). Vocem explicans scholiastes proverbium, quod Meidan. C. 18, 63. legitur, adnotavit. Loco vocis تجرى in Mersukii codice تحرّك (commovet) legitur. Eius motus comparatur cum motu cameli, qui currens duos simul pedes tollit. Comparationis causa vocem ركض, poeta adhibuit. Motus ille, qui proprie chordae convenit, sagittae a poeta tributus est. In chorda autem causa motus sagittae est. Similis loquendi modus in verbis hisce cernitur: Non continuit funem ipsius ungula (حافرة); ungula enim funem non retinet. Sed ad verbum quoque res intelligi potest, ut sagittae motus illi tribuatur, dum chordâ quasi vehitur. Verbum ركض significat, equitem pedem movere, ut equum ad cursum adigat. Quae res si ita est, sagitta chordam quasi instigat, quamquam chorda re vera sagittam impellit.

CLXXXI.

Dixit Said Alfawaris b. Hozain b. Dhirar Dhabbita.

(Ante Islamum carmen compositum videtur, quum vir, quem hic occideret, per idola iuraret conf. Ham. p. ٢٨٠ l. 5.)

1. Ebn-Ausus iuravit, se mulieribus me traditurum esse, quae rutabulis similes sunt.

(p. 279.) Abu-Rijaschus (p. ٢٧٩ infr.) verborum causam talem fuisse adnotavit. Saidus

Alfawaris cum Ahlkamaho b. Marhub, comitantibus viro e familia Banu-Hadjar, viro e familia Banu-Zobh et Hassano b. Dhirar, ad gentem Banu-Djadilah, quae pars gentis Thai erat, deverterat. E gente Banu-Djadilah autem Djabbarus b. Zachr b. Dhirar originem duxerat. Saidus Alfawaris autem et Ahlkamahus simul cum Hassano devertere nolebant. Quod quum Ausus b. Haritsah b. Lam vidisset et quinam essent, audivisset, filium suum Kais, ut eos reduceret, misit. Hunc autem, qui contra nolentes duris verbis usus esset, Saidus occidit. Ahlkamahus, qui a Saido alienus esset, rem videns Saidum rogavit, ut ab ipso decederet (ne inde damnum caperet); sed alter sibi temperavit. Interim Hassanus, quum Kaisi reditus patri nimis tardus videretur, ut noxam caveret, cum sociis profectus est et de rei statu certior factus Boraimahum, cui inter caeteros minima dignitas esset, ad Ausum loricae relictae causa remisit imperans, ut, si, quis esset, interrogaretur, se Dhirari filium appellaret. Hunc igitur Ausus occidit dicens, se generosum pro generoso occidisse. Alii paulo aliter rem sic narrant: Quum Kaisus Saidum, ut rediret, rogasset, et hic, cur redeam? dixisset, Kaisum per Deas Allat et Alohssa iurasse, se cum captivum ad mulieres, quas reliquisset, reductorum. Haec verba versui nostro ansam dedisse. Vox حلفة nomen actionis est modo, quem grammatici مفعول مطلق appellant, cum verbo eiusdem significationis coniunctum (Gram. Ar. T. II. p. 113.). Vox ليردنى duplici modo efferri potest aut l i j a r o d d a n i aut l a j a r o d d a n i. Grammaticus Sibawaihi adnotavit, litteram ل cum vocali Fatha pronunciandam (Lam iuramenti) (Gram. Ar. T. I. p. 504.) futurum cum littera N u n addita necessario sequi; sed in poesi litteram ن abiici (Gram. Arab. T. I. p. 207. T. II. p. 40 sq. Anthol. Gram. p. 110 text.). Sic in versu nostro litteram N u n abiectam esse. Maiori admiratione dignum scholiastes censet, quod in sequente versu, litterâ L a m abiecta, forma futuri litteram N u n conservaverit: (metr Camel) G e n t i s M o r r a h o c c i s i c a e d e m (p r o f e c t o!) u l c i s c a r; n a m p r i n c e p s f a m i l i a e e r a t e t e o r u m (g e n t i s) f r a t e r p e t i t u s n o n f u i t. Altero autem efferendi modo praehabito verbum ليردنى obiectum iurandi est, ita ut propositio, quae iuramento confirmatur (جواب القسم) Gram. Ar. T. II. p. 612 omissa sit. Quidam grammaticorum veterum dixit, eum iurasse, se facturum esse; abiecta autem littera Nun litteram L a m vocali Kesra adfici et regere futurum Nasbatum. Hac re non impediri, quominus verba sensum iurandi habeant. Rei probandae causa versum sequentem adnotavit: (metr. Thawil) Q u u m d i c o: I a m m i h i s u f f i c i t! d i c i t: P e r D e u m i u r o: P r o m e p o s s e s s o r i s v a s i s t u i v i c e m o m n i n o e x p l e s. Sunt, qui dicant, loquendi modum تالى ليردنى similem esse verbis اراد ليفعل, quemadmodum ex verbis Corani (Sur. 9, 32 et 61, 8.) appareat. Verbum quasi nomen actionis indicare et particulam ل cum nomine in genitivo locum tenere praedicati cum hoc nomine actionis, quod subiectum sit coniuncti, quasi dixerit: ارادتى كذا v o l u n t a s m e a h a e c; nam sic (ut nomen actionis sit) cum Mersukio pro اراد لى legendum puto. Mersukius autem sensum versus et comparationem, qua mulieres cum rutabulis conferuntur, vario modo explicari scripsit. Illum virum iurasse, se eum captivum facturum, tum eum mulieribus redditurum, quae ob moerorem, quo ob mariti captivitatem adfecti essent, rutabulis comparatae sint. Alii dicunt, filium Ausi,

quum captivus esset, iurasse, se a Saido liberatum et mulieribus redditum iri, quae ob captivitatem ita adfectae fuerint. Hanc autem rem, quam impleverit, Saidum in versibus narrare. Hos autem explicandi modos, quamquam omnino contrarii sint, tamen sequentibus carminis versibus illustrari posse. Si in versu nostro uxores Ebn-Ausi intelliguntur, comparatio non potest non sensum satyricum offerre, quippe uxores Ebn-Ausi ob summam viri paupertatem macie nigroque colore rutabulis conferendae sint.

2. Pectus equae meae Schaulah pro eo retinui, nam nemo nisi generosus, auxilium ferens morte liberat.

Sive unum sive alterum explicandi modum, quem in superioribus exposui, sequeris, diversa interpretandi ratio versui est. Si in superiore versu Ebn-Ausus iurat, se Saidum captivum facturum, Saidus in hoc versu falsam eius spem esse dicit, sin vero ipse captivus iurat, se a Saido liberatum iri, Saidus spem veram fuisse adfirmat. Priore sensu admisso dicit, se sibi defendendo non defuisse et hanc esse causam, cur liberatus sit; posteriore vero praehabito dicit, se Ebn-Ausum liberasse et virum, qui in generoso auxilium ferente spem posuerit, periturum non esse. De constructione verbi قصر cum من conf. Ham. p. ٩٠ v. 2.

3 Ebn-Markubus, licet odium inter nos intercesserat, me vocavit eique dixi: Hastae retia (animarum) sunt.

Ad aliam rem referendam se convertit. Vir Ahlkamabus b. Marhub, licet alieni erant, eum auxilio vocaverat. Hoc versu igitur eum hortatur, ut mortem non timeat, quum cuilibet viro forti hastae mortem adferre possint. Hanc ob causam hastas cum retibus comparat, quibus viri capiuntur. Hic autem comparandi modus quum omnino aptus non videatur, res effecisse videtur, cur in Hamasae opere iterum non occurreret. Alius poeta lanceas venari dixit: (metr. Thawil) وانى لمن قوم تصيد رماحهم غداة الصباح ذا الحدورة والجرد Ego ad gentem pertineo, cuius lanceae matutino tempore gentem numerosam et gentem ab aliis separatam venantur.

4. Tum ei dixi: A latere meo sinistro esto: nam ego te liberabo, si quis mortem depellere potest!

Hoc in versu se eum defensurum et liberaturum esse promittit, si res ullo modo fieri possit. Sic summae fortitudinis laudem sibi tribuit. Defendendus autem alteri a latere sinistro esse oportet. Dicitur انا على يمينك et انا عن يمينك »Ego adiutor tuus sum.« In pugna latus dextrum hosti obvertimus, ut, qui nobis a latere sinistro sit, corpore nostro contra tela defendatur. Alii autem dicunt, armorum impetum, sive gladio, sive lancea sive sagitta fiat, a latere sinistro efficaciorem esse, alii impetum fieri a latere sinistro, ut poeta dicat: Eo latere esto, de quo ego sollicitus sum. **(p. 280.)**

CLXXXII.

Dixit Alrokad b. Almondsir b. Dhirar Dhabbita.

Nomen Rokad a verbo رقد derivatum est, ita ut nomen actionis adiectivi significationem acceperit.

1. Profecto! gens Auhds et Bohtsah cognoverunt, me in valle Homam praedam non petere.

Gloriatur de eo, quod in proelio praedam spernens nonnisi in ultionem intentus fuerit. Mersukius dixit, Bohtsah familiam esse ad gentem Solaim pertinentem; sed Abu-Rijaschus gentem Auhds b. Ghaleb ad gentem Ahbs et Bohtsah ad gentem Ahbd-Allah b. Ghathafan pertinere, contendit. Similem sensum Ahntarah in carmine Moallakat v. 46. expressit dicens: Poterit quoque tibi renunciare, quisquis conflictui adfuerit, me quidem, in pugnam irruere, praeda autem abstinere.

2. Sed socii mei, quibus occurri, celeriter invicem properarunt et per Ebn-Asnamum se defenderunt.

Fortitudinem suam in proelio describit et suam agendi rationem aliorum agendi rationi opponit. Hostes ipsos (non gentis suae socios), quibus in proelio occurrit, significare vult. Verbum تعادوا aut currendi inter se significationem habere dixit scholiastes aut ab uno ad alterum transeundi et successive sequendi. Ebn-Asnamus autem suos contra poetam defendebat.

3. Tum, quum eius locum cognovissem, in loco, ubi tamarices desinunt, hastam flexilem et rectam in eum direxi.

Describit modum, quo illum hostes defendentem virum lanceâ aggressus sit. Quum voci مكان aut loci, ubi versabatur ille aut loci dignitatis significationem tribuerent, vocem بمنقطع cum voce مكان, si loci, ubi quis versatur, significatio tribuitur, coniunxerunt, sin vero loci dignitatis significationem habet, cum verbo ركبت vox coniungenda est. Princeps autem locum suum saepius occultare solet, ne a pluribus petatur. Scholiastes autem verba واتقوا بابن ازنما posteriori significationi loci dignitatis favere putavit.

4. Et si hasta mea fracta me non fefellisset, ei ex fortibus gentis aequalem adiunxissem.

Queritur, quod, quum illum fortem confoderet, hasta frangeretur, nam, si id non accidisset, futurum fuisse putat, ut alterum virum fortem occiderit. Occidisse viros fortes principesque gloriae sibi ducunt Arabes. Lanceae tanquam personae perfidiam tribuit conf. Ham. p. ۴۰۴ v. 1. Voci القوم in Tebrisii codice alter legendi modus الحى subscriptus est. Vox توءم proprie eodem partu natum, gemellum significans hoc in versu statim post alterum occisum principem designat.

5. Et si impetus meus in dexteram agminis partem factus esset, mulier incurva **(p. 281.)** *(eius mater) luctum mulierum plangentium excitasset.*

Poeta virum fortem quidem occiderat; sed non eum, a quo ultio exigenda erat. Hoc queritur. Matrem eius, qui occidendus erat, curvam appellavit aut contumeliam dicturus, ut in versu sequente (metr. Camel): Quot amitae et materterae tuae, o Djerire, pedibus manibusque distortis praeditae camelas meas mulserunt [1]) aut quod morte filii adflicta erat aut quod isto cognomine utebatur.

1) Quod mulier camelam mulgebat, dedecori putabatur conf. Meidan. C. 28, 20.

CLXXXIII.

Idem dixit.

1. Quum rufi equulei dorsum ad insidendum idoneum est, Deus inter gentes belli flammam accendat!

Fortem se eo ostendit, quod optat, ut, si equum insidendo aptum habeat, bellum accendatur; forti enim bellum voluptati est. Verbum ادرك, quod maturitatem fructus et pubertatem hominis designat, in dorso equi poeta adhibuit; simili modo verbum اركب (qui est alter legendi modus) quod equo magis convenit, dorso tributum est. Praeteritum شب optativi sensum habet et haec est causa, cur copula ف cum eo coniuncta sit (Gram Ar. T. I. p. 170); verbum شب autem adhibuit, quod et bellum cum igne confertur et bello ignis tribuitur, ut الحرب sit pro نار الحرب conf. Ham. p. ١٨٠ v. 1. et ١٩٩ v. 3.

2. Et ignem inter eos eius flamma accendat, cui ardor est percipienti haud utilis!

Eadem ignis comparatione usus bellum tanquam arduum et perniciosum describit. Tale bellum cum desiderio optans se tanquam fortissimum describit. Scholiastes putat, poetam vocem ضرام usum esse, quoniam hoc ضرام efficiat, ut ignis celeriter diffundatur et flamma se attollat. Sic autem dixit, quoniam voci ضرام tanquam nomini actionis significationem a c c e n s i o n i s i g n i s i n h e r b a a r i d a adscribunt. Sunt quoque, qui voci tanquam collectivo aut plurali vocis ضرم significationem l i g n o r u m a c c e n s o r u m a u t t e n u i u m dent. Sive una sive altera praefertur, sensus non multum differt. Posteriorem autem scholii partem noster haud bene ex Mersukii opere scholiastes excerpsit; clarius enim ibi legitur: فان قيل لم كرر طلب ايقاد النار فى البيت الاول والثانى قلت الاول اراد به نار الحرب والغارة والثانى قلت اراد به نار الخلاف والشر المنتتج عن النمائم والوشيات »Et si dicitur, quamnam ob causam, in uno et altero versu ignis accensionem repetivit, ego respondeo: In priore versu ignem belli et incursionis hostilis significat, in posteriore autem ignem dissensus et mali, quod ex obtrectatione et calumniis clandestinis oritur.« Qui autem operam dat, ut talem statum removeat, eius cura inutilis est. Ego autem non video causam, cur diversam in uno et altero versu igni significatio tribuatur. Re repetita viri magnum desiderium indicatur.

3. Quum me ad pugnam portat et arma, dum diligens est, ego cum gente Wajel pacem non facio.

Dixit, se, si equum bonum et arma possideat, pacem cum gente Wajel faciendam haud desiderare. Scholiastes ad explicandam vocem مشيحة hemistichium metri Thawil adnotavit: E t a n t e h u n c d i e m d i l i g e n t i a m a d h i b u i s t i, n a m d i l i g e n s e s. Vocem مشيحة, quae homini convenit, in equum transtulit. Aut in casu accusativo aut nominativo pronunciari potest. Si voci casum accusativum tribuis, statum pronominis in verbo حملتنى exponit poeta, sin ei casum nominativum das, subiectum verbi est. Illum pronunciandi modum praefero, quum equi antea mentio facta sit. Cur in hoc versu gentis Wajel mentionem fecerit, clarum non est. Fieri potest, ut bellum ob caedem Colaibi Wajel inter gentem Taghleb et Becr ortum respiciat conf. Meid. 13, 114.

4. Virum, qui illum (equum) ad me adduxit, ut opibus meis veteribus et gente mea liberem opto, tam amicis quam camelis!

Equum suum laudat dicens, eum opibus optimis se praehabere et familiâ ipsâ cariorem eum se habere, ut ei summas gratias habeat, a quo equum acceperit. Verba القى الى براسها »Ad me eius caput convertit« significant, virum illum poetae habenam illius equi in manus tradididisse, ut eum abduceret. Habena autem quum in capite sit, capitis mentionem fecit. Scholiastes loquendi modum cum altero contulit: هو يرتبط كذا راسا »is talem (equum) in usum paravit«, quod equus ad caput adligabatur. Opum veterum mentionem fecit, quippe in quibus erogandis homo parcum se ostendat, quum ob temporis longum spatium, quo eas possederit, ob consuetudinem maxime cordi sint. Ut voces تلادى واهلى autem dilucidaret, verba من صديق وجامل poeta adposuit. Praepositio من hoc in versu modo a grammaticis للبيان appellato adhibita est (conf. Gram. Ar. T. I. p. 493.). Amicos autem appellavit, quippe quos e gente nostra amicitiae vinculo nobiscum coniunctos vehementer amemus. Camelorum agmina optima opum pars Arabis sunt, in quibus vita nitatur. Sed loco vocis جامل legitur quoque حامل. Hoc recepto voci اهلى explicandae inservit. Is est, qui alteri equum dat gratissimo dono; sed alter legendi modus mihi multum praeferendus videtur; nam in hoc superflui quid et minus aptum video. Grammaticus Abu-Hilal legendi modum صديق وجامل vituperatione dignum censuit dicens, si vox جامل cum voce اهل coniungenda putatur, camelos cum gente non bene coniungi; sin vero ea ad vocem تلادى referatur, sermonem abruptum esse, propterea quod, ut tota gens significetur, vox صديق non sufficiat, et altera pars opus **(p. 282.)** sit. Poetae من صديق وعدو dicendum fuisse. Quod vituperium quamquam a vero prorsus alienum non est, tamen in homoioteleuti necessitate causa videtur, cur vocem جامل a voce تلادى seiunxerit. Caeterum causam adduximus, cur poeta gentis nonnisi partem, eorum scilicet, quibuscum amicitiâ iunctus esset, adduxerit.

CLXXXIV.

Dixit Schamahlah b. Alachdhar b. Hobairah b. Almondsir b. Dhirar Dhabbita.

Abu-l'Ahla nomen Schamahlah a radice اشمعل (festinavit) derivavit. Ut hanc verbi significationem probaret, versum Omajjahi b. Abi-l'Zalt adtulit (metr. Wafir); E i v o c a n s i n u r b e M e c c a e s t f e s t i n a n s e t a l t e r s u p e r d o m o e i u s c l a m a t. Vox اخضر »viridis«, si tanquam nomen viro imponitur et laudi et vituperio esse potest. In laude aut a mari aut a vere, quae liberalitatem designant, desumta est. Homini quoque color viridis, qui in Arabibus reperitur, adscribi potest. Dixit poeta (metr. Ramal): E t e g o v i r i d i s s u m, q u i s m e m o v i t, v i r i d e m c u t e i n d o m o A r a b u m? Sin vituperio est, a nigro colore nomen derivatum est, qui si intensus est, viriditas خضرة appellatur. Sic noctem viridem (اخضر) appellari e versu Alkathamijji sequente videre licet (metr. Sarih): O c a m e l a! (est pro ناقة) i n c e d e m o d o c e l e r i, v e h e m e n t e e t p l a n t a m p e d i s p u l v e r u l e n t a m c o n v e r t e e t n o c t i s t e m p o r e p r o p e r a, d u m e a v i r i d i s (o b s c u r a)

est. Poeta Djerir dixit (metr. Thawil): Tegat vilitas gentem Taim viriditate (obscuritate) in cute sua et vae genti Taim propter vestes suas virides (obscuras)! Nomen Hobairah, ut forma deminutivi sit, a voce هبرة (rotundum segmentum carnis) derivatum putatur.

1. Et die Schakikat-Alhasanain, quo gens Banu-Schaiban breves vitae terminos invenit,

Cladem gentis Banu-Schaiban die isto describit. De die istius proelii, cui plura nomina sunt conferas Meidan. T. III P. I. p. 563. Alhasanan duorum arenosorum locorum in regione gentis Tamim nomen fuisse dicitur. Aliis arenae collis nomen habuisse dicitur Alhasan, cui quum confinis terra esset, utrique loco nomen Alhasanan (forma dualis) tributum sit. In Meidanii opere legimus, duos montes fuisse, quorum alter Alhasan, alter Alhosain appellaretur. Apud illum montem Alhasan Bisthamum, qui isto die ab Abu-l'Zahba occideretur, sepultum esse, in Kamusi opere invenimus. Hanc Bisthami, viri fortissimi, caedem laetus et glorians poeta versibus celebrat.

2. Hastis confodimus, dum ii (equi) se deflectebant, aures duas arietis eorum, ut vertigine capitis corriperetur.

Ducem hostium occisum esse dicit. Dux cum ariete comparatur (conf. Ham p. ٨٣ v. 3. ٣٤٧ v. 1. ٣٥٢ v. 3. ٣٦٠ v. 3. ٧١٤ v. 5.). Dux ille Bistham b. Kais erat, qui cum gente Schaiban in camelos gentis Dhabbah, viris gentis absentibus, incursionem fecerat. Dhabbitae eos persecuti sunt. Quum res hoc in versu genti adscribatur, poeta بأرماح lanceae dicit, sed Ahzim b. Chalifah, qui debilis habitus erat, eum occidit. Quem quum mater ferrum acuentem videret et interrogans, quid acturus sit, responsum acciperet, se Bisthamum occisurum esse, proverbiali locutione, id fieri non posse expressit (conf. Meidan. C. 12, 19.). Res autem tanti erat, ut eam tempore Islami gloriaretur se occisorem Bisthami appellans. Vox حمن equos designat. Equi timentes, ne confoderentur, se deflectebant.

3. Et in arborem Alalat procidit nullo posito cervicali, dum sanguis ei veli loco erat.

Rem magis depingit. In arborem, ad quam confossus erat, ex equo procidit. Illa arbor Alalat appellata adspectu quidem pulchra, sed inutilis dicitur, quum amara folia habeat [1], quapropter vir pulcher corpore, sed vilis animo cum ea comparatur. Sic in poetae versu (metr. Wafir): Vobis laudique vestrae Bodjairo, Abu-Ladjae, tributae, similis est laus arboris Alalat, quam e longinquo homines tanquam viridem conspiciunt; sed quam amaritudo et fastidium defendunt. Voces لم يوسد statum procidentis describentes significant, eum occisum esse in campo. Quum autem in capite lanceâ confossus esset, tanta sanguinis copia in caput et superiorem **(p. 283.)** corporis partem defluxit, ut quasi velo tectus esset. Loco vocis كان alter legendi modus صار superscriptus est.

1) Conf. Meid. 24, 423. Alii dicunt, eam in arenis crescentem corio concinnando inservire.

CLXXXV.

Dixit Hosail b Sodjaih Dhabbita.

Nomen Hosail a lacertae pullo Hisl deductum et nomen Sodjaih a voce اسجح, qua camelus tenui labio praeditus significetur, derivari posse putant. Ad vocem explicandam hemistichium poetae Dsu-l'Rommah adnotatum est (metr. Thawil): Et gena ut speculum peregrinae aequabilis [1]). Comparatio in hoc versu proverbia (conf. Meidan. C. 25, 115. 26, 109.) respicit. Quum gens Dhabbah in ditione gentis Banu-Ahmir in loco Al-schoraif pabulum quaererent, gens Banu-Ahmir Dhabbitas invasit. Poeta in postremo agmine equo vehens impedivit, quominus gens Banu-Ahmir voluntati satisfaceret.

1. Gens, in quam mane incursio facta erat, cognovit, me matutino tempore, quo ad locum Al-schoraif gentem Alahamis inveniremus.

In hoc versu, qui cum sequente cohaeret, fortitudinis suae testem totam gentem esse dicit. Verbi صبح prima et secunda forma incursionem matutino tempore facere significat. Prima forma in proverbio (Meidan. 14, 35.) »Mane in eos incidimus; sed ad latus sinistrum abiere« (conf. Hamas. p. ۱۲٥ l. 2. infr.) invenitur. Vox غداة Nunnationem amisit, quod cum verbo لقينا tanquam cum nomine intime cohaereat, quasi غداة يوم »matutino tempore diei« dixerit. Cognomine الاحامس gens Banu-Ahmir b. Zahzaah appellatur, e qua plures gentes originem duxere. Ad eam Madjd, filia Taimi b. Ghaleb Koraischitae et Koraisch pertinet. Omnes autem Arabes, qui ab illa originem ducunt, Homs cognomen habent (conf. Hamas. p. ۲ l. 5. infr.). Vox autem, quamquam adiectivum est, tamen modo nominum pluralem habet. Schoraif montis et aquae esse nomen in regione gentis Nomair terrae Nedjd, ad quam pugnatum sit, in Kamusi opere legimus. Alii dicunt, terram ad dexterum aquae nomen Scharaf, ad sinistrum latus Schoraif nomen habuisse. Verba غداة لقينا tempori definiendo rerum gestarum, quae in sequente versu descriptae sunt, inserviunt (conf. Gram. Ar. T. II. p. 70. 97.). In fine plurium versuum littera Alif homoioteleuti causa addita est.

2. Pectus equi nigri scopum confodiendi fecisse. ut rubrum et rubicundum fieret.

Agendi rationem suam describit dicens, se hostium impetui corpus exposuisse, ut equus, quo veheretur, cruore tingeretur. In priore scholii parte, quae ad priorem versum pertinet, quippe quae explicanda voce غداة occupata sit, vocem غداة neque ad verbum علم neque ad verbum لقينا pertinere posse scholiastes exponit. Cum verbo علم coniungi non posse, quod hoc admisso, vox غداة fiat peregrina (اجنبى) conf. Gram. Ar. T. II, 161. 208. in propositione cum particula cohaerente, qua a praedicato suo in verbis جعلت لبان separetur. Separari autem propositionem coniunctam voce peregrina ab eo, quocum coniuncta sit [2]),

1) Peregrina quum in aliam gentem a novo marito deducta plures inveniat, quae vituperationis causam quaerant, speculo utitur optimo et bene absterso, ut eius ope sordes ipsi adhaerentes removeat seque ornet.

2) Nemo non videt, verba صلة et موصول hoc in loco sensum praebere non posse, quem in Grammatica de Sacyus (T. II. p. 259. 261.) iis tribuit

illicitum haberi. Neque vero ad verbum لَقِينَا pertinere posse, quod cum ea voce coniuncta (مصف) sit (Gram. Ar. T. II. p 47.) [1], quippe vox, qua cum altera coniuncta sit (مضاف اليه), in alteram vim grammaticam habere non possit. Verbum جعلت, quum verbo صبر sensu aequalis sit, duo obiecto (لبان et غابة) habere. Vocem الجون nomen equi poetae esse, scholiastes adnotavit; sed nil obstat, quin omissa voce الفرس nonnisi colorem equi designet. Hoc praeferendum censeo, quod in sequentibus hunc colorem nigrum sanguine defluente mutatum esse dicit. Vox احمر rubrum colorem generali modo designat, vox وارس autem speciali modo sanguini similem colorem rubrum designare videtur (conf. Ham. p. ٢٧٣ v. 5.), qui color aut levior aut intensior esse potest. Pro voce غابة legitur quoque غابة (arundinetum) i. e. ob multas in equo fractas lanceas hic arundineto similis videtur. Prior autem legendi modus praeferendus est.

3 Meque primos hostes terrore implevisse, ut recederent, sicut die, quo ad aquam ventum est, cameli sitientes et quinto die bibentes repelluntur.

Suam fortitudinem laudat, dicens, se primos hostes i. e. unus plures eosque fortissimos terrore implevisse, ut cum eo pugnam inire recusarent. Vehementiam impetus eo depingit, quod modum repellendi cum modo comparavit, quo cameli vehementer sitientes ab aqua repelluntur. Cameli autem sitis morbo خيام appellato adfecti, si demum quinto die ad aquam veniunt, quum vehementer irruant, summa cum vehementia repellendi sunt. Ut autem comparandi modus perfectus esset, vox ارعبت pro voce ذدت diceretur necesse fuit i. e. Terrore implevi, quemadmodum tu terrore implevisti etc.

4. Lanceâ rectâ, flexili, cuius nodi integri (aequabiles) sunt et fulgente (gladio), secante, quo galeae summae partes diffinduntur.

Arma, quibus fortissimus quisque utitur, lanceam gladiumque describit. More poetarum lanceam et gladium adiectivis omisso substantivo depinxit. Vocem مطرد scholiastes voce مستو (aequalis) explicavit; sed fortasse longi significatio, ethymologiae ratione habita, aptior est. Quae autem longa est, eius arundo lenta est. Talis arundo apta est, quippe lancea in confodiendo non frangatur. Optimam autem fuisse arundinem, verbis صحاح كعوبه significat. Praestans gladius non solum fulget, verum etiam secans est. Maiorem secandi gradum verbis يقد القوانس significavit, nam verbum قد in longum omnino dissecandi significationem habet. Galeae autem quum in superiore parte optime munitae esse soleant, gladium praestantissimum fuisse apparet. Simili modo gladium in Hamasa p. ٢٧ v. 2. descriptum legimus.

5. Et albâ (lorica) a Davidis filio factâ, amplâ, quam die occursus ex indumentis eligeram. **(p. ٢٨٤.)**

In armis suis describendis pergit. Arma autem, quibus hostes terrore implentur, quum

---

[1] Verbum لَقِينَا, quod sit cum praecedente voce غداة, cuius Nunnatio abiecta sit, coniuncta, locum nominis in genitivo positi tenet; est enim idem ac غداة لَقَيْنَا.

potissimum lancea gladiusque sint, ea priore loco posuit. Lorica nonnisi defendendo inservit, quapropter mihi magis placeret, si descriptionem abrupisset. Attamen vero quum praestantissima lorica indicium fortissimi viri sit, nec non impediat, quominus hostes tali lorica tectum vulnerent, quodammodo terrorem incutere potest. Loricam primum albam i. e. splendentem, optimo ferro confectam (omisso substantivo درع), appellavit. Ut opus perfectum esse ostendat, eam Davidicam appellat (conf. Caab b. Sohair v. 54. Ham. ١٨٩ v. 1.). Quum autem loricae annulis invicem insertis conficerentur, eam texturam Davidis appellavit (conf. Ham. ٣٦٤ infr.). Poeta in sequente versu, ni fallor ob metrum, Salomonem loco Davidis appellavit (metr. Thawil): A Salomone contexta, firmiter contexta, longa (vel tenuibus annulis confecta). Poetae, ut metro satisfaciant, personarum nomina et res permutasse scimus (conf. Darstell. d. Arab. Verskunst p. 473 seq. p. 497. 509.). Hanc quoque ob causam in nostro versu filii Davidis loco Davidis mentio facta videtur. Lorica ampla (نثل et نثر) (Ham. p. ٢٤٩) ea est, quae totum corpus tegens nimis brevis non est. Vox الملابسا, in qua littera ا ob metrum addita est, obiectum verbi est, more poetarum praepositione من omissa. Simili modo praepositio من in loco Corani (Sur. 7, 154.) واختار موسى قومه سبعين رجلا »Moses e gente sua septuaginta viros elegit« omissa est. Se eam elegisse ex pluribus dicit, ut optimam fuisse significet.

6. Et arcu ex arboris Hirm ligno, qui ad auctorem refertur (celebri) et longis cuspidibus praeditis (sagittis) levibus, quarum cuspides venenum eiicientes vides.

Ut perfecto modo armatum se fuisse ostendat, sibi arcum sagittasque tribuit. Ut caetera arma praestantissima fuisse dixit, sic arcum talem describeret, necesse fuit. Scholiastes Mersukium secutus dixit, vocem حرمية arcum esse, qui e ligno arboris الحرم appellatae confectus sit. Arborem autem sic appellatam in lexicis non invenimus. Optimi arcus e ligno arboris نبع appellatae confecti erant (conf. Ham ٣٥٨ v. 2. ٩١٥ v. 3. Harir. p. ٩٥ l. 9. schol.). In hunc quoque usum lignum arboris نشم appellatae adhibebant (Amru-l'Kaisi Diw. p. ٣٧ v. 16.). In Djeuharii opere lego: الحرمى الرجل المنسوب الى الحرم والانثى حرمية والحرمية ايضا سهام تنسب الى الحرم »Vox الحرمى designat virum ad الحرم referendum, femininum حرمية est, الحرمية quoque sagittae sunt, quae ad Alhirmum referuntur.« Si Djeuharii verba recte intelligo, Alhirm viri nomen est, qui sagittas bonas confecerat. Duo autem arcuum genera erant, Arabici et Persici. Arabicus quoque arcus duplex erat; unus qui manu, alter, qui pedis ope tendebatur (Kamus Turcic. s. v. تعريب). Celeberrimum poetae arcum fuisse ex eo patet, quod eum منسوبة appellavit i. e. talem, cuius et auctor et possessor notus erat. Sagittarum quoque non obliviscens eos tanquam longas (سلاجم) describit. Vox سلاجم autem metri causa Nunnationem, tanquam nomen primae declinationis accepit; dicendum enim erat Saladjima. Vox (sagittas) longis cuspidibus praeditas designat. Ut duo arcuum genera, sic quoque sagittarum sunt, quarum unum Arabicum (نبل ex arundine factum), alterum Persicum, ut videtur نشاب appellatum conf. Ham. p. ١٥٣ supr. Ut cuspides sagittarum hostibus periculosas describat, eas cum serpentibus comparans tam multo veneno imbutas esse dicit, ut ex extrema cuspidequasi evomatur. Voci قاسيا casus accusativus est, quo veneni conditio describatur.

7. Non autem cessavi, donec nox inter nos intercedebat, iterum atque iterum equites a me abigere.

Se per totum diem suos defendisse et hostes repulisse dicit. Verba حتى الليل عنهم »texit me nox ab iis« significant, cum propter obscuritatem hostes non amplius conspicere potuisse. Verbum اطرف cum verbo زلت coniungendum est, ut loco praedicati eius sit pro voce مطرفا. Verbis فارسا ثم فارسا indicat poeta, se nullo temporis spatio intermisso ita egisse. Sed alter legendi modus est: اطرف فرسانا والحق فارسا, quorum verborum sensus est, se equites repellere et unum equitem post alterum assequi.

8. Gens generosa fratrem suum, qui pro ipsis armatus est, quod pugnat, non laudabit.

Talem autem agendi rationem se laudi haud ducere, quum generosorum sit, gentem suam defendere, si armati sint, ut suos tueri possint. Similem sensum poeta Ham. p. ٢١ v. 1. expressit. Scholiastes adnotavit, vocem عنهم cum verbis عتيد السلاح cohaerere et ad verbum يمارسا referri non posse, quum fieri non possit, ut vox, quae cum particula ان coniungenda sit, ante eam ponatur. Vox عنهم significat, se pro iis armatum esse et eorum vicem implere i. e. quum illi armati non sint, eum armatum esse, ut pro iis pugnet. Frater autem in versu cognatione coniunctum designat.

CLXXXVI.

Dixit Mohris b. Mocahbar Dhabbita.

Nomen Mocahbar a verbo كعبر derivandum tam cum vocalibus activi quam passivi enunciatur. Pater poetae Mocahbar tempore Cosro's vixit et die Almoschakkar in arce illa erat conf. Meid. C. 23, 79. et T. III. P. I. p 577.

1. Ebn-Nohmanum. Auhfum, a cuspidibus nostris liberavit, quod ad celerem cursum (equum) incitaret, quum scuticae elatae essent.

Fugam illius viri describens, eum nonnisi equi celeri cursu morti ereptum esse, dicit. Scholiastes adnotavit, grammaticos in significatione verbi اوغل definienda dissentire. Chalilo esse significationem diligentiam adhibendi in itinere, dum quis in montes aut in terram hostium intret, alii cuidam, festinandi per spatium viae longum. Vocem الركض esse posse aut obiectum nominis actionis ايغاله, ut verbo اسرع obiectum detur aut tanquam nomen actionis statui describendo inservire (conf. Gram. Arab. T. II. p. 73 adnot.), ut sit pro ايغاله راكضا. Vox autem statui describendo inserviens quum natura sua indefinita sit (Gram. Ar. T. II. p. 523.), scholiastes articulum in voce الركض exemplis illustrandum putavit et cum loquendi modo ارسلها العراك »misit eos (camelos) ad bibendum« etc. (conf. Harir. p. ١٧ schol. l. 8.) comparavit. Nil autem impedit, quominus grammatici Ebn-Djinnii sententiam sequamur statuentis, praepositionem في omissam eaque omissa cum verbo vocem coniunctam esse. Ni fallor, vox جذم dissecti lori partes designat, e quibus scutica contorta est. Mersukio autem designare videtur partes scuticae usu frequente ruptas; sic enim habet: يقول انقذ هذا الرجل من رماحنا استعجاله فرسه واستحثاثه بالركض لما رفعت بقايا السياط

تخوّف بها الخيل وتستدر منها العدو وهذه اشارة الى وقت الانهزام وجد الطالبين فى اللحاق. Posterior versus pars indicat, fugientem hostes vehementer persecutos esse, ut equum ad cursum celerrimum scuticâ in altum sublata adigeret. Auhfus b. Nohman e gente Schaiban erat, princeps gentis Hind. Hunc poeta Ahbd-Allah b. Ahdda Bordjomita in versibus sequentibus respexit (metr. Basith): Si vicinus gentis Banu-Hind fuissem, Auhfus b. Nohman aut Ihmranus aut Matharus noxam meam reparasset. Gens est, quae, si foedus cum vicino pepigit, eum hostibus non tradit, neque boves se ei offerent (vaccae malo omini sunt). Poeta hic Ihmranum b. Morrah b. Alharets b. Morrah b. Dobb b. Dsohl b. Schaiban, equitem celebrem gentis Schaiban, quem gens Banu-Koschair occidit, significat. Hunc poeta Nabeghah Djahdita vult dicens (metr. Madid conf. Darstell. p. 181.): Reliquerunt Ihmranum prostratum hyaenis circa eum disgregatis (conf. Ham. p. ٢٨٥ v. 1. schol.).

2. Donec ad montes regionis Dahna venit in molli eius arena incedens et Deus optime scit, quam viam in terra dura fecerint.

(p. 285.) Modum, quo fugâ se eripuerint, describit. Quum in montes terrae arenosae, Dahna appellatae, intraverint, persequentes eos attingere non potuisse. Aldahna nomen regionis in terra gentis Tamim arenâ abundantis est. Verbum واعس modum indicat, quo quis magna cum difficultate in arena molli incedit. Suffixum cum verbo coniunctum est ob omissam praepositionem فى aut الى. Verbum autem statui subiecti describendo inservit, ut pro مواعسا فيه sit. Pronomen ما aut obiectum verbi جشموا aut obiectum verbi est, quod verbis الله اعلم indicatur, ut in Corani loco Sur. 6, 120. (sed in textu Corani رسالته, ut in Mersukii opere legitur). Initio versus nonnisi unius fugientis mentionem fecit, plurali vocis جشمو ipsum cum sociis fuisse significat. Sed in homoioteleuti necessitate causa quaerenda est, cur a singulari in pluralem transierit. Verbum جشم molestiam, quam in fugiendo pertulerint, significat. Silentio praetereundum non est, vocem الصمان non solum terram duram ad latus arenarum significare, verum etiam nomen proprium loci in regione Ahlidj (عالج) esse.

3. Donec ad aquas loci Aldjauf medio die pervenerunt, quod iter ante eos neque gens Ahd neque gens Irum fecerat.

Fugam celerrimam fuisse probat spatio, quod fugientes usque ad meridiem i. e. brevi tempore emensi erant. Tantam autem fuisse celeritatem, ut simile iter nemo antea fecerit. Mersukius loquendi modum adnotavit ورد الماء ظاهرة »medio die ad aquam pervenit.« In prima scholii linea loco vocis مصدر legitur in Mersukii codice ظرف. Noster vero Mersukii commentarium vitiose excerpsit, quapropter partem eius integram adscribimus: وقوله ما لم تسر قبلهم اراد سيرا لم يسر قبلهم احد وانتهاء لم يقدر عليه انسان وعلى هذا يكون ما فى موضع النصب على انه مصدر مما دل عليه حتى انتهوا. Vox ظاهرة autem, si meridiei, ut vox ظهيرة, significationem habet, casum accusativum obtinuit, quod tempori definiendo inservit. Abu-Hilalus dixit, ظاهرة idem esse ac مظهرة et fieri posse, ut conditioni aquarum describendae inserviat

sed hoc mihi minus placet. Gentes Abd et Iram haud diversas fuisse, Abu-Hilalus contendit, ut poetam erroris arguerit (conf. Abulfed. hist. Anteisl p. 178. et Pocock. specim. histor. Arabum mult locis. Meidan C. III, 49.). Alii Iram gentem fuisse dicunt ad gentem Abd pertinentem, alii Iram patrem Abdi prioris, alii denique Iram nomen terrae, quam paradisum putent, fuisse contendunt (conf. Harir. p. ٢٩٩ schol.). Abditarum autem mentionem fecit, aut quod gentes antiquas significaturus esset aut quod Abditarum iumenta, id quod, ni fallor, legisse memini, celebria essent. Tanta autem huius itineris erat celeritas, ut spatium quinque dierum unius diei noctisque tempore peragrarent.

CLXXXVII.

Dixit Ahmir b. Schakik e gente Banu-Cus b. Cahb b. Hadjalah b. Dsohl b. Malec.

Nomen Schakik vario modo derivari posse dicunt.

1. Eheu! Honaidah in valle Kaww in campis locorum Almazamah et Alokjunah versata est.

Hic versus ad sequentes praeparat. De locis, quorum in versu mentio facta est, nil habeo, quod dicam; sed silentio praetermittendum non est, nomina locorum ut فالعيون saepe ope particulae ف coniungi conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 1.

2. Si tu vidisses (sed ne talem rem videas!) manus hostium lanceis confodientes,

Loquendi modum, quem initio versus secutus erat, relinquens mulierem alloquitur et acre proelium describit. Propositione, quae particulam لو (si) sequi debet, omissa, vis sermonis augetur i. e. Si vidisses, rem gravem vidisses, aut simile quid. Vocibus ولن تريه (non videbis) optandi aut narrandi sensum tribuerunt. Particula لن rarius, quam particula لا hunc sensum offert. Grammaticus Kothrob appellatus loco Corani فلن اكون etc. (Sur. 28, 16.) sensum optandi tribuit. Sin autem vocibus narrandi sensus tribuitur, verba sensum offerunt, proelium tam acre fuisse, ut tale nunquam futurum sit. Hunc ego sensum praeferendum puto et rei congruum et particulae لن significationi magis aptum. Abu-Hilalus sensum paulo aliter vertit. Quum proelia virorum sint, mulierem tale proelium nunquam conspecturam esse; sed haec frigida sunt. Verbum تخرق vario modo legitur et explicatur. In Mersukii codice vocales passivi habet, qui legendi modus in margine Tebrisii adscriptus est. Quod hostium manus lanceis lacerantur, id significare potest, eos tanta vehementia et celeritate lanceas tractare, ut ipsorum manus inde noxam capiant. In Tebrisii opere verbo تخرق (p. 286.) activi prima forma est. Haec duplici modo explicatur, ita ut ei aut dure agendi (خْرِق) aut laceraudi (خَرْق) significatio tribuatur. Illum modum scholiastes praeferendum putat; in hoc obiectum verbi (equites aut simile quid) omissum est. Sunt denique, qui verbum cum nomine خراق (gladius ligneus) cohaerere putantes sensum esse dicunt: Lanceis modo gladiorum ligneorum (qui leves sint) ludunt. Nec vero desunt, qui litteram Ra cum vocali Kesra enunciari posse dicant. Hoc admisso, verba, dum obiectum omissum est, significant: Lanceis attonitos reddunt (adversarios). Alter legendi modus تخرق est. Cui verbo trans-

figendi significationem habenti Mersukius in versu unam rem cum altera coniungendi (نظم) significationem tribuit, ut sensus sit: Duos simul hostes lanceâ confossos esse, modo quo margaritae uno filo coniunguntur. Vocem القنينا pluralem vocis القناة, abiecta littera ة (ut ab اضاة forma اضين provenit) esse, scholiastes dixit et modo quidem regulari formatam nonnisi vocali mutata, ut haec forma parti eius abiectae quasi reparando (جبرانا) inserviat. Rarior hic formandi modus in nominibus ظبة cum plurali ظبين et ثبة cum plurali ثبين cernitur (conf. Gram. Ar. T. I. p. 358 sq). Eadem vox cum vocali Kesra pronunciata, ut vox عصين a voce عصى derivata formam pluralis فعول habere dicitur, dum littera Nun vicem litterae tertiae radicalis agere putatur. Legitur quoque بالقلين, ut verbum خرق ludum puerorum fasciis vel gladiis ligneis respiciat.

3. Loco Dsu-Firkain die, quo gens Banu-Hobaib contra nos dentibus frendebat.

Et pugnae locum et hostes indicat. Scholiastes nomen Dsu-Firkain montis oblongi in terra gentis Asad, in regione Euphratis, esse scripsit. In margine operis Mersukii lego, nomen montis oblongi in extrema Iracae parte, in ditione gentis Tamim et Asad esse, qui ذات فرقين appelletur, inter vias, quae Bazram et Cufam ducunt ad Bazram propius siti. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, poetam nomen ذات فرقين in ذو فرقين mutasse, propterea quod aut substantivum جبل montem aut موضع locum suppleret. Illius loci poeta Ahbid sequentibus verbis mentionem fecit (metr. Basith): Et Dsat-Firkain et Alkolaib[1]). Dicunt montem, quod similis gibbo gemino crassi cameli esset, nomen accepisse. Ut verba ذى فرقين aut cum verbo رايت aut cum verbo تخرق coniungi licet, sic quoque verba يوم بنى حبيب, quum una pars loco, altera tempori definiendo inserviat. Vocem autem يوم cum propositione coniunxit, quippe voces, quae tempus definiunt, propositionibus, sive nominibus subiecto et praedicato sive verbo et subiecto eius constent, definiendi causa adduntur. Loquendi modus يحرق انيابه fricat dentes suos in minitando adhibetur. Simili modo in ira يحرق عليه الارم et يعلك عليه الارم proverbialiter dicitur. Loco vocis الارم dicitur quoque الازم mordentes i. e. dentes. Sed in explicanda voce الارم non consentiunt Arabes (conf. Meid. I, 144. et Ham. ١١٥ v. 1.). Invenitur quoque secunda verbi forma. Grammaticus Abu-Hatem voci نابه casum nominativum dedit et Sohairi versum hunc adnotavit (metr. Thawil): Iniustitiam recusat et Nohmanus dentibus frendet; tum in campum prodiit, dum gladii arces eius erant.

4. Sufficit tibi, quod ab iis, quos non vidisti, remotus es et speras, fore, ut filii bonum exitum habeant.

Versus hic, cuius verba obscura sunt, cum secundo versu cohaeret, ita ut ellipsis statuenda sit. Propositio consequens verborum لو رايت si vidisses omissa est et noster versus eius locum tenet, ut talis sensus sit: »Si isto die vidisses pugnam etc. (tu acerrimam

1) Alkolaib nomen aquae in regione Nedjd gentis Rabiah et montis in ditione gentis Banu-Ahmir est. Hic mons quoque Alkalib enunciatur. Kam.

pugnam fuisse cognovisses (aut simile quid); sed quum eam pugnam videre non posses), ex eorum absentia (qui occisi sunt) statum rei satis cognosces et scies, spem ultionis obtinendae nonnisi in filiis (patribus occisis) ponendam esse. Pars autem illius ellipsis verbis secundi versus وَلَنْ تَرِيهِ »et tu non videbis« indicata est. Scholiastes adnotavit, a poeta secundam verbi رجى formam adhibitam esse, ut spem illam multam et in diversis fortunae casibus repetitam futuram esse ostenderet (conf. Gram. Ar. T. I. p. 131.). Non autem scholiastae assentiendum esse puto, qui particulam قد ante verbum رجيت supplendam esse contendit, ut status indicetur. Non desunt quidem loca, in quibus grammatici particulam supplent, ut in Corano Sur. 12, 65. ante verbum ردت et quamquam particulam inservire dicunt definiendo tempori praeterito paene cum praesente coniuncto (conf. Anthol. gram. p. 86. infr.), ego tamen istam particulam cum praeterito coniunctam statum temporis praesentis significare non putaverim. Quae grammatici de istius particulae significatione definienda disputarunt, ea, quamquam ex studio accuratius definiendi profecta, tamen ad ipsam veritatem proxime non accedunt. Particula illa praeterito addita rem re vera praeteritam esse significat, ut istâ particulâ omne dubium tollatur. In nostro autem versu, si ellipsin esse statuis, quemadmodum exposui, praeterita e verbis omissis pendent, ut in iis causa quaerenda sit, cur statum tam praesentem quam futurum designent.

CLXXXVIII.

Dixit Abu-Tsomamah b. Absib Dhabbita. (p. 287.)

Nomen Tsomamah a planta illa infirma desumta est, cuius in sequente versu mentio fit (metr. Camel): P o s u i t e i d u o l i g n a , u n u m e x a r b o r e N a s c h a m e t a l t e r u m e x p l a n t a T s o m a m a h. Quum ex arboris Nascham ligno arcus conficerentur (ut flexile lignum fuisse cernamus) et herbâ Tsomam domorum rimae obstruerentur (ut mollis fuisse videatur), in versu a poeta infirmitatem designari cognoscimus. Patris poetae nomen ab aliis tum Abrim tum Gharib effertur.

1. Genti Dhabbah aquas suas reddidi et parum abfuit, quin eius terrae eriperentur.

Quum gens Dhabbah, ut pabulum quaereret, exierat, poeta apud aquas cum familia sua relictus advenientem gentem, quae aquâ potiri conabatur, repulit. Aquâ autem quum Arabum vita in desertis niteretur, eâ conservatâ magnum se in gentem beneficium contulisse glorians poeta magnam sibi laudem deberi indicat [1]).

---

1) Aquae possessor is putabatur, qui eam aut haereditate acceperat aut in sua terra puteum effoderat. Interdum aqua pluribus communis erat. Talis aqua فراط et فراطة appellabatur. Qui primus venerat, ea primum utebatur. Tum si quis diebus محاق dictis (sunt tres postremi mensis dies aut tempus, quo luna non apparebat) domino absente ad aquam veniens pecoribus bibendum dederat, usque ad finem mensis aquâ uti poterat, finito autem mense dominus in possessionem rediit. Aqua talis nomen محيق habebat et mos ante tempus Islami frequens erat.

2. Dum ad iteratum cursum iumenta adigebantur et fatigabantur, vectus modo magna sella, modo levi

Modum describit, quo eos ab aqua repulerit; sed res clara non est; nam quaenam fuerit causa, cur iumentis uteretur, non videmus. Scholiastes dixit, poetam sellarum tam magnarum quam levium mentionem fecisse, ut indicaret, magnum viae spatium inter ipsum et eos (hostes) fuisse; sed hic interpretandi modus falsus videtur. Si ista gens aquâ potitura erat, ei prope accedendum erat, ut, cur longi spatii mentio sit, non videam. Res autem, quemadmodum ex sequentibus versibus coniicio, si armis non decernebatur, iumentorum mentio indicare potest, poetam ultro citroque modo ad suam gentem modo ad alteram tetendisse, ut de aquâ litem componeret. Arabes, si viae spatium emetiendum erat, non tam pedibus incedere, quam aut equis aut camelis vehi solebant. Hoc interpretandi modo recepto sellarum tam magnarum quam levium ad sententiam exornandam mentionem fecisse videtur. Arabes quum ad agendi rationem, sive difficilis sit sive facilis, significandam comparatione a camelis et vehendi modo desumta uterentur (conf. Meid. 1, 257. C. III, 161. C. IV, 1. 117. 130. 131 etc.), fieri potest, ut poeta diversum suum in ista re agendi modum descripserit et ipse re vera camelis vectus non sit. Sellis variis Arabes utebantur, quibus pro usus aut materiae ratione nomina diversa erant. Nomen generale رحل, quo tam ephippia quam sellae, quibus in camelis utebantur, appellari possunt, postea maxime in sellis, quas camelis imponebant, adhibuisse videntur. Sellae camelinae duo stapedes erant غرز appellati. Nomen سرج ephippiis, quorum stapedibus nomen ركاب erat, nomen اكاف asinorum sellis proprium erat; sed hoc اكاف nomen et sellis parvis omnibus significandis inserviisse videtur, quippe grammaticus Chalil eo usus sit ad significationem vocis قتب definiendam. In lexico meo, qui isti voci significationem clitellae asini, muli, equi tribuerim, sellae autem cameli significationem, ista voce اكاف seductus, negaverim, mihi errasse videor; vocem enim قتب in aliis quam in cameli sellis adhibitam esse, vix puto. In versu nostro vox قتب, voci كور quodammodo opposita, parvam sellam cameli designat. Djeuharius parvam sellam pro ratione gibbi in camelo confectam significari dixit; sed idem auctor est, voce رحل hâc minorem significari. Voce كور sellam cameli cum apparatu suo designari idem Djeuharius, nec non Firuzabadius adnotavit; at vero in versu nostro quum voci قتب opposita vox sit, maiorem sellam poeta voluisse videtur. Sellis hisce, excepta illâ, cui nomen رحالة (et رحل) est, lignum fundamento erat. Sella رحالة appellata aut ex corio confecta ligni expers (Kam.) aut ex pelle ovis erat, qua ob levitatem in persequendo et fugiendo utebantur. Clitellae, quibus aut pauperes aut ancillae vehebantur, nonnisi pulvinaria herbis Tsomam farcta, nomen سوية habebant et inde non multum diversae fuisse videntur eae, quibus nomen حصار et حصارة erat. De vocis جلب significatione lexicographi non consentiunt. Sellae, quibus mulieres insedebant nec non ephippia tam nomine quam re diversa erant, de quibus si hoc in loco plura dicerem, longior essem.

3. Una vice stans cum iis litigabam; sed quotiescunque in genua procumbebant, ego quoque procumbebam.

Varium modum, quo cum illis litigaverat, descripsit. Summam in re patientiam et

constantiam laudat, ut nulla re ab adversariis fatigatus a lite destiterit. Si quis stans cum altero altercatur, res brevior est, sin vero more Arabum in genua utraque pars procumbit, disputatio longius temporis spatium durat. Scholiastes dixit, vocem جثو significare modum sedendi eius, qui testimonium formulae اشهد لا اله الا الله ومحمد رسول الله proferat; sed in hoc nonnisi comparandi modus est, nam in verbo جثو ista propria significatio non invenitur conf. praeterea Harir. p. ٥٠٨ l. 6.

4 Et si socius meus in sermone erravit, alia via ingressus sum, qua ad altiora pervenirem.

Se nunquam in litigando verbis errasse dicit, ut si quis alius in errorem inciderit, ipse errorem repararet. Dubium vix esse potest, poetam litigationem illam, de quibus in priore versu sermo erat, pluribus descripsisse. Re sic se habente res praeteriti temporis est, sed si regulis, quas beatus de Sacyus (Gram. Ar. T. I. p. 181.) exposuit, fides omnino habenda est, particula ان efficit, ut praeteritum زل futuri significationem habeat, ut in describenda autem re praeterita ان كان زل dicendum esset. Si praeteritum particulam ان sequitur, nulla voce interposita, res talis est, qualem beatus de Sacyus descripsit; sed in versu nostro voce منطق interposita vis particulae in praeteritum mihi omnino tolli videtur, ut nullus dubitem, quin vocem زل in versu praeteriti sensum offerat (conf. Ham. p. ٥ v. 1. p. ١٣ v. 3.). Scholiastes recte adnotavit, vocem inter particulam verbumque, cui futuri apocopati forma sit, interponi non posse, nam si particula in formam verbi vim suam exercet, in sensum verbi mutandum vim habeat, necesse videtur. Quod scholiastes dixit, nominativum منطق pendere e verbo omisso, quod verbo praesente زل indicetur, id ea causa adductus fecit, quod Arabum grammatici putant, particulam ان, cui conditionis sensus sit, a verbo suo, quod regat, separari non posse (conf. Hamas. p. ٥ schol. l. 9 infr.), ut in nostro loco verbum زل post particulam ان supplendum sit. Sequens autem scholion (l. 5 ab initio) quod Tebrisius ex Mersukii opere non bene excerpsisse videatur, ex Mersukii textu adponimus: فان قيل فان فى اى الفعلين عمل وعلى تقول انه عمل فيهما جميعا قلت اما عمله فيهما فغير سايغ لان اداة واحدة لا تجزم شرطين فى حالة واحدة لكن الفعل المضمر لما لم يظهر صار فى حكم ما لم يعمل به وان كان الاسم يرتفع به حتى صار التقدير وان زل منطق زل عن صاحبى »Si quis dicit: In quodnam illorum duorum verborum particula ان vim grammaticam exercet? Num dicis, id in utrumque simul vim exercere? respondendum est, particulam in utrumque vim habere non posse, quum fieri non possit, ut unum instrumentum (vox conf. Gram. Ar. T. I, p. 435.) in duabus simul conditionibus uno eodemque statu futurum apocopatum producat [1]). Verbi autem supplendi, quum oculis non adpareat, nulla ratio habetur, etsi substantivi nominativus ex eo pendet, ut locus ita constituendus sit: وان زل منطق زل عن صاحبى.« Quod vero ad haec verba adtinet, silentio praetereundum non puto, verba زل عن صاحبى, quippe particula ان nonnisi in unum verbum vim habeat, sententiam consequentem conditionis praemissae non efficere, quae res si locum haberet, tam versus sensui quam construendi modo, quum verbo

1) Hoc in loco quum praeteritum sit, de futuro apocopato re vera sermo esse non potest; sed si loco praeteriti futurum positum esset, non posset non fieri, ut uni verbo futuri apocopati forma esset.

تعقبت sententiam consequentem non possit non contineri, omnino contraria esset. Tota autem interpretandi ratio non tam linguae naturâ atque indole, quam falsâ grammaticorum sententia de particulae أن natura niti videtur. Sunt quoque in versu varii legendi modi. Loco vocis تعقبت invenitur تعرقبت et loco vocis معتقب legitur معتتب. Scholiastes sensum versus ita definivit: Si socius meus in sermone errat, eum reparo et post eum induco sermonem rectum, quo victoriâ potior, ut verbo تعقب a tergo veniendi significationem tribuisse videatur; tum dixit: تعقبت i. e. aliam viam cepi, quâ adscenditur sicut via in summo monte. In hoc igitur, ni fallor, verbi significatio cum significatione nominis عقبة via in summo monte cohaeret. Talis autem viae difficilis adscensu poeta mentionem fecisse videtur, ut difficultatem disputandi indicaret. Legendi modo معتتب ذا recepto gradus, per quos gradatim in disputando ab uno argumento ad alterum adscenditur, significantur. Scholiastes denique Mersukii interpretandi modum adferens, dixit, legi et تعقبت et تعرقبت; sensum verbi تعقبت autem esse تتبعت فى طلب عقبة (sic enim Mersukius habet) »continenter successum quaesivit«, ut verbo تعقب verbum اعتقب sensu simile sit Voce معتقب autem significari »extremum, finem rei capere«, esse, qui dicant. Hic igitur verbi significationem cum nomine عقبة cohaerere putans rei probandae causa verba تفقد et تعهد adducit, quae verba idem quod طلب فقده et طلب عهده significent. Verbum autem تعرقب significare »ab una re declinare et aliam ingredi«. Contulit quoque loquendi modum تعرقبت الفرس »vectus fui equo e posteriore parte conscendens«, ut verbo in versu tribui possit sensus: post alterum disputantem rem aggressus sum«. Qui vero voces عراقيب الامور »angustae viae per montes vel cacumina montium rerum (quibus rerum difficultates designantur) cum verbo تعرقب conferendas putat, is verbo »res difficiles in disputando aggressus est argumenta quaerens« significationem tribuere potest.

5. *Malum fugio, dum lene est et quomodo fugi potest, quotiescunque propinquum est?*

In hoc versu, qui cum proxime antecedente non intime cohaeret, poeta agendi rationem suam indicat. Se malum evitare dixit, quamdiu evitari possit, ut rixam primus non incipiat aut alteri malum inferat; sed si res evitari non possit, ius suum strenue se defendere. Similem sensum poeta Hodbah (conf. Ham. p. ٣٣٢) sequente versu expressit: (metr. Thawil) Malum non opto, dum malum me relinquit; sed quando cogor, ut malum conscendam, eo vehor (Malum cum iumento comparatum est (conf. Ham. p. ٣٢٥ v. 3.). In versu tam فى رخوة quam فى رخوه pronunciatur. Versuum autem sensus talis non est, ut in primo libri capite de fortitudine locum habeant, nam poeta armis non dimicaverat; verbis res acta erat.

CLXXXIX.

Idem Abu-Tsomamah dixit.

(p. 288.) *1. Mohriso dixi, quum occurreremus: Recede, ne a turba se invicem premente deiiciaris!*

Virum, Mohris appellatum in hoc versu deridet narrans, se tempore pugnandi ei rece-

dendi consilium dedisse, ne ab equo deiiceretur. Eum igitur loco pueri aut mulieris habet, qui firmiter iumentis non insident. De viro Mohris appellato conferas Ham. p. ۲۸۴. Verbum قطّر a nomine قطر (latus) derivatum est. Quod autem poeta viri vituperationem non claris verbis; sed implicite expressit, id Arabes تعريض appellant.

2. Num in media gente Said iustitiam me rogas? Eheu! iustitia in eo est, quod iniuria adfligamini!

Hoc in versu, qui cum priore sensu non cohaeret, virum illum vituperat, quod, quum in sua gente versetur, ipsum iustitiam roget, quum talis illius gentis agendi ratio sit, ut iustitia inutilis sit. Non posse non gentem iniuria adlici. Posteriori versus parti minae insunt. Familia Said gentis Dhabbah pars est. Coniicimus, istam gentem contra poetam iniustitiâ usum esse, ut mirari videatur, quod iustitia ab ipso petatur. In posteriore versus parte unam rem pro altera posuit, nam fieri nullo modo potest, ut iniuria sit iustitia. Simili modo poeta in sequente hemistichio locutus est: (metr. Wafir) Salus dicta inter eos est percussio dolorosa. Scholiastes adnotavit, simplicem interrogationem, quacum negatio coniuncta non sit, in re haud probanda, quae licita non putetur, adhiberi.

1. Vicinus tuus apud domum tuam caro dorcadis est et vicinus meus apud domum meam non petitur.

Virum vituperans, quod vicino fidem non praestet eumque contra alios non tueatur, ita ut ille ab omnibus petatur, sibi fortitudinis et fidei conservatae laudem tribuit. Vicinum autem cum carne dorcadis, animalis debilis, quam quisque edere cupit, comparat. Vir ille igitur tanquam debilis, qui vicinum suum defendere non potest, et tanquam perfidus, qui eum defendere non vult, describitur. Vicinum, quamquam apud domum eius i. e. in propinquo eius est, ut eum optime defendere possit, tamen quisque invadere cupit. Comparatio autem ista in proverbii consuetudinem venit et ex nostro versu proverbium, quod apud Meidanium (C. 5, 116.). »Vicinus eius dorcadis caro est«, invenimus, derivatum esse, puto. Similis comparatio in proverbio (Meid. C. 15, 60.). »Magis periens, quam caro super laniario« est. Ut caro sic quoque adeps a poetis de re, quam quisque cupit, adhibetur. Sic poeta in sequente hemistichio: (metr. Thawil) لمن كنت فيه شحمه واطايبه »Cuinam eram in eo adeps eius et optimae cibi partes«? Sensus autem versuum ratione habita, causam, cur Abu-Tammamus in hoc primo capite locum iis concesserit, non invenio. Satyricis versibus potius adnumerandos eos esse censuerim.

CXC.

Dixit Abd-Allah b. Ahnamah Dhabbita, qui e gente Banu-Ghaiths b. Alsid erat.

De significatione vocis عنمة, a qua nomen derivatum esse contendunt, lexicographi omnino non consentiunt. Voce plantam significari, ex verbis hemistichii poetae Nabeghah (metr. Camel): Planta Ahnam super eius ramis haud nexa concludunt. Cum hac planta aut potius ramis huius plantae digitos rubro pigmento imbutos poetae compararunt (conf. Ham. p. ٥٧٥).

1. Ad gentem Banu-l'Harits, cuius auxilium sperabatur, nuntium perfer (et tempus post roborem statum mutatum adducit).

Poetae familia ob calamitatem, quae supervenerat, suos relinquens ad gentem Banu-l'Harits, ut auxilio adiuvaretur, se contulerat. Quae autem spes quum irrita esset, facti ipsam poenituit. Poeta igitur gentem Banu-l'Harits vituperans poenitentiam manifestat et ad suos redeundi desiderium ostendit. Primus versus rei introducendae maxime inservit. Morem poetarum sequens virum nuntium verborum suorum perferre iubet. Verbis المرجو نصرهم vituperationem indicat. Adnotandum est, vocem المرجو, quum eius subiectum sequens casum nominativum habeat, cum antecedente nomine tam casu quam articulo congruere, cum sequente autem nonnisi genere et numero (conf. Gram. Arab. T. II. p. 277 sq.) et verba pro نصرهم مرجو dicta esse. Verba والدهر etc. usque ad finem versus sententiam intermediam efficiunt, qua verbum ابلغ a vocibus انا تركنا, quae ipsi obiecti secundi loco sunt, poeta separavit. Similem sententiam intermediam in Corani loco (Sur. 4, 75.) invenimus, nam verbum ليقولن a vocibus يا ليتني etc., quae obiecti loco sunt, sententiâ intermediâ verborum كان لم تكن etc. separatum est. Grammatici explicantes voces بعد المرة الحالا in varias abiere sententias. Sunt, qui voci المرة non multum diversam a voce الحال significationem tribuant, ut poeta nonnisi metri causa unam vocem loco alterius posuerit. Sensum esse, tempus unum statum post alterum producere et vocem المرة modum, in quo res perseveret, significare, quacum significatione voces مرر الحبل »funis partes, e quibus singulis contortus est« cohaerere dixerunt. Alii dixere, verba significare, tempus statum ingratum post roborem producere. Hi igitur voci الحال, quae voci المرة opposita sit, significationem status ingrati tribuisse videntur. Alii autem in significatione mollis terrae et luti, quae voci الحال sit, debilitatis significationem oppositae robori inveniunt aut voci الحال rei mutatae significationem, quae cum carnis foetidae et cineris calidi significatione cohaereat, tribuunt, ut voci المرة rectitudinis significationem dent.

2. Nos reliquisse, dum eius loco nil accepimus, magnam potentiam et patrueles avunculosque.

Hisce verbis, quae cum verbo ابلغ (perfer!) cohaerent, facti poenitentiam ostendit. Se in sua gente potentes honoratosque, quum multis patruelibus avunculisque gauderent, ad gentem Banu-l'Harits transiisse ibique, spe omnino frustrata, eius loco, quod reliquerint, nil accepisse. Quod poeta cum voce عزا adiectivum عزيزا coniunxit, id significationis amplificandae causa fecit. Verbis autem واعماما واخوالا nil novi sensui addidit, sed verba praeteritis explicandis inserviunt, quippe in magno patruorum et avunculorum numero viri potentia nitatur. Maximum autem quum in patruis contra calamitates auxilium videant, quae a patris latere cognatio propior habeatur, hos primo loco poeta appellasse videtur conf. Ham. p. ٢٥٩ infr.

(p. 289.) *3. Iure meo haud laesus potiebar in medio gentis Alribab, quum instar fluminis vallem implebant.*

Statum pristinum suum describens antea dicta probat. Indicium potentiae in eo videmus, quod poeta inter plures gentes numerosas solus iure suo non privabatur. Istas autem

gentes densae in valle cum fluvio comparavit vallem omnino implente, ut vallis ipsa fluere videretur eius lateribus non apparentibus. Duplex autem comparatio est, una vehementiae, qua fluvius res obstantes abripit, altera copiae, dum totam vallem implet. Similem sensum poeta verbis sequentibus expressit: سالت باعناق المطى الاباطح »Cum collis iumentorum alvei fluxerunt« conf. quoque Ham. p. ٢١٩ v. 3. Voce الرباب quinque gentes coniunctae et simul congregatae sc. Dhabbah, Tsaur, Obel, Taim et Abdi significantur.

4. Ne nos amico tradatis, qui per nos cingulum solvit, quotiescunque stragulum eius inclinatur.

Mersukius putat, poetam suam gentem alloqui, ut eam sibi propitiam reddat. Monet, ne ipsos amico aut adiutori tradat, qui in agendo nonnisi commodi sui rationem habeat, alterius rem autem omnino negligat. Hunc sensum in comparatione, qua poeta usus est, invenit. In equo, cuius stragulum inclinatur, eques firmiter non sedet, ut decidendi periculum sit. Ut res reparetur, cingulum solvendum est, ut firmius adstringatur. Qui igitur ad hoc perficiendum socium adhibet, commodo suo inservit. Similem loquendi modum in verbis poetae videt (conf. Ham. p. ٢٣٢ v. 1.) et in versu poetae Ebn-Alahmar: (metr. Wafir) فلما زال سرج عن معد فاجدر بالحوادث ان تكونا Si sella a (dorso) gentis Maahd decidit, non possunt non calamitates irruere. Illum a Mersukio adnotatum interpretandi modum rectum puto tum propter vocem بنا (conf. Ham. p. ١٦٧ v. 3.) tum quod suffixum vocis تبدد bene ad vocem مولى refertur. Tebrisius autem interpretandi modum adtulit, quo amicus (مولى) alterius cingulum laxum solvit, quo periculum decidendi augeatur, qui sensus verbis minus aptus videtur. Namiritam autem in hoc versu explicando dixisse, amicum, cingulum quum solvere vellet, id facere recitantem satyras ita, ut in ea re acquiesceret et ea re oblectaretur, idem auctor est. Grammaticus Abu-l'Ahla autem Namiritae modum cum verbis poetae contulit: (metr. Thawil) Per eum dissolvuntur strata farcta, quae clitellis camelorum supponuntur, dum gallus dormit et lora clitellarum in iumentis constringuntur et dissolvuntur. Abu-Mohammedes Alahrâbi hunc modum vituperaturus proverbiali modo dicit. »Qui dormit somniat«. Proverbium a Meidanio neglectum fuit conf. Meid. T. III. P. I. No. 1186. Tebrisius autem eum non recte fecisse, autumat, quippe modo a Namirita prolatus, quum in Arabum versibus saepe occurrat, ferri possit. Quemlibet opus facientem canere et versus metro Redjes pronuntiare. Rei probandae causa versum hunc adduxit: (metr. Redjes) Aquam hauriens victus non erit; quamdiu metro Redjes utens versus recitat; sed si silens audit, debilis iam est.

5. Amicus, qui ob timorem omnes attingentem vocatur, quem ob claudicationem a pugna hostium abstinentem vides.

In hoc versu, qui in Mersukii codice non legitur, amicum s. adiutorem illum tanquam inutilem illi, qui eius auxilio eget, describit. Voces وهو مشتمل statui timoris (الخوف) describendo inservire puto. Significat timorem omnes complecti. Quo maius autem periculum

est, eo maiore is, qui tali momento pugnâ desistit, vituperatione dignus est. Vox autem عقال quum claudicationem post tempus cessantem significet, amicum non tam necessitate coactum, quam prava voluntate ab auxilio praestando retentum describit. Versus autem hi sensus ratione habita inter satyras potius quam in hoc capite recipiendi erant.

CXCI.

Dixit idem Ebn-Ahnamah.

1. Gens Alsid erga gentem Said eodem animo non est, quo gens Banu-Cus et Marhub.

Poeta narrat gentem Alsid non tanti habere gentem Said, quanti eam duae gentes Cus et Marhub habeant. Omnes hae gentes sunt partes gentis Dhabbah. Vocem ان post negationem ما tanquam superfluam aut ad vim negationis confirmandam inservientem pluribus locis invenimus (conf. Ham. p. ٣٦ v. 1. p. ٨٣ v. 6. p. ١٥٣ v. 2. p. ١٧٣ v. 3. conf. Amru-l'Kaisi Diwan. p. ٢١ v. 9.). Scholiastes adnotavit, grammaticum Sibawaihi illius particulae dialecto regionis Hidjas propriae vim grammaticam interposita voce ان tolli. Voce ما dialecto regionis Hidjas propria eam designat, quae, modo quo vox verbum ليس, praedicato casum accusativum dat, id quod gentis Tamim dialecto contrarium est, in qua praedicato casus nominativus est. Ex Kamusi autem opere T. II. p. ١٩٧٣, dialectum regionis Tehamah et Nedjd cum dialecto regionis Hidjas consentire discimus; dicit enim auctor: فان دخلت على الجملة الاسمية اعملها الحجازيون والنجديون عمل ليس بشروط معروفة نحو ما هذا بشرا وما هن امهاتهن Pronomen vocis نفوسهم tam ad gentem Sid quam ad gentem Said referri posse dicunt. Sensus paene idem manet; interpretandi ratio diversa a scholiaste adnotata est.

2. Si ius petitis, ius cuilibet petenti dabimus, dum lorica recondita et gladius in vagina est.

Ex verbis huius versus coniicio, poetam rem gentis Sid, ad quam familia sua pertineret, agere et gentem Said vituperare, quae, quum se non satis honoratam a gente Sid putaret, hostilem animum ostenderit. Suam gentem paratam esse dicit, petenti ius debitum praestare, ut bellum quiescat; sed plura petenti nil concedentem forti animo resistere. Verba والدرع statui rei indicando inserviunt. Tempore pacis loricae post sellas super pulvinaribus, quae nomen حقيبة habebant, portabant et gladii cum vaginis in thecis قراب appellatis reconditi erant. Vocem قراب vaginam, in qua gladius sit, designare, grammaticus Abu-Said sequente versu probare studet: يا ربة البيت قومى غير صاغرة ضمى اليك رحال القوم والقربا »O domina domus! surge haud vilis et sellas gentis vaginasque ad te sume!« Pro voce نعطى, quae in Tebrisii codice est, in Mersukii codice نعط rectius legitur.

(p. 290.) *3. Sed si nolitis; tum nos sumus agmen dedignans; cibo deficiente non edimus; venenum bibendum est.*

Ponit autem eos recusaturos esse, quod proposuerit, tum se iis cessuros non esse neque iniuriam perlaturos. Mortem ipsam dedecori praeferendam esse. Verba فانا معشر انف sententiam intermediam efficiunt, quâ causa agendi rationis continetur. Vox انف pluralis

vocis انوف est, quae vox hominem ab omni re prava et ignominiosa abhorrentem designat. Pluralis cum singulari vocis معشر, quae plures homines significat, coniunctus est (Gram. Ar. T. II. p. 267 sq.). Verba لا نتنعم الخسف cum verbis ان ابيتم coniungo. Despectum cum cibo comparavit poeta et haec est causa, cur verbum نتنعم adhibuerit.* Vox autem خسف quum proprie cibi defectum designet, dubito, num poeta vocem tanquam obiectum cum verbo نتنعم (edimus) bene coniunxerit. Grammatici voce despectum ipsum significari dicunt. Significatio inde orta videtur, quod, si iumentum sine pabulo alligatur, quam rem خسف appellant, hoc despectui est, id quod a iumento in hominem transfertur. Ut autem obiectum verbo congruens sit, ante vocem الخسف vox اكل cibus supplenda est. Venenum autem, cuius in fine versus mentionem fecit, rem maxime ingratam et periculosam designat. Ut enim vir, si rem evitare non potest, venenum bibit, sic et nos bellum vobiscum faciendum non recusamus, si in iniustitia contra nos perseveratis, nam viro mors despectui praeferenda est (conf. Meid. 24. 287. 289. 336.). Namiritam qui veneno mortem significari et homini moriendum esse dixit. Abu-Mohammedes more suo sc. proverbio adlato (conf. Meid. 19, 39.). »Hepar eius non confodisti« [1]) refellere studuit, versus sensum esse dicens: »Nos mortem subimus et calamitates perferimus et iniustitiae nos non submittimus«. Huncce sensum poetam Ahbd-Hind b. Said Taghlebitam expressisse (metr. Thawil): Ne audiam in vobis rem debilem atque infirmam, neque me mortuo umbra mea audiat (conf. adnotationes meas ad p. ٤٠); nam ignominiam fugiens vir in cuspides irruit et in fulvum leonem incurrit.

4. Asinum igitur tuum abige, ne in horto nostro pastum incedat! Sane repelletur, dum pedibus vinctus est asinus!

Hortatur igitur, ut ab iniuria, quae ipsis inferatur, desistant. Aut virum respicit, qui prae aliis iniustus fuerat aut totam gentem tanquam unam personam alloquitur. Scholiastes dicit, poetam asino aut noxam metonymice indicare aut virum quendam velle. Similem esse poetae Nabeghah loquendi modum (metr. Thawil): Canem meum sane impediam, quominus latratus eius sollicitum te reddat, etsi in loco Mosholan et Hamir [2]) pastum incedo. Arabes autem asino metonymice in loquendo uti, ex eo videmus, quod dicunt: حل حماره بمكان كذا »Asinum suum loco tali solvit« i. e. tali loco commoratus fuit. Mersukius dixit, poetam verbis suis, se ab illis vexari et laedi, indicare. Grammaticus Sibawaihi ellipsin statuit, e qua vox اذا etc. pendeat, quasi poeta dixerit: »sed si pastum incedit, sane ad te repelletur«. Voce مكروب (angustus redditus) poeta significavit, se non solum illam iniuriam repulsuros esse, verum etiam eum, qui illis eam intulerit, dolore adflicturos esse, id quod fieri solet, si quis compedibus nimis adstrictis, ut

1) Id est: »Rem acu non tetigisti«. Silentio praetereundum non est, Kamusi auctorem, qui et حوص pronunciat, diversum a Meidanio proverbium enunciandi et interpretandi modum adnotasse et fieri potest, ut proverbiis vario modo usi sint Arabes; sed dubito, num proverbium cum negatione recte adhibeatur, quemadmodum Abu-Mohammedes fecit.

2) Mosholan loci aut vallis nomen est Kam. De voce Hamir nil inveni.

nonnisi cum molestia lente incedere possit, ad celerem incessum vehementer impellitur. Abu-Mohammedes Alahrabi putavit, a poeta equum Saidi Alfawaris, Ohrkub appellati, ludibrii causa asini nomine significatum esse, quippe cuius rei in versu primo p. ٢٩١ indicium sit. Vinculis autem firmiter constrictis poetam voluisse, pedum nervos in equo illo incidendos esse. Quae res quum arctissimo vinculo inserviat, hunc loquendi modum a poeta Alkahkah b. Ahthijjah Bahelita adhibitum esse in versu, qui Hamasa p. ٧٤٢ occurrit conf. quoque versum citatum in scholiis ad istum versum. In Tebrisii codice يرد tam vocali Dhamma quam Fatha in fine pronunciatur.

5. Si gens Said ob rem ipsi ingratam gentem Banu-Dsohl advocat, nos quoque pro gente Sorah irascimur, nam merita computantur.

(p. 291.) Hortatur gentem Said, ne gentem Dsohl hac in re in auxilium vocet, fore enim, ut, si hoc faciat, ipsi genti Sorah auxilium praestent. Si merita utriusque gentis in ipsos, Said et Sorah, comparentur, gentis Sorah merita maiora esse, ut ei auxilium praestandum sit. Sed loco vocis الفضل legitur quoque القبص (numerus magnus), ut sensus sit: »Et numerus magnus numeratur« i. e. quum numerus magnus numerari possit, nostra mutua ratio bene iniri potest.

6. Ne Ohrkubus vobis sit, ut cursus equi Dahes, in gente Ghathafan matutino tempore loci Alschihb.

Scholiastes adnotavit, causam litis fuisse in equo Ohrkub appellato; monet igitur, ne iis iste equus tantam calamitatem adferat, quanta ex cursus certamine equorum Dahes et Ghabra genti Ghathafan orta sit. In bello isto, quod per circiter quadraginta annos inter gentes Ahbs et Fesarah gerebatur, optimi et fortimissimi gentium viri cecidere. Bellum bellique causa pluribus apud Meidanium C. 21, 96. et Memoir. de l'Acad. L, p. 398 sq. descripta sunt. Gens autem Ahbd-Allah b. Ghathafan foedere cum gente Ahbs iuncta contra Fesaritas pugnavit. Nomen Schihb angustias inter colles significat, in quibus Hamalus b. Badr viros occultatos cibo Hais appellato exceperat, ea conditione, ut, si equus Dahes primus in certamine adveniret, eum repellerent. Haec res erat causa, cur postea locus شعب الحبيس cognomen acciperet. Si cursus equi inimicitiam excitavit, ante vocem عرقوب, ut in verbis مجرى داحس vox مجرى supplenda est. Vox لكم autem mihi cum voce عرقوب coniungenda videtur. Scholiastes dixit, interdictum, quod equo عرقوب datum sit, sensu ad homines pertinere.

CXCII.

Dixit Alfadhl b. Alachdhar b. Hobairah Dhabbita.

De auctore carminis non consentiunt; Abu-Hilalus enim versus Alachdharo b. Hobairah tribuit.

1. O tu, qui gentem Alsid adlatras, ego, quamvis longe remota est, post eam morti me obiicio.

Quidam quum absentem gentem Alsid obtrectavisset, gentis defensor poeta surrexit et obtrectatorem cum latrante cane, qui noxam morsu non inferret, despectus causa com-

parans, minatus est, ut loquens gentis honorem defenderet, se mortem non timere. Poeta Abu-Dsoaib in versu sequente latratus canis mentionem fecit (metr. Thawil): ولا عوعا كلبى ليبعد نفرتى ولو نبحتنى بالشدة كلابها C a n i s m e u s e a m n o n a d l a t r a b i t, u t l o n g e a u-f u g i a t e t s i e i u s c a n e s q u e r i m o n i a m e a d l a t r a r i n t. Quam autem Abu-Hilalus canum Arabum consuetudinem esse adnotavit, qua nubes adlatrent, nec non lunam, quippe quam nubis partem existiment, ea nil ad versus sententiam explicandam facit. Scholiastes Mersukium sequens dixit, vocem ذا voci اى loco adiectivi servire non posse, adiectivi enim quum talis ratio sit, ut eo adposito nomen describatur, dubio omni sublato, hoc in loco, quum utraque vox اى et ذا obscura et non explicata sit, vocem ذا tanquam non praesentem cogitari, ut sensus sequente voce articulo definita nitatur. In codice Mersukii, quem beatus de Sacyus inspexit, loco verborum غير جائر legitur: غير حار على سنن ما تجلب له الصفات sed in meo غير جائر على سنن ما يجلب est. Verbis على نائيها مستبسل se strenuum describit et omni modo gentem suam defendentem, nam, si gens absens est, eum tueri non potest, ut se magno periculo exponat. Non autem puto, vocem مستبسل eum significare, qui in mortem irruit, quum periturum se certo scit, id quod scholiastes verbis واستيقن به indicasse videtur. Propria vocis significatio strenui, qui torvi vultu periculum aggreditur, est, quacum altera i n m o r t e m i r r u e n t i s, quae res strenui sit, coniuncta est. Verba من ورايها scholiastes cum loquendi modo يرمى من وراء فلان »iaculatur post quendam« i. e. eum defendit, cohaerere putavit. Silentio praetereundum non est, in fine lineae quartae scholii post verba من ورايها addendum esse بعيدة, ut in Mersukii codice legitur; hac enim voce omissa, verba, quae explicandi causa addita sunt, manca manent.

2. *Sine gentem Sid; gens enim Sid die belli mulieres defendebat.*

3. *Nihilominus optant, ut in puteo sim, cuius funes amputantur, ut ad aquam perveniri non possit.*

In priore versu causam profert, cur gens Sid parvi habenda non sit. Esse strenuam in pugna et officium mulieres defendendi haud negligentem. In posteriore autem versu modum, quo cum ista gente coniunctus sit, describit. Gentem istam cum ipso amicitiae vinculo coniunctam non esse, ut hanc ob causam eam contra obtrectatorem defendat, gentem potius ipsi infensum animum ostendere. Hac autem re poeta probare videtur, se nonnisi officio adductum istam defendere. Verba على ذاك statui rei narratae designando inserviunt et vox ذاك sic adhibita neque formam dualis neque pluralis aut feminini admittit. In scholii linea secunda ante verba يتمنون انى vox بل ex Mersukii codice supplenda est. Scholiastes dixit, verba دون مايها statui describendo inservire, ut verba sensum verborum **(p. 292.)** تجد القوى قصرة عن الماء »amputantur funis partes, dum nimis breves sunt, quam ut aquam adtingant« habeant. Abu-Hilalus poetam vituperavit, qui verborum ordinem pravo modo inverterit. Ei dicendum fuisse: »O tu, qui gentem Alsid adlatras, sine eam, nam gens est, quae mulieres suas defendit et ego, quamquam tam potens est, tamen, ut eam defendam, morti me trado; ea vero nihilominus mihi interitum et calamitates optat«. Si in putei fundo aqua minus profunda erat, quam ut immissa situla aquam caperet, quidam in puteum descen-

dens in situlam aquam hauriebat. Fune autem usque ad aquam non pertingente hauriendi facultas data non est. Cui autem in deserto aqua deest, ei pereundum est.

CXCIII.

Dixit Sinan b. Alfahl frater gentis Banu-Omm-Alcahf, quae ad gentem Thai pertinebat.

1. Et dixerunt: Iam insanus es! ego autem dixi: Neque insanus sum neque ebrius;

Poeta, quem, quum ob iniuriam ipsi illatam magna ira accensus aut tristitia adfectus esset, insaniae accusaverant, rem negat. Scholiastes dixit, poetae dicendum fuisse: جننت او سكرت »insanus aut ebrius es«, sed unius rei mentionem ei suffecisse, quod negatio in sententia consequente utramque rem coniungeret. Similem loquendi modum in versu sequente invenit (metr. Wafir): Et nescio, quum modum agendi mihi propono, dum bonum volo (aut malum evito), quodnam eorum propinquum mihi sit. Res autem non tam necessaria mihi videtur, quam scholiastes putavit, cogitari enim potest, poetam nonnisi insaniae accusatum, ut omnem accusationem a se removeret, dixisse, multum abesse, ut insanus sit, ut ne ebrius quidem sit. Hisce igitur verbis non prolatae; sed ab inimicis exspectandae accusationi occurrisse videtur. Scholiastes dixit contra Sibawaihium, quem de Sacyus (Gram. Ar. T. I. p. 534.) secutus est, particulam كلا non solum ad sententiam refellendam et vituperandam, verum etiam ad commonefaciendum modo, quo particula الا utantur, adhiberi. In hoc modo sequantur verba, quibus eius sensus perfectus reddatur, necesse esse.

2. Sed iniuriâ ego adfectus sum; tum ob manifestam iniuriam parum abfuit, ut flerem, aut flevi;

Hisce verbis agendi rationem excusat causam, cur fleverit, addens. Ob lacrymas, quae viro indignae sint, eum sine dubio vituperaverant. Se tantâ iniuriâ adflictum esse dicit, ut ob iram lacrymas retinere non potuerit, nam non solum tristis plorat, verum etiam iratus. Arabes, qui durum animum viro dignum esse putent, lacrymas non laudant. Poeta Mohalhel dixit (metr. Basith): Propter nos ploratur; sed nos propter alios non ploramus; profecto! animis duriores sumus, quam cameli. Poeta particulam لكن adhibuit, ut verba praemissa quasi corrigeret (conf. Gram. Ar. T. I. p. 565.). Vox المبين tam vocalibus activi quam passivi pronunciari potest, quippe sensus idem maneat.

3. Nam aqua aqua patris mei avique est et puteus est, quem ego fodi muroque instruxi.

Magnam sane iniuriam ei intulerant eo, quod puteum, quem haereditate a patre avoque acceperat et quem denuo effoderat muroque instruxerat, ei eripuerant. In tanta iniuria lacrymae excusandae erant. Quod dicit, aquam patri suo avoque fuisse, eo iniuriam maximam fuisse probat, nam in novo puteo de possessione dubium esse poterat. Sed illum puteum veterem, multum aberat, ut eum negligeret, ut eum effodiendo et muro facto suum esse probaret. Posteriore autem versus parte novum puteum non describi puto; unus idemque

est, quem in priore parte generali nomine aquâ appellavit. Putei veteres luto educto mundandi erant, id quod canistris حفص appellatis fieri solebat et si terra proruta fundum impleverat aut murus destructus erat, denuo effodiendi et novo muro intra instruendi erant. Qui hoc fecerat, is possessorem putei se habebat. Vox ذو dialecto Thajjitarum propria est pro الذى (conf. Ham. ٥١٥ v. 2. ٧٩١ v. 5. Meid. C. I, 348.). Quae vox quum neque casum neque feminini signum admittat, ad vocem بئرى, quae generis feminini est, referri potest. Obiecta verborum omissa sunt.

4. Ante te quot adversarii sibi contra me auxilium tulerunt! sed ego neque impatiens fui, neque alios auxilio vocavi.

Se ob animum muliebrem mollemque non lacrymasse, ex temporis praeteriti agendi ratione probat. Se pluribus adversariis fortiter restitisse aliosque ad auxilium non vocasse dixit. Fortem igitur se in lite gessit. Quum voci خصم sensus collectivus sit, verbum numerum pluralem accepit. Verbum تمالوا est pro تمالئوا; littera enim و saepius cum littera ا mutatur ut رضو et رضا, رفا et رفو. Verbum هلع magnam cum timore coniunctam impatientiam designat, quae turpis habetur (conf. Ham. ٨٣). Quae autem est noster verba فكدت ابكى et بكيت interpretandi modus, quaestio, quam scholiastes proposuit, num ploratu ista turpis impatientia significetur, ut, quam rem antea affirmaverit, eam postea negare non potuerit, hic locum habere non potest, nam ploratum non impatientiae; sed irae indicium fuisse, diximus. In scholii linea tertia in Mersukii codice sic legitur: وقد قال فيما قبله فكدت ابكى من الظلم المبين او بكيت وهل الهلع الا البكاء والجزع قلت ان الهلع الجزع الفاحش الذى يظهر فيه الخضوع والانقياد فهذا هو الذى انتصح (انتصح) امتعض منه وزعم انه لا يظهر عليه والبكاء الذى ذكر انه شارفه او كاد ان يشافيه قد بينا انه كان منه على طريق الاستكساف (الاستنكاف) والامتعاض واذا كان كذلك فانه لم يكن على تخشع وتذلل ولا انقياد واستسلام وسلم الكلام من التناقض والفساد
Obiectum verbi دعوت omissum est. Abu-Hilalus verbo دعا in auxilium vocandi significationem esse, ex loco Corani (Sur. 2, 21.) probavit. Quae autem in fine scholii dicta sunt, ea ad versum sequentem pertinent.

5. Sed frontem meum iis opposui et hastam breviorem equitis, donec (aquam) **(p. 293.)** *colligerem.*

In describenda agendi ratione pergens, se non verbis tantum; sed vi armisque ius suum defendisse dicit. Hisce autem verbis ostendit, pristinum suum statum meliorem fuisse, quum armis aquam suam defendere posset. Quod iam armis non utatur, id animo imbecilli tribuendum non esse; sed tempori aut calamitatibus, quibus infirmus redditus sit. Quod autem poeta hastae brevioris mentionem fecit, in eo fortitudinis indicium videmus, timidi enim lanceam longiorem esse, in proverbio est (Meid. T. III. P. I. Nro. 1193.). Vox الة breviorem, cuspide latiore praeditam lanceam vel hastam significat. Lexicographi vocem altera voce حربة explicant; sed hanc vocem tanquam omnibus notam non amplius illustrant. Hastam Romani iecerunt; sed num Arabes instrumentum حربة iecerint, dubito, quippe cum eo verbum طعن, quo in lancea utuntur, coniungere soleant. Erat fortasse pugio longior,

cuspide lata. Idem tam lancea رمح, quam hoc instrumento الة armatus fuisse videtur (Ham. ٣٤٤ v. 1.) conf. Abulf. Ann. T. I. p. 92. infr. Vox عنزة non multum significatione differre videtur. Post verbum قريت obiectum (aqua) omissum est. Aquam aut ope viri aut cameli extractam in lacum effundebant, e quo pecora rigabantur. Scholiastes adnotavit, aquam, cuius mentio facta esset, genti Banu-Omm-Alcahf ad gentem Djarm Thajjitarum pertinenti et genti Harim b. Alohschara e gente Fesarah fuisse et quum mixtae habitarent, rixam ortam esse. In Tebrisi margine alter legendi modus فريت utrem concinnavi adnotatus est.

CXCIV.
Dixit Djaber b. Harisch (Thajjita).

1. Iam vidi nos, o Somajja! in valle Hajal pastum ducentes, in valle Alkarijj et in montibus Cames et Alazfar.

Si status describitur et agendi modus, qui durat, narratur, loco praeteriti futurum adhibetur. Sic poeta dixit (metr. Camel): وقد امر على اللئيم يسبّنى فمضيت ثمت قلت لا يعنينى Ad vilem calumniis me petentem transii; tum abii, tum dixi: Me non spectat, nam post futurum امر praeteritum مضيت et قلت posuit (conf. Gram. Ar. T. I. p. 209 sq. Ellipsin verbi كنت beatus de Sacyus admisit). Mersukius pronomen primae personae nonnisi in verbis a grammaticis افعال الشك واليقين appellatis (Gram. Ar. T. II. p. 580.) coniungi posse dicens, hanc causam adfert: فان قيل كيف جاز ان تقول ارانى واراذا وانت لا تقول اضربنا ولا اضربنى قلت افعال الشك واليقين يجوز ذلك فيها وان امتنع فى غيرها لان تاثيراتها فى المفعول الثانى من المفعولين اذ كان الشك واليقين يتعلقان به لا بالاول فصار لذلك المفعول الاول كانه غير الثانى وكاللغو الذى لا تاثير له فى حصول الفايدة فجرى الثانى من الاول لذلك مجرى الاجنبى فاذا قلت اضربنى او اضربنا لم يصر احد الضميرين كالاجنبى من الاول لا لفظا ولا معنى والمعتاد فى الفاعل والمفعول مغايرة الثانى للاول فلما كان الامر على ذلك لم يجز فيه ما جاز فى الاول يبين هذا انك لو قلت ضربت نفسى واضرب نفسى يصلح اصلح للتغاير الحاصل فى اللفظ فاعلمه. Vox سمى, nomen mulieris ex سمية orta est. Scholiastes dicit, vocem حابل interiorem vallis partem esse; sed nomen proprium vallis est. Vocem القرى hoc in loco nomen proprium vallis esse, alibi locum, quo aqua in hortum vel pratum fluat, significare, ex proverbio »Fluxit vallis fluvius et rivulos horti operuit« (Meid. C. 5, 3.) probat. Cames et Alazfar duorum montium (Mers. locorum) nomina esse idem adnotavit.

2. Et in vallibus abruptis inter montes Dhobauh et Rozafah et Ohwaridh locis incultis nigris plantarum copiâ et ab incolis vacuis.

In enumerandis locis, quae incolebant, pergens ea tanquam bona describit. Particula ف quum in enumerandis locis, ut in his versibus sic in Amru-l'Kaisi Moallaka v. 1 et 2., maxime adhibeatur, vox الجزع nomen loci videri potest, sed talis loci nomen non reperi. In definienda vocis significatione grammatici non consentiunt. Nomen رصافة quoque cum littera ص scribitur. In monte Ohwaridh autem sepulchrum celebris viri Hatim Thajjitae

fuisse dicitur (conf. Meidan. in append.). Duo autem legendi modi sunt حو et جو. Illa vox est pluralis vocis احوى nigor; quae vox modo adiectivi ad vocem الجزع referri potest. Si voci الجزع singularis numerus est, adiectivum pluralem numerum ob sequens البسابس accepit, ut sit pro حوا بسابسه »cuius deserta nigra sunt«, dum loco suffixi articulus positus est, modo quo dicitur امرأة خصى الزوج »mulier, cuius maritus castratus est« (conf. Gram. Ar. T. II. p. 277.); sed nomen الجزع sensum collectivum, quum de tribus montibus sermo sit, habet, ut tam pluralis quam singularis adiectivi ad idem referri possit. Quam autem scholiastes alteri lectioni جو aëris significationem tribuit, ea versui nostro non convenit. Mersukius verba جو البسابس verbis داخل البسابس »in interiore parte desertorum vastorum« explicavit et verborum horum accusativum loci (ظرف) et vocis مقفرا accusativum status (حال) esse dixit. Scholiastes noster vocem مقفرا tanquam adiectivum ad vocem الجزع referri posse putat. Vox مقفر et de homine, qui in deserto est et de loco deserto adhiberi potest. Mersukius sensum versuum hisce verbis explicavit: كنا نرى انفسنا يا سمية بهذا الوادى ونحن ننتقل فى هذه المراتع التى ذكرتها ونتحول ما بين هذه المناجع التى عددتها الحاصلة جو الارضين المستوية وفى اثناء الارضين المقفرة »Nosmet ipsos conspiciebamus, o Somajja! in hac valle et nos versabamur in his pratis, quae memoravi, et ex uno loco in alterum migrabamus in hisce pabuli locis, quae enumeravi, quae sunt in medio terrarum aequalium et in regionibus terrarum desertarum.«

3. Terra non est, in qua plura struthio-camelorum ova sunt, quam in te et plura aquarum loca, quae humida sunt et prata viridiora.

Terram, quam incolebant, alloquens tanquam bonam et pabulo abundantem describit. Simili modo Lebidus terram ab incolis relictam in Moallaka v. 6 seq. descripsit. Ovorum struthiocamelorum mentionem fecit, ut pabuli abundantiam indicet, quippe quae nonnisi in loco pabulo abundante ova ponunt. Sed dubito, num in scholiis vox اخلى loci solitudinem a خلاء an a خلا (planta viridis) locum magis abundantem herbis viridibus designet, nam struthiocameli solitudines quoque amant. Hoc, quod versus sensui convenire videretur, de Sacyo magis placuit, illud mihi linguae usui aptior videtur. Vox مذانبا ob metrum est pro مذانب.

4. Et tauri, qui locum silvestrium gregem defendit, quasi camelus iratus, initum appetens sit, quotiescunque mugit.

Terram tanquam pabulo abundantem eo quoque describit, quod dicit, in ea multas greges vaccarum silvestrium esse et quidem tales, quarum tauri gregem defendant. Quo melius autem taurus pabulo nutritus est, eo fortius gregem defendere solet. Scholiastes dixit, taurum cognomen معين accepisse, quod magnis oculis praeditus sit; alii dicunt, eum ita appellatum esse, quod in cute albas nigrasque maculas, tanquam oculos habeat. Kamusi auctor scripsit, eum inter oculos nigram maculam habere. Sunt, qui legant ومغببا i. e. carnem sub mento dependentem habens. Saepius adnotavimus, poetas loco substantivorum adiectiva ponere. Taurus, quum gregem et ducat et defendat, poeta يحمى dicit; sed pro hac voce

Mersukius et Djeuharius (sub rad. عين) تجوى »congregat« habet, qui alter legendi modus in Tebrisii margine adnotatus est. Hoc naturae conveniens est; grex enim sine tauro se dispergit; taurum autem omnes vaccae sequuntur, ut taurus gregem congregare dicatur. Vox autem سوار de grege boum silvestrium maxime adhibetur. Hunc autem taurum non ob magnitudinem; sed ob furorem cum camelo admissario initus appetente comparavit; saeviens enim hic est. Vocem متخمط scholiastes voce متكبر superbientem explicavit; sed mihi vox potius iratum et iram mugitu ostendentem significat. Vox قطم priori voci illustrandae inservit. Camelo libidine percito res pulmoni similis (شقشقة) ex ore dependere solet. Isto autem tempore multum mugit (conf. Meid. C. 13, 74.), et furibundus audacter irruit, ut talis camelus in proverbii consuetudinem venerit (conf. Meid. C. 5, 154.). Verbum بربر autem potissimum de clamore iracundi adhiberi puto. Quaedam in scholio ad priorem versum pertinent.

(p. 294.) *5. Quum mulieres nostrae longe remotum discessum non timerent ante bellum Alfasad, quod stationes et habitacula fixa habebamus.*

Tempus, quo ista loca incolebant, accuratius describit. Tempus ante bellum Alfasad appellatum erat, quod ante Islami tempus inter gentem Thai per viginti et quinque annos gerebatur. Bellum autem inde corruptionis الفساد nomen accepisse dicitur, quod inter eandem gentem tanta atrocitate gerebatur, ut e cranio occisi bibisse et auribus soleas consuisse dicerentur conf. Meidan. T. III. P. I. p. 574. et Ham p. ٤٧٩ sq. In hoc versu sellis timor tributus est, quod sellae loco mulierum dictae sunt, quae iis vehuntur. Sellarum, quibus mulieres utebantur, nomen generale هودج fuisse videtur, sive superne concamerato tecto instructae erant sive eo carebant. Solebant autem mulieres vehi in hisce sellis, quippe quae in lateribus fulcimentis ligneis circumdatae essent, et tegumentis انماط erioxylo factis tectae (Sohair Moall. v. 8.). Ornatae erant particulis lanae rubrae (Lebid. Moall. v. 12. 13.). Vocem حدج, quam in versu adhibuit, Djeuharius voce محفة explicavit, qua voce sella tecto concamerato haud instructa significatur. Reiskius ad Abulfed T. III. p. 92. ex Meidanio adnotavit, vocem sellam diversam a هودج et رحل significare. Vox حرج, cui Susenius (Antar. Moall. v. 26.) sellae significationem tribuit, origine sua nil nisi ligna coniuncta, quibus mortui portantur, si Alazmäiho fides est, significat. Djeuharius dixit: ربما وضع على نعش النساء »Interdum in loco elato mulierum ponitur« eundem versum significationis probandae causa adducens. Si de sella sermo est, vox نعش locum in camelo elatum, super quo mulier sedet, designat. In tanta autem litterarum similitudine interdum fieri potuit, ut vox حرج cum voce حدج mutaretur. Ni fallor, in codice Ber. Meidanii legi, voce حرج sellam illam significari, quae superne tecto instructa non sit. Accusativi اقامة وتدبيرا aut positi sunt, quod causam indicant (Gram. Ar. T. II. p. 79 sqq. aut quod statum describunt. ibid. p. 72. infr.). Quum homines tempore belli illius ob cibi inopiam multa mala perpessi essent, accidit, ut Kaisus b. Hodjr, avus Thirimmahi, dactylum, quem iam manducaret, clienti ipsum edentem conspicienti ex ore suo daret. Hanc rem Thirimmahus sequente versu gloriatus est (metr. Thawil):

Pater meus tempore belli Alfasad prioris[1]) clienti suo tempore penuriae, quod iam in ore erat, eiecit.

CXCV.

Dixit Ijas b. Malec b. Abbd-Allah b. Chaibarijj Thajjita.

Carmen tempore Abbd-Almalici b. Merwan (regnavit ab anno 65 usque ad an. 86) dictum.

1. Profecti sumus contra exercitum Harurıtae, postquam Arabes tam campestres quam oppidani, ut eum caverent, se invicem monuerunt,

Gentis suae fortitudinem in bello contra sectam Haruri arum laudat, nam, reliquis Arabibus timentibus, suam gentem illam sectam pugnâ aggressam esse gloriatur. Sectam Harurijjah, cuius auctor persona Nadjdah appellata fuerit, a vico Harurah (quae vox cum Medda et sine Medda effertur) (s. oppido Kam) ditionis Cufae nomen accepisse, in operibus Firuzabadii Djeuhariique legimus. In libro Schahristanii (كتاب الملل والنحل inscripto) p. ٩١ legimus, sectam illam النجدات a viro Nadjdah b. Ahmir (v. Ahzim) Hanefita originem duxisse. Auctor sectae tempore Abbd-Almaleci b. Merwan vixit. Nomen vici non Haraura; ut ab Abu-Hilalo adnotatum in scholiis legimus, sed Harura apud Firuzabadium et Djeuharium est (conf. Ham. p. ٢٩٩). Plura de illa secta in libro Schahristanii citato inveniuntur. Initium versus a Mersukio sequentibus verbis explicatur: سمت انصارنا ونفوسنا وارتفعت هماتنا الى محاربة الحرورية.

2. Cum agmine, cui colles et montes Salmae et colles prostantes se submittebant.

Agmen contra exercitum illum profectum tanquam magnum describit. Tantum fuisse dicit, ut colles montesque quasi adorantes se ei submitterent. Poetam Ham. p. ٣٦٩ v. 3. monti personam imposuisse videmus, hic vero modus, quo montes procumbentes adorant, Arabibus novus est. Scholiastes rem eo explicat, quod equi ungulis montes frangant aut montes magnifacere et honorare exercitum dicit, quod ipsos magnitudine superet. Similiter alius poeta locutus est dicens: metr. Thawil ترى الاكم منه سجدا للحوافر Eius colles ungulas adorare vides. Nil igitur veri verbis inesse; sed poetarum proprium esse describendi modum. Res autem ita explicari potest, ut huic agmini in vallibus, per quas iter maxime ducere solet, propter magnitudinem locus non sit. Quum igitur montes tegat, hi quasi procumbentes adorare videntur. Magnitudinis igitur descriptio verbis potissimum inesse videtur. Adja et Salma, duo celebres montes in regione gentis Thai in oriente urbis Medinae siti sunt, ad quos ex urbe Cufa Meccam peregrinantes transeunt. Prope ad montem Salma oppidulum Faid est, quod ab urbe Cufa spatio centum et novem pharasangarum distat. Oppidulum Faid ab illis duobus montibus spatio triginta sex milliariorum remotum esse dicitur (Abulf. Geogr. p. ٩٧ et ٩٧). Nomen Salma quum plures colles montesque complectatur, poeta اعلام سلمى dixit. Quomodo tres voces اكم, اعلام et هضاب se distinguant, ex lexico discendum est. Poeta tribus vocibus usus est, ut omnes illius regionis montes designaret. Adiectivum النوادر, cui Mersukius elatorum significationem tribuit, magis ad homoioteleutum constituendum quam ad sensum versus complendum poeta addidisse videtur.

1) Ex hoc versu cognoscimus, inter gentem Thai duo bella gesta esse, quibus tale nomen daretur conf. Meid. T. III. P. I. p. 574. Ham. p. ٤٧٧.

3. Et quum eos assecuti essemus; et eos in capite demersos oculos habentes, instar arcuum tenues, ad gentem reportaverant,

Iam incipit pugnâ describendâ, dum longi itineris mentionem facit, quo ad ipsos pervenerint. Verba وقد etc. sententiam intermediam efficiunt, qua status hostium indicatur. Scholiastes formae verbi قلص secundae intransitivam significationem (elatus fuit) tribuit, ni fallor, praepositionis ب usu adductus, cuius ope verba intransitiva transitivam significationem accipiunt (Gram. Ar. T. I. p. 470 sq.), dum praepositionem الى e verbo omisso (ضمتهم) pendere putavit. Hanc autem significationem, quae a lexicographis adnotata non est, versibus sequentibus probare studuit (metr. Sarih): O quam satiata fuit (aquâ) frigidâ e puteo sese efferente; tam abundans erat, ut paene effunderetur. Dixit Amru-l'Kaisus (metr. Thawil): Stagna viridia, quorum aqua elata est (conf. Diwan. Amru-l'Kaisi p. ٤٧). Ex exemplis adductis formam primam illam significationem habuisse videmus, non item secundam. Propius ad rem Mersukius accessit dicens, participium مقلص in equis longis pedibus praeditis adhiberi. Post vero transitivam verbi قلص ثوبه sustulit vestem suam significationem ante oculos habens dicit, sensum esse: حين لحقناهم كانت خفت بهم وشمرت الى الحى. Non autem Mersukio adsentior, qui voce خوص equos significari censuit, demersi enim in capite oculi potius camelis tribuendi sunt et ex initio versus quarti camelos fuisse intelligimus. Vox كالحنى ante vocem ضوامر homoioteleuti causa posita est. Haec vox cum vocali Fatha pronuncianda arcuum nomen poetis usitatum a curvitate desumtum est; cum vocali Dhamma ligna sellae camelinae curva designat. Longo **(p. 295.)** itinere emaciati cameli cum uno aut altero tenuitate insigni comparati sunt. Comparatio autem non ex omni parte quadrare videtur.

4. Apud eos procumbere fecimus illis (camelis) similes, dum commeatus noster excellentes gladii hastaeque vibrantes erant.

Versus initio sententia consequens verborum فلما ادركناهم continetur, dum verba وزادنا eodem modo, quo in versu antecedente statui subiecti describendo inserviunt. Arabes in bellum proficiscentes camelis vehebantur, dum equi, ne ante pugnam fatigarentur, ad latus ducebantur. Quum ad locum pugnae perventum esset, camelis procumbentibus, equi, quibus in pugna uterentur, instruebantur (conf. Ham. ٤٥٨ v. 3.). Scholiastes praepositioni الى significationem praepositionis عند (apud) tribuens loquendi modum لا تذكر فلانا الى بسوء »ne quendam apud me rei pravae accuses« significationis probandae causa adducens; sed in hoc quum ista significatio minime necessaria sit, alterum, quem proposuit explicandi modum praefero (conf. Gram. Ar. T. I. p. 478.), ut praepositio الى e verbo omisso pendere putaverim. De lanceis antea sermo erat. Lanceae vibrantes conf. Ham. p. ٣٦ optimae sunt, quum arundo talis sit, ut non frangatur. Lancearum talium et optimorum quoque gladiorum mentionem fecit, quod fortissimus quisque hisce armis potissimum utitur. Animis autem in pugnam omnino intentis commeatum secum portare se neglexisse, quippe qui fortitudine armisque confidentes se commeatu hostium potituros esse non dubitarent.

5. Utrumque nostrum agmen praedae cupidum erat; sed Deus rem secundum potentiam suam decreverat.

Utrumque exercitum praedae cupidissimum describit; in praedae autem cupiditate indicium fiduciae in fortitudine positae cernitur. Scholiastes in explicanda voce ثقلين multum versatur. in versu autem voci exercituum duorum significationem tribuit, ut aut voce antecedente omissâ sit pro صاحبي الثقلين »duorum onerum possessores duo« aut exercitus oneris nomen acceperit, quod graviter incedat. Pro voce قدر melius, ut in Mersukii opere legitur قدّر legendum puto. Vox قدر autem pro قدره est.

6. Nunquam diem vidi quo plures erant praedantes pluresque, quibus, haud renuentibus, tunicae exuebantur,

Victoriam, quam sua gens reportarit, perfectam fuisse et ipsos maxima praeda potitos esse dicit. Dies autem diem proelii modo loquendi Arabibus frequentissimo designat. Quum autem vox سلبا ad diem referenda sit, diei id, quod in eo fit, adscripsit. Post comparativum اكثر sequatur praepositio من, necesse est; verba من ذلك اليوم igitur supplenda sunt. Voci مستلبا passivi vocales tribuendae sunt; dicitur enim cum sensu transitivo استلبه سربالا, ita ut rei obiectum, verbo in passivum mutato, casum accusativum retineat. Verbis لا يناكر (pro لا يناكره) indicat, hostes tanto timore impletos fuisse, ut nemo eorum ipsum praedanti resistere auderet.

7. Pluresque quam nos, proceros iuvenes, gloriam petentes, gladiis percutientes adversarium loricâ tectum, dum ipse loricâ carebat.

Fortitudinem suorum laudat. Vox واكثر cum priore versu non ita coniungi potest, ut ad vocem يوما referatur, quippe vox منا sequatur. Est igitur aliud verbi أر (vidi) obiectum قوما (homines) supplendum. In priore versus parte duplex laus est, una longae staturae (conf. Ham. ١٣٣ v. 1. et ٦٣٩ v. 1. conf. ٤٤٩ v. 2.), altera in eo, quod praedam spernentes nonnisi gloriae cupidi sunt. Vox العلى, Djeuhario singularis forma, et altitudinem loci et gloriam significat. Fortitudinis autem indicium potissimum in eo cernitur, quod, quum ipsi loricâ induti non sint, cum iis, qui lorica tecti sunt, pugnam gladio ineunt ipsis periculissimam. Si verbum يضارب eodem modo, quo verbum يبتغى adiectivi loco est, coniunctione و coniungendum est, linguae enim ratio postulat, ut plures propositiones, quae nomini haud definito adiectivi loco sint, copulâ coniungantur. Quapropter alterum explicandi modum praefero, quo verbum يضارب subiecti verbi يبتغى statui describendo inservit. Verba وهو حاسر personae verbi يضارب statum describunt.

8. Manus autem lassae non fuere et lanceae non inflexae et fortuna nostra, aliis minus favens, non caespitavit.

Duas potissimum causas adducit, cur tam perfectâ victoriâ potiti sint, **(p. 296.)** unam in fortitudine constantiaque positam, qua pugnarent, alteram in fortuna adiuvante; sed

ista constantia in pugnando praecipua causa esse potest, cur fortuna eos non reliquerit. Nil quoque obstat, quin in hoc versu victoria ipsa descripta sit et causa victoriae versu proxime antecedente contineatur, nam ut lassae in pugna manus et lanceae inflexae cladem, sic quoque fortuna non caespitans victoriam designare potest. Lassae manus et inflexae lanceae tam significare possunt, eos fatigatos a pugna destitisse conf. Ham. p. ١٣٩ v. 2., quam indicare, eos victos esse. Lassis manibus lanceae non bene directae sunt, sed inclinantur. Poeta fortunam tanquam personam describens, eam non lapsare dixit conf. Ham. p. ١٣٧ v. 5. Similis loquendi modus est تعس الجد. Loquendi modum, quo usus poeta de fortuna ipsorum lapsante loqui videtur, cum hemistichio poetae (metr. Sarih): Non ibi vides lacertam in latibulum ingredientem scholiastes comparavit, ut enim in hoc poeta lacertas esse, quae in latibulum ingrederentur, negavit, sic noster fortunam suam lapsantem. Fortunam lapsantem nonnisi hostibus esse dixit.

Abu-Rijaschus de causa proelii loquens auctorem sectae, e gente Banu-Hanifah oriundum, cognomen Abu-l'Motharrah habuisse dicit. Ducem quendam huius sectae, Abu-Ahmru cognominatum, in gentem Asad et Thai grassatum esse. Qui quum gentem Banu-Mahn adflixisset, hanc ad pugnam sese incitasse et collectis armis abeuntes secutam esse. Gentem quoque Corani libro, quod secum haberet, producto et ad regionem Meccanam (Kiblah) se dirigentem impetum fecisse et hostes fugasse. Cladem hominum magnam fuisse. Narrant, Deum missis locustis in oculos hostium volantibus gentem Thai adiuvasse, ut nemo, exceptis duobus viris, fugâ evaderet. Sunt, qui versuum nostrorum auctorem Merwanum b. Ahbd-Allah b. Hajj fuisse dicant.

CXCVI.

Dixit Alachram Sinbisita [1]).

Abu-Hilalus dixit, Sinbis nomen uxoris Ahmrui b. Alghauts ad gentem Thai pertinentis fuisse, e qua gentes Tsoahl et Nabhan natae essent ab ea nomen accipientes. (Gens Tsoal montem Adja et gens Nabhan montem Salma incolebat conf. Ham. ١٧٧ sup.)

1. Eheu! Korthus diversam agendi rationem sequitur; eheu! ego eius dolum non imitabor!

Queritur, quod vir Korth appellatus e gente Sinbis diversum a consueta agendi ratione modum sequatur. Verba على الالة sunt pro على حالة, quae litterarum permutatio, ut quoque in verbo ناط et نحط, اق et حق, لما et لمح reperitur, fortasse dialecto propria est. Verba elliptice adhibita sunt similia modo, quo فلان لنا على لون »quidam nobis colore imbutus est« i. e. colore nobis ingrato dicunt. Vox ما aut superflua est, ut sensus sit: Ego eodem modo, quo erga me agit, erga eum acturus sum aut negando inservit, ut dicat: Ego non eodem modo; sed meliore erga eum acturus sum.

---

1) Tempore Islami vixit, nam versu quarto Lebidi tanquam maioris sui mentionem fecit.

2. *Auxilium eius remotum est, in loco remoto habitat: sed qui a te remotus est, is felix est.*

In priore versus parte viri illius agendi rationem exponit. Amico auxilium non fert et petenti in loco remoto habitat, ut nil ab eo consequi possit. In posteriore autem parte loquendi modum permutans, quemadmodum poetae interdum faciunt, virum ipsum alloquens dicit, eum felicem esse, qui ab ipso remotus sit. Viro illi obiicere videtur, eum vicinitatis officiis haud satisfacientem vicinum laedere. Pulchra autem erga vicinos agendi ratio ab Arabibus commendatur conf. Meidan. C. 5, 99. 7, 33. 23, 439. 27, 97.

3. *Habitaculi nostri dignitas manifesta est, quam Deus nobis exstruxit et gloria antiqua.*

Laudat in priore versus parte potentiam loci, quem habitant, in posteriore gloriam a maioribus ipsis traditam. Ex verbis additis »Deus enim nobis exstruxit« montes Adja et Salma significari videmus, qui situ suo, quum difficiles adscensu sint, gentem defendunt. Quod Deo autem rem tribuit, in eo bonum Mohammedanum se ostendere videtur. Loco vocis باين in margine operis Mersukii alter legendi modus بيّن adnotatus est. Suffixum in verbo بناه tam ad vocem عز (potentiam) quam ad vocem المحل (habitaculum) referri potest. Potentia et gloria cum aedificio comparantur (conf. Ham. p. ٢٥٦ infr. et p. ٥٠٢ v. 4.) Mersukius dicit, si suffixum ad potentiam referatur, vocem ومجد cum Deo cohaerere, ut sensus sit, Deum et gloriam antiquam et potentiam illam exstruxisse, sin vero suffixum ad vocem المحل pertineat, sermonem cum voce ومجد de novo incipiendum esse, ut sensus sit, iis potentiam loci esse et gloriam antiquam. Ante verbum بناه vocem قد supplendam putat scholiastes, ut statui describendo inserviant. Montes suos gloriari poetis gentis Thai proprium est (conf. Ham. p. ١١٤ v. 4. p. ٧٣٥ v. 2.).

4. *Praeclara gloriae monumenta nobis erant et a patre nostro Lebid haereditate ea accepimus.*

Duplicem suae genti gloriam vindicat, recentem, quam sibi ipsi comparaverant, et antiquam, quam haereditate a maioribus acceperant. Vir, in quo duplex illa gloria coniuncta est, perfectus censetur conf. Amru b. Kelth. Moall. v. 40. Sed in hoc versu nonnisi de gloria a patribus accepta sermo esse videtur, nam vox مأثرة facta praeclara, quae postea memorantur, significat. Poeta celeber Lebid, de quo conferas Notice sur le poète Lebid p. 111. in libro Calila et Dimna, significari videtur.

5. *Atrium nobis est, cuius princeps vehemens est; et duo id defendentes (montes)* **(p. 297.)** *minas spernunt.*

Regionem gentis Thai et incolas eius pluribus describit. Non assentior Mersukio, qui dixit باحة esse pro اهل باحة »incolae atrii« et حامييها esse pro سكان حامييها »incolae defendentium duorum«, nam initium sequentis versus بها قضب, ipsum atrium intelligendum esse ostendit. Idem quoque erravit dicens, vocem ناب hoc in versu vehementiam, robur (شدة) significare, sequentem versum adducens (metr. Thawil): وان مقرم منا ذرا حد نابه تخمط فينا ناب اخر مقرم »Et si admissarii nostri dens acutus excidit, inter nos dens

alius admissarii barrit, nam adiectivum ضبس, nonnisi in hominibus usitatum, ut vox ناب hominem (principem) designet, postulat. Scholiastes autem voci ضبس vehementis significationem tribuens rei probandae causa versum metri Sarih adduxit: Equus saliens et iuvenis vehemens. Eorum autem sententiam vehementer probo, qui adiectivo حامييها »duobus defendentibus« montes Adja et Salma significari dicant, quippe qui regionem Thajjitarum includentes eos contra hostium incursum defendant, ut montes istos frequenter laudent. Aliis autem voce latera difficilia adscensu, aliis equi armaque significantur.

6. In eo enses Indici sunt et arboreta densa, in quibus leones rugiunt.

Gens autem non solum terrae situ, verum etiam armis optimis virisque fortissimis defensa est. Ut optimos gladios esse significet, generalioris significationis voce secantes eos appellavit, dum Indicos esse dixit. Gladii Indici Ham. p. ١٦٨ v. 2. laudantur et tenui duplici acie praediti Ham. p. ٥٨ v. 3. appellantur. Bene autem poeta ob terrae conditionem et densarum latebrarum sylvosarum et leonum ibi rugientium mentionem fecit. Leo virum fortem designat (conf. Ham. p. ١٥٤ v. 1. p. ١٧٨ v. 3 Harets. Moall. v. 57.); maxime autem fortis est in latebra sua (conf. Ham. p. ١٦٣ v. 3. p. ٤٦٦ v. 2.). Ut iratos leones significaret, eos rugire dixit, magnum autem leonum numerum indicaturus, verbi forma sexta usus est; multitudo enim, dum unus alterum rugitu instigat, in causa est, cur minus timeant.

7. Octoginta millia; sed eos non numeravi; ut vero numerum coniecturâ definitum hunc adtingunt, aut plures sunt.

Magnum virorum fortium numerum esse dicit, tam magnum, ut eos numerare non possit; sed coniecturâ tantum numerum definiverit. Ante vocem ثمانون subiectum هم (ii) aut simile quid supplendum est. Verbis ولم احصهم scholiastes sensum tribuit, se quidem in numerando incepisse; sed, quum nimis magna copia fuerit, se ad finem non pervenisse, ut coniecturâ numerum definiverit. Significationem numerandi cum lapillis coniunctam esse censet, quippe rem ope lapillorum distribuere consueverint. Quum rei nil restaret, ad glaream perventum esse, dicebant. In deserto, quum parum aquae adesset, aquam inter homines lapillis in vas iniectis, ut nemo plus altero acciperet, distribuere solebant (conf. Meid. C. 5, 156.). Alii dicunt, Arabes praedam dividentes et numerantes, signa in glaream suppositam coniecisse et quum finito numero ad signa illa pervenissent, dixisse احصينا »ad glaream pervenimus«. Femininum verbi بلغت et تزيد ad vocem اسود referendum est; vox رجمها autem est pro رجمي لها, ut obiectum cum nomine actionis coniunctum sit. Scholiastes voci او significationem vocis بل (immo vero), quae voci امر saepe convenit (conf. Gram. Ar. T. I. p. 672.), tribuit. Post verbum تزيد verba على هذا العدد omissa sunt.

CXCVII.

Dixit Ahbd-Alrahman ad gentem Mahn pertinens, cognomine Markas, pugnam gentis Mahn cum secta Haruritarum respiciens.

(conf. Ham. p. ٣٩٤ et ٣٩٦).

Abu-Hilalus dixit, poetam ad gentem Mahn b. Ahtud, ad familiam Hotajj b. Mahn

pertinere. Gens Mahn autem pars gentis Thai est. Grammaticus Abu-l'Fath voci Mahn pauci, parvi significationem tribuens hemistichium adtulit (metr. Wafir): Interitus opum tuarum parvus non est. Plura de radice معن adnotans dixit, se significationem paucitatis cum significatione verbi منع (impedivit) cohaerere putare et hac in re causam ininvenit, cur paucitati similis ratio in sermone quam negationi sit, ut in verbis قلما سرت حتى ادخلها »parum profectus sum, donec ad eam intrabam« post vocem حتى eodem modo futurum Nasbatum adhibeant, quo post negationem in verbis ما سرت حتى ادخلها »profectus non sum, donec ad eam intrabam« (conf. Gram. Ar. T. II. p. 24.). Huic explicandi modo similia sunt, quae grammaticus Sibawaihi de grammatici Iunusi sententia in explicandis verbis كثر ما تقولن ذلك »multum id dicis« adtulit. Grammaticus iste enim dixit, futurum energicum adhibitum esse, quod in verbo كثر eundem modum loquens secutus sit, quam in verbo قل, cum significatione illi opposita et in verbis ربما تقومن »interdum stas«. Magis autem convenire, futurum energicum cum negatione ما, quam cum verbo كثر adhiberi, scholiastes contendit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 42.).

1. *Gens Mahn vehementer percussit modo gentis, quae bene percutit.*

Modum, quo gens sua contra sectam illam pugnaverit, laudat. Tertiam verbi قرع formam adhibuit, ut mutuam percussionem significaret. Voci صلبا autem hoc in loco eadem significatio, quam voci شديدا (vehemens), tribuenda est. Nomen actionis قراع cum verbo قارعت coniunctum a grammaticis Arabicis مفعول مطلق appellatum est et hoc in versu modo percutiendi describendo inservit (Gram. Ar. T. II, 113.). Poeta eandem vocem appositionis loco (ibid. p. 528.) repetivit, ut modum percutiendi accuratius describeret. Ni fallor, dicere vult, gentem suam pugnis exercitatam esse, ut in modo gladiis percutiendi artem quandam acquisiverit. In scholii priore linea legas: الشى الصلب. In Mersukii codice legitur: اصل القرع الضرب على الشى الصلب بمثله.

2. *Vides tempore timoris iuvenem procerum.* **(p. 298.)**

Hic versus cum proxime sequente sensu arcte cohaeret et laudem inducit. In Tebrisii codice ita scriptus est, ut versus antecedens omissus videatur; in Mersukii codice omnes versus una serie sequuntur. Scholiastes vocem شطب longis ossibus praeditum, haud carnosum, qui cum ramo palmae foliis nudato et fisso comparatus sit, significare dicens mulieris Omm-Sarh appellatae (eius quoque Ham. p. ٢٥ mentio est) verba traditione ad nos delata affert: »Eius decumbendi locus instar acuum rami palmae est«. Adiectivum maxime cum littera ة adhiberi, versu poetae Ahbd-Iaguts [1]) Haretsitae probare studuit (metr. Thawil): Et si voluissem, procerus equus me eripuisset, post quem (currentem) vides glabros, generosos sequentes, nec non versu Ahlkamahi (conf.

1) Arabes a Diis cognomina accipiebant Deus Iaghuts genti Medshidj aliisque gentibus Iemanensibus colebatur. Poeta iste gentis suae, quae pars gentis Alharits b. Cahb erat, princeps, die Colab (conf. Meid. T. III. P. 1. p. 561.) dux suae gentis captivus factus est. Vixit quoque tempore post Islamum (Cit. Alaghaui). Equum talem describit, quem equi generosi cursu non assequantur.

Meidan. app.) (metr. Thawil): Non eripuit nisi equus procerus cum habena et nisi equus generosus in habena, nobilis. Si autem adolescentes, nam ita vox غلام verti potest, tales sunt, quales eos in sequentibus descripsit, viros fortissimos esse, nemo dubitare potest.

3. Qui quum dolorem aut moerorem sentit, ad hostem propius accedit, magis magisque procedens.

Quum alii timore implentur, quod fortes occiduntur (nam in hoc doloris moerorisque causam invenio), hic fugam non capit, sed audacter in hostem procedit. Grammaticus Ebn-Djinni dixit, poetam dicere velle غلم يزدد; sed eum statum praesentem narrare (Gram. Ar. T. I. p. 516.). Scholiastes verba اذا احس voci للروع tempori definiendo inservire posse dixit; sed, ea referri ad verbum دنا etc., (quae est Mersukii sententia), praestare. Hac sententia recepta, verba transposita putanda sunt i. e. propius accedit ad hostem etc. tempore, quo dolorem sentit.

4. Quemadmodum camela scabie infecta, quae scabiosas invenit, se fricat.

In hoc versu, qui in nostro codice a caeteris separatim scriptus inveniebatur, quasi pars versus ante eum omissi sit, in Mersukii codice cum reliquis una serie scripto, agendi rationem clarius exponit. Iuvenes in hostem procedentes cum camelis scabiosis comparatione haud nobili contulit, qui, quum alios inveniunt, se invicem fricant. Comparatione maximam propinquitatem, ut corpora hostium suis tangant, indicat. Scabiosi autem cameli se vehementer fricare solent. Similis comparandi modus Ham. p. ٣٣٣ v. 3. invenitur. Nomen actionis تمرس e verbo يتمرس omisso pendet, cuius existentia verbis دنا etc. etc. indicatur. Vocem جربا aut pluralem vocis اجرب pro جربى, aut pluralem, modo, quo سود a voce اسود formetur, esse aut denique, si cum vocali Fatha enuncietur, singularem pro جرْباء esse dicunt.

CXCVIII.

Dixit Obbaid b. Mawijjah Thajjita.

Scholiastes mulierem ماوية (speculum) appellatum vult ob puritatem et nitorem corporis, quippe nomen cum aqua ماء cohaereat. Similitudinem derivandi in nomine mulieris Madsijjah videt. Sed in voce ماء, si additur littera ى[1]) Hamzam in litteram و permutandam censuerunt, quemadmodum in voce شاوى cernitur. Dixit poeta (metr. Sarih): O Mawijjah! O saepe incursionem in hostem dispersam instar ustionis cauterii et alter (metr. Redjes): Ovium possessori oves in ea non prosunt. Vox ماوية (sine Teschdido) a radice اوى derivanda misericordiam significat.

1. Eheu! Lailam saluta et domus vestigia et arenas Rajjae eiusque montes!

Aut se ipsum aut socium alloquitur rogans, ut amatam Lailam eiusque habitaculum salutet. In eo autem fortitudinem animi ostendit, quod in rebus duris amatae haud obliviscitur.

1) Sic hoc in loco vocem اضافة intelligendam puto (conf. Anthol. gram. p. 406.). Scholiastes sententiam suam haud claris verbis expressisse mihi videtur.

2. Et dic: Deus animum eius laetum reddat pro eo, quod misit: et regno potitus est, qui ea potitus est.

Salutem amatae dicendam exponit et causam addit. Amata ipsi salutem miserat. Verbum وأنعم cum verbo حى coniungendum sensum habet: Dic: Deus laetum reddat! Voci بما autem sensum verborum بدلا مما pro eo quod tribuunt, ut in versu sequente praepositio من adhibita est (metr. Thawil): Utinam nobis pro aqua Semsemi[1]) potus refrigeratus, qui in montis cacumine per noctem stetit. Verba نال التحية من نالها duplicem interpretandi modum patiuntur. Si verbo نال capiendi significatio tribuitur, voci التحية regni, imperii significatio tribuenda est. Imperium sic appellatum dicitur, quod imperatoribus a subditis salus dicebatur, ut in verbis poetae expressum legitur (metr. Camel): ولكل ما نال الفتى قد نلته الا التحية Omni re, qua vir potitur, potitus sum, excepto regno. Sin vero verbo quartae formae انال effecit, ut acciperet, dedit significatio datur, optativi sensus verbo tribuendus est, ut vertatur: »Qui (salutem) ad eam pertulit, ei Deus salutem dictam impertiat«. Mersukio, si hic sensus recipitur, amata longe remota esse videtur, ut, qui ad eam salutem perferat, rem difficilem et praemio dignam peragat.

3. Ego, profecto! robore amaro praeditus sum, quum unum onus in altero ponitur. **(p. 299.)**

Se tanquam virum robore praeditum laudat, qui robore suo, quamquam nonnullis molestus, tamen oneribus magnis ferendis par sit. In verbis مرة et مُرّة, tum حالة et حالنها lusum verborum invenio, qui ab artis rhetoricae peritis pulchre habitus nomine جناس appellatus est (conf. Almookhtusur p. 621 sq.). Cum vocis مرة roboris significatione scholiastes cohaerere dicit loquendi modum: استمرت مريرته et استمر مريرة (conf. Harir. ۴۳۳ schol.) »firmus fuit eius funis (i. e. robur) et استمر عذاره »firma fuit eius gena«, qui in recusando adhibeatur. Robur autem cum cibo comparavit poeta, qui gustanti amarus est. Suffixum vocis حالنها ad vocem حالة referendum est. Statum rerum pro rebus ipsis et quidem gravioribus posuit, quarum una si alteram statim sequitur, posterior priore vehi videtur. Talium autem rerum status homini molestiam creat. Sunt, qui dicant, vocem حل gravitatem, onus grave significare, ut sensus sit: »Si conditio gravis est«. Inde sarcinam, quae in dorso portetur, حل appellari.

4. Ante minas admonitionem adhibeo, ut gentes stultos suos prohibeant.

Modum agendi suum describit. Se ante minas adhortantem non statim dure agere. Scholiastes verbum اقدم duplici modo explicari posse dixit. Si voci significatio quintae formae cum significatione intransitiva (progredior) tribuatur, praepositionem ب suo loco esse, ut eâ adhibitâ verbum transitivam significationem accipiat, sin vero verbo transitiva secundae formae conveniens significatio detur, praepositionem superfluam esse, quemadmodum in verbis Corani Sur. 23, 20. in voce لدهن reperiatur.

1) Semsem nomen putei apud templum Meccanum est, cuius aqua valde laudatur.

5. *Et quot versus similes cuspidi extremae, qui durant, dum is, qui eos dixit, decedit*

In hoc versu, qui cum proxime sequente cohaeret, poesin suam laudat. Vox قافية homoioteleuton versuum (de quo confer. libr. m. Darstell. d. Arab. Versk. p. 296 sq.) designat, tum et versus, nam propterea quod apud Arabes homoioteleuton versum constituit, eodem nomine insignitur, denique carmen ipsum ampliore loquendi modo sic appellatur. Scholiastes dicit, hoc in loco versus significationem convenire, quippe nonaginta versus, quorum in sequente versu mentio sit, componere, Arabum consuetudini et facultati versus dicendi non repugnet; nonaginta autem carmina componere, mori contrarium esse. Sic in Mersukii codice legimus: والاولى بهذا الشاعر عندى ان يريد بالقافية البيت لان نظم تسعين بيتا غير مستنكر فى العرف والعادة من المقتدرين المجيدين المفلقين ذوى البداية العجيبة والخواطر السريعة ولو اراد القصيدة لبعد عن المعتاد فيقول رب قافية تنفذ نفاذ السنان وترويها لجودتها الرواة فلا تخلق على مر الايام ولا تبليه السنون والاعوام بل تبقى مع الليل والنهار بقاء الظلم والانوار وان درج قارضها ومضى منشيها انا تجودتها. Versus illos cum acie cuspidis comparavit, ut acumen, quo insignes essent et res acu tangerent, significaretur. Simili modo poeta Ham. p. ١٧٨ v. 2. viros res bene perficientes cum cuspidibus contulit. Et lingua cum sagittis comparatur Ham. p. ١٨٣ v. 2.[1]).

6. *In uno consessu cum nonaginta similibus pulchre connectens dixi.*

Hoc in versu facilitatem, qua versus dixerit, exponit et se gentis suae poetam esse dicit. Scholiastes Mersukium sequens quintae formae تجود transitivam e l i g e n d i o p t i m a s r e s significationem tribuit et verba تخير et تنقى contulit, ut vox قراها obiectum sit. Quae verbi explicandi ratio quamquam analogiâ nititur, tamen necessaria non est. Verbum تجودت e g r e g i u m m e o s t e n d i verti potest, ut قراها sit pro فى قراها. Copulae و autem significationem praepositionis مع c u m esse dicit (c o n f. Gram. Ar. T. I. p. 556.) simili modo, quo in loco Corani Sur. 10, 72. in voce وشركاءكم factum sit. Non autem negat, fieri posse, ut و simplicis copulae significationem habeat et cum voce قراها coniungatur. Tum sensum esse وقرى تسعين. Vocem قراها triplici modo explicari posse dicunt. Si a verbo قرى (tertiae radicalis ى) derivatur, ei c o l l i g e n d i significationem dant, sin vero a verbo قرا (tertiae و) deducitur, ei p e r a g r a n d i significationem tribuunt, quemadmodum terra ab una regione in alteram proficiscendo peragratur. Tertium autem interpretandi modum praeferendum puto, quo voci قرا h o s p i t e m e x c i p i e n d i aut cibi, quo hospes excipitur, significatio est. Versus tanquam hospites ad poetam veniunt et poeta pulchro modo eos excipit i. e. pulchro modo eos quasi tractans dicit. Simili modo ab alio quodam cura cum hospite comparata est in hisce verbis: قرا الهم اذ ضاف الزماع »Cura, quum tanquam hospes venit, constantiâ animi excipitur«. Vocem تسعين cum voce قراها coniungendam puto, ut ante eam vox قرى suppleatur. Vox امثالها in appositione vocis تسعين est (Gram. Ar. T. II. p. 285.).

1) Versuum autem pulchritudinem eo designat, quod dicit, eos memoriae traditos conservari, etsi auctor e vita decesserit. Tempore ante Mohammedem cuiuslibet insignis poetae versus alter poeta memoriâ tenebat et insignis poetae erat, non solum versus componere, verum etiam alius poetae versus memoriâ tenere. Tali poetae nomen خنذيذ et qui alterius poetae versus memoriae suae tradebat, ei راوى nomen erat. Haec autem res effecit, ut poetae insignis versus posteritati traderentur c o n f. Darstell. d. Arab. Versk. p. 393.

CXCIX.

Dixit Djabir b. Ralan Sinbisita.

(de hoc ad gentem Thai poeta pertinente conf. Ham. p. ١١٣).

1. Quum caterram vidisset, cuius cameli onerarii pauci erant, Souhda (mulier) dixit: Num hae opes vestrae sunt sufficientes?

Mulierem admirantem inducit, quod paucas tantum opes possideant. Scholiastes adnotavit, vocem بجلا, cuius littera Lam vocali pronuncianda non sit, homoioteleuti causa **(p. 300.)** vocalem Fatha pro vocali Kesra necessaria accepisse. Simili modo vocem نعم in hemistichio sequente (metr. Madid): Et bene! si vos bene! dicitis. Ut vox قد cum suffixo coniungatur (conf. Anthol Gram. p. ٨٩ Harir. p. ٤٩٩), sic quoque voci بجل, si vocis حسب significationem habeat, suffixum addi. Exemplum rei in hemistichio (metr. Ramal) esse: Nunc mihi sufficit vitae pars, mihi sufficit. Grammaticus Abu-l'Abla voci بجلا casum accusativum esse dicit, quasi dixerit: »Num hae opes vestrae plures non sunt, quam eae, quas video? aut fieri posse, ut بجلا pro بجلي dictum sit. Grammaticorum nonnullos, Achfaschum aliosque dicere, quosdam Arabes loco litterae ى litteram ا adhibere, ut غلاما pro غلامي (adolescens meus) dicatur. Hunc autem loquendi modum in versu sequente inveniri (metr. Wafir): Obeo, quamdiu obeo, tum ad matrem meam me recipio et lac merum mihi sufficit, nam in hoc اما pro امي est. Sed ut in sequentibus versibus littera Alif homoioteleuti causa addita est, sic in voce بجلا eadem de causa factum esse potest. In codice Tebrisii معشري alter legendi modus superscriptus est.

2. Si nunc opes nostras detrimentum cepisse vides; olim opes nostrae (aliorum) detrimentum reparabant.

Non negat, opes gentis suae parvas esse, sed laudi id potius esse, quum beneficiis, quae in alios contulerint, ipsorum opes diminutae essent. Poeta modum loquendi mutans, mulierem alloquitur. Supplendum igitur est: Et nos respondimus (conf. Ham. p. ٢٣ v. 1. 2. p. ١٩ et ٢٠). In nostro versu, ut in quarto, eandem vocem repetitam invenimus. Scholiastes, ut verbum يرتق omnino conveniat, posteriori voci الخلل rupturae interstitii inter duas res significationem tribuendam putavit; sed vox الفتق magis conveniret, nam vocem الخلل de tali ruptura, quae consuendo reparari potest, adhiberi non putaverim (conf. Harir. p. ١٨١). Futurum post particulam قد loco praeteriti positum esse, Ham. p. ١٩٣ v. 2. vidimus. Scholiastes in eo causam videns, quod status rei non mutetur aut quod status a poeta describatur modo, quo in loco Corani Sur. 18. 17. res antiquo tempore accidens tanquam status temporis praesentis adhibito futuro et ipso participio descripta sit.

3. Homines (hostes) iam cognovere, nos die pugnae non defendi per armatum fortem contra cuspides.

Gentem suam tanquam fortissimam describit. Die pugnae alios in auxilium non vocat, ut contra hastas se defendat; sed gens aliis auxilium praestat.

4. Sed virum vides, cuius vestigia alter premit, qui ambo in campo virum occisum reliquerunt.

In fortitudine gentis suae laudanda pergit. In pugna inter Arabes fortissimus quisque prodire solebat. Gens poetae talis est, ut fortes, unus post alterum, prodeant et quilibet eorum adversarium suum occidat. Scholiastes verba ita intellexit, ut duo illi prodeuntes non unum adversarium, sed duos occiderint et inter alia rei probandae causa Corani locum Sur. 24, v. 4. citavit (quocum vero versus secundus conferendus est) et ex Hamasa p. ٢٠١ versum tertium. Abu-Hilalus autem intelligens, duos viros unum occidisse, poetam vituperat, quod Arabum mos ferat, unum virum exercitui parem describi. Sic in sequentibus verbis (metr. Camel): Et exercitus per nomen patris eorum (i. e. quum patris mentio fit) in fugam agitur. Initium versus ex Mersukii scholiis desumtum Tebrisius nimis contraxit, sic enim ibi legitur: هذا تصوير لما اثبت من افعالهم فى الاقدام لما نفى عن انفسهم الاحجام فيقول نخاطبا واحدا من الناس لكنا نتهافت ونتتابع حرصا على القتال حتى تراانا من بين طارد وقاتل وكار وفار وطالب ومطلوب وقد ترنا صريعا ساقطا على الارض كان احدهما صرع etc.

CC.

Dixit Kabizah b. Alnazrani Djarmita e gente Thai[1]).

Scholiastes dixit, nomen Kabizah aut nomen proprium inventum et non translatum esse posse aut origine formam فعيل cum significatione participii passivi habens, tum additâ litterâ ة in nomen mutatum ut voces ذبيحة et ضريبة. Grammaticus Abu-l'Fath dixit, formam adiectivi esse posse, quum regulis doctrinae, quam ipse sequatur, conveniens sit, nomen **(p. 301.)** generis feminini cum adiectivo formae فعيلة (ut امراة قتيلة) coniungi. Postea litteram ة abiectam esse, ut modo, quo forma فعول adhibeatur, امراة قتيل dicatur (conf. Gr. Ar. T. I. p. 345. 351. T. II. p. 273 sq.). Vocem جديد et huiusce generis generaliter quidem adhiberi; sed raram analogiam habere[2]) (conf. de voce جديد Hamas. p. ٥٥٥ v. 3.).

1. Equites super dorso non vidi instar horum die, quo pone montem Allohaim gentem Banu-Schamadja asseculi sunt,

Equites gentis suae laudans tempus et locum, quo illa laude dignos se ostenderint, definit. Vox مثلها appositionis loco voci خيلا est (Gram. Ar. T. II. p. 285.); nam verbi ار secundum obiectum in versu sequente invenitur. Vocem يوم abiecta Nunnatione modo nominum temporis cum propositione sequente (conf. Gram. Ar. T. II. p. 147.) poeta coniunxit. Verba ista tempori definiendo inserviunt. Gens autem Schamadja ad gentem Djarm pertinebat; Schamadja enim filius Djarmi fuisse dicitur (Kam.). Maximam autem difficultatem vox ظهر interpretibus paravit, quadruplici enim modo vocem explicarunt. Qui dorsi significationem recipiunt, ii aut terrae dorsum, ut in Corani loco (Sur. 45. v. 44.) aut iumenti dorsum intelligendum putant. Quum de equitum laude sermo sit, posteriorem modum prae-

1) Num pater Ijasi b. Kabizah, post Nohmani b. Almondsir caedem Hirae praefectus, sit (conf. Ham. p. ١٠٠) dubitare licet, plures enim erant in gente Thai nomen Kabizah gerentes viri.

2) Hoc usum vocis جديد tanquam nomen haud addita littera ة spectare videtur.

ferendum putaverim; terrae enim dorsum hoc in versu longius petitum videtur. Genus iumentorum autem significans, voci طبر singularis numerum dedit. Alii autem vox طبر aquae nomen (ad aquam Thsohr) esse dicunt pone montem Allohaim sitae. Mersukius dixit, hoc si verum sit, ex usu iudicandum esse. Silentio praetermittendum non puto, beatum de Sacyum in suo exemplari لم يسلم legisse; sed in meo Mersukii codice, unde locus desumtus est, vox لم deest. Sunt denique, qui vocem ظهر a verbo ظهر (vicit, superavit), quae significatio in locis Corani Sur. 9, 33. 48, 28. occurrat, derivant, et pronominis in verbo ادركت latentis statum describi dicant, ut pro ظهرة لهم (eos vincentes) sit.

2. Probiores in iureiurando servando, audaciores fortitudine et vinculum ultionis melius solventes quam nos,

In hoc versu, qui intime cum antecedente cohaeret, trium rerum, fidei, fortitudinis iustitiaeque laudem iis tribuit. In versu antecedente tertia persona erat, in hoc pronominis primam personam in voce منا (quam nos) adhibuit. Haec res in causa est, cur loquendi modum cum versu, qui Ahlio tribuitur, comparet (metr. Redjes): Is ego sum, quem me mater mea Haidarah (leonem) appellavit. Quum is, cui ultionis officium esset, plures sibi res interdicere soleret (conf. Ham. p. ٨٦, ٢٣٦), ultionem cum vinculo, quo homo ligatus est, comparavit et huius comparationis causa vocem انقض adhibuit. Cum comparativi formâ, cui transitiva significatio est, obiectum nonnisi ope praepositionis coniungi potest (conf. Gram. Arab. T. II. p. 310.); sed ante nomen وتر alterum nomen عقدة omissum videtur, ad quod vox انقض referenda est. Scholiastes autem illis verbis hunc sensum tribui posse dixit. »Si hominem odio persequimur, eius odium rumpimus, quod is ob potentiam nostram nos punire non potest«. Ut Arabes vindictae cupidos vinum sibi indicere probet, sequentes versus Amru-l'Kaisi (conf. Diwan. p. ٣٧) citat (metr. Sarih): Vinum mihi licitum factum est, et vir eram re gravi occupatus, ut id bibere non possem. Nunc vero id bibo peccatum erga Deum mihi non imponens et haud invitatus non veniens (conf. Ham. p. ٣٨٥ v. 5.). Vox مقدم loco vocis اقداما est.

3. Vesperâ, qua propinquitatis vincula gladiis nostris dissecuimus, dum gens Banu-Badr testes erant.

Accuratius tempus, quo tales se ostenderint, describit. Vox عشية appositionis loco voci يوم in primo versu est et constructio eadem. Propinquitas quoque cum vinculo, quo homines inter se coniunguntur, comparatur et hanc ob causam verbo قطعنا usus est. Ex hoc autem loco coniiciendum puto, versus bellum Alfasad dictum, de quo iam antea sermo fuit, inter gentem Thai gestum spectare (conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 574. Ham. p. ١٧٧). Poeta noster vocem بيننا tanquam nomen cum antecedente coniunxit. Scholiastes dixit, eandem rationem in Corani loco Sur 6, 94., si بينُكم legatur (sed in Corani typis impresso exemplari بينَكم est), inveniri. Sed vox quoque بينكم in versu pronunciari potest. In Kamusi opere, Badr b. Ahmru nomen gentis ad gentem Fesarah pertinentis fuisse, legimus.

4. Tum matutino tempore iurisiurandi mei vinculum solutum erat et gens Banu-Tsouhl vindictam,
(p. 302.) *quam sumseram, assecuta est et poesis mea ad me reversa est.*

Ultionis, quam obtinuerit, gentem suam participem factam esse dicit. Ex versu, poetam iureiurando se obstrinxisse, videmus. Gens Banu-Tsoahl montem Adja incolebat (Ham. p. ١٧٧ l. 2.). Scholiastes dixit, Arabes versus non dicere, nisi victoriâ potitos et hostes ultos. Prius haud accurate dictum puto, plures enim versus sunt a victis dicti, in quibus de victoria non reportata se excusant. Quam autem versus partem (conf. Ham. p. ٥٣ infr.) posterioris rei probandae causa adduxit, ea multo diversum interpretandi modum patitur. In sensu autem constituendo eis assentior, qui dicunt, poetam antea tacentem iam versus dicere, ut victoriam glorietur; non autem iis, qui voci شعر scientiae significationem tribuentes vertunt: Iam scientia mea et ingenium meum ad me rediit.

CCI.

Dixit Adham b. Abi-l'Sahra.

Nomen Adham origine adiectivum fuisse dicunt. Abu-Hilalus poetae nomen Sowaid b. Masuhd etc., ad gentem Mahn e gente Thai pertinentis, fuisse contendit. Tempore Merwani b. Mohammed (ab anno 127—132) vixit conf. Ham. p. ٣٠٣ l. 7.

1. Gens Mahn genti Kais eiusque servis cum agmine strepente mane in loco Montahab supervenit

Gentis suae occursum cum gente Kais describit. Causam belli ab Abu-Rijascho descriptum Ham. p. ٣٠٣ legimus. Vox لجب de strepitu, quem plures edunt, adhibita magnum fuisse exercitum indicat. Et de strepitu undarum maris dicitur conf. Ham. p. ٢٥٩. Servos, pastores gentis mercenariosque significari, scholiastes dixit, ut iis in tentoriis, camelis nondum pastum missis, supervenerint; sed quae postea narrantur p. ٣٠٣ huic interpretandi modo repugnare videntur. Fieri potest, ut despectus causa servorum mentionem fecerit indicaturus, gentem Kais ob timorem pastores quoque suos ad pugnam adduxisse conf. vers. 3. Scholiastes eorum sententiam probat, qui vocem المنتهب nomen loci esse dicant, quum ibi pugnatum sit. In Kamusi opere legimus, Almontahab oppidum esse in propinquo regionis Wadi-l'Kora (conf. geogr. Abulfed. p. ٨٠). Alii autem praedandi locum aut voce pro الانتهاب dictâ praedam facere significari putant.

2. Et genti Asad cum equitibus elatis, fluctuantibus, qui e diversis gentibus congregati non erunt.

Gentem Asad cum gente Kais coniunctam fuisse dicit, suam autem gentem solam et cum aliis haud mixtam. Equitatum غارة verbis ذات حدب describit. Vocem حدب aut dorso elato esse, ut nemo eo vehi possit, aut altum multumque esse significare posse, scholiastes dicit. Priorem significationem praehabendam puto, quod posterior nonnisi in terra adhiberi videtur; sed fieri potest, ut lanceae elatae cum gibbo conferantur. Multitudinis significationem cum voce coniunctam non puto. Vox رجراجة de leni et tremulo motu adhibetur.

Talis motus magni exercitus esse videtur, cuius extremas partes ob magnum ambitum nemo oculis perlustrare potest. Quod gentis suae exercitus ex variis gentibus congregatus non sit, in eo praecipuam laudis causam cernit.

3. Puro genere oriundi, Arabes cum Arabibus coniuncti, quorum hastae flent, quum sanguine non tinguntur

Prioris versus postremam partem explicat. Arabes esse puri generis et fortissimos. Voce العرب Arabes oppida vicosque incolentes appellantur, qui Arabibus campestribus الاعراب oppositi sunt. Illi quoque اهل الحضر, hi اهل البدو; illi اهل المدر, hi اهل الوبر appellantur (conf. Pocock. spec. hist. Arac. p. 2. 4. 88.). Hi autem praestantiores illis et puriore genere orti putabantur Ham. ٩٥٣ v. 3. ٩٧٥ infr. In nostro versu illa voci significatio non convenit. Arabes generali nomine aliis gentibus oppositi significantur. Puri autem Arabes illi sunt, quorum origo tam a patris quam a matris parte pura est. Si pater Arabs, mater serva est, vir هجين, sin vero pater servus, mater Arabico genere orta, inde natus مقرف appellatur. Hic illo inferior habebatur Ham. ٧٩ v. 1. Arabes puri generis, etsi oppida incolebant, عربي appellabantur Ham. ٩٧٠ l. 13. Puri Arabes quoque nomine العرب العاربة vel العرباء; qui cum Arabibus se commiscuerant, المستعربة appellabantur (Ham. ٩٧١ l. 10.). Ismaelis progenies العرب المستعربة appellatur conf. Pocock. spec. hist. Arab. p. 48. De nomine عرب conferas Pocock. specim. p. 33. 467 sq. Abulf. Ann. T. I. p. 10. adnot. Vox صميما accusativum obtinuit, quum res excepta e numero earum, quarum antea mentio erat, non erat (استثناء خارج) (Gram. Arab. T. II p. 406.). Ad rem accuratius definiendam appositionis loco vocem عربا addidit. Arabum poetae arma tanquam personas inducunt. De gladio conferas Ham. p ٨٠ v. 3. ١٣٣ v. 2. De lancea p. ٨٠ v. 4. ٢٧٥ v. 3. ٤٠٣ v. 1. Sic in versu nostro lanceas plorare dicit. Sanguinis potui adsuefactae sunt, ut si potus deficiat, ob tristitiam plorent. Hic prosopopoeiae modus minus aptus videtur, quam si lanceas bibere dicunt. Vox عوالي (altae) superiores lancearum partes designans poeticum lancearum nomen est conf. Ham. p. ٢٥٩. Superiores autem lancearum partes, quae sanguine potissimum tinguntur, hoc in versu bene memoratae sunt. Alii voci lanceae rectae significationem tribuunt. Post verbum تختضب ellipsis vocis بدم (sanguine) est.

4. Ex foveis iuguli aliquando et lateribus.

Versus cum antecedentibus intime cohaerens verbo تختضب explicando inservit. Locorum illorum non solum, ut loca periculosa designaret, verum etiam loca, quae quum loricâ non omnino defensa essent, a lancea confodi possent, mentionem fecisse videtur. Quae loca ut lancea attingerentur, peritia et arte opus erat. Hanc igitur ob artem et peritiam gentem suam laudat. Loco vocis اللبات legitur quoque الالباب cum eadem significatione. Scholiasten vocem الحجب voce الافئدة corda bene explicasse dubito, lexicographi enim voce carnem tenuem inter pulmonem et asperam arteriam pulmonis significari dicunt. Vox يوما nonnisi metri causa inter duo nomina posita est.

(p. 303.) Abu-Rijaschus Mahdanum b. Ohbaid etc. sequentia, quae ad versuum sensum accuratius intelligendum faciunt, narrasse refert. Quum feminam e gente Banu-Badr b. Fesarah in matrimonium duxisset, iuvenes illius gentis, qui visitatum venissent, cum iuvenibus suae gentis vino dactylorum, tempore, quo fructus maturi essent [1]), bibendo occupatos fuisse. Rixâ autem ortâ, quum vinum animos occupasset, iuvenem e sua gente, Jahkobum b. Salamah alterum e hospitum numero ita vulnerasse, ut exspiraret. Badritas autem, quibus sanguinis pretium obtulisset, recusantes, ut Thajjita ipsis traderetur, postulasse. Quod quum factum non esset, Medinae praefectum eos adiisse. Isto autem tempore, quum gens sua ob turbas civiles [2]) tributum solvere recusasset, Omajjahum b. Ahbd-Allah b. Ahmru b. Ohtsman b. Ahffan, qui tributo duarum confoederatarum gentium, Thai et Asad, colligendo praepositus esset, ad imperatorem Merwanum rem retulisse Merwanum ad eum rescripsisse, ut exercitum mitteret, ipsi autem scripsisse: Si hominibus gentis Badr occisorem non traderet et tributum non solveret, se iussisse legatum, ut aut ipsum adduceret, aut occisi caput adferret, se, per Deum! effecturum, ut equi ipsius atrium urinâ contaminarent. Haec quidem ob verba iratum se imperasse, ut legatus capite truncaretur; sed tum illum deprecantem et petentem, ut captivus, vitâ ipsi donatâ, inter gentem Thai esset, liberum dimisisse, ut Merwano haec renuntiaret. Merwano dic: Tu iurasti, te effecturum, ut equi in atrio meo urinam emittant; sed nos separat arena loci Ahlidj, numerosa gens Thai me circumdat et duo montes (Adja et Salma) pone tergum meum sunt. Operam igitur da, ut voluntatem perficias et ne Deus superstitem te esse sinat, si me superstitem esse sinis. Tum hosce versus se scripto addidisse (metr. Wafir): Quis ad Merwanum de me nuntium fert, quamquam locus visitandus longe remotus est. Nonne vides imperium periturum, quum ancillarum filiis traditum est [3]), stulto traditum, qui, si res supervenit, asini [4]) modo se gerit. Nonne vides, gentem Balkain b. Djasr [5]) in errore et iactura fugisse (dubito, num تولو muneri praefuerunt an fugerunt vertendum sit). Ghalebum autem b. Horr b. Tsahlabah Mahnitam, unum e gente Thai, ei sequentes versus scripsisse (metr. Thawil): Vehentibus e gente Haschem et Ahbd-Schems, dum tribus audiunt, iam dixi: Subsistite, o vehentes, ut intelligatis et ad vos res perveniat, quae non repellitur et ut videatis, ubi Imamus (praeses) sit et baculum regni reparetis [6]), dum regno interitus imminet. Opes

---

1) Thajjitarum terra dactylis abundante isto tempore e dactylis maturis novum vinum sine dubio paraverant conf. Ham. ٣٨٩, 3. Vinum Mohammedanis interdictum esse, omnes sciunt. Severioris doctrinae homines non solum uvarum vinum; verum etiam dactylorum illicitum habent, dum alii hoc permittunt.

2) Incidit enim in tempus, quo Ahbbasidae turbas ciere aut antea in tempus, quo Bazrenses Ahbd-Allahum filium Ohmari etc. principem volebant conf. Abulf. Ann. T. I. p. 473.

3) Vox اذا loco vocis لما aut حين posita est.

4) Ni fallor, poeta ad cognomen Merwani Alhimar respicit, quod ob patientiam in pugna accepisse dicitur (confer. hac de re libr. meum: Selecta ex historia Halebi p. 59. adnott.).

5) Nomen بلقين ex vocibus بنو القين contractum est. Si Djeuhario fides est, ista gens pars gentis Asad est.

6) Hic loquendi modus cohaeret cum altero انشقت العصا. Fractus fuit baculus i. e. discordia fuit et

pereuntes video, quod Imamus (praeses) eas non continet et in eius familia opes non deponuntur (i. e. securae non sunt). Merwanum igitur ad Abbd-Alwahidum b. Manih et Omajjahum mandatum misit, ut cum incolis Syriae, Medinae, Arabibus campestribus, gente Kais aliisque contra Mahdanum proficiscerentur, tributum sumerent et caedem Badritae ulciscerentur, tum cum equitibus terram gentis Thai invadentes Mahdanum inde ad ipsum adducerent. Omajjahum igitur, ut mandatis satisfaceret, cum triginta millibus ex incolis Medinae, Syriae et Arabibus e gente Kais et Asad profectum esse et ad omnes vindictae cupidos contra gentem Thai misisse. Quum primo agmini virum Alharis b. Jasid b. Hamal, unum e gentibus foederatis (sunt gentes ضبة, ضبيب, حسل et حسيل) praefecisset, gentem Kais ulciscendi causa in gentem Thai grassatam esse. Narrasse porro Mahdanum, se duodecim millia secum habuisse et quum ad Omajjahi exercitum pervenisset, se quasi ferri montes et exercitum sine fine conspexisse. Tum gentem Thai igne in monte Adja accenso, suis convocatis camelos mactasse, quorum pellibus scuta conficeret et carne se nutriret. Se autem exercitum sequentibus verbis ad fortitudinem excitasse: O filii serpentis nigri [1]), o agmen Thajjitarum! Hic dies est, quo aut existentiam perpetuam vobis paratis aut perituri estis. Quum sagittae apud vos decidunt, tum Deus timidiorem utrinsque agminis partem dedecore adficiat! (I. e. Qui ex duobus exercitibus initio pugnae, quum sagittis certatur, non audacter procedit; sed timidum se ostendit, is dedecore adficiendus est. Quum gens Asad in sagittis iaciendis celebritatem nactus esset, hac in re causa esse potest, cur eos hortetur, ut in hostes gladiis irruant, ne sagittis diu expositi sint.) Agmine disposito quum hostes sagittis pugnam inciperent, suam gentem uno impetu irruentem statim initio Alharisum et Sarhanum, principem gentis Kais, occidisse. Magnam autem cladem gentis Kais fuisse, quum Harisum defenderent, qui metallorum fodinis praeesset. Gentem Kais, trecentis occisis, in fugam foedissimam sese vertisse. Se autem exercitum maiorem fragorem edentem nunquam vidisse. Omajjahum, qui captivus adductus esset, se liberum dimisisse et puellam, quae ei esset, simul cum ipso Medinam misisse, dum praeconem nuntiare iuberet, ne quis fugientem persequeretur aut vulneratum occideret. Quod si vero novisset, quae in Merwani litteris scripta essent: occide et captivos fac! quas litteras inter Omajjahi impedimenta repertas legere non possent, ne puerum quidem salvum evasurum fuisse. Merwanum tum a praefecto Medinae de victoria Thajjitarum certiorem factum virum Ebn-Rijahum Alghassani cum decem millibus misisse; sed eundem, quum ab Ebn-Hobairaho [2]) certior factus esset, Ebn-Dhobaraho occiso ab oppido Rei Kahtabahum [3])

قد شقوا عصا المسلمين »Iam baculum Mohammedanorum fregerunt« i. e. dissensionem inter Mohammedanos excitarunt.

1) Fieri potest, ut cognomine isto gentem tanquam hostibus noxiam designare voluerit et nil aliud inveni verbis aptum.

2) Virum hunc Jasidus b. Ohmar b. Hobairah in Iracam anno 128 ad reprimendam rebellionem miserat conf. de viro librum meum: Selecta ex histor. Halebi p. 58 adn.

3) Abbasidae anno 129 palam, clam rebus praeparatis, Chorasanae incolas ad suas partes invitare inceperant. Abu-Moslimus rei auctor erat. Eodem autem anno dux Kahtabahus cum exercitu ab Abu-Moslimo, sub quo

(**p. 304.**) secessisse, illum numerum, quem contra gentem Thai haud sufficientem putaret, ad Ebn-Hobairahum misisse. Se (Mahdanum) autem ad Kahtabahum litteras misisse cum legato, qui eum in oppido Nehawend inveniret, dum exercitus Nehawendi esset. Illum rescripsisse, se omnino probantem consilium, si ipse Cufam venisset, exercitum missurum esse. Quum autem Kahtabahus victoriâ potitus occisus esset, se cum ducentis equitibus e gente Thai ad Abu-l'Ahbbasum Alsaffah chalifam creatum se contulisse (factum est anno 132 apud Cufam Abulf. T. I. p. 480.). Ab hoc autem se viginti millibus drachmarum, veste augustiore [1]) et equo, quo veheretur donatum esse, sociorum quemlibet trecenas drachmas accepisse, exceptis triginta personis, quibus quingenae et decem viris, quibus millenae datae essent. Gentem suam neque a Merwano aut eius exercitu aut praefectis uno camelo vel ove privatam esse, seque primum fuisse, qui in eum ultionem obtineret et genti Mohammedis opem ferret, donec ad ipsum socius Kahthebahus b. Schabib b. Chaled b. Mahdan pervenerit. Tum temporis quoque Ahbd-Ahsisum b. Abi-Dahbal Djahfaritam ad ipsos, cuius avunculi essent, bellum timentem confugisse. Ahbd-Alahsisus autem ille Mahdanum fragmento poesis laudavit (metr. Thawil): V i r, c u i u s a v u n c u l u s M a h d a n u s e s t, i n b e l l o, q u o t i e s c u n q u e c a e t e r i o m n e s l a s s i s e d e n t, b e n e d e f e n s u s e s t. Proelium illud loco Almontahab commissum multis versibus celebratum est. Grammaticus Abu-l'Ahla ad explicandam vocem السرارى, quae in versu Ham. p. ٣٠٣ l. 13. occurrit, dixit, signum Teschdidi metri causa omissum esse et grammaticos in ethymologico explicandi modo dissentire. Aut a coniugio سِر, aut a gaudio سُر, id quod praeferendum sit, derivari, siquidem gaudium سرور nomine سُر appellatum sit. Sic in Tharafahi versu (metr. Ramal): R e d i m a t u r g e n s K a i s t a m p r o p t e r g a u d i u m q u a m p r o p t e r n o x a m, q u i b u s h o m i n e s a d f i c i u n t u r! Q u a m d i u p e d e s m e i p a u p e r i s m o d o s e g e r u n t, o q u a m p u l c h r i s u n t, q u i o p e r a m d a n t, u t b e n e f i c i a c o n f e r a n t! Plures praeterea vocis explicandae modos adtulit. In versu autem l. 17. vocem يودع relinquendi, quae significatio raro adhibita sit, significationem habere posse dicit. Esse quoque, qui in Corani loco (Sur. 93, 3. ما ودَعك (in textu Corani ودّعك receptum est) »non te reliquit« etc.) legant et versum Abu-

---

erat, iubente Ibrahimo in Iracam missus est. Abulf. Ann. T. I. p. 473. Anno autem 132 Kahtabahus cum Jasido pugnans vicit quidem; sed interiit ib. p. 480.

1) Tempore ante Mohammedem rex, si quem honore excipere vellet, tentorium ex corio rubro ei exstrui iussit Ita Nohmanus Almosafirum Abu-Ahmruum honoravit (conf. Citab Alaghan. ad tit. Mosafir). Idem rex Auso b. Haritsah vestem pretiosam, qua ipse vestitus fuerat, ut eum honore adficeret, dono dedit (conf. Chrestom. meam gramm. histor. p. ۴۲). Voce خلعة, origine vestimentum designante, postea vestimentum appellabatur, quo princeps honoris causa aliquem donabat. Quo veteriore tempore donum id dabatur, eo simplicius donum erat. Postea cum eo plures vestimenti partes et ensis nec non equus cum sella saepius coniuncti erant, quo factum esse videtur, ut nomen postea eas quoque res complecteretur (conf. de Sacy Chrestom. Arab. T II. p. 43. ed. pr.). Pretiosissimum donum interdum fuisse, ex eo videmus, quod Djahfaro b Jahja dati pretium 400000 aureorum fuisse scriptum est conf. ibid. p. 34. vers. Talia dona in Abulfedae Annal. T. IV. p. 222 V, 294. 304. descripta sunt. Pro viri dignitate diversa fuisse cognoscimus. Ab hoc dono diversum erat تشريف appellatum, quocum principis dignitas coniuncta erat ibid. T. V. p. 80.

l'Aswadi Aldoali recitent (metr. Ramal): Utinam scirem, quaenam res amico meo in amore supervenerit, ut eum relinqueret! Fieri quoque posse dixit, ut in versu verbo deponendi significatio tribuatur. Poetam alium sic cecinisse (metr. Thawil): Opes familiaque nil sunt nisi depositum et deposita non possunt non reddi.

CCII.

Dixit Albordj b. Moshir Thajjita. (Ante Islamum tempore belli Alfasad vivens.)

1. Apud Deum queror amicum, quem amo, ob tres res, quarum quaelibet me deprimit.

Apud Deum sine dubio questus est, quod querimoniae hominibus iactatae **(p. 305.)** hac in re inutiles videbantur. Vox غايض, quae in aqua decrescente maxime adhibetur, haud convenire videtur et ni fallor, ut homoioteleuto satisfieret, adhibita est. Mersukius dixit, poetam velle, se emaciari et alacritatem suam illis rebus diminui.

2. Una earum est, quod collis nunquam domos nostras continet. O collis! torrens tuus demmuatur!

Tres illas res, quarum in priore versu mentionem fecerat, enumerat. Se cum eo eodem loco nunquam habitaturum esse dicit. Mala igitur colli imprecatur, ubi domus suae coniunctae non sint. In hoc autem moerorem ostendit, quod ab amico separatus vivat. Scholiastes dixit, vocem لا futurum tam cum vocali Dhamma quam cum vocali Fatha sequi posse. Illo recepto أن esse pro أنّ, quasi dixerit: انه لا (conf. Anthol. gram. p. 248. Gram. Arab. T. II. p. 22.). Duplex autem ille legendi modus in loco Corani (Sur. 20, 91.) invenitur. Voce تلعة terram elatam, e qua torrens in vallem defluat, significari scholiastes adnotat et rei probandae causa proverbium adfert (conf. Meidan. T. III. P. II. Nr. 3196.). In posteriore versus parte collem alloquitur, quem modum loquendi sermonis periti voce technica التفات appellarunt (conf. Diw. Amru-l'Kaisi ed. il. de Slane p. 125. et lexic. meum). Similis loquendi modus in versu Djeriri invenitur (metr. Wafir): Quando tentoria in loco Dsu-Tholuh [1]) erunt? O vos tentoria pluviâ irrigemini! Scimus, nomina propria, quae pluribus, quam tribus litteris composita sunt, in invocando breviora reddi posse (conf. Gram. Arab. T. II. p. 92. Alfiyya p. ٨٥); alia autem nomina aut articulo aut alio modo definita sint necesse habetur. Quod vero poeta vocem تلع nihilominus sine littera ة enunciavit, huiusce rei causa in eo quaerenda est, quod unum collem, quem mente cogitat, ante oculos habuerit, et voce تلعة in advocando tanquam nomine proprio usus sit. Namirita explicandae vocis تلعة causa proverbium adtulit: »Non metuo nisi torrentem collis mei« (i. e. propinquos meos). Hoc proverbium in Meidanii opere non legitur; sed proverbium huic simile C. 24, 100. invenimus. Proverbia autem et mutata et aucta esse ostendi

1) In Kamusi opere nomen loci esse legimus. Nil de situ additur.

(conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 69 sqq.). Verba autem postrema versus ad illam propinquorum inimicitiam, quae ex loco, unde non metuatur, subito prorumpat, torrenti collis in depresso loco profluenti similem respicere putat. Abu-Mohammedes Alahrabi more suo, ut stultam illam sententiam esse ostendat, proverbio usus est: »O struthiocamela, ubi vir est?« (conf. Meid. C. 28, 68. Hunc vertendi modum rectiorem puto, quam eum, qui in meo Meidanii opere invenitur) et illi colli, ubi domus non coniunctae sint, poetam imprecari dixit, ut torrente careat. Abu-l'Ahla autem Namiritae potius assensus sensum esse dixit: Inimicitia tua occulta est, illi torrenti similis, qui inopinato homini supervenit et haec est causa, cur, o collis, timeamus, ne in te habitemus.

3. Altera est, quod neque cum eo colloqui possum, neque amorem commonstrare, donec mons Owaridh esse cessat.

Alteram tristitiae causam profert. Se cum eo neque sermonem conferre neque amorem ei ostendere posse. Verbum استطيع, quemadmodum in antecedente versu ad vocem تجمع ostendimus, formam quoque futuri Nasbati habere potest. Quum in primo versu, se amicum diligere, dixisset, in hoc versu omissa voce antecedente مقتضى, tam agendi rationem, quam amor in alterum postulat, quam amorem alterius, quem sibi comparandi occasio deest, significare potest. Poeta alius dixit (metr. Thawil): Quum amor in coniunctionem propensus non est, in amore, qui per intercessorem fit, bonum non est. Ohwaridh nomen montis in ditione gentis Thai est, in quo sepulchrum celeberrimi illius viri, Hatem-Thai appellati, esse dicunt. Statum igitur illum duraturum esse indicat, montes enim, quum firmi sint conf. Meid. C. 4, 41. et petrae, quum transportari non possint (ibid. C. 14, 109.), rem duraturam indicant.

4. Tertia est, quod incursionem hostilem una non facimus et in incursione hosti odii pleno occurrendum est.

Tertiam rem enarrans causam simul addit. In incursione hostili amicum sincerum nobis necessarium esse, quippe cum hoste odii pleno dimicandum sit. Mersukius adnotavit, poetam res illas bono ordine enarrasse, quum a generali re et quasi amicitiae fundamento incipiens ad specialia pergeret. In verbo نجمع eadem repetenda sunt, quae ad verba استطيع et تجمع praemisimus. Vox ما nonnisi verbis sequentibus cum antecedentibus coniungendis inservit et sensu quodammodo superflua est (conf. Ham. p. ٣١٣ v. 3.), quacum confundendam non esse puto eandem vocem, quae loco pronominis الذى est et quacum coniuncta propositio صلة appellatur (conf. Ham. p. ٢٣٩ v. 2.). Posteriori versus parti scholiastes duplicem sensum tribui posse dixit; unum, quo poeta velit, in incursione hostili hostibus odio impletis occurri, ut amicus sincerus opus sit; alterum, in incursione hostili hostibus occurri, et quomodo amicis? Abu-Hilalus autem ab his diversum sensum adnotavit, se cum illo neque in incursione hostili neque in itinere conventurum esse, dum odium mutuum foventes in uno aut altero interdum occurrant. Sensus autem explicandi causa versus sequentes adnotavit (metr. Thawil): Et dixit ea, quum ad procumbendum apud eius portam ca-

melos instigaremus: E quanam [1]) terra aut qui viri sunt? Respondi igitur: Mea gens Tamim est, (a Deo) dirigaris! sed socius meus Jemanensis est. Duo peregrini sumus, quos iter coniunxit, et interdum diversi occurrunt et familiares sunt.

5. Et ea (incursio) multum superbum ob oppressionem odiumque camelae albae parturienti similem relinquit. **(p. 306.)**

Causam addit, cur in incursionibus hostilibus coniunctione amicorum et mutuo auxilio opus sit. In tali incursione unus sibi non sufficere et fieri, ut superbissimus deprimatur. Ut hanc autem oppressionem describat, virum cum camela alba, quae partus doloribus adfligitur, comparat. Mersukius dixit, poetam albae camelae mentionem fecisse, quae omnium infirmissima et minime patiens sit. Alii voce الشيباء porcam significari putant, quod color شيبة appellatus porcis proprius sit. Quid autem Abu-Helalus verbis »(incursio hostilis) quamquam unumquemque lenem reddit, tamen hunc hostem lenem non reddit« voluerit, non video; verba enim ad sensum versus explicandum inutilia videntur.

6. Interroga, Deus te dirigat! quinam ex hominibus modo nostro agat et mutuo det?

Ad suam agendi rationem erga amicum laudandam redit, ut aut amicum sibi propitium reddat aut efficiat, ut amici iacturam, quam passus sit, non sentiat. Quinam sensus verbo يقارض, cuius obiectum omissum est, tribuendus sit, e versu sequente videmus.

7. Opes nostras tibi mutuo damus et amorem inter nos, quasi animos nostros quidam tibi condocefecisset.

Omni animo se ei deditum fuisse dicit, ut non solum opes ei mutuo daret, verum etiam toto animo eius voluntati satisfaceret. Animum suum cum equuleo comparavit, qui ita condocefactus est, ut equitis voluntati omni modo pareat.

8. Mors nos omnino separaret, si eam exspectasses; sed quod manifestasti, apparet et deprimit (adfligit).

Vituperat alterum, quod illud amicitiae vinculum ante mortem rupisset; mors enim ei sine dubio finem impositura fuisset. Sepulcrorum mortem significaturus mentionem fecit. Si verbis hisce sensus probandus subest, noster poeta senex aut paene senex, ut mortis suae mentionem fecerit, alter vero iuvenis putandus est. Tum dicit, agendi rationem, qua usus ille esset, talem fuisse, ut nullum inter ipsos consortium amplius esse posset. Voci خفض Mersukius significationem vocis منخفض tribuit, ut sensus sit: Quod feceris, non solum agendi rationem suam manifestasse, verum etiam animum suum ipsi occultum detexisse. Similis sensus in Corani loco (Sur. 3, 114.) expressus est: قد بدت البغضاء من افواههم وما تخفى صدورهم اكبر »Odium ex oribus eorum apparet et quod pectora eorum occultant, maius

[1]) Silentio praetermittendum non est, vocis اية Hamsam metri causa abiectam esse, ut vox cum priore in legendo coniungeretur.

est.« Sensus bonus quidem est; sed ex verbis magis extorquetur, quam prodit. Hanc igitur ob causam cum Tebrisio Abu-l'Ahlae sententiae adsentior, qui vocem خاشعين non tam oppositam voci باد, quam praedicatum cum priore coniunctum esse putat, ut deprimentis significationem habeat. Ista tua erga nos agendi ratio dignitatem, qua apud homines utimur, deprimit.

Abu-Rijaschus hanc versuum fuisse causam narrat. Albordjus b. Moshir cum patruo suo Abu-Djabiro bibendo occupatus ebrius factus erat. Hoc in statu uxorem Abu-Djabiri osculatus, quum patruum conspiceret, pudibundus abstinuit et se excusavit, quod vino captus id fecisset. Patruus autem respondit: Quum me conspiceres, abstinuisti pudibundus. Si vino captus rem fecisses, tu pudibundus non esses. Abi igitur, per Deum! nos neque locus habitaculi neque incursio hostilis congregabit. In eadem regione tecum non vivam neque unquam tecum sermonem habebo. Tum versus illos dixit.

CCIII.

Dixit Kabizah b. Alnazrani Djarmita (conf. p. ٣٠٠).

1. Nonne vidisti, fulvum equum pectore suo fugisse et a provocatione recessisse et gladiorum fulgore.

Poeta ob fugam in proelio se excusat culpam rei equo suo imputans. Vocabulum ورد formâ adiectivum, ut poetis leonis cognomen sic equi quoque est. Pectori equi fugam tribuit, quod pectus in fugiendo primum avertitur. Loco verborum عرد صدره legitur: عز بصدره »vicit pectore suo.« Quem legendi modum quamquam Tebrisius praeferendum putat, ego reiicio, quod idem loquendi modus in tertio versu occurrit. Duplicem autem causam, cur equus fugam ceperit, addit, unam in clamore positam, quem strenui inter pugnam se **(p. 367.)** gloriantes et se provocantes edunt, alteram in fulgure gladiorum. Sic in Mersukii codice legitur: اما علمت ان فرسى الورد انحرف عن المقصد صدره وتولى الى غير الوجهة التى اريدها وجهه لنفوره عن تداعى الابطال ونكوله عن لمعان السيوف والرماح. Vox بارقة omnia arma splendentia significare potest; attamen vero in gladiis potissimum eam adhiberi puto conf. verbum ابرق. In scholio p. ٣٠٧ l. 1. a priore manu وجهَه ولى scriptum erat; sed وجهُه correctum est. Non autem puto verbum ولى, quod omisso accusativo significationem intransitivam accepit, cum nominativo وجهُه construi posse, ut illa correctio falsa habenda sit.

2. Et e viris me eduxit, a quibus nullo modo me separare volui, dum in angusto pugnae campo erant.

Rem contra suam voluntatem factam esse dicit, nam in proelio acri socios deserere turpe putatur (conf. Meid. C. 6, 126.). Verba من فتية mihi pro من بين فتية esse videntur et verba وهم etc. statui describendo inserviunt. Voci مازق, quae proprie locum angustum et tum proelium designat, vocem متضايق addidit, ut acre proelium esse indicaret. Forma verbi sexta proelii campum ob dimicantes se invicem prementes angustum fuisse indicat. Simili modo poeta Ham. p. ٥٩ v. 2. locutus est.

3. Et freni ferrum momordit et in re sua me vicit, quum viri officii memores repellebant (equos suos).

Quomodo factum sit, ut equum in proelium reducere non potuerit, describit. Si equus duro, ut ita dicam, ore praeditus ferrum freni inter dentes suos firmiter tenet, eques equum neque regere neque in cursu retinere potest, quippe frenum non amplius efficax est. Voce امره rem, quae equo praestanda erat, ut equitem in proelium reduceret, significari puto. In verbo عز idem construendi modus adhibitus est, quam in verbo غلب. Post verbum رد obiectum sc. equos in pugnam omissum est. Voces اهل الحقايق viros designant, qui res praestandas perficiunt officii memores. In lingua serioris temporis autem voces اهل الحقيقة mysticos et tales significant, qui internam rerum naturam perscrutantur, externae speciei rerum rationem nullam habentes.

4. Eique dixi, quum calamitatem perpessus essem: Quomodo ex amico se separante utilitas capi potest?

Moerorem suum de re ostensurus narrat, quae postea fecerit. Equum suum se vituperasse, quod ipsum a proelii campo removisset, ut amicis, a quibus separatus esset, auxilium ferre non posset. Fieri potest, ut vox بلاءه pro سوء بلائه dicta sit. Verba وانى etc. obiecti loco verbo قلت (dixi) sunt. In voce بمتع cum scholiaste non omnino consentio dicente, sensum esse: Unde mihi utilitas ex amico, a quo me separavi et quomodo ei auxilium feram, nam in versu de commodo, quod fugiens ex altero capere non potest, sermo non est; sed nonnisi de commodo, quod fugiens alteri in proelio remanenti non adfert. Praepositio autem ب quodammodo superflua est. Sunt quidam, qui negent, in propositione adfirmante praepositionem tali modo adhiberi posse; sed propositio haec interrogando inserviens propositioni neganti simillima est habenda (conf. Gram. Ar. T. I. p. 471.). Alter legendi modus وابنا تمتع est. Vox وابنا (et rediimus) e voce لما pendens cum antecedente coniungenda est. Voce تمتع equum suum moerorem manifestans alloquitur: Tu oblectare amico, a quo me separasti! Namirita autem وانى بمنع legens verbis talem sensum tribuit: Amicus tuus a te se separare vult, et eum ab hoc retinere difficile erit. Tum alterum legendi modum وانى بمتع adducens, suum obscuriorem quidem; sed vulgatum esse dicit. Qui eum recipiat, eum quietem petere et invenire; sed eum in re haud occulta errare, adhibito proverbio: »Ostendo ei (feminae) stellam obscuram in ursae maioris sidere eaque mihi lunam ostendit«, significat. Hoc proverbium Meidan. 10. 26. in priore parte diverso modo »ostendo ei podicem suum« (conf. Harir p. 395.) adnotatum est; sed in scholio alterius legendi modi mentionem factam invenimus. Abu-Mohammedes Alahrabi autem hunc refellens proverbium adnotavit, quod in rebus falsis adhibitum et in Meidanii opere non repertum (conf. Meid. T. III. P. I. Nr. 1041). »Abiit Ebn-Feswah in infortuniis« collato proverbio C. 9, 28. ذهب الخلق فى بنات طمار »Abiit in aerem se attollens in summas regiones«, sic fortasse vertendum esse puto: Filius peditus in summas regiones abiit i. e. ut peditus in aerem se attollens evanescit, sic haec nihili sunt. Vario autem modo Namiritam errasse contendit. Versuum auctorem Ka-

bizahum non esse; sed Alahradjum Mahnitam. Eum errantem verba واني بمنع et واني بمتع male explicasse; porro eum non explicasse verba واخرجني من فتية. Rectum autem esse legendi modum ab Abu-l'Neda adductum وابنا تمتع. Si grammaticus Abu-Ahbd-Allah (Namirita) textum versus cognovisset, sensus verborum eum impediturus fuisset, quominus chartas litteris inutilibus scribens impleret. Versus autem id spectare, quod equus ipsum contra voluntatem e proelii campo abstulisset die Nazifah, quo die septem eius fratres a gente Banu-Djadilah occisi essent. Nazifah nomen loci est (Kam.); sed proelii apud istum locum commissi neque in Meidanii opere neque alibi mentionem inveni.

5. *Eius calamitatem aliquando mihi occurrenti narro; sed illi me veracem non esse putant.*

Quod autem ii, quibus rem narrat, aut quod equus generosus est aut quod eius odio **(p. 308.)** pleni sunt, verbis fidem non habent, id maximâ cum tristitiâ adficit, quippe qua ex re opprobrium ad ipsum perveniat, quum fugam pavori tribuant, necesse sit.

CCIV.
Idem dixit.

1. *Tu, o filia familiae Sahdi, a me discedis! Num id facis, quod camelam equo fulvo mulsi?*

Metrum ad sextam speciem metri Sarih pertinere scholiastes scripsit; sed potius septima species est. Queritur aut miratur, uxorem ab ipso discedere, quod equo suo lac camelae sine dubio familiae necessarium dederit. In eo quoque vituperatio est. Arabes enim tantam curam in equum conferebant, ut, cui tam in pugna quam in fuga vitam deberent, eum liberis praeferrent conf. Ham. p. ١٠١ infr. In voce هاجرتِ, subiecto انت omisso, suffixum obiecti loco est (Gram. Ar. T. II. p. 184.); sed loco huius vocis legitur quoque هاجرتني »tu me fugisti«. Vocem آل superfluam esse putans scholiastes, sicuti voces حي et ذو interdum redundent, versum a grammatico Ebn-Alahrabi citatum rei probandae causa adduxit (metr. Basith): F i l i u s D h i r a r i, q u u m e u m n o m i n e S a i d v o c o, s t u d i o h a u d a b n e g a n d o a d m e a c c u r r i t. Mulierem quoque magnificiendi causa ita appellare potuit, quemadmodum dicitur: يا ابنة القوم »o filia gentis!« Se ipsum camelam mulsisse dicit, mulieribus enim res dedecori erat (conf. Meid. 28, 20). Duo autem viri camelam mulgere solebant (conf. Meid. 12, 17.). Vir in sinistro latere stans بائن appellabatur, in dextero, ni fallor, مستعل nomen habet H a m. p. ٣٧٠ v. 2.

2. *Extensam eius habenam ignoras, meque eius latus semper se movens intueri.*

Causam, cur ita agat, addit. Equum generosissimum esse et quia uxori equi indoles ignota sit, mariti agendi rationem eam reprobare. In hoc igitur et uxoris suae et sui ipsius excusationem protulit. Equi generositas tum in collo longo, tum in alacritate cernitur. Eius collum longum fuisse, verbis non dixit; sed ex eo, quod habena extensa fuit, scholiastes rem cognovit. Colli longitudo in equo laudatur (c o n f. Diwan-Amru-l'Kais p. ٣٤ v. 10.). Quum Hadjdjadjus b. Iusuf quendam rogasset, ut equum generosum describeret, tres in equo res,

aures, collum et inferiorem pedis partem ذراع appellatam longa appellavit (conf. Ebn-Doraid Makzurah v. 81.). Sed quum vox الممتد rem trahendo extensam proprie significet, in hoc mihi potius alacritatis indicium esse videtur, quippe equus festinans caput collumque extendat et habenam protrahat (conf. Ham. p. ٢٧٧ v. 3.). Alterum autem alacritatis indicium in eo cernitur, quod stans equus latus perpetuo moveat. Praepositio من superflua est. In hoc autem grammatici Alachfasch sententiam sequimur, qui praepositionem in propositione, quae affirmando inserviat, superfluam esse dicit (Gram Ar T. I. p. 490 sq.). Grammaticus Sibawaihi autem duplicem interpretandi modum proposuit, unum, quo constructio ad sensum est: Ignorantiam negare scientiam, quasi loco vocis جهلت dixerit ما علمت aut ما عرفت[1]), alterum, quo obiectum verbi جهلت omissum sit sc. ما اعرفه »ea quae novi«, cui verba من عنانه الممتد explicando adposita sint aut quasi dixerit: جهلت من عنانه الطويل مدلوله من العتق والنجابة. Poeta autem equi latus observat admiratione ductus. Vocem الالد cum latere haud bene coniunxit, quippe quae in homine strenue litigante adhibeatur Ut autem talis vir non quiescit in lite, sic equus semper latus movet.

3. Quum equi generosi veniunt terram calcantes irâ et indignatione pleni.

Tempus definit, quo equus ille talem se gerit. Si equus ille quolibet tempore inquietus est, hoc non tam laudi esse potest quam vitio verti, sin vero aliis equis generosis praesentibus alacrem se ostendit eosque cursu praeire cupit, laudi esse debet, quippe spes est fore, ut tali equo in certamine victoria sit. Vox تردى alacritatem et vehementiam euntis indicat, quae indicia generosorum equorum sunt. Forma quinta تملأ cum praepositione من construitur, ut dicatur تملات من الطعام »cibo impletus sum«; sed in nostro loco بشى aut simile quid omissum puto, cuius ope praepositio من cum voce مملوءة cohaeret. Equi autem irâ pleni sunt, quod a currendo retinentur et hanc ob causam irati terram pedibus percutiunt.

CCV.

Idem dixit.

1. Per vitam patris tui! Non cessat e nostrûm numero esse vir fiducia dignus, quo vita conservatur, firmus.

Gentem suam laudat, in qua viri fiduciâ digni, fortes, gentem defendentes sint. Loco vocis ابيك legitur اخيك. Fieri potest, ut se ipsum tanquam fratrem eius, quem alloquitur, etsi re vera frater non sit, designet aut ut per fratrem eius, quem alloquitur, ipsi tam carum iuret. Verba لعمر ابيك ita grammatice explicant, ut praedicatum قسمى (iuramentum meum) omissum statuant. In Mersukio ما ينفك legitur. Particula ما in statu praesente, لا in futuro (non cessabit) describendo maxime adhibetur (Gram. Ar. T. I. p. 516.). Quamquam in versu لا ينفك legitur, in scholiis legendi modus ما ينفك explicatus est. Verba يعاش به duplicem sensum habent. Talis vir aut beneficiis conferendis tempore penuriae aut contra hostes defendens aliis vitam conservare potest. Posterius praefero, quippe in virum strenuum adiectivum متين (firmus) maxime quadrat.

---

1) In Mersukii codice clarius scriptum est: فكانه قال بدل جهلت ما عرفت وما علمت.

(p. 309.) 2. *Utilis, perdens, pertinax in litigando, ponderosus in libra, firmus.*

Virum illum fiducia dignum pluribus describit. Eum utilem esse amicis, noxium inimicis. Verba مفيد مهلك ad voces اخو ثقة in superiore versu referenda sunt. Mersukius quamquam voci مفيد eandem significationem, quam voci مستفيد i. e. opes sibi acquirens tribui posse putat, priorem tamen praefert. Hoc recepto sensus est: Opes, quas sibi acquirit, liberalitate, dum beneficia in alios confert, perdit. Voces لزاز خصم eum designant, qui adversario in litigando quasi adhaerens argumentis premit et non desistit, donec alterum vicerit. Scholiastes dixit, verba illa esse similia ei, quod السناد et العماد appelletur. Vox العماد in poesi eam partem versus inter initium finemque hemistichii utriusque designat, quae cum aliis non consentit (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 119.) et similem hoc in loco vocem السناد significationem habere puto, non specialem, quae ibid. p. 330. adnotata invenitur, duarum vocalium mutationem in homoioteleuto. Sententiam quum clare non explicaverit, utrum sensum an formam verborum prioribus dissimilem respiciat, dubito. Fieri quoque potest, ut, quum singula in versu copulâ و connexa non sint, hisce in verbis coniungendi quoque modum ante oculos habuerit. Tam post vocem مفيد, quam post vocem مهلك obiectum omissum est. In posteriore dixit, eum, si cum aliis conferatur et simul cum iis in bilance ponatur, dignitatis pondere eos superaturum esse. Ad corporis pondus hoc minime referendum est, nam corpus grave Arabibus laudi non est. Vox autem رزين, quum sententiae nil addat, non tam sensus causa quam ut metro homoioteleutoque satisfiat, locum obtinuisse videtur.

3. *Excellentiâ meritisque tantis est, ut nulla re egeat, dum alii inferiores sunt.*

In eo omnes bonae indoles ita coniunctae sunt, ut caeteris omnibus antecellat. Vox نبالة ingenii praestantiam designat, qua quis excellit. Verba عن كل شيء mihi significare videntur, eum omnibus rebus carere posse, ita ut in suo genere perfectus sit. Vox نافلة cum voce نبالة coniungenda est, ut voces عن كل شى nonnisi metri causa interposita videantur. Sed, ni fallor, in Mersukii codice voci casus genitivus esse videtur, ut cum voce شى coniungatur, id quod minus placet. In posteriore autem versus parte dicit, si cum hoc viro alii comparentur, eos viles esse. Vox دون nominis vim habet; dicitur enim رجل دونٌ (vir vilis) et ما هو بدون (is vilis non est) conf. Ham. p. ۱۸۱ v. 5 schol.

CCVI.

Dixit Chofaf b. Nadbah.

Poetam circa Mohammedis tempus vixisse videmus ex eo, quod Abbbasum b. Mirdas alloquitur, qui Mohammedis socius erat conf. Anthol. gram. p. 337. Beatus de Sacyus nomen Chaffaf pronuuciavit; sed in Djeuharii quoque codice Chofaf scriptum reperi. Cognomine ابو خُراشة utebatur. Scholiastes dicens, vocem خفاف fratrem vocis خفيف in descriptione esse, indicare vult, illa adiectiva similem significationem habere, ut instar fratrum sint.

1. O Abbase! Quatuor res sunt, quae impediunt, quominus inimicitia nostra terminos eorum transgrediatur.

Poeta Abbasum b. Mirdas alloquens dicit, quadruplex vinculum esse, quo ipsi coniuncti sint et hoc vinculum impedire, quominus inimicitia inter ipsos illum terminum transgrediatur. Verborum ordo inversus est, nam transgrediendi actionem quatuor illis rebus tribuit, quum re vera inimicitiae inter ipsos conveniat. Sensu haud obscuro talis inversio licita est. Similis in verbis poetae invenitur (metr. Thawil): Sicuti fera laqueum tradit, nam re vera laqueus feram tradit. In Mersukii codice schol. l. 5. melius فقد صار الاخر تائه تعداه legitur.

2. Vincula nobilitatis, quae cum foedere coniuncta est et propinquitas elata.

Quatuor illas res enumerat. Tres in hoc versu sunt sc. حسب, نسب et عهد. In sequente versu quarta res sequitur. Vox علايق initio scholii, quae in Tebrisii scholiis legitur, vitiosa est. Loco eius حفا in scholiis Mersukii rectius scriptum est. Nobilitas generis (حسب) ipsi vetare videtur, ne in inimicitia ad maiora pergat. Huc accedit, ipsos foedere iunctos esse et cognatione. Cognationem autem الارفع appellavit, ut aut eam esse a parte patris, quae maioris habetur, significaret aut maximam. Legendum est in linea scholii secunda cum Mersukio والنسب الارفع يجوز ان يكون.

3. Et quod clivus capitis satyrae inter me et te non conscenditur.

Quarta autem causa in eo videt, quod pacto convenerat, ne alter alterum satyrâ laederet. Ad satyram quum nobilis nonnisi cum difficultate confugiat, eam cum monte comparasse videtur, cui caput tribuit. Huic autem capiti etiam clivus est, qui ei conscendendus est, qui satyram adhibere vult.

4. Et quam odiosum est, ad eum (clivum) venire! Ecce! ad eum non veni, quod inde repellor.

Socium satyrâ perstringere, ipsi odiosum esse et si ad satyram hac in re non confugiat, causam in eo quaerendam esse, quod foedere inter utrumque facto retineatur. Scholiastes dixit, imperativum ad rem narrandam adhibitum esse, quippe verbis admiratio contineatur. Hoc factum esse modo, quo vice versa narrandi verba in Corano (Sur. 2, 228.) »Feminae repudio dimissae exspectent (tres menses)« imperativi sensus tributus sit. Vocem autem باتيانها loco nominativi et subiecti esse (conf. Gram. Ar. T. II. p. 218. et p. 585.). Scholiastes verbis hunc sensum tribuit: »Quam odiosum mihi est venire ad clivum satyrae, et eum conscendere, quoniam anima mea. re abhorret et si ea non abstinuissem peccatum evitans, pactum inter nos mutuum me inde repulisset«. Sed verbis hic sensus revera non inesse videtur, nam verba لم اتيها sensum verborum لم اتركها non praebent. Sed haec verba ad legendi modum respicere videntur, quem in Mersukii codice invenimus. Loco verborum لم اتيها enim legitur لم انسيها »eum non oblitus sum«. Hic legendi modus, qui in Tebrisii codice in margine adnotatus est, faciliorem sensum praebet. In verbis ellipsis statuenda **(p. 310.)** est talis, ut mihi videtur: Si ego ad clivum satyrae non venio (res non intermittitur, quod tu ea dignus non es); sed quod (pacto nostro) inde retineor. Alter autem vocis ادفع le-

gendi modus, quo ei activi vocales dantur, ab Abu-l'Ahla ita explicatur: Quae nos vincula coniungunt, me a satyra retinent; de te igitur nil nisi bonum proferam; sed si tu me satyrâ laedis, te repellam. Obiectum verbi ادفع omissum est.

CCVII.

Dixit Mahbad b. Ahlkamah.

1. Coactus sum, ut tempore, quo Alhotatus occideretur, absens essem et utinam tempore, quo Alhotatus sanguine contaminaretur, praesens fuissem!

Versus hi in Mersukii codice hoc loco desiderati p. ٣٥٤ ante versum غدرتك inveniuntur. Queritur poeta, quod in illo proelio, quo vir Hotatus vulneratus esset, praesens non fuerit. Hanc querimoniam eo indicavit, quod optat, ut praesens fuerit. In eo, quod poeta secunda verbi غيبت forma passivi usus est, indicium video, poetam non suam voluntatem sequentem; sed coactum absentem fuisse. Excusationem quoque proferre videtur. Mersukius putat, poetam verba nonnisi eam ob causam protulisse, quod alii, poetam virum, quocum cognatione iunctus esset, occisurum non esse, putarent. Scholiastes adnotans, poetam nomen proprium tam cum articulo, quam sine articulo adhibuisse, dicit, Arabes in nominibus propriis ex participiis aut nominibus actionis ortis, quae cum articulo aut sine eo adhiberentur, nullam regulam constanter sequi. Fieri autem posse, ut necessitas postulet, ut cuiuslibet generis nomini proprio articulus addatur. Tum si nominibus propriis numerus pluralis aut dualis detur, quippe quae eam ob causam haud definita fiant, articulum addendum esse. Nomina propria العباس et الضحاك nonnisi in poesi sine articulo adhiberi. Sic in versu (metr. Thawil): Vesperà, qua Dhahhacus b. Sofjan cum gladio legati Dei stetit, dum mors propinqua erat; sic quoque nomen poetae Almorakkischi in sequente versu sine articulo invenimus (metr. Camel): Quis gentibus nuntium adfert, Morakkischum sociis onus grave fuisse. Si mos fert, nomen proprium sine articulo adhiberi, ut in vocibus محمد et مالك, nonnisi in poesi metro cogente articulo utuntur, sin vero illi rei contrarium est, ut in vocibus الحارث et القاسم articulus facile abiicitur (conf. Gram. Ar. T. I. p. 437.). Quod autem in posteriore hemistichio nomen proprium loco suffici poeta repetivit, id mihi rem gravem esse indicare videtur. Verbum ضرج maxime de pigmento rubro, quo res inficitur, usurpatur.

2. Dum in manu mea gladius secans erat officio satisfaciens, qui, quum in percussum impellitur, penetrat.

Sperat, se gladio bono armatum eum occisurum fuisse. Fortitudinis igitur laudem sibi tribuit. Verba الكف منى dicta sunt pro كفى, ni fallor, ut metro satisfieret (Gram. Ar. T. I. p. 491.). Ante vocem صارم substantivum سيف omissum est modo poetis usitato (conf. Ham. p. ٣٨٤ v. 4.). Ad gladium autem accuratius describendum verba ذو حقيقة addidit, quae significant, conditionem gladii omnino bonam esse, ut vitii expers sit (conf. Ham. p. ٣٠٩). Posterius quoque hemistichium gladium tanquam perfectum designat.

3. Ut duae gentes Ma'ici earumque turba mixta sciant, caedem Alhotati illicitam mihi non esse.

Causam addit, cur optet, ut in ista pugna praesens fuerit. Se virum illum occisurum fuisse, ut gentes illae cognoverint, se eum occidere posse. Fieri potest, ut poeta aliorum opinionem respiciat, qui, quum illum virum nondum occiderit, eum ignaviae accusarent dicentes, eum caedem illius viri illicitam habere (conferas quae ad versum primum adnotavi). Quaenam duae gentes Malici fuerint, accurate definire haud ausus sim; sed videntur esse gentes Auhf et Malec (conf. Ham. p. ٣١٤ v. 2.). Voce لفيفها autem homines ex variis gentibus mixti, qui cum istis gentibus coniuncti erant, significat. Vox محرم eum designat, qui in regione Meccae sacra versatur aut mense sacro degit; quo caedem facere nefas habetur. Verba autem poetae Alräih (metr. Camel): Occiderunt Ebn-Ahffanum, chalifam, dum Mohrim erat sic explicant, eum quod antistes (Imam), in urbe sacra et mense sacro[1]) degeret, occidi nefas habendum esse.

4. Sohairo dic! si generosos nostros contumeliis lacessis, nos contumeliis non adficimus eum, qui contumeliis se exponit.

Sohairus, cuius in hoc versu mentionem facit, sine dubio poetam, fortasse et alios gentis viros contumeliis adfecerat. Contumeliae illae fortasse id, quod illum Hotatum a pugna absens non occiderat, spectant. Verbis se suamque gentem iniurias non ulcisci dicit.

5. Sed iniuriam patienter non ferimus et nos gladium tenui acie instructum penetrantem arripimus. **(p. 311.)**

Modum, quo iniurias ulciscuntur, describit. Virorum fortium agendi rationem sequuntur, qui gladium, non verba contumeliosa adhibent. Verbum نعتصى significat, eos gladiis loco baculorum uti, ut, si alii baculis adversarios percutiant, ipsi gladios adhibeant. Optimis gladiis tenuis duplex acies tribuitur et hoc Indicis gladiis fortasse proprium erat (conf. Ham. p. ٥٧ v. 2.). Acutissimi autem gladii indicium est, quod in rem, ne sono quidem audito, penetrat et talem gladium vox مصمم designat.

6. Manus nostrae ignorantes sunt et consilium nostrum intelligens et factis, non verbis contumeliâ adficimus.

Scholiastes dixit, metaphorice loquendi modo membris hominis agendi rationem tribui; sed hoc in versu ignorantia manibus adscribi videtur, quod manibus homines talia perpetrare solent, quae ab ignorantia et dure agendi modo proficiscuntur. Sic quoque voces حلم et جهل oppositae videntur, ut illa intelligentiam et cum ea leniter agendi rationem coniunctam, haec ignorantiam et cum ea dure alios tractandi rationem cohaerentem significet. Haec ad illam agendi rationem, qua gladio et non verbis iniurias ulciscuntur, respicere videntur. Scholiastes illis verbis sensum tribuit, ex eorum animis nunquam prodire agendi rationem

1) Quatuor erant menses sacri, in quibus pugnare et occidere nefas ducebatur, Dsul-Kahdah, Dsul-Hidjdjah, Moharrem et Redjeb Kam. Meid 18, 87. Genti Thai et Chatsam illi menses sacri non erant. Causa sine dubio in diversa eorum religione quaerenda est. conf. Golium ad Alfargan. p. 4. 5.

vituperatione dignam, quum ingenium perspicax habeant. Posterior autem versus pars quartum versum respicit, in quo, se contumeliis non adficere, dixerat; sed poeta نشتم بالافعال improprie dixit, quum verbum شتم potius in verbis adhiberi videatur.

6. Perseverare in eo, quod inter nos intercessit, in potestate tua est; aut igitur ab eo recede aut procede!

Se adversarium suum parum facere et non curare dixit. Sive unam sive alteram agendi rationem erga ipsum sequatur, perinde se habere. Loquendi modo magis aptum putaverim, si poeta aut استاخر له او استقدم aut تاخر له او تقدم dixisset; sed quem elegit loquendi modum, metri ratio postulasse videtur.

CCVIII.
Quidam latro gentis Thai dixit.

Post annum 36 tempore, quo Cufae Ahlius regnabat.

1. Quum filios duos Schomaithi in platea gentis Thai vidissem, dum porta mihi clausa erat,

Poeta, quem Abu-Hilalus Schabibum b. Ahmru b. Coraib fuisse dixit, apud Ahlium, qui Cufae versabatur, latrocinii accusatus erat. Ahlius, ut eum puniret, duos filios Schomaithi, qui eum in platea gentis Thai versantem caperent, miserat. Hic advenientes videns fugâ se eripuit. Anno autem 36 quum Ahlius urbem Cufam sedem sibi constituisset, post illum annum res accidisse videtur, nam carceris ab Ahlio exstructi mentionem facit. Videmus autem ex hoc versu, gentem Thai in quadam platea, et non per urbem dispersam habitasse. Hunc morem in oppidis Arabum fuisse puto. Vox ان post لما redundat (conf. Ham. p. ۱۴۹ v. 3. p. ۱۹۳ v. 3.). Scholiastes dixit, voce الباب aut portam urbis aut praesidia fines regionis custodientia significari. Prius praeferendum puto. Sed verba significare quoque possunt, portam, per quam ad ipsum intrandum erat, clausam fuisse, ut ex altera parte fugâ se eripiendi tempus esset (conf. de vocis دون significatione Gram. Ar. T. I. p. 497.).

2. Equum Alahza stragulo tectum conscendi; sciebam enim, me carceri Mochajjis fore oppigneratum, si me assequerentur.

Quomodo liberatus sit, describit. Sellâ equum instruendi tempus non erat, eum igitur nonnisi stragulo tectum conscendit. Ahza equi quoque nomen est, quo vehens Kazirus fugâ se eripuit. Fieri potest, ut huius equi nomen, quum in proverbium venerit, omnem equum celerem designet (Meid. C. 7, 9.). Causam addit, cur tantopere festinaverit. Mochajjis est carceris nomen, quem Ahlius aedificandum curaverat, et tam cum vocali Kesra quam cum vocali Fatha effertur. Nomen inde datum, quod malefacientes subigeret. Poeta Nabeghah Dsobjanita dixit (metr. Basith): Et daemones subige; ego iis permisi Tadmorum[1]) aedificare tabulis lapidum columnisque. In versibus autem sequentibus

1) De situ oppidi in deserto Syriae conf. Abulf. Géogr. p. ۸۸ et Schultens in indice Geograph. in vita Saladini. Quum Salomo id aedificasse a nonnullis putaretur, cui daemones submissi opus fecisse dicerentur, poeta hanc hominum opinionem in versu respicit.

(metr. Redjes): Nonne me vides esse astutum, ingeniosum, quippe qui post carcerem Nafih appellatum exstruxerim carcerem Mochajjis, scuticam firmam, principemque ingeniosum? carcerum mentio facta est. Quum carcerem Nafih appellatum ex arundine exstruxisset et per parietes fures inclusi erupissent, alterum carcerem Mochajjis aedificandum curavit, ex quo fugere non possent. Hos igitur versus se laudans Ahlius dixisse fertur (Kam.).

3. Et si paululum tantum iis cunctatus essem, ad principem ventrosum me protraxissent,

Illos, si statim fugam non cepisset, ipsum ad imperatorem Ahlium vi abducturos fuisse dicit. Ante vocem قليلا nomen actionis لبثا omissum est. Voce جرونى vim indicat. More Arabum Ahlium principem شيخ (senem) poeta appellavit et ad eum describendum vocem بطين (ventrosum) addidit. Ahlium ventrosum fuisse, in Abulfedae Annal. T. 1. p. 338. legimus. Eum vivente Mohammede talem fuisse, ex verbis Mohammedis cognoscimus dicentis, »eum talem esse ob magnam scientiam, quam rerum habeat«.

4. Robustis humeris praeditum, temporis vicissitudines vincentem, diversum in agendi ratione.

Hoc in versu tam Ahlii corpus, quam agendi rationem describit. Dorso **(p. 312.)** robusto praeditum eum esse dicit, in quo robur corporis maxime nititur. Mersukius dixit, tali modo leonis corpus constitutum esse. Verbis بان على الحدثان indicat, eum patientia et animi fortitudine temporis vicissitudines vincere. Verba مختلف الشؤون »diversus in rebus« mihi viri ingenium fecundum significare videntur, quo in diversis rebus diversa remedia invenit, ut sensu ac describendi modo versui p. ٢١ v. 3. hic versus similis sit. Scholiastes autem Mersukium secutus diversam agendi rationem in abstinentia, scientia, robore et audacia in rebus Deum spectantibus significari putat.

CCIX.

Dixit Horaits b. Annab b. Mathar b. Silsilah b. Cahb b. Auhf.

(conf. Ham. p. ١٢٣).

1. Quum servum Nabhan me relinquentem vidissem in deserto, in quo mortis casus sese offerunt,

In hoc versu, qui cum sequente cohaeret, poeta se in deserto relictum fuisse narrat. Gens Nabhan, nam Nabhan, a quo viro gens originem habebat, pro Banu-Nabhan dixit, gentis Thai pars erat, quae montem Salma incolebat (conf. Ham. p. ١٧٧ l. 2.). Gentem autem, ut se eum despicere indicaret, servum appellavit. Vox لماعة, omisso substantivo, desertum, in quo vapores meridiei tempore splendent, aquae speciem praebentes, significat. Talia deserta viatoribus periculosissima sunt, quippe quae viatores in errorem ducunt. Dixit poeta Ebn-Ahmar (metr. Sarih): كم دون ليلى من تنوفية لماعة تنذر فيها النذر Quot deserta, in quibus vapores meridiani splendent, in quibus vota suscipiuntur, a Laila me separant! Scholiastes desertum hoc in versu per metonymiam rem difficilem et calamitatem significare posse putat. Idem verbum تخطر verbo تحدث et تعترض explicavit; mihi autem verba cum loquendi modo خطر الدهر خطرانه, quem Djeuharius adnotans

idem esse ac ضرب الدهر ضربانه »tempus modo suo incessit« dicit. Tempus cum camelo, qui alacriter incedens caudâ modo sinistrum modo dextrum latus percutit, comparatum videtur. Sic quoque casus adversi et calamitates in nostro versu.

2. *A Manzuro et duobus filiis Moarredhi, et Sahdo Djabbaroque auxilium accepi, imo Deus auxilium praestat!*

Viros, qui in tanto rerum discrimine ei auxilium praestiterunt, appellat et Deo gratias agit, qui permiserit, ut illi viri ei auxilium ferrent.

3. *Et profecto! Deus mihi eorum amorem impertivit et crus meum corroboravit, postquam haud multum abfuit, quin pes meus lapsaret.*

4. *Quum homines viâ incedunt, vides eos habentes unum ducem caecum, alterum cernentem.*

In priore versu Deo gratias agit, quod ipsum illorum virorum amore beaverit. Quum cruris osse pes nitatur, in versu cruris mentionem fecit. Si crus firmum stat, homo non labitur; sed hoc in loco re vera non de lapsu pedis; sed de infortunio sermo est c o n f. Psalm. 18, 38. In posteriore parte descriptio aut ad adiutores aut ad eos, qui eum deseruerant, referri potest, ut verba aut laudi aut vituperationi sint. Si laudi sunt, dicit, eos tam noctu, quam coecam appellavit, quam die, quem tanquam cernentem designat, in itinere esse, ut nemo eos aggredi audeat; sin vero vituperationi sunt, significant illos ob ignorantiam quum consilio prudentiaque careant, et nil boni paratum habeant, vel unum quemque consilium rogantes se convertere et tam stultum quam prudentem sequi.

5. *Duae loquelae iis sunt, quas homines metuunt et duae modulationes, quarum una grata, altera ingrata est.*

Et hic versus, sive ad unum sive ad alterum spectat, duplici modo explicari potest. Si verba laudi sunt, sensus est, eos oratione tam metrica quam soluta uti, quam ob vim suam adversarii metuant et loquendi modum adhibere amicis gratum, adversariis ingratum; sin vero verba vituperationi inserviunt, sensus esse videtur, eos duplicem loquendi modum sequi, quem utrumque homines metuant, dum ante oculos adulentur, post tergum calumnientur. Similem sensum poeta Nozaib protulit in hoc versu (metr. Thawil): يحبون بسامين طورا وتارة يحبون عباسين شوس الحواجب U n a v i c e a m a n t s o l u t o v u l t u e t a l t e r a v i c e a m a n t a u s t e r o v u l t u p a l p e b r i s c o n t r a c t i s. Posterior autem pars duplicem sensum admittere videtur, sive voci معروف b o n i (grati) aut c o g n i t i sive voci منكر i n g r a t i aut i n c o g n i t i significationem tribuis. Si boni et ingrati significationem voces habent, de adulando et calumniando sermo esse potest, sin cogniti et incogniti, sensus diversus est. Modus eorum, quem in rumpendis pactis adhibent, ex factis eorum cognoscitur, quo autem in dolis struendis utuntur, is cognitus non est. Vocem لحن Mersukius voce معاريض (dicta parabolica) explicavit; sed ego in reliquis verbis causam non video, cur voci tam specialis significatio tribuatur. Significationem hoc in versu non multum differre puto a voce منطق, nam vox لحن sonum et quandam vocis modulationem designat.

6. Omni genti Banu-Ahmru b. Auhf vivendi ratio est; optimus autem eorum in bono maloque Bohtor est.

Ut proxime antecedentis versus ratio duplex est, sic et in hoc duplicem **(p. 393.)** interpretandi modum admittunt. Tam laudi quam vituperationi esse potest. Si laudi inservit, gentem Banu-Ahmru b. Auhf laudat; sed maxime Bohtorum; sin vituperat, genti potentiam quandam esse; sed optimum eius Bohtorum imperio non convenire dixit. Hunc sensum Grammaticus Ebu-Alchajjath (conf. Ham. ٣٣) in versu invenit. Scholiastes res ad personas singulas referendas esse putavit; sed ego Bohtor gentis nomen esse puto. Bohtor b. Ahtud b. Ohnais, (non Ohnain, quemadmodum Djeuharius retulit) auctor familiae erat ad gentem Thai pertinentis (Kam.). Haec familia pars gentis Ahmru b. Auhf fuisse videtur. Vox رباعة de re bona et statu bono adhiberi, scholiastes adnotavit. Dici هو ذو رباعة قومه »Is rebus gentis suae praeest«, ut in versu vox رباعة pro ذو رباعة dicta esse possit. Abu-Hilalus autem dixit, vocem رباعة significare statum conservandum et custodiendum et verba بنو فلان على رباعتهم significare, quosdem eodem statu, quo tempore ante Mohammedem esse. Hanc significationem voci in versu poetae tribuunt (metr. Basith): I n g e n t e M a a h d d n e m o e s t, q u i s t a t u m p r i s t i n u m s u u m c o n s e r v e t; q u u m r e m b o n a m s i b i p r o p o n i t, e a m p e r a g i t.

CCX.

Dixit Aban b. Ahbdah (in altero exemplari (نسخة اخرى) Ahbidah).

Abu-Hilalus nomen esse dixit Ahbdah b. Alahjjar b. Masuhd b. Djaber etc.

1 Quum religio corrumpitur, tum ei dic: Nos sinat et magnum agmen gentis Maahdd, dum cum eo confligimus.

Gentis suae fortitudinem laudans, eam magno agmini gentis Maahdd parem esse dicit, ut imperator in ipsis fiduciam ponere possit. Sed quum tempus, quo poeta vixerit, incertum sit, in varias opiniones interpretes abiere. Sunt, qui voce دين aut religionem aut obedientiam et coniunctionem inter gentes significari putent, ut sermo ad Chalifam (imperatorem) directus sit, dum alii verba bellum inter gentem Thai gestum, Alfasad dictum (conf. Meidan. T. III. P. I. p. 574. Hamas. p. ۱۷۷ l. 8. infr.), respicere opinantur. Qui religionem Mohammedicam significari putant, voce الفساد eam corruptionem designari volunt, qua duces chalifatus munus in regis dignitatem mutare tentabant. Futurum apocopatum يدعنا aut ex omissa coniunctione ل, qua futuri forma sensum imperativi accipit (Gram. Ar. T. I. p. 478.) aut ex omisso imperativo pendere potest, quasi dixerit: قل له [1]) دعهم يدعنا »Dic ei; Sine eos! nos sinet!« Hunc autem loquendi modum, in loco Corani Sur. 14, 36. قل لعبادى الذين امنوا يقيموا الصلوة »Dic servis meis, qui credidere, preces peragant« inveni. Locum

1) Quamquam et in Mersukii codice, ex quo a scholiaste noster locus desumtus est قل لهم legitur, tamen nil nisi قل له textui nostro congruum putaverim.

autem exscripsi, quod scholiastes verba الذين آمنوا omiserat. Voci راس agminis magni significationem esse, e sequente versu videmus. (metr. Redjes): وراس اعداء شديد اضمه سرنا اليه او غزانا اعظمه Quot agmina magna hostium, quorum ira vehemens, erant, ad quos profecti sumus aut quorum maxima pars nos invasit. Et in versu 51. Moallakae Ahmrui b. Kelth. voci راس magni agminis significatio a nonnullis tribuitur. Maahdd b. Adnan auctor Arabum est (conf. Ebn-Kotaib p. 63.). Poeta igitur hoc nomine omnes Arabes complectitur. Voce نصادمه statum describi scholiastes dicit, ut sit pro مصادمين له »dum nos cum iis pugnamus.«

2. *Gladiis celeribus, tenui acie praeditis, secantibus, a Davide factis, in quibus eius undulatus fulgor et signa sunt.*

Hic versus cum antecedente coniungendus armorum partem, quibus utuntur, describit. Quum viri fortes armis excellentibus uti soleant, in armis ipsis laus est. Enses, quos illis tribuit, excellentissimos fuisse ex eo cognoscimus, quod a Davide cusos esse dicit; sed in eo auctor erravit, nam Davides nonnisi loricas confecisse narratur (conf. Hamas. p. ۱۸۹ v. 1. Caahb b. Sohair. v. 54.). More poetarum nonnisi adiectivis in describendo usus est. Voci البيض fulgentium (gladiorum) significatio tribuitur Ham. p. ۳۱۵ v. 5.; sed quum voci simul pulchrarum puellarum significatio sit; duplicem sensum respiciens Haririus p. ۷۰ l. 8. verbis صارم البيض etc. lusit. Scholiastes voce خفاف celeritatem, qua a pugnantibus moventur, significari putat, ego potius celeritatem, qua membra dissecant, indicari putaverim, quum talis indoles gladii laudi sit. Vox مرهفات eorum aciem tenuem esse indicat. Tenuis autem acies secanti gladio necessaria est. Vox قواطع nonnisi ob metrum Nunnationem accepit. Verba اثره وخواتمه varia signa designant, quibus opus suum fabricator distinguit, ut tanquam suum cognoscatur. Voci خواتم non sigillorum, sed signorum sigillis similium significatio tribuenda est. Vox اثر, quae tam vocali Dhamma quam Fatha pronuntiari licet, undulatum fulgorem in superficie gladii designat, cuius modus in diverso opere diversus esse potest; at vero quum vox cum altera خواتمه coniuncta sit, utrum gladii fulgur an nota gladio impressa in versu significetur, dubito. In scholio ad versum nostrum post verba وقوله لداود فيها vox خواتم, quae in Mersukii codice legitur, deesse non potest.

3. *Et caeruleis (sagittis), quas accipiter longis alis praeditus pennis suis vestivit, cuius tam occultae quam prostantes pennae luxuriantes sunt.*

In describendis armis pergit. Vox caeruleae origine nonnisi cuspides; in hoc autem loco totas sagittas designat. In loco Hamas. p. ۷۰۴ v. 5. hastas voce significari puto. Alae sagittae sine dubio pennis accipitris compositae erant, quod illae longae sunt, quam ob causam sagitta melius volat. Ut autem celeres sagittas indicet, pennas ab accipitre مصرحية cognominato desumtas esse dicit, quippe quae longiores sint. Quod viris, qui sagittae latera pennis instruunt, quam rem verbo قذ appellant, tribuendum fuit, id poeta accipitri adscripsit. Pennae autem sagittis quasi vestimento sunt. Sagitta rudis dolata برى, directa قدح et

denique pennis instructa سبر appellatur (conf. Pocock. spec. hist. Ar. p. 99. et Ham. p. ٣٨٤). Posteriorem autem versus partem addidit, ut pennas illius avis neque raras neque corruptas esse ostenderet. Vocem اثيث casum nominativum obtinuisse, scholiastes dixit, quod in phrasi nominali id sit, quod a grammaticis مبتدأ [1]) appelletur. Adiectivo feminini signum additum non est, quod adiectiva formae فعيل generis communis sunt conf. Gram. Ar. T. II. p. 263 et 273 sqq. Suffixum vocis قوادمه ad vocem ريش referendum est.

4 *Cum exercitu, in cuius lateribus equi albo nigroque variegati errant, dum apud Jatsrabum postrema eius pars est, prima autem in regione Syriae.*

Maximum exercitum esse, ex eo cognoscimus, quod poeta eum ab urbe **(p. 311.)** Medina (i. e. urbs prophetae), cui olim Jetsreb conf. Abulf. Geogr. p. ٨٩ nomen erat, usque in Syriam una serie pertingere dixit. Tales equi, quales in versu errantes descripsit, quum colore insignes sint, a multis cognoscuntur, ut si errent et ad dominos pervenire non possint, maximus exercitus necessario sit.

5. *Quum inter Orientem Occidentemque nos proficiscimur, terra tam vigilans quam dormiens commoretur.*

Illa, quam praemiserat, magnitudinis descriptio poetae non sufficit. Eam amplificat exornatque. Maius spatium ponit esse, spatium totam terram complectentem, inter Orientem Occidentemque. Si in hoc terrae spatio exercitus ille proficisceretur, nulla eius pars remaneret, quae ab equorum ungulis non tangeretur i. e. totam illam regionem exercitus compleret. Terram ipsam tanquam personas descripsit, quarum una pars dormit, altera pars vigilat. Scholiastes dixit, terram dormientem eam esse, quae ab incedentibus haud tangeretur, vigilantem autem, quae pedibus conculcaretur et motu quasi e somno excitaretur. De hominibus in terra aut vigilitantibus aut dormientibus cogitandum non est, nam vox تراب humum ipsam designat. Similem autem sensum poeta Sohair expressit (metr. Thawil): يهد له ما دون رملة عالج ومن اهله بالغور زالت زلازله Per eum regio infra arenas Ahlidji dirnitur, et terrae motus eius apud incolas regionis Alghaur cessavit conf. Ham. p. ٧٩ v. 2.

CCXI.
Dixit Onaif b. Macim Nabhanita.

Nabhan pars gentis Thai erat, quae montem Salma incolebat (Ham. p. ١٧٧ sup.).

1. *E gentibus Auhf et Malec agmina* robis *congregavimus, quorum poena haud puro genere oriundos perdit.*

Gentes Auhf et Malec unam tantum gentem, quamquam duae erant, sine dubio appellavit, quod coniunctae erant. Auhf et Malec diversarum gentium nomen est; hoc autem in versu gentes ad gentem Thai pertinentes significari videntur. In Mersukii codice pro voce نعمر legitur نَعِمر, quae vox in codice Tebrisii alteri subscripta est.

1) Re vera subiectum phrasis nominalis a grammaticis مبتدأ appellatur; sed in hac phrasi vox اثيث praedicatum est (conf. Gram. Ar. T. II. p. 98. adn.) verborum خوافي et قوادم.

2. *Quorum postremum agmen dum in loco Alhasn et Alraml et Alliwa versatur, primum agmen gentium duarum Djadis regiones iam praeterit.*

Maximum exercitum esse eo describit, quod primum et postremum eius agmen magno intervallo separatum fuisse dicit. Djadis unius tantum gentis nomen est. Omisit igitur nomen Thesm [1]). Gentes hae antiquissimis temporibus regionem Jemamah incolebant. Pocock. spec. hist. Ar. p. 468. ed. alt et p. 38. Locum Alhasn gens Jarbuh tenebat, quae pars gentis Tamim Ohman (vel Bahrain) aut orientalem inferiorem Chaldaeae regionem incoluisse videtur (conf. Abulf. Annal. T. I. p. 40. adn. et Elmac. p. 16.). Scholiastes tres voces nomina appellativa esse statuens particulam ف adhibitam putavit, quod sine mora una res alteram sequatur. Usu enim loquendi communi vocem الحزن terram duram usque ad locum, ubi arena mollis الرمل incipiat, designare, vocem الرمل autem designare arenam usque ad locum, ubi ea tenuis sit et omnino cesset, quippe qui locus اللوى appelletur. Sed quum poeta in versus posteriore parte terram gentis Djadis commemoravit, in priore parte voces tres nomina locorum esse videntur. Caeterum in Mersukii opere, e quo Tebrisius exscripsit, locus melius sic legitur: وفى الامر العام يقطع الحزن وهو ما غلظ من الارض الى ما سهل من الرمل ويقطع الرمل الى اللوى وهو مسترقه.

3. *Et sub equorum iugulis magnum peditum agmen est, quorum sagittae cordibus vulnerandis destinatae sunt.*

Pedites et quidem sagittarios ante equitatum disponebant, sine dubio ea causa adducti, ut, si sagittis plures ceciderint aut vulnerati sint, in perturbatum equitum agmen equitatus prorumperet. Voce تتاح usus est significaturus, illas sagittas a Deo destinatas a scopo cordium nunquam aberrare. Et alter legendi modus لحبات القلوب (interioribus partibus cordium) est.

4. *Quominus iniuriam ipsis illatam experirentur, impedivit, quod filii mulieris proliferae erant, cuius familia magna.*

Magno numero gentis potentia nititur et haec res causa est, cur aliorum iniurias a se depellant. In altero loco (Ham. p. ٧١) sex versus sequuntur, et in Mersukii codice in nostro loco legimus وباقى الابيات قد تقدم تفسيره »Reliqui autem versus (huius carminis) iam antea explicati sunt.« Primi autem versus quum illo loco explicati sint, in hoc loco in primo exemplari aut omnino defuisse aut explicatione caruisse videntur.

CCXII.

Dixit Alcarawwas b. Said b. Hizn b. Mazad b. Mahkil conf. p. ١٥٨ infr.

Scholiastes voci كروس magno capite praediti significationem tribuens Abu-l'Nadjmi versum adnotavit (metr. Redjes): Tibi magno capite praeditum leonem metuo. In versu autem sequente Ahbd-Allahus b. Alsobair Asadita poetae ipsius mentionem fecit dicens (metr. Thawil): Per vitam meam! venit Alcarawwasus iram suam cohibens ob nuntium Mohammedanos dolore adfligentem. Poeta (conf. p. ٣٢٧, ٥٣٠) in oppido Cufa educatus et degens tempore Omajjadarum, quibus omnino addictus erat, primus

1) Sed in altero loco scholiastes vocem جديس pro جدس et جديس dictum esse vult.

nuntium de pugna apud locum Harrah, prope Medinam situm, Cufam adtulit Jesido regnante (conf. Abulf. Ann. T. I. p. 395.). Quum Muzihbus b. Alsobair oppido Cufa potiretur, poetae, qui captivus adducebatur, benefecit. Poeta igitur eum laudavit neque ab eo decessit, donec occidebatur. Poeta autem tempore Abbd-Almalici b. Merwan diem obiit (Cit. Alagh.).

1 Vidit me (ista gens), dum canities mihi vestimento erat et in mea utilitate spem posuit. (Et ei dixi:) Sis optime sperans!

Poeta gloriatur, quod gens, dum senex sit, in ipso spem posuerit. Istam spem haud irritam futuram dicit. In hoc quum senectutis mentionem fecerit, non tam roborem, quam experientiam prudentiamque laudavit. Praepositio من inservit parti vestimenti indicandae Gram. Ar. T. I. p. 489. Posteriori versus parti duplicem sensum tribui posse scholiastes dicit, unum, quo poeta gentem hortatur, ut spem non abiiciat, quum irrita futura non sit, alterum, quo ista re laetus Deum invocat, ut gentem beet et optimam inter **(p. 315.)** sperantes esse sinat. Quod vero poeta الامل et non الاملة, quamquam كونى praeivit, dixit, hoc eo factum esse, scholiastes dicit, quod mente vocem حيّ (generis masculini) cogitaverit. Voces امل et رجاء ita significatione distinctas esse dicunt, ut illa magis generaliorem significationem habens in rebus, quae fieri possint et quae fieri non possint, haec vero nonnisi in rebus, quae fieri possint, adhibeatur, sed in versu generalior vocis significatio esse videtur. In scholii linea quinta in Mersukii codice melius legitur: وخير الآملين من يبلغه الله.

2. Profecto! si gens Mahkil e senectute mea gaudium capit, profecto! ex me laetitiam iam cepit, quum inter obstetricum manus essem.

Rem miram non esse dicit. Familia enim sua quum tempore, quo natus sit, gaudium ex ipso perceperit, non posse non tempore, quo senex sit, ipso laetari. Plurium obstetricum mentionem fecit aut ut rem suam isto tempore gravem fuisse significaret aut ut homoioteleuto metroque istâ formâ adhibitâ satisfaceret. Duae coniunctiones ل in versu adhibitae sunt, quarum prior praeparans iuramentum, posterior iuramento respondens appellatur (conf. Gram. Ar. T. I. p. 504.). Huic versui sensum oppositum poeta sequente versu expressit (metr. Thawil): وعنّى بى قومى وما ان عنانيتهم واصبحت فى قومى وليسوا بمنبتى Gens mea a me adiuta est; sed antea eos non adiuveram; nam postea in gente mea fui et in ea natus non sum.

3. Quum primam vocem edidisset, feminae pulchra facie mollibusque digitis praeditae Deum ob eum laudarunt.

Sensum prioris versus magis exornat. Loquendi modum mutans, quemadmodum Arabum mos fert, de se tertiâ personâ in referendo usus est. Aderant tempore, quo nasceretur, mulieres pulchrae nobilesque, quae quum natum conspicerent et primam eius vocem audirent, Deo gratias agebant generosum eum futurum praevidentes. Sed non tam se quam matrem suam laudat, ad cuius servitium feminae nobiles adessent. Feminis illis praecipue eam ob causam molles digitos tribuit, ut eas servas non esse; sed ingenuas, quarum manus opere faciendo durae non essent, indicaret.

CCXIII.
Dixit Kawwal Thajjita.

Post Islami tempus inter annum **127 — 132** versus dictos esse inter alia ex scholio v. 1. videmus conf. Ham. p. ٣٠٣.

1. Vos duo huic viro, qui decimas collecturus venit, dicite: Adesdum! gladii Maschrefitici decimarum partes sunt.

Viro, qui ut decimas colligeret, venerat, minatur. Scholiastes nos certiores facit, versus res, quae Mahdano b. Obhaid cum Merwano fuerint (conf. Ham. p. ٣٠٣), respicere. Saepius invenimus, poetam duos socios initio carminis alloquentem (Amru-l'Kais. Moall. v. 1.). Susenius ad istum locum adnotavit, minimum adiutorum numerum esse duorum sc. camelorum et ovium pastorum; idem dixit, interdum numerum dualis loco numeri pluralis poni. Vox ذو dialecto gentis Thai propria pro الذى conf. Ham. ٢٩٢ v. 3. ٥٥٥ v. 2. ٧٩١ v. 5. Meid. I, 348. nullam mutationem patitur. Verbum سعى de decimis colligendis adhiberi scholiastes sequente versu probat (metr. Basith): Decimis unius anni praefuit et cilicium nobis non reliquit et quomodo? si Ahmruus duorum annorum decimis praefuisset. De voce علم conf. Ham. p. ٥٩٣ et ٧٢٠. Gladii Maschrefitici, a vicis in Syria, quibus Mascharif nomen, appellati (conf De Sacy Chrest. Ar. T. III. p. 53.) celebres erant. De gladiis conferas p. 348. 526. Vox فريضة proprie rem lege definitam designans in decimas lege definitas transfertur. Gladios autem, qui decimarum loco non erant, decimas appellat significaturus, eum, qui decimas collecturus sit, earum loco gladios habiturum esse, quibus occidatur. Scholiastes rei explicandae causa proverbium (conf. Meid. 7, 1.) »Cape a Djidsaho, quod tibi dedit« adtulit; hic enim loco decimarum dandarum virum gladio occiderat ista proverbii verba proferens.

2. Nobis salsa planta mortis continuo danda est. Tu dulces plantas depasceris; num tu salsas plantas depasci vis?

Quae antea dixerat, exornat. Virum cum camelo comparat (conf. Ham. ٩٣ v. 2. ٢١٥ v. 2. 3. 5.), qui tam dulces, quam salsas plantas depascitur. Cameli si per temporis spatium plantis dulcibus nutriti fastidium ceperant, ad plantas salsas ducebantur, ut denuo dulces cuperent. Haec res causa est, cur Arabes dixerint: الخلة خبز الابل والحمض فاكهتها »Plantae dulces camelis loco panis sunt; sed salsae loco fructuum.« Poeta salsas, quae camelis minus gratae sunt, cum morte comparavit, dulces cum vita. Vox منقع hoc in versu significat, illam mortis salsam plantam continuo porrigi.

3. Puto autem loco opum (camelorum), quas cupiens venisti, te inventurum esse gladios animas eripientes.

Clarius hoc in versu minas facit viro malum exitum praesagiens. Rem ipsi haud bene cessuram esse. Mersukius, qui vocem ذو, quae loco vocis الذى est, ut in superiore versu

dixi, cum suffixo secundae personae in voce اطّلك coniungendam putavit, loquendi modum quodammodo vituperans. melius ذو جاء يبتغي poetam dicturum fuisse, dixit, siquidem pronomen الذي neque cum secunda, ut dicatur: انت الذى فعلت ذا «Tu es, qui fecisti hoc« neque cum prima persona recte coniungatur. Sed poetas ab hac regula recessisse, saepius invenimus. Verborum autem construendi modus ab eo, quem scholiastes vidit, diversus videtur; nil enim obstat, quin pronomen ذو ad vocem المال referatur et obiectum verbi تبتغي omissum sit (opes quas cupiens venisti). Verbum ستلقك cum verbo اطّلك sensu coniungendum est. Non igitur verba ذو جئت loco secundi obiecti verbo اطّلك sunt. Vox دون hoc in versu significat, eum ab opibus separatum eas attingere non posse (Gram. Ar. T. I. p. 497.). In postrema versus parte gladios personas esse describit, quae animas manu capiunt (conf. Ham. p. ٣٣٥ v. 3. p. ٣٨٤ v. 2.). Verba autem للنفوس قوابض ob metrum transposita sunt. Vox قوابض cum praecedente بيض tanquam adiectivum cum **(p. 326.)** nomine tam numero quam genere congruit (Gram. Ar. T. II. p. 265.).

CCXIV.

Dixit Wadhdhah b. Ismail b. Abbd-Colal b. Däud b. Abi-Hamd, qui nomine Wadhdhah Aljemen (Arabiae felicis) notus est.

Tempore Hadjdjadji vixit (conf. Ham. p. ٦٥٥).

1. Cor meum se convertit et ad te inclinat et imago tua, o Otsailah! e somno me excitavit.

Versum initium carminis esse ex homoioteleuto vocis ميلا, cuius Nunnatio supprimenda est, videmus. Modo, quo poeta Ham. p. ٢٢ v. 2. fecerat, hic amatam somno ipsi visam fingit. Scholiastes verbo صب eandem ac verbo مال significationem tribuit, ut praepositio الى ad id pertineat. Quamquam rei nil obstat, nam verbum inclinationem ex amore ortam designat, tamen separatim explicari potest, ut cor amore iuvenili impletum esse significans causam sequentis inclinationis contineat. Verbum ارقني aut significare potest, somnio tam vivo re vera eum e somno excitatum esse aut eum tam vivo somnio usum esse, ut vigilans sibi videretur. Vocem خيال generis communis esse, iam Ham. p. ١٨٤ sup. vidimus. Scholiastes statuit, nomine feminae اثيلة in اثيل mutato, litteram ا ob homoioteleuton additam esse.

2. Femina Iemanensis leviter nos visita'; tum teneras suas partes ostendit et crassas occultat.

Amata sua e quanam terra originem duxerit, indicans, somnium magis explicat. Somnium tam vivum fuisse dicit, ut partes corporis, quae in femina non omnino occultae sunt, oculis videret. De verbo الم vide quae ad Ham. p. ٢٣ et p. ٣٨٥ adnotavimus. Verbum non tam occultam visitationem, ut in lexico meo e codice Tebrisii adnotavi, quam visitationem levem, quae non durat, ut in omnibus Mersukii locis, e quo Tebrisius scholium suum desumsit, invenimus, significat. Ante vocem يمانية subiectum هى (ea) supplendum puto, ut versus de novo incipiat. Stylo poetico magis proprium est, adiectivum substantivo anteponi. Vox محاسن cum Nunnatione ob metrum pro محاسنَ est (Darstell. d. Arab. Versk. p. 479 infr.). De voce محاسن grammatici non consentiunt. Maior pars pluralem singulari carentem ut المساوى

et المذاكير esse dicunt; Chalilus solus singularem محسن esse vult. Tenues partes pulchras in femina i. e. oculos, nasum, dentes, os crassis i. e. brachio, carpo, cruri, femori etc. opposuit. Post vocem غيلا aut vox محاسن aut suffixum supplendum est. Haec autem vox raro tanquam adiectivum adhibetur. Dicunt ساعد غيل »Brachium crassum i. e. carnosum.

3. *Sine me, quamdiu (equites) sidus ursae petunt, ne noctis tempore imago iteratis vicibus me adeat!*

Amatam alloquens rogat, ut, dum in Syriam ad bellum proficiscatur, ipsum imagine sdire intermittat. Bello animum suum occupatum esse, ut isto tempore amori operam dare haud liceat. Scholiastes poetam in expeditionem bellicam contra Graecos profectum esse adnotavit. Hoc igitur in versu se tanquam virum fortem describit, qui nonnisi in bellum intentus sit. Nomen بنات نعش duo sidera, ursae maioris et ursae minoris complectitur, quae ambo in Septentrione coeli posita ex Arabia felice venientibus et Syriam petentibus opposita sunt. Sidus ursae minoris Phoeniciis, ursae maioris Graecis navigantibus viae indicio erat (conf. ill. Ideler Untersuchung über d. Ursprung u. d. Bedeut. der Sternnamen p. 3. 19.). Sed nomine بنات نعش, si vox الاكبر aut الاصغر addita non est, sidus maioris ursae significari videtur. Verbi امهن subiectum (equites) omissum est. Vox الطيف proprie rem apparentem significat, quae re vera non exsistit, ut in somno spectrum. Praepositio من hoc in versu modo, quem grammatici للبيان (ad explicandum) appellant, posita est (Gram Ar. T. I. p. 493.). Loco vocis ينتاب legitur ياتاب (noctu venit); sed prius ob sensum maxime convenientem praeferendum est.

4. *Sed, si vis, excita me, quum (iumentum meum) stellam Sohail leniter intuetur!*

In reditu ex expeditione bellica tempus esse, quo amori indulgeatur, ut, si velit, somnianti appareat. Ut autem iter in Syriam significaturus sideris بنات نعش mentionem fecit, sic inde reditum stellà Sohail designavit. Specialiori nomine سهيل اليمن Canopus meridionalis (oppositum est سهيل الشام) appellatur. In meridionali coeli parte in Arabiam felicem ex Syria proficiscentibus illa stella lucida obversa est (conf. Ideler l. c. p. 257. 269.). Ut in priore versu verbum امهن ad vocem الخيل retulimus, sic quoque in hoc verbum رمقت referendum est. Nisi verbum رمق dialecto Iemanensi, quae multis rebus ab aliis se distinguit, propria est, poeta vocem ob stellae splendorem adhibuit, siquidem talem stellam nonnisi leviter intueri soleamus. Stellam Sohail stellis Iemanensibus adnumerari e sequente versu videmus (metr. Chafif): ايها المنكح الثريا سهيلا عمرك الله كيف يلتقيان هى شامية اذا استقلت وسهيل اذا استقل يمان O tu, qui Plejades Canopo in matrimonium das[1]), per vitam tuam! Deus! quomodo conveniunt, nam eae Syriacae sunt, quum se extollunt et Canopus, quum se extollit, Iemanensis est. Simili autem loquendi modo poeta Almotalammes usus est dicens (metr. Camel): فليتركنهم بليل ناقتى تدع السماك وتقتدى بالفرقد Ut camela mea eos noctu relinquat sinens spicam et

1) Ad fabulam respicit poeta, de cuius origine et natura quamquam plura me legisse memini, nil certi habeo.

imitans vitulum (De stellis hisce, quibus maxime numerus dualis datur conf. Ideler libr. cit.). Stella السماك in oriente coeli et الفرقد in septentrione coeli (e regione Syriae) est.

5. *Tu, si equos vidisses torvo vultu currentes, pulverem tanquam laciniam post se trahentes,*

Ad describendam illam expeditionem bellicam transit. In hoc versu cursum equorum describit. Si pugna vehemens est, rei status in ipsos equos vim exercet. Aut ob timorem aut ob fortitudinem, quae equis innata est, torvo vultu adspiciunt. Voce عوابس statum eorum in currendo designat. Vox خيل quum nomen collectivum sit, verbum tam in singulari generis feminini quam in plurali cum ea coniungi potest (Gram. Ar. T. II. p. 233.); sed quod poeta in eodem versu utrumque modum adhibuit, id vix probandum est. Cursum vehementissimum describit eo, quod dicit, equos pulverem tanquam laciniam post se trahere, ut cursu pulverem vento propulsum praevertant.

6 *In dorsis equorum daemones conspexisses, qui praedâ potiuntur et donis eam perdunt.*

Viros in illis equis sedentes cum daemonibus contulit. conf. Ham. 129, 410. Vox جن sine dubio nomen generale est, quod omnes daemonum species complectitur. Omnes autem res admiratione dignas Arabes ad daemones referre solebant Sic in sequente versu poeta dixit (metr Thawil): وقد كان ارباب الفصاحة كلما راوا حسنا عدوه من صنعة الجن Viri diserti, quotiescunque rem pulchram videbant, eam a geniis factam dicere solebant. Daemones a Domairio in tres classes dividuntur. Prima pars serpentes, scorpiones et reptilia sunt, altera pars vento in aere similis, alis praedita est, tertia denique pars hominibus similis tam praemium quam poenam meretur. Daemones deserta incolere dicuntur. Regionem عبقر a daemonibus habitatam et arenas يبرين, gente Ahd deleta, quae ibi sedes habuisse dicitur, a geniis omnino occupatas esse dicunt, ut nemo unquam in eas intraverit (conf. Ham. p. ١٨٣). Singulis tamen Arabibus daemonum feminae nuptae putantur. Talem uxorem Ahmruum b. Iarbuh b. Hentselah habuisse narrant, quae omnibus uxoris officiis bene fungeretur. Quum autem fulmen, quod conspicere naturae repugnaret, ob mariti negligentiam capite haud tecto conspexisset, fugam eam cepisse narrant. Ut daemonibus varium tam maris quam feminae genus tribuunt, sic in plures gentes eos distribuunt et principem iis praeficiunt (conf. Ham. p. ٢٣١ v. 2. infr. et libr. meum Fakihat-Alcholafah etc. L. IV, in quo plura ad daemones spectantia tractantur), qui شنقناق appellatus dicitur Kam. Animali maiore, quam lacerta عضرفوط appellato vehi putantur In desertis daemones noctu sonos edere dicuntur (عزف Kam.). Sub specie animalium quoque, ut struthiocameli hominibus apparent (conf. Meid. 6, 75.). Ut daemones depellerent, plantâ حزاء appellata ad suffiendum utebantur (conf. Meid. 10, 14.). A daemonibus homines morbis adfici, opinio pervulgata erat (conf. Abulf. Ann. III. p. 202. adn. p. 685. Calil. wa Dimn. Acta eruditorum mens. Dec. 1747.). In versu autem nostro مغنما pro مغنم metri causa poeta dixit. Formae تفيد eadem significatio, quae formae تستفيد convenit, tribuenda est. In vocibus تفيد et تفيت lusus quidam verborum est. Voce نيلا dando significat praedam donis dandis consumi, ut nil restet. Liberalitas virorum igitur laudatur.

CCXV.
Alius dixit.

1. Robur meum pastoris robur non est, qui camelis iuvencis suis operam dat ad eundem locum se recipiens, quo canis et pullus vernalis se recipiunt.

Poeta robur suum laudat. Non esse robur pastoris, qui, si camelos bene curavit, officio satis fecisse putat; se maioribus rebus curam impendere. In versu pastoris curam describit, qui per diem camelos pastum ducit, dum per noctem a cane custoditur. Quod autem cum pastore tam canem quam pullos veris tempore natos coniunxit, id despectus causa fecisse videtur. Vox قلايصه obiectum vocis الراعى est, dum vox الراعى modum nominis **(p. 317.)** agentis sequitur (Gram. Ar. T. II. p. 182.). Post verbum ياوى voces الى موضع (ad locum) aut huiusmodi voces omissae sunt. Verbum autem ياوى statui vocis الراعى indicando inservit conf. Gram. Tr. T. II. p. 388.). Abu-Tammamus versu sequente similem sensum expressit (metr. Camel): والصبر بالارواح يعرف فضله صبر الملوك وليس بالاجسام Patientiae praestantia animis cognoscitur, patientia regum, non corporibus.

2. Neque mercenarii, qui vice sua currit, donec noctu reliqua pars solearum suarum lacera est.

Neque robur suum esse mercenarii et servi, cuius sors vilis sit et qui nonnisi opus faciat, quum eius partes sint. Voci عقبته, quae nonnullis spatium duarum parasangarum designat, aut casum accusativum aut nominativum tribuunt. Si accusativum habet, tempori definiendo inservit, ut pro وقت عقبته (tempore vicis suae) sit et verbo يشتد currendi significatio datur; sin vero casus nominativus voci est, verbo gravis, difficilis fuit significatio convenit, ut sensus sit: cui vicis operis faciendi difficilis est. Scholiastes autem priorem explicandi modum praeferens sensum esse dicit: Suam utilitatem non esse mercenarii, qui quum partes eius sint, currat et sensum non esse, qui (mercenarius) partes suas relinquat et currat; sed potius, quum alterius partes sint, ut iumento vehatur, quippe qui in alterius locum succedat, huic currendum esse et opus faciendum, donec vesperae tempus adsit, quo reliqua pars solearum lacera sit. Verba autem وباقى etc. verbo يبيت loco praedicati esse dicit. Hoc autem proposuit, quod verbo بات sensum imperfectum, ut verbo كان, nempe noctis tempore esse, tribuendum censuit. Lineam autem scholii secundam, cuius sensus mancus est, ex Mersukii scholiis sic corrigendam puto: اى وقت عقبته كانه يعاقب الركوب غيره يقال هما يتعاقبان الركوب بينهما او الامر.

3. Inter nos servus supra vires non portat, nos autem tantum portamus, quantum magnae petrae (v. cameli magni) non portant.

Quum in superiore versu mercenarii aut servi mentio facta sit, iustam et lenem erga illos agendi rationem indicans, quid ipsi valeant et quomodo erga se agant, exponit. Sed in versu de ipsis oneribus portandis sermo non est; comparationis causa illum loquendi modum poeta adhibuit. Voci قلعة potius petrae significatio, ut in loco Meid. 15, 40. explicata est, convenit, quam magni collis. Auctor Kamusi voci quoque magni cameli, ut videtur, comparatione ortam significationem tribuit, quae loco nostro omnino apta est. Petrae robur adscribi potest. Alio modo vir magnus cum magno monte comparatus est. Ham. p. ۴۳۱ v. 7.

4. Nobis patientia est: quidam autem putant, nos esse cunctabundos, dum in cunctatione nostra celeritas est.

Hoc in versu suam agendi rationem exponit. Se non tam corporis robore quam animi constantia et patientia praestare. Esse quidem, qui ipsos tanquam in agendo cunctantes vituperent; sed vituperationem iniustam esse. Ipsos quidem, antequam rem aggrediantur, res ipsas earumque fines accurate considerare, tum vero omnibus bene perpensis res celeriter perficere, ut ipsorum cunctatio cum celeritate coniuncta sit.

CCXVI.

Dixit Ahmru b. Michlah Cilabita.

Nomen Michlah inde ortum esse dicunt, quod pater poetae saccum pabulatorium asini possideret. Proelium in loco Mardj-Raheth anno 64 describit conf. Abulf. Ann. T. I. p. 404 sq.

1. Die, quo vexilla similia tibi videbantur avibus gyros ducentibus, in aëre circumvolantibus et cadentibus,

Versus hic cum antecedente cohaerere puto, nam littera و particula a grammaticis واو رب appellata (Gram. Ar. T. I. p. 555 sq.) esse non potest, siquidem in sequentibus viri, qui isto die occidebantur, appellati sunt. Diem autem tanquam diem proelii describit, vexillorum enim mentionem fecit, quae cum avibus comparavit. Duplex autem est comparandi ratio una motus in aere, altera decidendi. Aves eae appellantur, quae in aere gyrum super aqua faciunt, tum apud eam se demittunt. Pugna fervente vexilla in aërem elata ab uno loco ad alterum transferuntur. Fugam autem capientes vexillum in terram proiiciunt. Voces حوايم طير sunt pro طير حوايم; sed pro voce حوايم legitur quoque عوايف cum eadem significatione. Verba مستدير وواقع appositioni inserviunt. Sensum verborum بعضها مستدير وبعضها واقع exprimunt. Mos, quo vexillum ad lanceam adligabatur, a Cosäio, qui, expulsis Chosäitis ex urbe Mecca, imperium ad gentem Koraisch transtulit, originem duxisse narratur. Sub imperio regis Ahmrui b. Hind huiusce rei mentio facta est (conf. Ham. p. ٢٧٠ l. 7. Memoires de l'Academ. L. p. 364). Tempore Mohammedis vexillum viro, qui exercitum ducebat, tradebatur. Sic in arce Chaibar oppugnanda vexillum Abu-Becro, Ohmaro, Ahlio, conf. Abulf. Ann. T. I. p. 128 sq. et 341. nec non Ham. p. ١٩ l. 5. infr. traditum est. Arabes quum duce Ahmruo b. Alahz in Aegyptum proficiscerentur, singulis gentibus vexilla erant. Iis gentibus autem, quae minus numerosae erant, in unam coniunctis vexillum dabatur conf. Ebn-Challik. p. 370. ed. cl. Wüst. In pugna autem pugna cameli dicta Ahlii vexillum Ebn-Abi-Laila portabat ibid No. 368. Vexillum لواء postea tanquam signum imperii super capite Chalifae portabatur conf. Abulf. Ann. T. III. 170. 172. Vexillum nomine سنجق appellatum seriore tempore in eundem usum, veterem morem quum imitarentur, adhibitum fuisse videtur. Saif-Aldin Ghasi, princeps Mosulae (nat. 500 mortuus 544.), primus fuisse videtur, qui illud vexillum super capite portaret Abulf. Ann. T. III. p. 508. Hunc morem seriores imitati sunt et signo imperii illud vexillum super capite portabatur ibid. T. IV. p. 292.

2. Hostis lanceae Bischrum, Tsabetum et Harnum transfoderunt, quorum quisque gentem dolore adficiebat.

Ad locum Mardj-Raheth, in valle Ghuthah apud Damascum situm (conf. Abulf. Geogr. p. ٢٣٠), exercitus partis Merwani, gentes Calb et Ahns Iemanenses et exercitus partis Sobairi, gens Kais et cum ea coniunctae gentes convenere. Gentis Kais dux Sofar b. Alharets, quocum Aldhahhak b. Kais erat. Exercitus Merwani victoriam reportavit. Bischrus b. Iasid Morrita, Tsabetus b. Chowailid Badjilita et Harnus occidebantur. Qui quum principes essent, **(p. 318.)** gentes ex eorum caede dolorem perceperunt. Aldhahhakus in Syria et cum eo gens Kais Ebn-Sobairo fidem promiserant et ipse Merwanus hunc virum ad Ebn-Sobairum, ut suo nomine ipsi obsequium promitteret, mittere in animo habebat; sed filius Ahbd-Almalec et Ahmru b. Saihd eum retinuere dicentes, eum gentis Koraisch senem esse, in quo imperii spes poneretur. Legatum igitur ad virum gentis Fihr mittendum non esse, quum ipse rebus potiri possit. Hisce autem verbis cupido exarsit. Gentem Omajjah igitur laudare et Ebn-Sobairum deprimere incepit. Aldhahhakus quoque ei auxilium praestitit et Ebn-Alsobairo se adversari ostendit. Scripsit quoque ad Hassanum b. Malec b. Bahdal, cui moriens Moahwijahus b. Iasid b. Moahwijah imperium tradiderat ea conditione, ut, quem gentes Chalifam (imperatorem) crearent, ei imperium concederetur. Hassanus avunculus Moahwijahi b. Iasid erat. Huic scripserat, ut oppidum Aldjabijah (apud Damascum situm) relinqueret, et ad ipsum veniens Chalifam e gente Omajjah crearet. Quum igitur uterque exercitus in conspectum venisset, Kaisitae Sobairo faventes e gentibus Iemanensibus, inter quos Hammam b. Kabizah Nomairita, Kais b. Tsaur b. Mahn Solamita, Sijad b. Ahmru b. Mohris Aschdjäihta, Ahmru b. Moahwijah Ohkailita, Bischr b. Iasid Morrita et Tsabet b. Chowailid Badjilita erant, Dhahhako dixerunt: Tune, ut Ebn-Sobairo, cuius merita et nobilitas tibi nota sunt, fidem praestaremus, nos vocasti? sed quum venimus, ad hunc Arabem campestrem te convertis. Haec erat causa, cur Aldhahhakus ad locum Mardj-Raheth signa transferret et Ebn-Sobairo obsequium praestaret. Quum vero Kaisitae ipsi dicerent: Cur non ad obsequium tibi praestandum invitasti, nam neque Hassano neque Ebn-Alsobairo inferior es? eorum voluntati satisfecit. Interim Hassanus Merwano se submiserat. In proelio tum commisso ex Kaisitis mille cecidere, ex Iemanensibus mille et trecenti. Merwanus isto anno (64) imperio potitus est.

3. Sijadum in podice confodimus, dum tergum vertebat et Tsaurum gladii secantes assecuti sunt.

Alios in isto proelio occisos enumerat. Primum Sijadum b. Ahmru Ohkailitam nominat eumque in fuga a tergo confossum esse dicit. Ob verba في استه vocem مدبر potius de fuga quam de consilio recto relicto intelligendam esse puto. In Mersukii codice vox ثور casum nominativum, ut sequentis verbi nulla ratio sit, habet et quamquam, poetam ipsum sic dixisse, Mersukius putat, tamen alterum legendi modum, ut antecedentibus vox congrua sit, praeferendum censet.

4. Et Hammâmum gladio splendente vir e gente Banu-Ahmru assecutus est, procerus, adiuvans.

Hammâmus b. Kabizah Morrita isto die occisus fuit. Procerum corpus viris laudi

erat (conf. Ham. p. ١٣٢ v. 2. p. ٥٢٥ v. 5.). Scholiastes iure vituperavit poetam, qui vocem مشايع, sensu diverso cum voce طوال coniunxerit. In homoioteleuto rei causa quaerenda est.

5. Ahmruus b. Mohris autem duobus agminibus praesens fuit; sed et pratum (Mardj), quamquam pratum amplum erat, nimis ei angustum fuit.

Poeta Sijadum b. Ahmru b. Mohris significare videtur, cuius antea mentio facta est (ad vers. 2.). Scholiastes ad priorem versum Ahmruum b. Mohris adnotavit. Tam patrem quam filium in hoc proelio adfuisse dubito; sed fit interdum, ut poetae metri ratione ducti personarum nomina permutent. Verbis pratum angustum fuisse, significare vult, virum fugam cepisse. Alter legendi modus الصفين (Alziffin), quem scholiastes falsum esse recte censuit, nomen loci apud Rakkam in Euphratis ripa est, ubi inter Ahlium Moahwijahumque anno 37 maximum proelium fuit (Abulf. Ann. T. I. p. 304 sq. Reiskius falso modo loci nomen Alzaffain scripsit).

6. Qui autem bono statui prati occurrebat, is Kaiso castrans mutilansque erat.

Cui fortuna faveret, eum clade gentem Kais adflixisse dicit. Gentem Kais cum admissario (conf. Ham. p. ٢٤٧ v. 3.) comparatus est, qui isto loco castrabatur et mutilabatur. Ista comparatione significare videtur, gentem animo depresso dedecore adfectam esse.

CCXVII.

Dixit Sofar b. Alharets (conf. Ham. p. ٧٠).

Die proelii Mardj-Raheth gentis Kais dux erat.

1. Num Deo placet, Bahdalum et Ebn-Bahdalum vivere; Ebn-Alsobairum autem occidi?

Versus ad bellum inter Merwanum et Ebn-Sobairum spectant et tempore, quo **(p. 319.)** genti Kais vincendi spes erat, dicti sunt. In tempus ante annum 64, quo in loco Mardj-Raheth Kaisitae victi sunt, cadit Scholiastes rem descripsit. Iasido, mortuo Moahwijaho, omnes excepta gente Kais, obsequium promiserunt; aegre enim gens ferebat, quod Iasidus ex uxore e gente Calb oriunda, Maisun appellata, filia Malici b. Bahdal Calbitae, natus erat. Haec autem res causa erat, cur ipse contra gentem Kais odium animo conciperet, et inimicitia inter istam gentem et gentem Omajjah oriretur. Mortuo Iasido, filius Moahwijahus b. Iasid, cuius quoque mater e gente Calb erat, in imperium successit, sed imperium breve tantum tempus duravit. Isto tempore Hassanus b. Malec b. Bahdal, frater Maisunae et Moahwijahi avunculus rebus potitus est. Tum turbae Ebu-Alsobairi ortae sunt et Hassanus ille modo, ut ipsi homines obsequium praestarent, modo ut ei, qui e gente Omajjah Chalifa crearetur, obedirent, invitavit. Hunc statum poeta in sequente versu descripsit (metr. Thawil): Homines sunt aut Bahdalitae imperium cupientes aut Sobairitae, qui rebellarunt; tum duros se ostenderunt (vel Sobairitas se ostenderunt). Sed quum Merwanus b. Alhacem ad suas partes homines invitaret, Bahdalitae cum sequentes Merwanidae appellati sunt. Scholiastes versus sensum sic explicavit: Num in Dei voluntate

est, ut vita Ebn-Bahdali et eorum, qui genti Omajjah faveant, petatur et Ahbd-Allahus b. Alsobair meritis et genere insignis occidatur. Hisce verbis adversarii vituperantur. Particulam اما, quae ab antecedentibus separata sit, particulis initii (i. e. quo sermo de novo incipit) adnumerari, eamque, quum retributionis (جزاء) sensum ferat, initio sermonis locum habere, scholiastes adnotavit, sed grammaticus Ebn-Hescham dixit, esse particulam, qua conditio contineatur, quae separando confirmandoque inserviat (conf. Gram. Ar. T. I. p. 559. Anthol. gram. p. ٩٠). Initium versus igitur sic explicandum: افي الله هذه القصة unum in Deo (in Dei voluntate) haec est res?« Mirum autem est, quod poeta, praemissis duorum virorum nominibus, patris filiique, quos tanquam auctores partis Merwani nominavit, verbo يحيا singularis numerum dederit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 239.). Scholiastes rem excusans dixit, factum esse, quod, statum unius ab alterius statu diversum non esse, notum sit et rei explicandae causa locum Corani Sur. 9, 63. adnotavit, in cuius loco suffixum verbi يرضوه tam ad Deum, quam ad eius legatum referendum est.

2. *Mentiti estis, per Dei templum! eum non occidetis! et dies pugnae alba macula in fronte et albis pedibus insignis nondum fuit.*

Versus, quibus altera pars, se Ebn-Alsobairum occisuram esse, gloriata erat, respicere videtur. Poeta sperans, rem non eventuram esse, dicit, eos mentitos esse. Scholiastes putat, verbum كذبتم referri posse ad cogitationes vel ad verba, quibus se ipsos spem, rem ita futuram esse, concipientes allocuti sint; sed huic non adsentior, quippe vox mentiti estis, verbis ipsis, quae re vera protulerant, magis convenire videtur. Arabes ante Mohammedem per Deos suos, ex. gr. per Deam Allat et Alohssa (conf. Meid. 10, 62 et 21, 49.) aut apud lapides erectos circa templum Meccanum (conf. Ham. p ۴۲۱ v. 15. et Pocock. spec. hist. Ar. p. 102.) iurarunt. Mohammedis tempore aut breve tempus ante Islamum apud eum, in cuius manu anima est, iurabant (Abulf. Ann. T. I. p. 26. 28.). Per hostias quoque Meccam ductas iurabant (conf. Ham. p. ۷۹۱ v. 4.). Arabibus loca erant, apud quae foedera inter ipsos ieta iureiurando confirmabant. Sic apud montem Alzalef appellatum conf. Kam. Manum quoque in sanguinem mactati cameli tingebant. Hunc originem nominis gentis خثعم fuisse dicunt conf. Ham. p. ۷۴ infr. Si quis ad iusiurandum adigebatur, in ignem accensum sal, ut iurantem terrore implerent, coniicere solebant. Ignis hanc ob causam هولة (terror), res ipsa تهويل appellabatur Kam. Post Islamum per Deum, per Dei templum, per vitam suam aut patris vitam iurabant. Vox لما est pro لم (conf. Ham. p. ١٧٨ infr.). Diem pugnae celebrem cum equo maculâ albâ in fronte et pedibus partim albis praedito confert (conf. Ham. p. ٥٣ v. 4.). Versus sensus est: Vos qui nunc a nobis nondum pugnâ domiti victique eius occidendi potestatem non habetis, multo minus postea ei rei pares eritis.

3. *Et gladiis Maschrefiticis super vobis fulgor nondum fuit, sicut radius solis, quum elatus est.*

Versus cum posteriore parte versus prioris cohaeret et sensum eius exornat. Hisce autem verbis indicat, eos nunquam spem suam expleturos esse. Vox لما pro لم est et vox

للمشرفية pro للسيوف المشرفية. De hisce gladiis conf. Ham. p. ١٩٣. Splendorem gladiorum cum radiis solis comparavit. Dicit super vobis, ut suam gentem vincentem esse indicet. In Tebrisii codice alter legendi modus فيكم (inter vos) subscriptus est. De verbi ترجل significatione accurate definienda dubium est. Scholiastes verbo sensum tribuit, solem expansum esse et eius calorem non vehementem. Hoc tempore inter ortum solis meridiemque est. Grammaticus Ebn-Alahrabi dixit, tempus esse ante tempus متوع et tempus متوع esse ante meridiem summum et rei probandae causa versum Mosarredi citavit (metr. Thawil): فاصبح كالدهقان لما بدا له من الشمس اشراق (و)لما ترجل Matutino tempore erat sicut pagi praefectus, quum ei sol oriens apparuisset et nondum tempus ante meridiem esset. Quum isto autem tempore Sofarus b. Alharets et Hatimus b. Alnohman in templo Meccano ritus circumeundi perfecissent, ad eos Ebn-Alsobairus accessit rogans, ut ipsi obsequium praestarent. Sofarus ei obsequium pollicitus est, alter autem dixit, se neque contra eum neque pro eo futurum esse. Ebn-Alsobairus tunc temporis Meccae degens regiones Hidjas, Arabiam felicem, Iracam, Chorasanam et Irac Alahdjam (conf. Abulf. Geogr. p. ٢٥) et Syriae partem ditionis suae fecerat (conf. Abulf. Ann. T. I. p. 404.). Hadjdjadjus autem regioni Hidjas ab Ahbd-Almalico praefectus eum bello persecutus est, donec tandem in templo sacro Meccae eum oppugnans machinam bellicam in colle Abu-Kobais[1]) posuit. Inde templum petens dixisse fertur (metr. Sarih): Vibrata, tremens instar cameli generosi (quae caudam movet). Quam bene ea templum antiquum petit! Isto tempore Ebn-Alsobairus matri suae, filiae Abu-Becri, dixisse narratur. Hadjdjadjum securitatem promisisse, si ad eum exiret, sed matrem respondisse, sibi gratius fore, si vulneratus, quam si pacem faciens moriatur et quum regessisset, se timere, ne in ipsum exemplum edatur, matrem dixisse, ovem mactatam, si corium detrahatur, dolorem non percipere (de hoc proverbio conf. Meid. 13, 179.). Pugnavit igitur, donec occidebatur (conf. Abulf. Ann. T. I. p. 418.). In monte Mina[2]) autem capite inverso cruci[3]) adfixus est simul fele appensa. Ebn-Sobairus autem quum se captum iri pro certo haberet, multum musci edit, ne foetor e corpore suo prodiret. Avaritià notus erat. Solaimanus b. Bischr b. Merwan in eum dixit (metr. Thawil): Matutino tempore elatus chalifatum (imperium) sperabat, dum stultus erat et quomodo per avaritiam fraudemque quis regnum assequitur? Tum poenà adflictus est loco eius, quod desiderabat et cruci celeriter adfixus est, quum huic sese exposuisset. Quae autem eius **(p. 320.)**

---

1) Collis hic a viro gentis Medshidj, fabro ferrario, qui ibi primam aedificaret domum, nomen accepisse dicitur Kam.

2) In via, quae Meccà Arafam ducit, situs tribus milliaribus ab oppido distat. mons. Abulf. Geogr. p. ٨١.

3) Poena, qua quis cruci adfigebatur, antiquissimis temporibus usitata erat conf. Gen. 40, 19. Apud Arabes quoque antiquo tempore eam fuisse ex loco Ham. p. ١١٥ l. 13. sequi videtur. Rex Persarum Anuschirwanus Masdakum et Zendicos cruci adfixisse, in Diwano Amru-l'Kaisi (ed. ill. de Slane) p. ٣ legimus. Factum autem esse videtur, postquam viri antea occisi erant. Serioribus quoque temporibus Arabes istam poenam exegisse, saepius occurrit (conf. Regnum Saahd-Aldaulae a me editum p. 18 vers.). Poenam istam dedecori fuisse, ex eo coniicio, quod Merwanus Ibrahimum mortuum, ex sepulcro sumtum, cruci adfigi iussit (conf. Abulf. Ann. T. I. adn. 226. p. 454. et conf. p. 494.).

avaritia in causa erat, cur a paucis tantum laude ornaretur. Ahmruus b. Said eum hisce versibus laudavit (metr. Thawil): Nonnes vides, Sobairi filios ad gloriam adsequendam foedere se coniunxisse, dum gens Koraisch ieiunabat et preces faciebat. Gens Koraisch annis sterilibus pluvia est, vos autem gentis Koraisch pluvia estis, ubi iter faciunt et deversantur.

CCXVIII.
Dixit Hassan b. Djahd.

1. Familiae Bunu-Hasim nuntium perfer, me eos relinquere et camelis meis mane dicere: Abite!
2. Vir ego sum cuiuslibet domus taedio adfectus, ubi neque durities mea neque lenitas desideratur.

Poeta ad Ahbd-Allahum b. Hasim, ut in eius clientelam se recipiens vicinitate frueretur, venerat. Societatem autem quum non talem inveniret, qualem futuram speravisset, consilium abeundi hisce versibus manifestat et more poetarum viro cuidam imperat, ut huiusce rei nuntium ad familiam illius viri perferat. In Mersukii codice, tam in textu quam in scholiis, حازم legitur. Utraque vox quum viri nomen sit, uter scribendi modus rectus sit, dubito, vir enim mihi ignotus est; sed Mersukii textus quum nostro veterior sit, illius scribendi modum praeferendum putavi.

CCXIX.
Dixit Alkattâl Cilabita (conf. Ham. p. ٩۴).

1. Quum rem gravem animo versat, noctis tempore moerore adflictum se non videt neque iumenta ipsi difficilia.

Virum describit fortem animo, qui, si res gravis ei obeunda est, per noctem curis non deprimitur, sed promto consilio eam aggreditur. Noctis mentionem fecit, quod noctis tempore, ubi rebus distenti non sumus, curae animum nostrum occupare solent. Suffixum in voce عليه ad ipsam personam, quam poeta laudat, referendum puto, ut in versus posteriore parte et similem loquendi modum in verbis ما اغمك علىّ »quam magno moerore me adfecisti!« invenio. Moeror autem a tegendo, qui animum nostrum quasi tegumento involvit, appellatus est. Res autem difficilis, quam quis aggredi metuit, cum iumento difficili, quod vehentem non patitur, comparata est. Similis comparatio Ham. p. ٣٢ v. 1. ٣٨۴ v. 2. occurrit.

1. Proposito rei difficilis, quum ad eum devertit, constantiae cibum obtulit, et in eius habitaculis mane vulpes circumibant.

Propositum cum hospite adveniente comparavit, qui ab ipso fortitudinis et constantiae cibo excipitur. Ut viro generoso hospitis adventus ingratus non est, ut eum liberaliter cibo excipiat, sic huic viro rei gravis suscipiendae propositum ingratum non est. Si voci الزماع casus accusativus tribuitur, vir ipse verbi قرى subiectum est, sin vero, ut in Mersukii codice scriptum legimus, voci nominativus datur, fortitudo (الزماع) ipsa persona est, a qua propositum tanquam hospes liberaliter excipitur. Similem comparandi modum in versibus Balahi

b. Kais invenimus (metr. Thawil): Ego cibo hospitis sollicitudinem excipio, quum ad me tanquam hospes venit, fortitudine animi et constantia scilicet, quotiescunque loci reditus sollicitudinis angusti sunt; et rectam opinionem repello, sciens fatum viri errare, quotiescunque eius opinio errat. Vir enim interdum id, in quo rectum est, recusat et anima eius in rem haud rectam coniicitur. Ad posteriorem versus partem explicandam scholiastes proverbium Meid. 22, 63. adnotavit.

2. Durus, generosus; natura indolesque eius optimo modo constitutae sunt.

Hoc in versu viri tam animi naturam, quam corporis indolem describit. Voce خيم, quam origine Persicam esse dicunt grammatici, animam; voce ضباع vero corpus, significari contendunt. Subiectum ante vocem جليد vox هو is supplendum est.

3. Quum esurit, cibo momenti non laetatur et dum esurit, cibi defectu non tristatur.

Virum talem describit, qui maiora petat, quam ut cibo, cuius voluptas brevis tantum sit, laetetur et qui in molestiis perferendis patiens sit. Cibum cum momento aut hora coniunxit breve tempus et despectum significaturus. Vox فقدها autem est pro فقده لها et verba وهو ساغب statum subiecti indicant. Verbum جاع generalem esuriendi significationem habet, verbum autem سغب magnum eius gradum designat. Celeberrimo Arabi Hatim-Thai sequentes versus adscribuntur (metr. Thawil): Per aliquod tempus paupertate et opulentia contenti sumus et tempus utriusque rei poculum porrigit; sed neque opulentia nostra insolentiam nostram erga propinquum auget, neque paupertas honorem nostrum diminuit.

4. Post inopiam abundantiam futuram esse putat; nec vero, quum abundantiâ gaudet, **(p. 321.)** *eam semper duraturam esse putat.*

Causam profert, cur patientiae operam det in rebus adversis et in rebus secundis insolens non fiat. Scholiastes adnotavit, verbum رأى hoc in versu significationem verbi ظن (putavit) et علم (scivit), ut in Corani loco C. 70. v. 6. 7. habere. E contrario quoque verbo علم putandi significationem tribui et hanc ob causam poetam quendam dixisse (metr. Thawil): Ego certo scio, neque haec mea opinio incerta est, virum, si eius cliens vilis est, ipsum vilem esse. Sensum autem versui nostro similem Baschscharum[1]) verbis suis expressisse (metr. Thawil): O amici mei duo! difficultas ad meliorem conditionem perveniet et bona conditio mane sane conveniens est! Ego tempori similis sum; si serenum est, ego serenus sum; sin fatuum est, fatuus ego.

---

1) Poeta aetate plurium quam nonaginta annorum apud Almahdium, quem carminibus celebrabat, Zendicismi accusatus et hanc ob causam flagellis percussus anno 167 vel 168 mortuus est.

CCXX.

Dixit Aus b. Habna.

1. Quum vir parvi te facit, parvi eum fac et si cognationis eius vincula propinqua sunt.

Monet, ne vir, si alter ipsum parvi faciat, rem patienter ferat. Alteri par pro pari referendum esse, etsi cognationis vinculo cum eo coniunctus sit. Verbum أولى maxime in beneficiis adhibetur, raro in malis, ut in nostro versu. Cum scholiaste, qui vocem أواصر pluralem vocis آصر esse dicit, non consentio. Est potius adiectivum a singulari آصرة derivatum, quod poeta loco substantivi posuit. Substantivum احبال (vincula) omissum videtur. Praedicatum homoioteleuti causa substantivo antepositum est. Scholiastes dixit, poetam voci قريبا idem genus, quod verbo كانت non dedisse, quod cognationem significare vellet. Huic vero explicandi modo non assentior; causa in eo potissimum quaerenda est, quod adiectiva formae فعيل saepe generis communis sunt (conf. Gram. Ar. T. II. p. 274.). Similem construendi modum in Corano Sur. 7, 54. in verbis« Misericordia Dei benefacientibus propinqua est« invenimus.

2. Et si eum deprimere non potes, sine eum usque ad diem, quo ei par es.

Hortatur, ut, si isto tempore ei par non sit, tempus rei idoneum exspectet. Suffixum vocis قادره ad vocem اليوم referendum est, ut pro قادر فيه sit. Scholiastes adnotavit, nomen tempori definiendo inserviens (ظرف), si aut cum nomine aut praepositione coniungatur, naturâ suâ privari. Similem loquendi modum poetam adhibuisse in verbis (metr. Sarih): O tu, qui noctis tempore incolis domus furta facis! et (metr. Redjes): O tu, qui horis somni cibum segnis coquis!

3. Suaviter cum eo loquere, quotiescunque nocendi facultatem non habes; at vero, quum certo scis, te eum occidere posse, firmo animo aggredere!

Consilium dat, quomodo erga inimicum, si nocendi facultatem non habeat, ut eum decipiat, agendum sit conf. Meidan. C. 1, 384. Post verbum صمم obiectum العزم supplendum est. Voce عاقره, quod in bestiis rebusque adhibetur, homoioteleuti causa in homine usus est poeta. Camelo aut equo, cui tendines amputantur, quae significatio verbo عقر propria est, pereundum est. Scholiastes dicit, nomen عقر, quo pretium vitiatae virginitatis significetur, a vulnerando derivatum esse. Verba نكاح الشبهة »matrimonium dubii« significare videntur, nuptae virginitate dubiâ, pretium solvendum esse et pretium, quod hanc ob causam repudiata accipit, عقر appellatur.

CCXXI.

Alius dixit.

1. Quum gens secreto colloquitur et modo funis in puteum demissi se commovet

Metrum dimidia pars metri Redjes est. Poeta hoc in versu gentis perturbationem describit, dum homines ob malum inopinatum secreta consilia ineuntes huc illuc trepidi discurrunt.

Vocem ما post اذا superfluam esse et vocem نجى, a qua pluralis انجية derivatur, tam pluralis quam singularis significationem habere, ex loco Corani Sur. 12, 80. scholiastes probare studuit. Sensum explicans dicit, gentem ob malum superveniens in diversas partes separatam esse, quae clanculum inter se loquerentur et consilium inirent. Erant autem inter veteres, qui a vero aberrantes sensum ita definirent: Illos in sellis dormientes et somniantes sibi visos esse inter se colloquentes. Gentis autem perturbationem cum continuo motu funis comparavit, cuius ope aqua hauritur. Qui comparandi modus non ex omni parte aptus mihi videtur.

2. Et nonnulli eorum funibus ligantur; isto tempore, tu, o mulier, rem mihi manda neque me alii manda!

Prior pars tempus, quo ad iter faciendum se praeparant, describunt. Coacti **(p. 322.)** videntur castra movere sive metu hostis invadentis sive alia de causa, ut ipsi debiles et aegroti secum auferant. Hi ne a iumentis deciderent, funibus adligabantur. Scholiastes quamquam rem fortasse factam esse putavit, ne ob continuum iter summopere fatigati et in somnum propensi deciderent, priorem tamen interpretandi modum praetulit. Posterior autem versus pars, qui tanquam praedicatum cum voce انى prioris versus cohaeret, poetam talem describit, in quem rerum cura transferatur et qui aliis nullam molestiam paret. Se igitur tanquam fortem et in molestiis perferendis patientem et prudentem laudat.

CCXXII.
Dixit Almotalammes.

Hoc viri cognomen est conf. Ham. p. ٣٢٣ infr. Nomen fuisse dicitur Djerir b. Ahbd-Almasih (pater igitur Christianus) aliis Ahd-Alohssa (pater igitur paganus vel antequam Christianorum fidei se addixerat, paganus erat) b. Ahbd-Allah b. Said. Tempore regis Nohmani conf. Ham. p. ٣٢٣ v. 4. et Ahmrui b. Almondsir et Tharafahi vixit (conf. Ebn-Kotaib. p. 48. 120. 194. Anthol. gram. p 460. 462. Abulf. hist. Anteist. 126. et Meidan. app.).

1. Nonne vides (nescisne), morti pignori datum esse virum, dum aut avibus generosis prosternitur aut sepulcro traditur.

Causam, cur virum mors terrere non debeat, praemittit. Viro, sive ab hostibus occidatur, sive mortem naturae obeat, moriendum esse. Haec cogitandi ratio in proverbiis multis conf. Meid. T. III. P. 2. p. 139. invenitur. Scholiastes versus ad res gestas inter gentem Dhobaiah gentemque Becr b. Wajel spectare dicit. Dhobaiah pars gentis Becr. erat. Dhobaiah nempe filius Kaisi b. Tsahlebah b. Ocahbah b. Zahb b. Ahli b. Becr b. Wajel erat. Ut pignus ei tradi debet, cui debetur, sic homo mortem effugere non potest. Duplicem moriendi modum ponit esse, unum, quo ab hoste occisus insepultus in campo iaceat avibus rapacibus cibo, alterum, quo debito naturae soluto sepeliatur. Hunc alterum certo futurum esse, usu vocis سوف poeta indicasse videtur. Scholiastes dixit, tam verba رهن منية, quam vox صريعا praedicato vocis ان inservire posse; sed vocem صريعا statui verborum رهن منية

describendo inservire praefero. Nominativum quoque voci tribui posse dicit, ut praedicatum subiecti هو sit. Particula, quae in re dubia adhibetur (للشك), hoc in versu significare potest, tam unum quam alterum locum habere posse, id quod grammatici الاباحة appellarunt (Gram. Ar. T. I. p. 574). Duo priores versus in Rasmusseni Additam p. ٥٣ citati sunt.

2. Ne igitur ob mortis metum iniuriam accipias! Et morere tanquam ingenuus, dum cutis tua glabra est!

Hortatur igitur, ne quis mortis metu territus iniuriam ferat. Servitutem propulsandam esse et ingenuo dedecore immuni homini moriendum esse. Vox ميتة modum moriendi specialem et non generali significatione mortem designat. Suffixum in voce بها ad vocem مخافة referendum est. Vox حرا autem statui describendo inservit et sic quoque verba وجلدك املس. Haec verba ad statum servi, cuius cutis flagelli ictibus laeditur, respicere videntur. Sed loco vocis حرا duplex legendi modus est aut واحيَنْ et vive aut واحِيَنْ peri! In priore littera ن, ut vis imperativi augeretur, addita est.

3. Ultionem ut peteret, Kazirus nasum suum amputavit et Baihasus gladio in mortem irruit.

Ut ad ultionem excitet, duorum virorum exempla proponit, quorum unus a regina potente astutiâ adhibitâ ultionem exegerat, alter debilis et stultus ab omnibus habitus dissimulatione eo pervenit, ut caedem suorum ulcisceretur. Kaziri vindicta in proverbium venit, dicitur enim: Vindictae cupidior quam Kazirus Meid. 4, 39. Kazirus b. Sahd Lachmita, Djadsimahi b. Malic b. Nazr Alabrasch (leprosus) et Alwadhdhah cognominati, qui in ripa Euphratis regnum possidebat, amicus erat. Djadsimahus a regina Sabba, in Mesopotamia regnante, occisus erat. Kazirus domini et amici mortis ulciscendae cupidus, quum res difficilis perfectu esset, nasum sibi amputans fugam simulavit dicens, se Ahmruo, regis occisi fratri, poenam crudelem dedisse, quod is occisi fratris culpam in ipsum convertisset. Res quoque in proverbium venit, dicitur enim: »Ob rem quandam Kazirus nasum suum amputavit« conf. Meid. 23, 143. Astutiâ autem illâ effecit, ut regina tantam in ipso fiduciam poneret, ut ipse occasione ulciscendi potiretur. Res apud Meidanium C. 7, 9. pluribus narrata est. Praeterea proverbia alia ad rem spectant (Meid. 2, 4. 5, 142. 24, 236.). Alter Baihasus e gente Fesarah b. Dsobjan b. Baghid Alnaahmah (struthiocamelus, ut videtur, ob stupiditatem conf. Meid. 6, 182. 24, 418.) cognominatus sex (in scholiis ad versum septem sunt) habuit fratres, qui omnes a gente Aschdjah, inter quam et ipsius gentem bellum gerebatur, occisi erant. Baihaso autem natu minimo, qui stupidus haberetur, pepercerant. Tam stupidus erat, ut in proverbio diceretur: Stupidior quam Baihas (Meid. 6, 174.). Hic ab avunculo suo, Abu-Henesch, adiutus fratrum suorum caedem ultus est. Res apud Meid. 4, 1. narrata sequenti quoque proverbio: »Ne a stupido securus sis, dum in eius manu gladius est: (Meid. 23, 266.) originem dedit«. Plura praeterea proverbia ab eo originem duxerunt conf. Meid. 23, 2. 248. 249. 28, 48. Scholiastes quoque narrat, eum femoralibus (سراويل) loco vestis interioris (قميص) usum esse et quum interrogaretur, cur id faceret, respondisse

hisce verbis (metr. Redjes): Omni statui (Mers. عيشة) convenientem vestem indue, sive laetus sit, sive infelix! Particula ما in versu superflua est (conf. Ham. p. ٢٧٠, ٣٨٦ inf. p. ٣٤٢ v. 2.). Verbum خاض »ingressus fuit (aquam)« poeta adhibuit, quod mortem cum cisterna, ad quam omnes homines, ut bibant, veniunt, compararunt (conf. Ham. p. ٤١٤ v. 3. Caahb b. Sohair v. 58.). Vox الموت igitur est pro حوض الموت (cisterna mortis) aut ماء الموت (aqua mortis). In scholii linea postrema Mersukius sic habet: فلذلك اخذ يذكر بحال من استضعف فلم يزل يحتال.

4. In Naahmahi, quum hostis familiam prostravisset, vestibus autem apparuit, quomodo vestitus erat.

Versus cum antecedente ita cohaeret, ut Baihasi agendi rationem explicet. Sensus mihi esse videtur, ex eius vestiendi modo cognosci potuisse, quae animi eius conditio esset. Eum vestibus haud aptis usum esse, narravimus. Naahmah, cognomen Baihasi, adpositio est. Scholiastes dixit, verba كيف يلبس locum accusativi, qui tanquam obiectum ad verbum تبين pertineret, habere. Mersukius quoque dixit, subiectum in verbis كيف يلبس esse, ut haec verba pro لُبسه sint. In scholio autem, qui ex Mersukii scholio derivatum est, verba omissa sunt; sic enim in Mersukii codice legitur: وموضع كيف يلبس نصب على انه مفعول تبين والعامل فى كيف يلبس كانه قال تبين فى اثوابه كيف يلبس اى لبسه.

5. Homines nonnisi eo sunt, quod vident narrantque, et debilitas nonnisi in eo **(p. 323.)** *cernitur, quod iniuriâ laesi sedent (haud ulturi).*

In priore versus parte causam addit, cur illa de Kaziro et Baihaso adtulerit. Fecit hoc, ut gens sua cognosceret, quomodo ipsi agendum sit, nam ex aliorum hominum tam praesente tempore viventium quam praeteritorum exemplo hominem discere, quaenam ipsi agendi ratio sequenda sit. In posteriore autem versus parte dicit, nonnisi debilitati id tribuendum esse, si quis iniurià laesus nil agat, ut se ulciscatur. Iniuriam ulcisci Arabibus officium est (conf. Meid. T. III. P. 2. p. 161 infr.) et novum proverbium est: »Nonnisi taurus iniuriam fert« (ibid. P. 1. No. 716.). Scholiastes loquendi modum in priore parte similem invenit in verbis ما زيد الا اكل وشرب »Non est Saidus nisi cibus potusque« ut aut antecedens ذو omissum sit aut Saidus ob multitudinem cibi potusque, cibus et potus appellatus sit. Verba ما راو وتحدثو loco nominum actionum sunt et particula ما, si ita sumitur, nomen مصدرية accipit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 516. T. I. p. 541.). Mersukius verbis hunc sensum tribuit: Homines nonnisi iis rebus, quas oculis vident aut rebus, quas relatas audiunt, de fatis hominum praeteritorum docentur et certo sciunt, se perituros esse, ut iniurias patienter ferre, ipsos minime deceat. Sunt quoque, qui putent, ante vocem الناس vocem حزم suppleri posse, ut sensus sit: Hominum firmum studium et providentia nonnisi tamdiu durat, quamdiu vident et loquuntur. Hoc admisso, verba ما راوا tempori definiendo inserserviunt. Abu-Hilalus modum, quo Abu-Ahmruus versum adnotavit, praeferendum putat, hunc scilicet: Robur eo consistit, quod iter nocturnum suscipit et debilitas eo, quod somno

indulget et humi iacens soli se exponit homo. In his singula versus membra sensu melius opposita esse, negari non potest.

6. Nonne vides, arcem Aldjaun firmam esse? Dies eam circumdant; sed lenis non fit.

Non esse causam, cur metuant. Arcem suam, quum bene munita sit, hostibus resistere posse, quemadmodum praeterito tempore calamitatibus se non subiecerit. Aut suam gentem ad fortitudinem hortans alloquitur aut hostem ipsis minantem. Arcem Aldjaun appellatam in regione Iemamah sitam a gentibus Thasm et Djadis originem duxisse, scholiastes adnotavit. Gens Thasm antiquissimis temporibus regionem Iemamah incoluisse dicitur (conf. Pocock. spec. hist. p. 38. 427. In hac gente primum regia dignitas erat, donec gens Djadis ob iniustitiam regis irata regem cum gente delevit. Unus vir e gente Thasm regem Arabiae felicis, ad quem confugerat, impulit, ut illam totam gentem perderet. ib. p. 468. Ab eo inde tempore utriusque gentis nomina non amplius inveniuntur. Apud Hamsam autem legimus, regem Dsu-Habschan gentem Thasm et Djadis delevisse (conf. Histor. Iemanae ed. Iohannsen Bonnae 1828. p. 71.). Dies aut tempus significare possunt, nam tempus in omnes res vim habet, ut earum statum permutet (conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 138 infr.), aut dies pugnarum. Tempus aut dies pugnarum tanquam exercitum arcem oppugnantem eamque ab omnibus partibus circumdantem describit; sed nullam in eam vim habuisse dicit.

7. Regibus Tobbah tempore, quo vici vastabantur, restitit; tabulis enim lapideis calce coniunctis exstructa est.

Eam antea regibus potentibus restitisse, narrat causam addens. Tobbah generale nomen regum Iemanensium fuisse apud Pocockium spec. hist. Ar. legimus. Idem ex Kamuso locum adducit, ex quo cognoscimus, reges qui regiones Hadramaut, Saba et Himjar possiderent isto titulo appellatos fuisse. In Calcuttensi Kamusi editione vox Saba deest. Vox autem Himjar cum voce Hadhramaut coniuncta, non gentem Himjarensem, posteros Sabae b. Iaschdjob; sed regionem significare videtur. Himjar autem nomen loci in occidente urbis Zanaae siti est. Sed hoc nomine nonnisi magnos potentesque reges significari puto, nam parvi reges titulum قيل habebant. Alharits b. Alrajisch primus erat, qui isto nomine uteretur (conf. Historia Iemanae ed. Iohannsen Bonnae 1828. p. 50. sed conferas ibid. p. 74. Ultimus rex, qui isto titulo uteretur, Tobbam b. Hasan b. Colaicarb fuisse narrant. ib. p. 80. Ante poetae tempus regem Iemanensem Iemamam invasisse et multos vicos vastasse. Illam autem arcem in potestatem redigere eum non potuisse, videmus. De hac expeditione in historia Iemanae nil speciale relatum invenimus. Tobba, filius Hassani, nepos Colaicarbi Meccam Medinamque expugnasse narratur conf. Historia Iemanae p. 80. De arce tanquam persona poeta verbum عصى adhibuit. Simili modo in proverbio: »Arx Marid pervicax et arx Alablak potens fuit« (conf. Meid. C. 3, 32.). Sunt, qui dicant, Tobbam in expeditione sua ista arce impeditum in regionem Iemamah non intrasse. Pro voce ايام (dies) in Mersukii codice ازمان (tempora) legitur. De modo, quo vox cum sequentibus coniuncta est (conf. Gram.

Ar. T. II. p. 147.). In posteriore versus parte modus, quo arx exstructa sit, describitur. Loco luti aut laterum sole coctorum, ex quibus aedificia exstruebantur, ista arx tabulis lapideis, calce obductis exstructa erat, quo factum est, ut vi illatae bene resisteret partibus non facile dissolvendis. Sed legitur quoque in versu: يطان على صم الصفيح ويكلس »luto et calce super duris tabulis lapideis inductis exstructa, nec non يطان على مثل الصفيح ويكلس »Ad locum similem ensibus exstructa et calce obducta est« i. e. ad aquam, quae cum ensibus ob splendorem comparata est. Scholiastes dixit, poetam terrae cultum, quae aquae ope fieret, significare voluisse; sed causam, cur verba sic interpretanda sint, non video. Scholiastes verbis يطان عليه بالصفيح sensum hunc tribuit: Eum, qui arcem exstruxerit, loco luti tabulas lapideas adhibuisse; sed dicit, vocem بالصفيح statum quoque indicare posse, ut sensus sit: Luto obducebatur et calce, dum tabulis lapideis exstructa erat. In aedificando lutum calcemque permiscere solebant.

8. Agedum! Ad eam accede! Segetes eius in altum excrevere et rotae aquariae super ea rursus celeriter circumvertuntur.

Poeta arce illa confisus hostem deridens invitat, ut in regionem Iemamam proficiscatur: Terram fertilissimam esse. Scholiastes dicit, eum Alnohmanum alloqui. Almotalammesus una cum Tharafaho in aula regis Hirensis Ahmrui b. Hind, qui iis fratrem suum, Cabusum, custodiendum tradiderat, vixit. Inde cum Tharafaho, epistolis datis, a rege ad Abu-Carbum, Hadjari praefectum, missi sunt, ut occiderentur. Almotalammesus autem ex epistola, quam legendam cuidam tradiderat, mala regis voluntate cognita, ad regem gentis Lachm in Syriam confugit. Vullersi Tharaf. Moallac. p. 5 sq. et Meidan. 14, 31. Alnohmanus igitur, filius Mondsari, cognomine Abu-Cabus, qui illi Ahmruo b. Hind in imperium successerat (conf. Ebn-Kotaib p. 194.), est. Poetam autem, quum carmen dicens in regione Iemamah praesens fuisse videatur, e Syria in illam regionem migrasse, dubium non videtur. Verbum ثار rem se in terra movere, ex. gr. pulverem aut parvas locustas e pulvere prodeuntes significat. In segetem translata vox significat, eam e terra prodire et se movere. Pro voce اثيرت legitur ابيثت, cui voci eadem significatio tribuitur. In illa autem regione fervida, pluviis frequentibus destitutâ, seges aquâ, quae ope rotarum effundatur, irrigetur necesse est. Ut autem terram tanquam fertilissimam describat, rem iteratis vicibus fieri dixit. Vox منجنون ex graeco μάγγανον orta ostendere videtur, Arabes rem a Graecis didicisse et cum re nomen accepisse. Apud Persas rota aquaria specialiore nomine ex Persico et Arabico composito دولاب appellatur, quae vox apud Arabes quoque in usu est. Verbum تكلس pro تتكلس, quod sensui minus aptum videtur, poeta sine dubio ob homoioteleuton adhibuit.

9. Hoc tempus vallis Alihrdh est, cuius muscae vivae sunt, vespa et caerulea infestans.

Vallis Alihrdh appellatae mentionem facit, sine dubio quod ea poetae magis **(p. 324.)** cordi erat aut ob fertilitatem maximam aut aliam ob causam. Vallem autem fertilissimam fuisse, ex muscarum descriptione videmus, muscae enim in loco aquâ abundante et fervido multae inveniuntur. Talis autem locus non potest non fertilissimus esse. Djeuharius dixit,

Ihrdh vallem in regione Iemamah esse; sed omnem quoque vallem, in qua arbores sint, isto nomine appellari. Scholiastes plures versum construendi modos proponit. Vocem اوان in casu nominativo cum sequente العرض, cui casus genitivus sit, coniungi posse. Hoc admisso verba اوان العرض locum praedicati vocis ذاك tenent. Vocem اوان casum accusativum quoque habere posse, dum voci العرض casus nominativus sit tanquam subiecto denuo sermonem incipienti, quasi poeta dixerit: Hoc quod memoravi illo tempore est, quo etc. Nomina autem, quae tempori definiendo inserviunt, cum sequente nomine coniungi possunt (conf. Gram. Ar. T. II. p. 147.). Pro voce حى vivae sunt i. e. pabuli copiâ alter legendi modus جُنّ ذبابه eius muscae furiosae sunt i. e. alacres, existit. Generale autem muscarum nomen appositis vocibus زنابيره والازرق المتلمس explicavit. In pratis viventes muscae interdum زنابير appellari, scholiastes adnotavit. Verbis autem الازرق المتلمس aliam muscarum speciem poeta indicavit. Poetam a voce المتلمس hoc in versu adhibita cognomen accepisse putant. Voce, quae iterum iterumque petentem designat, hoc in versu muscam animalia persequentem significari non dubito, muscae enim tempore, quo sol ardet, maxime laetae animalia persequi solent. Qui sequuntur versus cum prioribus sensu haud cohaerent. Num revera eiusdem carminis pars sint, an a grammaticis, quod eodem metro homoioteleutoque utantur, cum priore coniuncti sint, quis pro certo aut affirmare aut negare potest, quippe in carminibus Arabicis singula sensu haud raro minus cohaerent?

10. Nadsirus post me clypei loco est, et Djolajjus et Ahmasus me contra eos defendunt.

Adiutores suos, qui ipsum defendunt, enumerat. Unum Nadsirum nominat, qui eum a tergo tanquam clypeus tegat. Vidimus Ham. p. ٥٨ v. 4. virum defendentem cum clypeo comparari. Hunc Nadsirum filium Bohtsahi, nepotem Wahbi (Mers. Harbi) esse dicunt; sed sunt, qui voci نذير significationem vocis منذر »monitoris tribuant, ut sensus sit, se habere monitorem, qui ipsum de adventu hostium certiorem faciat. Pro voce ينصرنى in Mersukii codice يمنعنى »me defendit« legitur. Djolajj et Ahmas duarum familiarum ad gentem Dhobaiah b. Rabiah b. Nisar pertinentium nomen esse dicunt; sed Abu-Hilalus, Nadsirum et Djolajjum fratres, cuius pater Ahmas b. Dhobaiah sit, esse contendit.

11. (Voca) coetum gentis Banu-Korran! Tum rem illis expone! Et si rem, ad quam nos cogere vultis, gratam habent,

Provocat ad gentem Korran, ut eius iudicio probet, iniuriam, quae ipsis inferatur, maiorem esse, quam ut feratur. Accusativus vocis جمع e verbo omisso سَمِّ appella! pendet (conf. Gram. Ar. T. II. p. 81 sq.). Verbum autem, quod suppleatur, ex verborum contextu cognoscendum est. Sed alter quoque legendi modus est, quo vox casum nominativum obtinuit. Hoc recepto versus initium cum voce احمس prioris versus coniungendum est. Obiectum verbi اعرض expone! sc. rem الشى supplendum est. Vox هاتا composita est voce تا feminino pronominis ذا et anteposita particula ها coniunctis, ut هاتا femininum correspondens masulino هاذا sit. Est autem substantivum الخطة (res) aut simile quid omissum. Post verbum نوبس omissum est بها. Verbum ابس autem de re ingrata, quae cuidam imponitur aut qua adficitur, adhibetur. Post verba فان يقبلو propositio conditionem sequens omissa est, ut supplendum sit: Nos eam gratam habebimus. Hoc supplendum esse, ex sequente videre licet.

12. Si nos cum amore excipiunt, eos eodem modo excipiemus; sin aliter, nos multum difficiles et refractarii sumus.

Alteram conditionem proponit, quae ad gentem Banu-Korran referenda est. Si ea gens, postquam similia quam nos experta est, amorem ostendit, nos eorum exemplum imitaturi sumus; sin vero hoc ferre recusat, nos multo minus id facturi sumus, quum animus noster a talibus rebus magis abhorreat. Post verbum يقبلو et تقبل obiectum عليهم suppleri potest. Post vocem الا, id quod saepius fieri solet, propositio consequens, quae ex antecedentibus cognoscitur, supplenda est (conf. Gram. Ar. T. II. p. 485 infr.). Voces الابى et اشمس significatione non multum diversae sunt, ut vox اشمس potius homoioteleuti causa, quam ad sensum complendum addita videatur. Ab equo, qui sellam et capistrum recusat et equitem non admittit, in hominem translata vox eum designat, qui alteri se non submittit ad servitia praestanda. Scholiastes adnotavit, poetam vituperare rixam, quae inter foederatas gentes Dhobaiah et Banu-Dsohl b. Tsahlebah b. Ohcabah intercesserit.

13. Et si in gente Hobaib segnities in ultione a nobis exigenda est; at vero ex nobis agmen extrema nocte quietem non capiens fuit.

Suam gentem cum gente Hobaib confert. Illam gentem in vindicta sumenda segnem esse; suam autem gentem non quiescere, donec iniurias ulta sit. Scholiastes dicit, Hobajjibum, ex quo nomen Hobaib contractum sit, filium Cahbi b. Jeschcor b. Becr b. Wajel fuisse. Abu-Hilalus nomen H a b i b enunciavit, quemadmodum poeta Cotsajjir nomine **(p. 325.)** mutato Catsir appellatus est (conf. Meidan. append.).

CCXXIII.

Dixit Sahd b. Naschib.

De hoc viro conferas Ham. p. ٣١.

1. Quum difficilem et animo vehementem me esse videt, me delirare dicit mater Sahdi, dum nescia est.

Mater, ut videtur, eum vituperaverat, quod tam difficilis durusque animo esset. Verbum فند maxime in delirio senis adhibetur et scholiastes locum Corani Sur. 12, 94. vocis explicandae causa adnotavit.

2. Eique dixi: Generosus etsi dulcis est, tamen quodam statu amarior myrrhâ invenitur.

2. Et lenitas debilitas putatur et durities reverentiam gignit. Quem autem non verentur, eum iumentum difficile conscendere cogunt.

Duplicem causam suae agendi rationis proponit. Rerum statu mutari hominis animum et fieri, ut, qui in homines benignum se gerat, tamen rerum statu ad dure agendi rationem cogatur. Similem sensum poeta expressit dicens (metr. Thawil): E g o d u l c i s s u m, q u u m d u l c e d o m e a d e s i d e r a t u r, e t a m a r u s, q u u m a n i m a h o n o r a t a t a e d i o c a p i t u r. (Loco vocis العزيز in Mersukii codice العزوف legitur.) Dulcedinem amaritudini opposuit poeta, ut diversam hominis agendi rationem designaret. Myrrhae amaritudo in proverbium

venit Meid. 24, 436. Sunt plures amarae plantae conf. quoque Meid.. 24, 422. 423. Pro voce الكريم in Mersukii codice الحليم »mansuetus« legitur, quae vox sensui aptior videtur. Alteram autem causam adducit eam, quod lenitas noxia sit, quum debilitati tribuatur, durities autem verecundiam producat. De modo, quo hac de re cogitent Arabes conferas Meidan. T. III. P. 2. p. 163 sq. Vehi camelis difficilibus res molesta est, ut in proverbium venerit (conf. Meid. 6, 130.) et Ham. ٢٨٧ infr. Similem loquendi modum invenimus Ham. p. ٢٠١ v. 3. (sed ibi de feretro intelligenda sunt verba).

4. Qui erga me lenem se praebet, erga eum durus non sum; sed ego contra vim mihi illatam durus et refractarius sum.

Agendi rationem describit, qua par pari referat. Mersukius sequentem versum sensu nostro similem adnotavit (metr. Thawil): انى لما ابى سريع مبآتى الى كل نفس تنتحى فى مسرتى Recusans omnem rem quam is recusat, ad quemlibet celeriter redeo, qui in gaudium meum diligentiam adhibet.

5. Inclinationem eius, qui incurvus est, rectam reddo, donec eum reduco et capistro eum instruo, donec ad modum ipsi convenientem redit.

6. Si me vituperas, in me valde munificum vituperas, cuius generositas tempore duro praedicatur, qui tempore abundantiae alios participes facit.

Prior horum versuum cum antecedente cohaeret et modum agendi describit, quo in alios, quos ab ipsi ingrata agendi ratione reducere vult, utitur. Vim autem gloriatur, quam in hominum animos habeat, ut eos aut lenitate aut vi ad rectam agendi rationem reducat. Fieri potest, ut virum haud recte agentem cum lancea haud recta comparaverit, quam quis ope ferri ثقاف appellati rectam reddat, nam cum hac Ahmruus b. Kelthum in Moallaka v. 57 sqq. agendi rationem contulit. Ut post verbum يعود verba الى القدر sequuntur, sic post verbum اردّه verba الى ما اريد aut simile quid sequatur necesse est. Ut in hoc verbo adhibito comparandi modum reliquit, sic quoque in verbo يعود. Verbo اخطمه adhibito virum cum iumento comparasse videtur. In posteriore autem versus parte se maiorem vim adhibuisse, poeta verbo خطم indicat.

In posteriore versu poeta patientiam in rebus adversis, ut nonnisi pulchra de eo referantur liberalitatemque in rebus secundis praedicat. Sed de se in tertia persona loquitur. Ante vocem مرزا vox رجلا supplenda est et post eam verba فى ماله omissa sunt, nam vox eum proprie designat, qui detrimentum cepit (conf. Ham. ١٧٦); sed in bonam tantum partem accipi videtur, ut laudi inserviat. Similem sensum poeta Almarrar expressit (metr. Thawil): Si Almarrarus pauper est, eius paupertas non apparet, sin autem Almarrarus dives est; eius socius dives est. Mersukius sequentem Schamardali versum adnotavit (metr. Thawil): وصول اذا استغنى وكان مقترا من المال لم تحف الصديق مسايله Multa dona dans, quum dives est, et quum parce sumtus facit, rogando amicum non premit et alium sequentem (metr. Thawil): اذا افتقروا عضوا على الفقر حسبة وان ايسروا

عَدَوْا سِرَاعًا الى الفقر Si pauperes sunt, paupertatem patienter ferunt, ut iis sufficiat, sin divites, ad paupertatem (donando) celeriter redeunt.

7. Qui, quum rem animo versat, propositum suum sibi ante oculos ponit et modo gladii Soraidjitici, undulati in eo pervadit.

Laudat constantiam suam in rebus agendis et animi vim, qua difficultates **(p. 326.)** superat. Prius hemistichium Ham. p. ٣٢ in carmine eiusdem poetae occurrit. Vir, qui propositum suum celeriter et bene perficit, cum gladio secante comparatur conf. Ham. ٤٠ v. 1. Hic comparandi modus causa est, cur verbo صمم, quod proprie in gladio, quo os amputatur, adhibetur, usus est. Djeuharius significationis probandae causa hemistichium sequens adtulit (metr. Thawil): يصمم احيانا وحينا يطبق Saepe ossa amputat et interdum artus dividit. Scholiastes significationi addit, gladium id facere, dum sonum non edat. Hanc significationem in comparando urgendam non esse censeo. Significaret autem, virum modo gladii verba non facientem res peragere. Alazmäihi auctoritate nixi dicunt, Soraidj fabrum celebrem fuisse, a quo gladii nomen acceperint Djeuh. Kam. Scholiastes dicit, fortasse gladios a splendore, quasi in iis lucerna sit, nomen accepisse; sed huic explicandi modo deminutivi forma minus favere videtur. Vox أثر splendorem undulatum, gladiis excellentibus proprium designat et maxime cum vocali Fatha pronunciatur.

CCXXIV.
Idem dixit.

1. Ne nobis mineris, o Bulûle! nam, etsi contra religionem non rebellamus, tamen ingenui sumus.

Balalum, quem scholiastes haereticum seu rebellem fuisse, dicit, de minis iactatis vituperat, se enim, etsi rebellis non sit et se a coetu Mohammedanorum in religione non separet, ingenuum tamen esse, ut ius potestatemque imperii in ipsum non habeat. Quum poeta, ut ab Hadjdjadjo fugam caperet, cogeretur, ille Balalus domum eius destruxit conf. Ham. p. 60. Balali autem tanquam haeretici aut rebellis quum nusquam mentionem factam invenerim, vox خارجى virum fortasse significat, cuius pater celeber non erat. Sermo esse videtur de Balalo b. Abi-Borda b. Abi-Musa Alaschahri, cuius in libro Anthol. gram. p. 146. mentio facta est. Verba: baculum religionis non frangimus, significant, consensum in religione non abstulimus. Chalilus dixit, baculum (non fractum) consensum significare. Cum hoc proverbialis loquendi modus consentit: Quidam baculum Mohammedanorum fregit (conf. Meid. 13, 35. et Harir. p. ٣٣). Quidam in hoc proverbialem loquendi modum videns, eum cum verbis: Is lenem baculum habet i. e. imperium leniter exercet, cui contrarium est: Is durum baculum habet et cum verbis: Baculum ei decorticavi i. e. intimas animi cogitationes ei detexi (conf. Meid. 21, 44) et: Baculus timidi multum longus est (Meid. 18, 65) comparavit. Poeta haereticos describens dixit (metr. Thawil): Sperarunt rebellione, fore, ut pleno ore edant; sed in fine, quod extremo tantum ore edere poterant, gratum habuerunt.

2. Et si te timemus, in locum abire possumus, ubi te non timemus, nam tempori vices sunt.

3. Neque nos, postquam tibi obsecuti sumus, ad extremum adduc, in quo aut inimicitia aut dedecus est.

Ex priore versu videmus, Balalum potentem fuisse, ut poeta, se ei restiturum esse, vix speraret. Minatur igitur, se, si ab agendi ratione non abstineat, in aliam terram cum suis transmigraturum esse. Verbis autem: »tempori vices sunt«, spem suam indicare videtur, fore, ut Balali potentiâ fractâ in terram suam redeat. Sed in priore versu alter legendi modus est: فان لنا عنكم مراحا ومذهبا »Et nobis locus est, quo a vobis nos convertamus et abeamus.«

E posteriore autem versu cognoscimus, poetam cum suis Balalo obsequium praestasse; sed ab eo iniuriâ laesum esse, ut inter duas res eligere deberet aut in eum obsequium exuere aut ob iniuriam illatam dedecore adfici.

4. Nos autem, quotiescunqae bellum velum suum proiicit, quando filii id iniuste tractant, pio animo ei dediti sumus.

Sibi suisque fortitudinis laudem tribuit, ut, si alii bellum fugiant, ipsi summo cum amore ei operam dent. Bellum initio suo cum puella velo tecta, quae omnibus grata est, quippe cuius foedam faciem nemo adspicere cupit, comparatur, sed postea cum mediae aetatis muliere عوان, aut vetula, quae velo abiecto omnibus foeda apparet, comparavit. Similem comparandi modum Ham. ٢٥٠ v. 1. vidimus. Quum mulieris autem mentionem fecerit, bellum accendentes huius mulieris filios appellavit, qui, si parum studiosi bellum faciunt, contra matrem suam iniusti sunt, sin fortes bello student, probi in matrem sunt.

4. Et nos metu mortis iniquitatis domum non habitamus, si domus nobis non convenit.

Ad sensum versus secundi respiciens se mortem non timere dicit, ut iniuriam patienter non ferant. Terram autem, in qua iniuste tractantur, domum iniustitiae appellavit. Quod poeta vocem موت sine articulo posuit, id indicare videtur, eum nullam mortem, cuiusmodi **(p. 327.)** sit, timere. Domus autem illa in fine versus eadem est, quam initio domum iniustitiae appellavit. Mersukius dixit, contrarium sensum in sequente versu expressum esse (metr. Thawil): اذا ارتحلوا عن دار ضيم تعادلوا عليها وردوا وفدهم يستقيلها Quum e domo iniustitiae profecti sunt, ad eam deflectunt et iter facientium agmen, quod petit, ut ab ea liberetur, eo reducunt.

CCXXV.

Dixit Koràd b Ahbbâd.

Abu-Hilalus retulit, quamquam in auctoris exemplari patris nomen Ahbbad legatur id tamen falsum esse. Patrem habuisse nomen Ahjjar[1]) b. Mohris b. Chaled b. Arkam b.

---

1) Hoc vitium, si vitium est, nonnisi usu scripturae ortum esse puto, quippe ob similitudinem litterarum, punctis diacriticis deficientibus, facile accidere potuit, ut una vox in alteram mutaretur.

Kasim b. Naschirah b. Sajjar b. Nisar, qui unus satanarum (virorum fortitudine insignium) inter Arabes sequentes versus dixerit (metr. Wafir): In terras quietis pacisque pastum non ducimus, quum debiles virorum languidi sunt. Per nos res aversa conciliatur et morbus eius, qui morbo gravi adflictus est, sanatur. Nasum cuiuslibet superbi frangimus, cuius nasus elatus est, qui ab alto despicit.

1. Quod si de viro, quum irascitur, equites non irascuntur, quibus si dicitur: Morte vehimini! vehuntur,

Hoc in versu, qui cum sequentibus cohaeret, sententiam praeparat, virum, qui a gente potente non adiuvetur, debilem esse. Equites, quae praecipua pars exercitus sit, de eo irasci dixit, ut consensum indicaret et ut fortes designaret. Eos morte tanquam iumento vehentes descripsit. Ut pericula cum iumento Ham. p. ۴۳ v. 1. ۴۸ v. 5. comparantur, sic noster mortem cum iumento comparavit. Similem sensum poeta in sequente versu expressit (metr. Thawil): ومن لا يكن ذا ناصر يوم حقه يغلب عليه ذو النصير ويضهد Cui die iuris sui adiutor non est, is ab eo, cui adiutores sunt, vincitur et iniuste tractatur.

2. Neque ei auxilium praestant viri potentes, qui in rem timendam irruunt,

Quales viri esse debeant ipsi auxilium praestantes, hoc in versu clarius exponit. Viros potentes simul et fortissimos esse debere. Ad vocem قوم tanquam nomen collectivum adiectiva pluralis irregularis اعزة et مقاحيم referuntur (Gram. Ar. T. II. p. 233. 266.).

3. Vilissimus hostis iniuste eum tractat, neque, etsi ingeniosissimus est, iniustitiâ semper adficitur.

Statum viri talis, cuius in superioribus mentionem fecerat, describit. Verbum تيضمه propositionem consequentem vocis اذا efficit, quacum verba ولم يزل etc. coniuncta sunt. Verba autem وان كان عضا sententiae intermediae locum occupant. Vox عض validum in re peragenda, callidum significat; sed cum hoc proverbium انه لعض »Utique Ihdh est« cohaeret (Meid. 1, 38.). Duo enim viri, Said filius Kaisi Namirita et Dhaghfal Dsohlita, genealogiae admodum gnari et in historiis parum notis admodum versati cognomina Ihdh gerebant, quapropter vir prudentiâ insignis isto cognomine appellari potest.

4. In statu pacis cum quovis fraternitatem ini; sed scito, qui in bello amicus tuus non sit, eum peregrinum esse!

Duos status belli pacisque distinguendos esse. Tempore pacis nil referre, quocum vir coniunctus sit, sed tempore belli omnes praeter cognatos nos relicturos esse, ut peregrinis aequales sint. Vox مولى socii, amici, clientis et patroni significationem habens, tum in cognatos et patrueles transfertur. In proverbio dicitur: Non est situla nisi per funem i. e. Vir nonnisi per propinquos potens est conf. Meid. C. 23, 81.

5. *Amicus tuus verus is est, quem si vocas, libenter tibi morem gerit, dum sanguis multus profunditur.*

Eum nonnisi verum amicum esse, qui in summo periculo haud deterritus opem ferat. Similem sensum in sequente versu videmus (metr. Thawil): اخوك الذى ان تدعه لملمة يجبك وان تغضب الى السيف يغضب Frater tuus is est, qui, si ad rem gravem eum vocas, tibi morem gerit, et si iratus gladium arripis, idem facit (conf. Meid. 1, 64.). Vocem طوعا casum accusativum accepisse dicit scholiastes, quod statui describendo inserviat, ut sit pro طايعا Gram. Ar. T. II. p. 72.; sed nil obstare videtur, quin, verbo اجاب cum verbo اطاع sensu consentiente, accusativus modo a grammaticis مفعول مطلق appellato (Gram. Ar. T. II. p. 128.) positus sit, quasi اطاعك طوعا dixerit. Verba: »dum multus sanguis effunditur«, statum belli atrocis designant.

6. *Neque amicum frustres, et si iniustus est, nam per eum res corrumpuntur et in integrum restituuntur.*

Poeta docet, amicum, etsi iniustus erga nos fuerit, omni modo adiuvandum esse, ut spes eius, quam in nobis ponere debeat, non fallatur. Mohammedes ipse verbis, quae in proverbii consuetudinem venerunt, idem docuit »Adiuva fratrem tuum sive is iniuriam infert, sive is iniuriam patitur« (conf. Meid. 25, 14.). Arabes autem istam sententiam pluribus proverbiis expressere conf. Meid. 7, 33. 24, 339. conf. 6, 61. 86. 3, 29. In posteriore parte causam addidit. Amicum, qui iniustitiâ nos laeserit, auxilio suo contra hostes adlato noxam illam reparaturum esse. Res cum vasis comparavit, quae frangi et reparari possunt. Haec autem res causa est, cur verba تأى et راب adhibuerit.

CCXXVI.

Dixit Sahir pater Carrâmi (aliis Cidâmi) Tamimita.

(p. 328.) 1. *Qualis vir Taim erat! Qualis lancea impetus et cuspis (ensis) dimicationis erat, quae morti eum obiecit!*

Se Taimum occidisse gloriatur et Taimum laudans suam, quod eum occidit, gloriam auget. Taimum, virum e gente Banu-Jeschcor, celebrem equitem fuisse, scholiastes adnotavit. Cum Deo virum illum coniungit, quum omne, quod Deo tribuatur, optimum in suo genere sit. Praepositioni ل, cuius ope id fit, grammatici vim τῶ اختصاص et ملك, quâ res tanquam propria et possessio describitur, adscripserunt (Gram. Ar. T. I. p. 474.). Scholiastes eam admirando inservire addidit. In lanceam quoque suam gladiumque, quibus in occidendo viro usus erat, laus et admiratio transeunt. Ex homoioteleuto vocis طراد huncce versum primum carminis esse videmus. Verba ونصل جلاد cum verbis رمح طراد coniungenda sunt, ut verba لاقى الحمام به ad utramque partem pertineant. Ex usu vocis جلاد, quae ut طراد nomen actionis tertiae formae est, voce نصل gladium significari cognoscimus. Hasta et gladius tanquam personae describuntur, quae Taimum morti offerunt traduntque. Scholiastes voci اى casum accusativum et voci الحمام casum nominativum dari posse adnotavit.

Hoc pronunciandi modo recepto, mors persona est, quae hastae et gladio Taimum tradit. De tali prosopopoeia conferas Ham. ۴۳ v. 2. Ex homoioteleuto cognoscimus, carminis initium esse in hoc versu.

2. *Et quale belli rutabulum, audax, se morti exponens, non fugiens, a pugna non declinans!*

Hoc in versu se ipsum describit laudatque tanquam virum fortissimum. Bellum cum igne comparatur conf. Ham. ۱۸۰ v. 1. ۱۹۹ v. 3. ۲۸۱ v. 2. 3. Virum igitur acriter pugnantem cum instrumento ferreo, quo ignis, ut acrius ardeat, movetur, conferri convenit.

3. *Leoni similis, quem metus mortis non retinet, quin audacter procedat et strepitus minarum.*

Se in fortitudine cum leone comparat, qui metum mortis haud noscens strepitu armorum non terretur. Viri fortissimi frequenter cum leonibus comparantur conf. Ham. p. ۱۰۴ v. 1. ۱۷۸ v. 3. ۳۱۰, ۷۱۵ et Harets. Moall. v. 57. Vox قعقعة strepitum designat, quem res aridae commotae edunt et pluralis varium strepitum magnumque significat. Fieri potest, ut poeta usum respiciat, quo ad leonem terrendum strepitum auf armis aut aliis rebus commotis ederent.

4. *Sanguinem suum liberaliter effundens, quotiescunque ob mortis metum strenui fortitudo fallit.*

In fortitudine sua laudanda pergit. Tempore, quo alii strenui, mortem timentes, recedunt, is vitam suam exponit. Sanguinem cordis (مهجة), quo effuso vita exspiratur, summa cum liberalitate, modo quo dives dona dat, effundit. Officium, quo strenuis fortiter pugnandum est, tanquam promissum datum describit, cui quum non satisfiat, strenuitatem eorum mentitum esse dicit.

5. *Poculum mortis ei propinari cuspidibus acutis, in acie mucronatis, findentibus.*

Modum, quo Taimum occiderit, describit. Lanceâ eum confodit. Tertiâ verbi سقى formâ usus est significaturus, unum alteri vicissim poculum mortis bibendum porrexisse. Mors cum cisterna comparatur, ex qua omnes bibunt conf. Ham. ۳۳۱ v. 4. ۴۱۴ v. 3. Caab b. Sohair v. 58. Poculi in sequente versu mentio fit (metr. Camel): فاجبتها ان المنية منهل لا بدّ ان اسقى بكاس المنهل Sed ei respondi: Mors aquarium est, non fieri potest, quin ex illius aquarii poculo potus mihi detur (conf. Antar. Moall. Proleg. p. 13.). Scholiastes dixit, poetam pluralem اسنة adhibuisse, quamquam nonnisi de duabus lanceis, sua scilicet et Taimi sermo sit, aut fieri posse, ut plurali utriusque lanceae tam superiorem quam inferiorem cuspidem (زج) significare in animo habuerit. Ego vero in hoc nil nisi licentiam, qua plurali loco singularis poeta usus est, video. Silentio praetermittendum non est, poetam cum plurali اسنة adiectiva tam pluralis numeri (ذلق et حداد), quam singularis (مؤللة) coniunxisse.

6. *Eumque confodi, dum equites in pulvere pugnae erant, vulnere largo, spargente sanguinem colore croco similem.*

Arabes magna vulnera, quae infligunt, gloriantur conf. Ham. ۱۱ v. 2. Vox نجلاء, ante

quam substantivum طعنة supplendum est, cum verbo فطعنته coniungitur, interpositis verbis والخيل etc. status describendi causa. Ante vocem مثل vox بما supplenda est. Verbum autem تنضح (spargit) multum sanguinem e largo vulnere erumpere, ut dispergatur, indicat. Vocem الجادى voce الزعفران scholiastes explicavit; sed croco color sanguinis quum non sit, aut scholiastes peregrinam vocem haud accurate explicavit aut poeta significationis minus habita ratione vocem homoioteleuti causa adhibuit.

7. Quasi manus mea, quum ad eum me convertissem, locum mortis promissum attigisset,

(p. 329.) Primo impetu confossum statim occisum esse, quasi inter manum et mortem promissa data sint, ut manus in confodiendo statim in locum illum promissum, quo lethale vulnus acciperet, incideret.

8. Tum cecidit et sanguis ex interiore eius spumâ continuo tectus prorupit.

In describendo vulnere pergit. Vulnus cum bulliente olla, e qua aqua cum strepitu spumâ excitatâ se adtollit, comparatum est. Hic comparandi modus vocibus جايش et يفور indicatur. Vox جايش est pro olla bulliente. Suffixum vero vocis جايشها ad vocem نجلاء referendum est. Vox بمزبد est pro بدم مزبد (sanguis spumam emittens), quae spuma ob vehementiam, quacum sanguis erumpit, oritur. Spumam autem continuam esse, verbis متتابع الازباد poeta significavit. In margine Tebrisii alter legendi modus متدارك loco vocis متتابع adnotatus est.

CCXXVII.

Dixit Ahmru-l'Kana.

1. Viri dicebant, quum lanceis armati e gurgite mortis exiissent: In magnas moles eius redite!

Viros pugnae cupidissimos describit, qui redeuntes ex pugna acri se invicem hortantur, ut in eam redeant. Accusativus vocis القايلين aut e verbo in versibus omissis aut e particula و omissa pendet. Vox بالقنا est pro مع القنا; sed ante verbum خرجو metri causa locum obtinuit. Mors cum magna aquae mole comparata est, qua homo abripitur. Similem loquendi modum Ebn-Doraidus in carmine Makzurah v. 63. adhibuit. Voces في حوماتها cum sequente verbo عودو coniungendas esse puto. Verbum عودو cum voce القايلين cohaeret.

2. Rediere; sed rediere generosi, non breves corpore in occursu, non trementes, pavidi.

Modum, quo in pugnam revertuntur, describens, eos tanquam nobiles et fortes laudat. Vox كراما tanquam statum subiecti describens casum accusativum obtinuit (Gram. Ar. T. II. p. 72.). Post particulam لا subjectum هم omissum est, ut vox تنابلة etc. casum nominativum haberet conf. ib. p. 413. Arabes longam corporis staturam laudare (Ham. p. ١٣٣ v. ١.) vidimus. Ut in nostro loco sic Ham. ٦٣٩ v. 1. conf. Ham. ٤٤٩ v. 2. brevis statura vituperationi est; sed ex verbis adpositis عند اللقاء »in occursu« poetam cum voce تنابلة significationem timidorum coniunxisse cognoscimus. Ni fallor, vox رعش maiorem timoris gradum, quam vox رعاديد indicat.

3. Nulla gens iis generosior est die, quo ad pugnam mortis excitans iis dicit: Honorem vestrum defendite!

Eos in defendendo honore mortem non timentes describit. Vox لا effecit, ut vox قوم casum accusativum sine Nunnatione haberet, quum existentiam gentis negaret (conf. Gr. Ar. T. II. p. 63 sq.). Quamquam in generoso (كريم) omnes indoles Arabibus laude dignas coniunctas esse debeant, tamen vox اكرم hoc in versu ad fortitudinem, ut quis in defendendo honore mortem non timeat, spectat. De modo, quo poeta vocem يوم cum sequentibus coniunxit, conferas Gram. Ar. T. II. p. 147. Verba مُحرِض الموت sunt pro المُحرِض الى الموت »qui ad mortem subeundam incitat.« Verba عن احسابكم aut ob homoioteleuton aut ut vis sermonis augeretur, poeta verbo anteposuit.

CCXXVIII.
Dixit Alfarasdak.

Hic poeta anno 110 aut 114 aetate paene centum annorum diem obiit conf. Meidan. app. et Ebn-Challik. No. 788 Carmen inter annum 75 et 95 compositum est.

Vocem Farasdak massae farinae subactae partem significare et poetam cognomen inde accepisse dicunt, quod tetrico et austero vultu esset. Nomine Hammam b. Ghaleb (Ghaleb tempore Alii princeps gentis suae erat), cognomine Abu-Firas utebatur.

1. Si, o gens Merwani, erga nos iuste agitis, prope ad vos accedemus; sin aliter, nos abituros esse scitote!

Sive Farasdakus cum familia sua Ebn-Sobairi partes secutus erat, ut hanc ob causam gens postea a gente Merwan premeretur, sive Hadjdjadji duro imperio adflictus erat, se cum familia illas regiones relicturum esse, minatur. Voci يال est pro يا ال. Verbo اذن hoc in versu sciendi significationem tribuendam esse, scholiastes contendit. Verti quoque potest: Abeundi veniam date! Vox ببعاد est pro ببعادنا.

2. Nobis locus est, ad quem a vobis recedamus et abeamus vehentes albis camelis, qui venti deserti desiderio tenentur,

Abitum describit. Se in desertum cum camelis, qui deserto assuefacti sint, abituros esse. Cameli albi عيس, cuius color albus rubedini mixtus erat, generosissimi habebantur conf. Amru-l'Kais Diw. p. 105. Contra albi cameli maxime debiles et minime patientes appellantur (conf. Ham. p. ٣٠٦ sup.). Sed nigri quoque magni aestimabantur conf. Antar. Moall. v. 12 et sch. Chrestom. Arab. T. III. p. 57. Vox صواد sitientes haud bene cum voce ريح ventus coniuncta est. Homoioteleuton sine dubio in causa erat, cur vocem adhiberet poeta.

3. Operi adsuefactis, norennibus, annulos in naribus habentibus, superbe incedentibus, per noctem et diem in longis desertis iter facientibus.

Camelos suos describit, ex quorum descriptione poetam longo itinere abire **(p. 330.)** in animo habuisse videmus. Generosos camelos fuisse in versu superiore vidimus; tales autem

cameli operi essent adsuefacti et condocefacti, necesse erat. Hanc significationem Mersukius verbo خيّس tribuisse videtur; scripsit enim: التخييس حبس الابل على الكد والعمل. Hoc igitur primo loco ponit; tum eos novennes esse dicit; quippe qui molestiis ferendis aptissimi essent (conf. Ham. p. ٥٠٩ v. 2. et p. ٧٣١), qua aetate maximo robore gauderent. Superbus incedendi modus et alacritatem et generositatem indicat. Camelus ope annuli per nares ducti regebatur. Annulus e ferro confectus برة, e crinibus confectus خزامة, e ligno confectus خشاش nomen habebat. Camelos denique tales describit, qui haud fatigati nocturnum et diurnum iter in longis desertis coniungere possint. Melius poetae scribendum erat سوار وغوال sed metrum et homoioteleuti ratio effecit, ut verborum ordinem mutaret. Scholiastes dicens, verba في البرى statui describendo inservire, significare vult, verba esse pro وهي في البرى i. e. وهي مبراة.

3. In terra enim locus est, quo ab iniusto recedi et abiri potest et omnes regiones sicut meae habitatae sunt.

4. Quomodo autem Hadjdjadjus voluntati suae satisfacere potest, quum fossam Sijadi post nos relinquimus?

Ad sensum versus secundi revertens dicit, non ad omnes locos eius iniustitiam pertingere, quum tota terra habitari possit, ut, si fines provinciae Hadjdjadji transgressi sint, eum ipsis non amplius nocere posse. Finis provinciae canalis Sijadi fuisse dicitur. Sijadus, qui canalem illam effodiendam curaverat, natus anno, quo Mohammedes ex urbe Mecca fugit, anno Hedjrae 51 diem obiit. Sub Moahwijaho anno 45 Bazrae cum terris ei adiunctis et postea Cufae quoque provinciae praefectus erat. Quum quis eius pater sit, nesciatur, in scholio ابن ابيه (filius patris sui) appellatur (conf. Abulf. Ann. T. I. p. 357 sq. et 370.). Hadjdjadjus autem, qui antea Hidjasi provinciae praefuerat, anno 75 Iracae provinciam obtinuit et anno 95 aetatis quinquagesimo quarto, postquam per viginti annos utriusque Iracae et Chorasanae provinciam tenuerat, diem obiit Abulf. Ann. T. I. p. 430. Verbum عسى, quod verbis propinquitatis, quae افعال المقاربة a grammaticis appellata sunt, adnumeratur, ope coniunctionis ان cum sequente futuro coniungi solet (Gram. Ar. T. II, 213 sq.). Mersukius adnotavit, in versibus hoc verbum modo verbi كاد (coniunctione sc. ان omissa) constructum inveniri.

5. Sed, per podicem patris Hadjdjadji et podicem vetulae eius! caprum parvum agnorum, qui in vallibus pascuntur (dico).

Verbis satyricis in Hadjdjadjum invehitur. Podicis patris matrisque Hadjdjadji, quam vetulam appellat, mentionem facit. Grammaticus Abu-Said adnotavit, Arabes illarum rerum mentionem facere, ut ostendant, se virum minimi facere. Qui enim tales res memorat, is reverentiam exuit. Scholiastes autem putat, praepositionem e verbis omissis pendere, quasi dixerit, omnem ignominiam dedecusque cum podice parentum eius cohaerere (لحق). Matrem autem si quis in satyra memoraret, Arabes hoc aegre ferebant (conf. Chrestom. meam gramm. hist. p. ۴۳). Hadjdjadjum cum capro parvo agnorum, qui in vallibus pascuntur, comparat poeta. Vox عتيد forma deminutivi vocis عتود est, quae vox caprum iuvencum designat. Formam

deminutivi, ut se eum despicere indicaret, adhibuit. Ut aries كبش Ham. p. ٨٣ v. 3. p. ٢٨٢ v. 2. p. ٣٣٧ v. 1. principem designat, sic in nostro loco caper principem designare potest; sed caper iuvencus, parvus principi vili designando inservit. Rem talem esse, ex verbis additis cognoscimus, nam eius subditos cum agnis, qui in vallibus, ut occulti sint, pascuntur, contulit. Scholiastes verbis hunc sensum tribuit, eorum dominos esse viles, ut se abscondant, necesse habeatur: potentes se non abscondere. Accusativus vocis عتيد e verbo omisso sc. اعني (volo) aut اذكر (dico) pendet, modo a grammaticis بالذم (vituperii causa) appellato (conf. Gram. Ar. T. II. p. 94.). Scholiastes dixit, hoc loquendi modo melius personam describi, quam si suo nomine appellata sit et hanc esse causam, cur in laudando et vituperando voci casus accusativus tribuatur. Hanc quoque ob causam hunc loquendi modum efficaciorem et eloquentiorem esse in sensu constituendo, quam adiectiva, quae nomen describendum sequantur. Adiectiva nomini nonnisi explicando inservire; hunc autem laudandi aut vituperandi modum tum extollere tum deiicere virum.

6. Nisi gens Banu-Merwan esset, hic filius Iosephi instar servi e numero servorum gentis Ijad esset
7. Tempore, quo is servus conditionem vilem confitebatur, dum mane et vesperâ ad pueros vicorum veniebat.

Hadjdjadjum maiorum suorum meritis et nobilitate ad hunc dignitatis gradum non adscendisse; sed nonnisi per gentem Banu-Merwan eum evectum esse dicit. Filium Iosephi eum appellat, ut ei patris conditionem vilem in mentem revocet. Poeta Hadjdjadjum servis gentis Ijad adnumeravit. Hadjdjadjus enim Tsakefita erat i. e. ad gentem Tsakif pertinebat. Gens Tsakif pars gentis Hawasen erat et gens Hawasen a gente Kais-Aihlan originem ducebat. Pater gentis Kais-Aihlan erat Alnas (vel ut in Ebn-Kotaibahi opere Aljas) b. Modhar b. Nisar. Gens Ijad autem ad gentem Maahd pertinebat. Ab Ebn-Kotaibaho Ijad filius Maahddi, ut frater Nesari sit, appellatur; sed, si Djeuhario fides habenda est, Ijad filius Nesari erat. Alii vero gentem Tsakif cum Ijado coniungunt et horum sententiam sine dubio poeta secutus est (conf. Ebn-Challik. No 148 init.). Gens Ijad quoque antiquo tempore pediti dedecore contaminata erat (conf. Meid. 7, 98.). Hadjdjadjus cognominari quoque solebat الغلام الثقفي (iuvenis Tsakafita) (Abulf. Ann. T. 1. adnot. 188.). In posteriore versu conditionem viri pristinam memorat. Hadjdjadjum in oppido Thajef ludi magistrum fuisse, narrant (conf. Ebn-Challik. No. 148.). Poeta autem in hoc eum servi munus administrasse dixit, ut mane et vesperâ i. e. per totum diem pueros vicorum adiret. Poeta rei mentionem fecit dicens (metr. Motakarib): Num Colaibus[1] (parvus canis) tempus fuisse maciei obliviscitur, quo Corani caput Alcautsar (est Surat. 108.) inscriptum doceret. Modo ei placenta erat una rotunda, quae non cernebatur (parva) et altera sicut luna splendens (i. e. diversas fuisse placentas pro ratione personarum, quae aut divites aut pauperes essent, alias parvas alias magnas.). Poeta Abu-l'Achdhar simili loquendi modo in versu sequente usus est (metr. Basith): Nonne gentem Banu-Badr vidisti, quae facta est instar panis olitoris et scholae (ludi magistri).

1) Puer parvus hoc cognomine Hadjdjadjus appellabatur.

CCXXVIIII.
Alius dixit.

1. 2. Ii, qui tempore timoris retromanent, quum gladii e vagina educuntur, sciunt, fugam vitae finem non prorogare.

Vir fortis, ut alios ad fortitudinem instiget, aliorum exemplo docet, eos, qui ob metum mortis e pugna recedant aut fugam capiant, a morte non liberari. Hanc sententiam Arabes in pluribus proverbiis protulere conf. Meid. 1, 48. 284. 22, 137. 23, 413. 24, 585. 25, 62. Vox خلة proprie thecam designat, in qua gladius cum vagina reconditur; hoc in versu **(p. 331.)** vagina ipsa (جفن) intelligenda est. Verbo علم, quod ad classem verborum pertinet, quae grammatici افعال القلب appellarunt, duo obiecta necessaria sunt (Gram. Ar. T. II, 580 sq.) et verba ان الفرار etc. illorum obiectorum locum tenent ib. p. 297.

CCXXX.
Dixit Schobail Fesarita.

Hic fratris sui filios bellum ei inferentes occiderat.

1. Vae mihi! ob eos, quos auxilio voçabam et qui satis auxilii mihi praestabant brachiis validis.

Caedem in eos, qui ipsi antea auxilio fuerant, a se factam deplorat. De voce الهفى conf. Ham. p. ١٩. Pronomen من sensum collectivum habet (Gram. Ar. T. II, p. 358.) et post verbum ادعو suffixum supplendum est ibid. et p. 347 sq. Verba وساعده statui subiecti in verbo يكفينى »dum eius brachium robustum erat« describendo inserviunt. Sed legitur بساعده, ut vox الشديد subiectum verbi sit. In Tebrisii codice alter legendi modus شديد adscriptus est.

2. Non autem, quod viles erant, victi sunt; sed sic leones leones dilacerant.

Occisos laudat tanquam fortes, ut non fieri posset, quin una pars, fortibus cum fortibus pugnantibus, occideretur. Fortes cum leonibus comparantur Ham. p. ١٥٣ v. 1. p. ١٧٨ v. 3. p. ٣٩٧ v. 2. Pro voce من in codice Mersukii عن legitur. Praepositiones illae interdum permutantur; sed noster legendi modus praeferendus est. Posterior versus pars diverso modo grammatice explicatur. Vocem الاسد subiectum (مبتداء) esse et voces تفرسها الاسد praedicati locum tenere, vocem autem كذاك statui describendo inservire, ut vox pro امثلا sit; i. e. dum similes sunt leonibus, quos leones lacerant. Vocis autem قتلت, si recta est, haec explicandi ratio esse debet: Vox من, quum sensum collectivum habeat, ut cum plurali et duali verbi construi potest (conf. Gram. Ar. T. II, p. 358.), sic modo pluralis irregularis cum verbo generis feminini coniungi posse videtur; attamen vero quum in Mersukii codice, e quo verba derivata sunt, قلت (dixi) reperiatur, hunc legendi modum verum esse puto. Sed Mersukio nil obstare videtur, quin poeta voce كذاك usus ad victoriam respiciat, aut fieri posse, ut vox كذاك praedicati locum habeat, quod subiecto الاسد praepositum sit, ita ut vox تفرسها statui describendo inserviat. Hoc admisso sensus est: Sed leones iis similes sunt, dum leones eos dilacerant. Mersukius in sequente versu similem sensum invenit (metr.

(Chafif): فيمنا بعضنا يقتل بعضنا لا يفل الحديد الا الحديد Pars gentis nostrae partem occidit: Ferrum nonnisi ferrum diffindit. Posteriore versus parte proverbium continetur conf. Meid. I, 13.

3. Nisi sagittae nostrae properantes, dum remoti erant, ad eos praecessissent,

In hoc versu, qui cum sequente cohaeret, occisorum fortitudinem laudat. Eos sagittis confossos e longinquo occisos esse. Pronomen هم in voce انهم subiecti locum tenet, cuius praedicatum omissum est, ut voces سبقت النبهم quasi adiectivum praedicati illius sint, aut voces سبقت النبهم praedicati locum habent. Huiusce autem loquendi modo, dum pronomen repetitur, sermonis vis augeri mihi videtur. Scholiastes modum, quo vox بعيد cum pronomine هم coniuncta sit, explicaturus dixit, vocem, ut voces صديق et رسول tam singularis quam pluralis significationem habere; mihi autem vox بعيد substantivi locum occupare videtur, ut sensus sit: nel illi erant res remotae.

4. E lacu mortis nobis bibendum dedissent, donec a lateribus nostris fugientes se dispergerent.

Nisi eos antea sagittis occidissemus, quum tanta eorum esset fortitudo et in pugnando constantia, tam acriter pugnantes nos invasuri fuissent, ut, sociis nostris fugam capientibus, mortem nobis intulissent. In his ob factum se excusare videtur, quod necessitate se defendendi coactus rem peregerit. Mortem cum cisterna, e qua omnibus bibendum est, comparari diximus (conf. Ham. p. ٤١٤ v. 3.). Et in Tarafae Moallaka v. 73. morti cisterna tribuitur. Vox حياض الموت est pro كاس حياض الموت (poculum cisternae mortis) aut ماء حياض الموت (aqua cisternae mortis). Vox تطاير est pro تتطاير. Sexta autem forma significat, plures simul se dispersisse et haec est causa, cur vocem شريد de pluribus intelligamus.

CCXXXI.

Dixit Katharijj b. Alfodjaah. De poeta conf. Ham. p. ٤٤.

1. O tu, qui in pugnam prodire cupis, proprius accede, ut mortis venenum mixtum propinem!
2. Bibentibus in eo, quod unus alteri in bello mortem propinat, dedecus non est; eam igitur mihi bibendam da et tu ipse bibe!

Poeta fortitudinem suam in eo ostendit, quod adversarium incitat, ut mortem non timeat. Participium البغى modo verbi cum accusativo obiecti constructum est (conf. Gram. Ar. T. II. p. 182.). Futurum apocopatum اساقك e voce تقربى pendet (Gram. Ar. T. II. p. 33. conf. T. I. p. 206). Poetas mortem cum cisterna comparare, cui poculum additur (conf. Taraf. Moall. v. 73. et Ham. in carmine superiore), vidimus. Noster venenum addit. Vocem بالموت scholiastes sic explicat, ut aut sit pro بسبب الموت (ob causam mortis) (nam sic ex Mersukio pro فشيب الموت l. l. legendum puto) aut verba transposita sint pro اساقك الموت بالذعف (mortem tibi propino venenum dans). Nil autem impedit, quominus بالموت pro بيد الموت (per manum mortis) sit, ut mors persona sit, quae iussu poetae venenum bibendum porrigat. Vox ذعف venenum confestim necans significat; sed poeta, ut vis significationis augeretur, مقشب (mixtum) i. e. talibus rebus mixtum, quibus necandi vis augeretur, addidit.

In posteriore autem versu, se mortem non timere, ostendit. In bello quum alternantes mortem inferant, poeta adversarium suum provocat, ut ipsi mortis poculum porrigat. Quod littera Alif in fine versus addita est, id rei metricae periti اشباع appellarunt conf. libr. meum Darstellung d. Arab. Verskunst p. 53 320. Vox اشربا est pro اشربْ.

CCXXXII.

(p. 237.) Dixit Darradj lanceà confossus.

O mater Cahmasi! vittâ me circumliga! Ne brachia et capita abscissa et colla depressa terrore te impleant, nam nos matutino tempore pulveris elati sitientes (cameli) eramus, qui pice obliti se invicem fricabant.

Aut matrem suam aut uxorem rogat, ut vulnus suum obliget. Eum in proelii campo praesentem fuisse, ex verbis additis videmus, feminam enim illam hortatur, ne adspectu foedo ab ipso deterreatur. Talem pugnantium sortem esse. Vox أحس a singulari حس derivata multum pulverem in aere elatum, qualis in proelii campo esse solet, significare potest; sed nil obstare videtur, quin eadem vox infortuniorum et calamitatum significationem in versu habeat; pugna enim tempus calamitatum est. Pugnantes cum camelis scabiosis, quorum unus alterum corpore fricat, comparari vidimus Ham. p. ٣٩٨ v. 3. Noster camelos illos sitientes fuisse addit, quo enim vehementior talium camelorum sitis est, eo magis corpus fricare solent. Silentio praetermittendum non est, in Mersukii codice vocibus, quibus homoioteleuton constitutum est, in fine vocalem additam esse. Hoc probato, versus metrum Redjes habent; sed quum vox الأحس cum vocali Kesra enuncianda sit, vitium homoioteleuti اقواء appellatum (conf. Darstell. d. Arab. Verskunst p. 328.) oritur. Quae res quamquam in bonis poetis reperitur, noster tamen pronunciandi modus praeferendus videtur.

CCXXXIII.

Dixit Alarkath b. Rahbal b. Colaib (al. Calb) Alnbarita.

1. Ego et Nadjmus die Abrak-Masen contra multas manus auxilium nobis tulimus.

Suum filiique sui Nadjm appellati factum laudat. Pater filiusque contra plures latrones fortissime se defenderant. Vox ابرق locus est, quo lapides nigri albique sunt. Cum nomine gentis Masin coniuncta nomen proprium loci est. Multitudo manuum multos hostes designat. Scholiastes dicit, verba على كثرة الايدى statui describendo inservire, ut sensus sit: Dum manus multae erant. Quod poeta verbo ائتسا usus est, indicat, periculum fuisse, ita ut alter in alterius fortitudine solatium inveniret.

2. Ante me eius (equi) pectore se tuebatur et arcus et gladius Iemanensis a nobis (hostes) repellebant.

Modum, quo unus alterum defenderit, describit et arma, quibus usi sint. Scholiastes adnotavit, patrem equitem fuisse, filium peditem. Pedites sagittis maxime pugnantes ante equites dispositi erant (conf. Ham. p. ٧٩ v. 3.). Qui sub iugulo equi stabat, quodammodo

equi pectore defendebatur, quippe equitis lancea longior aggredientes retinebat; sed contra hostium sagittas equi pectus eum tueri non poterat. Hoc poeta usu vocis لوذة significare videtur; vox enim omnem tuendi modum non designat; sed unum tantum modum. Verbi ترهب obiectum omissum est. Ante vocem نبعة antecedens قوس (arcus) et ante vocem يمان vox سيف (gladius) omissus est. Optimi arcus e ligno arboris نبعة conficiebantur (conf. Harir p ٩٥ l. 9. sch. Ham. ٣٥٨ v. 2. ٩١٥ v. 3.). E ligno arboris نشم quoque arcus fabricati sunt conf. Diwan Amru-l'Kais p. ٣٧ v. 16. et Kam. et Djeuh. De diversa specie arcuum conf. Ham. ٢٨٤ v. 2. adn. Gladii Iemanenses celebres erant conf. Ham. p. ٣٨٤ v. 2. De gladiis conf. p. 320. 348.

3. Impetum faciebamus, tum in nos impetus fiebat; tum sagittis petebamur, et nos ipsi sagittis petebamus et gladiis percutiebamus, in quibus cunctatio non erat.

Dimicandi modum, dum primum sagittis, post gladio pugnatum erat, describit.

CCXXXIV.

Dixit Waddac b. Tsomail.

De poeta conf. Ham. p. ٥٩.

1. Vitâ meâ gentem Masen libero, quae difficilis est et in bello strenua.

Gentem Masen, quae iniustitiae se non submittat et in bello strenua sit, laudibus extollit. Arabes virum laudantes se vita sua aut vita patris eum liberare dicunt. Vox شموس ab equo, qui equitem non admittit, in virum, qui alteri imperanti non obedit et iniuriis patienter se non submittit, translata est. Praepositio من explicando sensui generali, qui verbis بنى مازن est, inservit, modo a grammaticis للتبيين vel للبيان appellato conf. Gram. Ar. T. I. p. 490. Similem sensum Abhd-Alrahman b. Hassan in versu sequente expressit: واني من قوم كرام يزيدهم شماسا وصبرا شدة الحدثان »Ego e gente generosa sum, cuius inobedientiam patientiamque vehementia casus adversi auget.«

2. Siti mortis adfecti, quum inter supplicia et pugnam eligere possunt. **(p. 333.)**

Mortem ignominiae praeferunt. Quum morti cisternam tribuerint conf. Ham. p. ٣٣١ v. 4. 6., poeta mortem petentes cum camelis siti ardente adfectis comparavit. Est autem هيم morbus camelorum, quo siti vehemente cruciantur.

3 Ditionem suam defenderunt et domus eorum in montibus altis gloriae excelsae elatae sunt.

Defensione ditionis suae magnam gloriam nacti sunt. Vox حمى locum prohibitum, in quem alterum transire nefas habebatur, designat. Est locus aquae et herbarum (conf. Ham. p. ١٤ v. 1.). Hoc in versu terra est, quam gens Masen incolebat. Gloriam cum aedificio comparatam esse Ham. ٢٥٩ infr. vidimus. Qui in alto loco habitat, is securus est Ham. ١٤٩ v. 3. Mons potentiam designat Ham. p. ٥١ v. 1. ١١٤ v. 4. Gloriae colles Ham. ١١٥ v. 1. adscripti sunt. Hi varii comparandi modi in versu nostro coniuncti sunt; nam domus eorum sine dubio domum honoris significat. Ante vocem باذخات substantivum جبال (montes) ex more poetarum omissum est.

CCXXXV.
Dixit Sawwar.

Idem esse videtur, qui Ham. p. ٥v filius Almodharrabi Sahdita appellatus est, tempore Islami vivens.

1. O Djanuba! si equites meos in campo vidisses, quum pravi inter se properarent

Feminam, sive amata sive uxor sit, alloquitur proelium descripturus; sed hic versus cum sequente cohaeret. Quod si versus sensum integrum non offerens cum sequente coniungendus est, rei metricae periti hoc vitiosum esse censuere. Rei nomen تتميم aut تضمين dedere (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 332.). Vox بالسى, quemadmodum in codice nostro legitur, difficilis intellectu est. Si cum vocali Kesra effertur, nil nisi campum, locum aequabilem significare potest. Vox autem cum vocali Fatha pronuncianda deserti significationem habet, nec non nomen loci est. In Mersukii textu loco huius vocis بالشعب in via inter montes in scholiis بالسيف in ora maritima, quae vox in Tebrisii codice superscripta est, inveni. Quid rectum sit, dicere non ausus sim. Vox تبادر est pro تتبادر. Formâ verbi sextâ usus est festinandi modum, quo unus alterum praevertere studeret, significaturus, quae res summi timoris indicium est. Voce اشرار (pravi) hoc in versu pavidi fugientesque designantur. Propositionem, quae conditionis particulam لو sequatur, necesse est Ham. ٣١٩ v. 5 et 6. (sc. vidisses rem admirandam) poeta omisit conf. Gram. Ar. T. II. p. 464.

2. Ad viam amplam timentes, ne captivi fierent, dum equites ipsos fugientes persequebantur,

Sociorum suorum fugam narrat. Verba سعة الطريق, quae verbi تبادر obiectum sunt, legendi modo بالشعب, quem e Mersukii textu ad superiorem versum adnotavi, favere videtur. Voces والخيل etc. statui describendo inserviunt.

3. Sawwarum vocantes, quum lanceae rubrae essent et civis diei infortunii Sawwarus est.

Poeta laudem suam praedicat. Tempore timoris ad ipsum auxilii causa omnes se convertere, qua ex re magna fiducia, quam omnes in eo ponunt, elucet. Lanceae nonnisi sanguine rubrae sunt. Scholiastes sine dubio indicaturus, poetam hisce verbis proelium grave significare, loquendi modum احمر الباس »malum rubrum est« i. e. grave et الحسن احمر »pulchritudo rubra est« i. e. laus pulchra nonnisi periculis, quae homo suscipit, acquiri potest, contulit. Poetae interdum aut suum nomen aut nomen personae, quam laudant, homoioteleuto inserunt conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 533 infr.

CCXXXVI.
Dixit frater Hosabahi aut filius Hosabahi.

1. Quis timidus retrocessit aut suos defendendi officio defuit, tum res difficiles aggressus non est?

Mersukius putat, poetam hoc in versu verbis implicitis vituperare, sine dubio eos

castigantem, qui in proelio officium non impleverant. Quin vox اقحمر sensui versus minime apta sit, haud est dubium. In codice Mersukii اجحمر legitur, quae vox in Tebrisii quoque codice subscripta magis placet. Officio aut metus aut somnus tribuitur, qui homini tribuendus fuit. Pro voce خامت in Mersukii codice نامت legitur, quae vox apud Tebrisium subscripta est. De vocis حقيقة significatione conferas Ham. p. ٣٠٧ v. 2. Vox محمة de rebus viisque adhibita arduas difficilesque partes designat.

2. Sed Ohkbahus b. Sohair die, quo agmen Turcarum contra eum in pugnam prodiit, neque reque recessit neque animum abiecit,

Ex eorum numero, quos in superiore versu vituperatione dignos indicaverat, Ohkbahum b. Sohair excipit. Eum eundem esse, quam Ohkbahum b. Cahb b. Sohair, cuius Ham. ٦٣٠ mentio facta est, non est, quod dubitem, nam patris nomen interdum omittere Arabes solent. Caahbus b. Sohair, celeber poeta, tempore Moahwijahi relictis filiis diem obiit conf. librum meum Caabi b. Sohair carmen Bonn. 1822. p. XXI. Poeta Turcas memoravit. Chorasanâ expugnatâ Arabes sub Ohmaro cum Turcis trans flumen Djihun habitantibus bella gessisse, a vero alienum non est, et sunt, qui narrent Jezdedjerdum, ultimum Persiae regem, a Turcis auxilia accepisse. Historici, quorum notitiam habemus, pauca de bellis cum Turcis gestis referunt. Arabes autem cum ista gente res habuisse, ex eo quoque videmus, quod Chalifae e gente Ahbbas auctoritate decrescente sine dubio contra ipsos Arabes ex Turcis cohortem praetorionam sibi creaverant, cuius auctoritas mox ita invaluit, ut re vera regnaret. Chalifa Motawaccel ab eorum duce Bogha occidebatur. Turcas anno 290 primum in provinciam Maweralnahr irrupisse, apud Abulfaragium p. 283. legimus; Syriam autem primum anno 462 invasere conf. Selecta ex historia Halebi p. 45 adn.

2. Morti nuda latera offerens, quotiescunque vilis duplicem vestem suam super pedes **(p. 334.)** *demittebat.*

Viri fortitudinem laudat dicens, eum corpus morti exponere. Arabes quum vestibus longis uterentur, ad iter suscipiendum, opus faciendum et pugnandum vestes succingere solebant conf. Ham. ٣٧٩ v. 6. et ٥٠٤ v. 2. Hanc rem significaturi شمر عن ساقه »vestem succinxit, ut crus appareret« dicebant conf. Hamakeri Waked p. 158. Poeta quidam dixit (metr. Thawil): وكنت اذا جارى دعا لمضوفة اشمر حتى ينصف الساق مئزرى Ego, quum vicinus meus ad rem gravem vocabat, vestem usque ad medium crus succingebam. Poeta noster significaturus, virum corpus morti offerre, modo minus apto عن شواه latera ostendens dixit; Arabes enim non tantopere vestes succingebant, ut latera apparerent. Poeta autem laterum mentionem fecisse videtur, ut loca corporis designaret, quibus si quis vulneratur, ei moriendum est. Pluralis منايا plura mortis genera, sive quis gladio, sive telo, sive lanceâ confoditur, designat. Huic viro autem timidum, quem vilem servum appellat, poeta opponit, qui, ne in infimo pede vulneretur, totum corpus veste tegit et pugnâ omnino abstinet.

3. Rectâ viâ cum ense suo in interitum hostesque ingressus est, dum equi mortem duplicatam fraenati mandebant.

Vidimus (Ham. ٢٧ v. 1. ٣٢٩ v. 2.) morti gurgites tribui. Ad hunc comparandi modum respiciens poeta verbo خاض (ingressus est in aquam) usus est. Praepositioni ب hoc in loco societatem significat i. e. dum ensis eius socius erat (Gram. Ar. T. I p. 470.) conf. Ham. ٣٨۴ v. 2. Maximam autem difficultatem interpretibus verba ثنى الموت crearunt. Aut loco definiendo inservire dicunt aut obiectum verbi esse. Si vocem locum designant, nil nisi in medio mortis significare possunt. Proprie locus vox ثنى est, ubi res duplicatur, id quod in medio fit. Sin obiectum verbi est, duplicatae mortis significationem habet. Mortem tanquam cibum descripsit, quem equi mandunt (conf. Ham. ١٣ v. 1.). Scholiastes dicit, poetam equites in insidiis collocatos velle. Quod si verum est, in eo causa esse potest, cur poeta duplicatae mortis mentionem fecerit, quum equi duobus locis dispositi quasi duplicati sint. Hoc autem interpretandi modo recepto vox باللجم statui equorum describendo inservit, ut sit pro وهى باللجم »et ii fraenis instructi sunt.« Equos mortem mandere poeta dixit, quod equites in insidiis collocati mortem adducunt. Sed pro voce ثنى legitur quoque ثن »foenum.« Haec vox ex difficultate vocis ثنى sine dubio orta ob sensum minus apta videtur. Mersukius sequentem sensu similem versum adnotavit (metr. Camel): خضنا اليه الموت فى ايماننا حمر الشفار جفونهن الاروس Intramus ad eum in mortem, dum in dexteris nostris (gladii) in extremo rubri sunt, quorum vaginae capita sunt.

4. Ii (hostes) plura centum millia erant; ipse autem cum paucis altis nasis praeditis, strenuos percutientibus erat.

Fortitudinem viri nullam dubitationem habere dicit, quod ipse nonnisi cum paucis sociis contra innumerum Turcarum exercitum pugnaverit. Scholiastes quidem dicit, poetam totam Turcarum gentem tanquam hostes suos significasse, eum cum tot millibus non pugnasse. In eo quidem cum scholiaste consentio, quod ille numerus non ad verbum intelligendus sit; dissentio autem, quod poetam isto numero innumerum exercitum significare voluisse putem. De modo, quo numeralia construuntur vide Gram. Ar. T. II. p. 322 sq. Nasi alti Arabibus indicium nobilis generis sunt et hanc ob causam laudantur conf. Ham. p. ٣٨١ l. 1. ٥٥٩ v. 5.

CCXXXVII.

Dixit Aus b. Tsahlebah.

1. Vinculum amoris rumpens, penetrans, quum curarum cogitationes post somnum redeunt.

Se ipsum tanquam strenuum in re perficienda describit, qui re difficili superveniente vinculis amoris, quo ad locum aut ad personam ligatus sit, non impediatur, quominus aut iter ingrediatur aut aliud remedium arripiat. In hoc autem non cunctatur, statim sequente die mane, postquam per noctem curae quieverant, rem aggreditur. Amicitiae et coniunctionis conditionem cum vinculis comparari Hamas. p. ٨٠ v. 5. vidimus (conf. Ham. ٥٠٣ v. 3.), ubi

ut in nostro versu جذّام, verbum تقطعت adhibitum est. Scholiastes dicens, verba حبل الهوى significare coniunctionem, quâ ipse cum anima cohaereat; vinculum, quo quis amore ad vitam adligata est, ut eam conservare studeat, intellexisse videtur. Hoc recepto sensus est: Periculo se exponit et vinculum, quo anima cum vita cohaeret, abrumpit. Formam جذّام autem adhibuit indicaturus, hanc esse ipsius agendi consuetudinem.

2. Neque nox neque terra ingrato vultu me adspicit, neque iter me impedit, quominus re mihi necessaria potiar.

Quae in superiore versu generaliore modo expresserat, hoc in versu accuratius describit. Ex hoc versu videmus, eum iter periculosum noctis tempore et per deserta faciendum ante oculos habuisse. Nocti terraeque tanquam personis, quod ipsarum est, tribuit. Ingrato vultu adspicientes eum non deterrent. Scholiastes in verbis inversionem invenit, quum verbum تجهم de persona adhibeatur. Sunt quoque, qui in verbis تكاءدني inversionem videant, quum dicatur ما تكاءدته »difficile id non inveni;« sed lexicographi nonnisi nominativum rei et accusativum personae adnotarunt.

CCXXXVIII.

Alius dixit.

Gens Banu-Masen quosdam gentis Banu-Ihdjl irruptione facta occiderat. Ulciscendi causa igitur gens Banu-Ihdjl vicinum gentis Banu-Masen occidit.

1. Dico, dum gladius meus in capite Aghlabi est et iam instar trunci palmae altae **(p. 335.)** *amputatae proruit,*

Ex homoioteleuto in medio versu initium carminis cognoscimus. Describit caedem Aghlabi. Virum ob longitudinem corporis cum palma comparat. Similis comparatio in Corano Sur. 69, 7. invenitur. Arabes longam staturam laudare, Ham. ١٣٢ v. 1. vidimus, parvam autem vituperare Ham. ٦٣٩ v. 1. legimus. Vox مشذب significat, ramos palmae resectos esse et scholiastes dixit, talem palmam longiorem videri. Quod poeta vero pluralem معارق adhibuit, id licentiae poeticae esse videtur. Mersukius dicit, poetae diversas cranii partes ante oculos fuisse.

2. Calamitas gravis apud te devertit et apud Schohbahum non devertit; pereas igitur prostratus, vulneratus!

Hoc versu verba, quae poeta protulerat, continentur, ut cum voce أقول prioris versus cohaereat. Ipsum illum occisum esse, non eum, cui minatus esset. Initio versus verba transposita sunt, ut vis sermonis augeretur. Vox وجبة rem accidentem designat et الوجبة العظمى »res accidens maxima« mortem significat. Vox العظمى autem, quam Tebrisius e Mersukio scholion sumens omisit, deesse non potest. Mortem cum camelo comparant conf. Ham. ٣٣٨ v. 1., tempus cum camelo, qui decidens hominem pectore suo occidit Ham. ٣٧٥ v. 2. infr adn. (conf. p. ١٢٠ v. 1. ١٤٥ v. 5.) Hanc ob causam poeta verbum اناخت adhibuisse

videtur. Vocem ملحب duplici modo explicari posse, dicunt. Aut submissi significationem habere, qualis in via pedibus calcata inveniatur, aut vulnerati et dissecti, quam significationem Djeuharius voce مقطع explicandi causa additâ adnotavit.

3. Poculo mortis eum rigavit gladius, cui, quum evaginatur, ex omni speculâ dentes mortis arrident.

Caedem illius describens gladium suum laudat. Mortem cum potu comparatam esse, cuius poculum porrigitur, Ham. p. ٣٢٨ v. 4. conf. p. ٣٣١ ٣٤٨) vidimus. Mors cum personâ comparata gladio, qui viros morti dat, signa faciens arridet conf. Ham. p. ٤٣ v. 2. Hoc autem in versu risus dentibus anterioribus adscribitur, quod dentes in ridendo apparent. Describit porro mortem tanquam omnibus locis speculantem et exspectantem, si gladius ei quendam obviam mittat.

4. O gens Ihdjl, gens Ihdjl, quae talione peregrinum apud nos e gente Jahzib occidit!

Hoc in versu gentem vituperat deridetque, quae caedis auctorem ulta non sit; sed innocentem, peregrinum necaverit. Talionis ius postulat, ut ipse occisor occidatur aut, si plures personae ignotae occisores putarentur, tot viri eiusdem gentis, quot occisi essent, necarentur. Quod si igitur quis peregrinum, qui in gente habitat, iure talionis necat, hoc iniustitiae tribuendum indicat, alterum se nimis debilem habere, quam ut ipsam gentem ulciscatur. Gentem tanquam personam alloquitur. Gens Ihdjl pars gentis Rabiah est. Ihdjl, auctor gentis, filius Lodjaimi b Zahb b. Ahli b. Becr b. Wajel est; Jahzib vero familia gentis Jemen est. Priori voci عجل casus nominativus convenit, posteriori tam nominativus quam casus accusativus dari potest (Gram. Ar. T. II. p. 90. Scholiastes dixit, posteriorem vocem accusativum accepisse modo apppositionis aut بدل aut عطف البيان a grammaticis appellatae (ibid. p. 284.). Vocem القاتلين autem cum voce عجل cohaerere, quippe utraque vox easdem personas designet, modo, quo in Corano (Sur. 50, 15.) verba حبل الوريد, quae eandem rem designent, coniuncta sint. Similem coniungendi modum reperiri in verbis حق اليقين (Sur. 56, 95.), dum alii haec verba modo, quo verba عين اليقين et محض اليقين connexa sint, coniuncta esse velint. Versum autem cum priore sensu non cohaerere, nemo non videt.

5. Iniuste et male egistis, quum peregrinum ulti estis, quemadmodum praedicatis, pauperem, innocentem.

Causam vituperationis exponit. Scholion autem, quum quandam difficultatem praebeat, verbotenus vertendum puto: Si quis interrogat, ubinam duo verbi زعمتم obiecta sint et quomodo ea omitti liceat, ego respondeo: Omissa sunt sicut in verbis Corani Sur. 6, 22. اين شركاوكم الذين كنتم تزعمون »ubi socii vestri sunt, quos dicebatis« et in verbis poetae Comait (metr. Thawil): Secundum quem librum (Coranum) aut legem (Sonnah) putas, eorum amorem tibi dedecori esse et censes? Ut enim in versu Comaiti obiecta duo verbi تحسب et in loco Corani obiecta duo verbi تزعمون omissa sunt, sic in versu nostro obiecta verbi زعمتم. Sic verborum sensus constituendus est: Quum iure

vestro potiti estis, contenditis, id esse obtentum in viro tali; (aut iure vestro) contenditis id esse duplex sive secundum [1]). Vocis حق mentionem facere omisit, quod mentio antea facta erat. Omisso autem priore obiecto posterius quoque omitti poterat. Hoc ei simile est, quod subiectum et praedicatum omittitur, qua de re in libro Sibawaihii quaestio occurrit; in verbis scilicet: متى ظننت او قلت زيدا منطلقا, quum, ut prius verbum ظننت voces زيدا منطلقا regat, efficis, id quod licitum est, quoniam verbum prius istas voces requirit (sed in Mersukii codice الفعل الثاني »verbum posterius« est); et in sermone utriusque mentio facta est. Post verbum قلت (aut ظننت) autem subiectum et praedicatum i. e. زيدا منطلقا »Saidus est dimissus« omissa sunt. In Mersukii codice in versu post vocem تحققكم vox زعمتم statim sequitur, ut verba inversa non sint.

6. Non autem caedes vicini ab adiutore suo remoti caedem ulturo res digna petitu est.

7. Et vos ultionem non exegistis et in eo, quod fecistis, o gens Banu-Ihdjl, rectam **(p. 336.)** *agendi rationem secuti non estis.*

Ex iis, quae ad versum quartum monuimus, vituperationem, qua poeta gentem Ihdjl reprehendit, iustam esse, clarum est. De usu praepositionis ب post negationem in voce بمسلك conf. Gram. Ar. T. I. p. 471.

8. Sed vos cuspides gentis Masen timuistis, et ab iis in latus, quo deflectendum non erat, deflexistis.

Causam, cur peregrinum occiderint, et ab ipsa gente ultionem non exegerint, profert. Metui rem tribuit. Vox اسنة (cuspides) hoc in versu lanceas designat. Verbum نكب in secunda forma eandem significationem, quam quinta habet conf. Ham. ١۴ v. 2. ٣٢ v. 3. In scholii linea secunda de Sacyus pro voce دهمتم ex Mersukii suo codice همتم legendum putavit; sed in meo Mersukii codice دهمتم (de improviso supervenistis) est, et hoc sensui aptum videtur. Scholiastes putat, poetam agendi rationem eam ob causam latus, quo deflectendum non erat, appellasse, quod gens Masen caedem vicini sui ultura sit, ut gens Ihdjl inde nil commodi capiat.

9. Et vos una vice post alteram nos gustastis. Qui autem virum expertus est, eum bene novit.

Hoc in versu homines cum cibo comparati sunt, quem tam amicus, quam hostis gustat. Simili modo legimus Ham. p. ٣٨۴ v. 1. »Duo ei sapores sunt, mellis et colocynthidis etc.« Scholiastae autem res de gladiis dicta videtur, ut ذقتمونا sit pro ذقتم سيوفنا »gustastis gladios nostros.« Posterioris partis sensus est, experientiam in viris cognoscendis optimam

1) De Sacyus exemplari suo adscripsit, se locum non intelligere. In Mersukii suo codice legi: حذف مفعولا زعمتم ثانيا et quaedam inter verba زعمتم et ثانيا omissa videri. In Tebrisii textu fortasse pro زعمتموه ثانيا legendum esse زعمتموه ثارا. Sed in meo Mersukii codice ثانيا legitur; at vero, ut interdum accidisse video, Tebrisius Mersukii commentarium exscribens quaedam necessaria omisit. Sic quoque in initio lineae quintae ex Mersukio legendum puto صفقته او تحققكم زعمتموه ثانيا. Secundum verbi obiectum aut ماخوذا aut ثانيا (duplex) esse posse. Duplex seu secundum ius, quod obtinuit aut ultionem duplicem appellasse videtur, quod una vice in gentem Ihdjl, altera vice in virum peregrinum caedem ulta erat gens.

magistram esse. Experientiae Arabes multum tribuunt conf. Meidan. T. III. P. 1. No. 390. 393. 2612. In Tebrisii codice duplex vocem المجرب pronuntiandi modus est tam vocalis activi quam passivi. In margine vox تجربة adscripta est, qua voci experientiae significationem dandam esse, indicatur. Hic autem expiicandi modus nonnisi aptus est, si vox vocali Fatha pronunciatur.

CCXXXIX.
Dixit Baghtsar b. Lakith Asadita.

1. Hacimi cerebrum capitisque locum gladii acie petivi.

Se virum Hacim appellatum occidisse dicit. Loquendi modus, quo particula اما cum subiecto praemissa a sequentibus constructione separata est, sermonis vim auget. Saepissime particula repetitur conf. Ham. p. ٣١٩. Vox مقيل, qua locus designatur, ubi quis somnum meridianum capit, hoc in versu loco vocis مقر haud bene adhibita videtur.

2. Et quum ad rem ingratam incitor, consilio capto non dico: Utinam non fecissem!

Ad istam rem coactum se esse ostendit; tum animi constantiam fortitudinemque laudat, quae tanta sit, ut ipsum rei peractae haud poeniteat.

CCXL.
Dixit vir quidam e gente Nomair.

1. Ego filius principum e gente Ahmru sum et equitum suggestuum e gente Djenab sum.

Genus, e quo oriundus est, laudat. Se appellat filium principum i. e. cuius maiores principes erant. Ante tempus Islami quarta pars praedae duci erat, tempore Islami quinta. Inde dux nomen الرابع tempore ante Islamum accepit. De praeda duci concedenda conferas Ham p. ٤٥٨ v. 4., ubi pluribus rem tractabimus. Ducibus temporis ante Islamum duces temporis Islami, quos equites suggestuum appellat, opponit. Vox منبر locum designat, in quo die Veneris preces publicas sermonemque (خطبة) faciebant. Hoc Chalifae (imperatoris) officium erat, qui stans rem peragebat. Moahwijahus sedens id facere incepit Abulf. Ann. T. I. p. 380. Inter Chalifas Almostarschedus (mort. 529.) ultimus erat, qui officium hoc praestaret (ib. T. III. adnot 327.). In provinciis praefecti officio fungebantur. Equitibus suggestuum non bonos oratores significare vult; sed principes temporis Islami, quippe quibus orationem habendi officium esset. Hunc autem loquendi modum metaphoricum esse, scholiastes adnotans, eum cum verbis Tsabeti b. Kothnah[1]) comparavit. Qui provinciae Chorasan praefectus quum suggestum adscendens loqui non posset, versum hunc dixit (metr. Thawil): Et si inter vos orator non sum; ego gladio meo, quum pugna acris est, orator sum. Mersukius dixit, poetam Ahmrui Djanabique mentionem fecisse, ut ostenderet, se tam a patris quam a matris parte nobili genere oriundum esse, quum avi ad gentem Nomair, avunculi ad gentem Cilab (conf. v. 3.) pertinerent. Vox ال metri causa signum Wezla accepit.

1) Tempore Omajjadarum vivens socius Iasidi b. Almohalleb erat. In codice libri Citab-Alaghani ثابت قطنة scriptum est.

2. Quum hostibus occurrimus, faciem vulneribus exponimus, quae contumeliis non **(p. 337.)** *exponitur.*

3. Maiores mei principes gentis Nomair sunt, avunculi mei principes gentis Cilab.

In priore versu, se vitam suam in bello exponere, honorem suum in pace non exponere dixit. In priore hemistichio faciei mentionem fecit, ut verbis posterioris apta sit. Sensu versui nostro simillimus est versus tertius p. 62., ubi vox اللطام cum facie magis congrua, quam in nostro vox السباب est. Ad sensum versus poetae ad Ebn-Doraidi Makzuram v. 64. citatus proxime accedit (metr. Thawil): وابذل فى الهيجاء وجهى وانى (l. واننى) له فى سوى الهيجاء غير بذول In proelio faciem meam expono; sed ego in alio quam proelii statu eam non expono. Scholiastes observat, pluralis formam فَعَلة in pluralibus vocum a radicibus infirmis (i. e. in quibus littera و vel ى est) derivatarum raro inveniri, pro iis autem formam فُعلة ut قضاة adhiberi. Eius autem significationem principis aut cum eligendo aut cum rei suprema parte aut cum optima re cohaerere posse.

CCXLI.

Dixit Alhodslul b. Cabb Alanbarita.

Voce Hodslul proprie levem, celerem designari dicunt. Uxor, quam e gente Bahdalah in matrimonium duxerat, videns eum aliquo die pro hospitibus molentem, id quod servo faciendum erat, vituperavit. Grammaticus Almobarred versus Arabi e gente Sahd tribuit. Hic quum tempore, quo uxor ei modo nupta adduceretur, advenienti hospiti moleret, uxor adveniens admiratione adfecta dixisse fertur: Num hic maritus meus est? Hisce in verbis versuum causa erat.

1. Dicit dexterâ iugulum percutiens: Num hic maritus meus est cum mola protuberantiore pectore praeditus?

Ex eo, quod iugulum suum percutit et voce متقاعس utitur, cognoscimus eam vituperantem et admirantem interrogare. Pro verbo صكت in Mersukii codice paene cum eadem significatione دقت legitur. Posterius hemistichium scholiastes Mersukii verbis sic explicavit: Vox هذا praedicati locum tenet, quod vox المتقاعس tanquam explicandi causa cum eo coniuncta sequitur (conf. Gram. Ar. T. II, p. 284 et 529.). Nil quoque obstat, quin vox هذا tanquam adiectivum (ibid. p. 258.) cum nomine بعلى coniuncta sit et vox المتقاعس praedicato inserviat (ib. 517.); sed vox بالرحا e voce المتقاعس pendere non potest, nam ex illa voce pendens cum articulo (qui vicem pronominis الذى explere putatur, ut pro الذى يتقاعس sit) modo a grammaticis صلة appellato (ib. p. 261.) cohaereat; fieri enim non potest, ut verba modo صلة appellato coniuncta ante id, quocum coniuncta sint, ponantur. Vocem بالرحا explicandi causa, id quod grammatici بيان appellant (ib. p. 524.) addidit, cogitans vocem المتقاعس esse nomen completum (ib. p. 67. 559 sq. 574.). Nominis cum praepositione igitur ratio eadem est, quae voci بك post vocem مرحبا et لك post voces سقيا et حمدا. Re sic se habente, vocem بالرحا anteponi licitum est modo, quo بك مرحبا et لك سقيا dicitur. Grammaticus Masenita cognominatus diversam in explicando rationem secutus est. Statuit,

in voce المتقاعس articulum nonnisi nomini determinando inservire, et sensum pronominis الذى non habere modo, quo dicatur: نعم القايم زيد »Bene stans est Saidus« et بئس الرجل عمر »Pravus vir Ahmrnus est« (Gram. Ar. T. II. p. 222 sq.). Quae res si ita est, voci verba coniuncta a grammaticis صلة appellata opus non sunt, ut vox بالرجا tam anteposita quam postposita esse possit. Propositio autem, quae verba a muliere dicta continet, obiecti verbi تقول locum occupans casum accusativum habet. Quae autem a voce قال (dixit) et inde derivatis formis reguntur, ea verba ipsa dicta et argumentum [1]) propositionum sunt, ut in verbis: »Dixisti verum aut falsum aut dixisti rectum aut vanum« [2]).

2. Eique dixi: Ne festines! et agendi modum meum vide, quum equites coniuncti contra me irruunt!
3. Nonne adversarium repello, ut occisus in faciem proruat, dum in eo cuspis duplici acie est ultro citroque mota?

(p. 338.) Uxorem monet, ne festinans falsum iudicium ferat. Nonnisi in pugna de viro recte iudicari posse. Se virum fortissimum esse, qui adversarium vincat. Post verbum لا تعجلى »ne festines!« obiectum sc. in indicio ferendo omissum est. Scholiastes adnotavit, litteram ا interrogando inserviens modo rem affirmare modo negare. Si cum negatione coniuncta sit, affirmare; sin negatione careat, negare. Verba يركب ردعه statum adversarii describere, ut sint pro راكبا ردعه (conf. Gram. Ar. T. II. p. 384.). In voce ردع explicanda interpretes non consentiunt. Scholiastes Mersukium sequens voci ردع repellendi significationem dans verborum sensum esse dicit: Adversarium repello et iam se ei exposuit, quod eum repellebam, et procidit. Chalilum dixisse, verba (dicitur quoque ركب رديعه) significare, virum in faciem prostratum procidere et verbo ركب comparandi modum inesse. Fieri quoque posse, ut vox ردع, sanguine eum infectum esse, significet, quum dicatur ثوب مردوع (vestis tincta croco). Quidam eorum, qui sensui inveniendo operam dant, dixerunt, sensum esse, eum, quum retineatur, se retineri non pati; sed rectâ pergere, quasi repellendi conatum equitando excipiat. Grammaticus Almobarred dixit, loquendi modum ab eo desumtum esse, quod cuspis sagittae in radicem intret (ارتدع). Dici quoque de camelo ركب ردعه, quum procidentis collum in ventrem intret. Cum hoc cohaerere loquendi modum ارتدع فلان عن دينه »Quidam a religione sua prohibetur«. Loquendi modus in proverbii consuetudinem venit, quod Meid. 21, 42. explicatur. Verba وفيه etc. statui subiecti in verbo يركب describendo inserviunt. Verba autem in fine scholii حديد يابس ad alterum legendi modum pertinent. Loco enim vocis نايس in Mersukii codice يابس »durus« (de ferro) invenitur, qui legendi modus in Tebrisii margine adnotatus est.

4. Et onus grave porto et papillas mortis mulgeo, quando strenuus fugit.

Se magnis molestiis perferendis et difficilibus rebus peragendis parem mortem non ti-

1) Voci وضعا, si lectio recta est, argumenti, qualis vocibus continetur, significationem tribuo; sin vero, ut in Mersukio, وصفا legitur, ea sunt, quibus propositiones describuntur.

2) In his verba حقا et باطلا etc. propositionibus describendo inserviunt.

mere dicit. In priore versus parte se cum robusto camelo, in posteriore mortem cum camela comparavit, quam vir, qui magna pericula suscipit, mulget. Homines saepe cum camelis comparantur (conf. Ham. p. ٢١٥ v. 2. 3. 5. conf. p. ٩٣ v. 2.). Bellum et tempus cum camelo comparantur, qui hominem decidens et pectore premens occidit (conf. Ham. p. ١٣٠ v. 1. p. ١٣٥ v. 5. p. ٣٣٥ v. 2. p. ٣٧٥ v. 2. infr. adn.). Apud Arabes mos est, a viris camelas mulgeri; nam feminis id facere dedecori habetur. Ham. p. ٣٠٨. Mihi sensus comparationis esse videtur, virum metu non deterritum prope ad mortem accedere. Qui camelam mulget, is camelae ita propinquus est, ut eum pede percutere aut in terram decidens eum laedere possit. Mersukius putavit, cum mulgendo coniunctum esse sensum mala eliciendi, ut is, qui camelam mulgeat, lac eliciat. In scholiis quum vox المعامس (sine puncto diacritico) quoque explicetur, hic in versu alter legendi modus esse videtur.

5. *Curas noctu venientes forti animo excipio, quum animi cogitationes ob eas multae sunt.*

Omnes res, quae ei accidunt, periculosas forti animo aggreditur. Hospites noctis tempore quum adveniant, curas ob calamitates noctu hominis animum perturbantes cum hospitibus poeta comparavit. Ut vir liberalis hospitem advenientem cibo excipit, sic vir fortis constante firmoque animo curas excipit. Vox الوساوس hoc in versu anxias animae cogitationes et quasi insusurrationes, in quibus nil boni est, designat. Tebrisius scholion ex Mersukii commentario desumsit; sed plura necessaria omisit. Sic posterior pars in Mersukii codice sonat: والامل اسم لما يقع فيها من تقدير نيل الخير وضده الخيبة والياس والخاطر اسم لما يقع فيها مما لا عليها ولا لها بل ينتبه لغايب عنها, nam quae in Tebrisii scholio tanquam vocem امل explicantia sequuntur, ea ad vocem خاطر spectant.

6. *Quum alii pavidi sunt, ego in gurgitem me immitto, cuius vehementiam acer audaxque metuit.*

Se cum aliis fortibus comparans se, a quo maiora quam ab illis peragantur, fortissimum describit. Mors cum magna aquarum mole comparata est, ut dicatur غمرات الموت (conf. Ham. p. ٢١ v. 3. p. ٢٧ v. 1.). Verbum تقحم significat, hominem periculi nulla ratione habita proruere. Ut poeta mortis gurgitem tanquam periculosissimum designet, posteriorem versus partem addit. Vehementiam ei talem tribuit, quam acres strenuique metuant. Vox الالد proprie eum designat, qui in litigando alteri non cedens semper de novo incipit conf. Ham. p. ٢٩ l. 20. et vox مداعس eum, qui alterum confodit conf. Ham. p. ٢١٧ et ٣٦٠. Hisce vocibus is igitur designatur, qui in pugna adversario nullo modo cedens eum confodere studet, ut fortissimum se gerat.

7. *Per vitam patris tui boni! Ego hospitis mei minister sum; sed, si vehor, eques sum.*

In hoc versu ad rem redit, quam uxor vituperaverat. Hospitalitatem suam laudat, nam quod factum uxor conspexerat, non ex vili et servili animo; sed ex desiderio hospitem bene excipiendi ortum erat. Hospitalitas autem Arabibus summae laudi erat, ut virorum hospitalitas in proverbii consuetudinem venerit (conf. Meid. 21, 137). Sed cuilibet agendi ra-

tioni tempus suum esse, dicit. Se equitem fortem esse suo tempore. Quum per uxoris patrem iuraret, eum bonum appellavit. Scholiastes autem vocem خير non adiectivum; sed potius substantivum esse et coniungendi modum eundem esse, qui in verbis فتى صدق et فتى كرم sit, putat. Sed voci adiectivi sensum tribuendum esse, non dubito modo, quo الرجل الصّدق »vir sincerus« dicitur.

8. Ego profecto! laudem acquiro, dum eius lucrum peto; adversarium autem meum relinquo pudibundum, somnolentum.

Carmini finem imponit consilium, quod in agendi ratione sequatur, describens. Se in agendo nonnisi in laudem gloriamque assequendam intentum esse et in hoc aemulos praecellere, ita ut remanentes pudore confusi sint. Ut significaret, se omnia laudi postponere, voce اشرى (emo) usus est; dum reliqua dat, ut laudem acquirat. Huic autem loquendi modo consentaneum est, quod lucri mentionem fecit. Laudis lucrum sine dubio honor est. Posteriorem autem versus partem de victoria in pugna quidam intelligendam esse dicunt. Scholiastes noster sensum sic explicavit: Se adversarium contentum reddidisse, tum fregisse, ut oculos in terram defigeret et poenitentiam ageret ei similis, qui somnolentiâ oppressus sit. Alii autem voci ناعس hunc sensum tribuunt, eum morti propinquum esse. Dicit alterum confodiens: Effeci ut dormiret i. e. eum occidi. Sed in versus posteriore parte non de caede adversarii victoriaque in pugna sermonem esse, ex voce خزيان, quam in adversario adhibuit, sequi videtur. Nec non vox ناعس nullo modo sic explicari posse puto, et quae interpretes adtulerunt, naturae verborum repugnant. Poetam potius, ut homoioteleuto satisfaceret, quam ut sensum versus integrum redderet, vocem ناعس adhibuisse putaverim. Illum autem gloriae aemulum, quum a poeta victum se videret, animo abiecto pudibundum et somnolentum sedisse, animo cogitare possumus.

CCXLII.

(p. 339.) Dixit Cansah, mater Schamlahi b. Bord Minkaritae unius filiorum Kaisi.

Serva gentis Minkar erat, quam Bordus emerat. Familia Minkar ad gentem Tamim pertinet. Djeuharius hanc gentis genealogiam sic adnotavit: Minkar b. Ohbaid b. Alharets b. Ahmru b. Cahb b. Sahd b. Said Manat b. Tamim conf. Ebn-Kotaib p. 89. Tempore poetae Dsu-l'Rommah, qui aetate quadraginta annorum anno 117 diem obiit, poetria vixit. conf. Ham. ٦٧٩.

1. Si opinio mea verax est, et in Schamlaho erga me verax est, eos ibi (in loco pugnae) in angustia retinebit.

Spem fovet mater, fore ut filius patris caedem ulciscatur fortiter dimicans; sed in ista adhortatio est, ut filius spem impleat. In versu primum dubitat; tum se corrigit, ut dubitatione sublata filium magis instiget. In verbis وهو صادق varium explicandi modum grammatici proponunt. Aut vocem هو ad opinionem referri posse, ut vox بشملة cum voce صادق

cohaereat. Sensum esse: Si in aliis rebus opinio mea falsa est; at in re Schamlahi verax erga me est. Aut vocem بشملة cum voce شى coniunctam esse, dum vox هو pronomen Schamlahi sit, ut sensus sit: Et is Schamlahus in eo, quod eum facturum indico et confido, me non fallet. Hoc admisso, vocem بشملة explicando adpositam esse modo, quo vox بك post vocem مرحبا adposita sit et non (cum voce صادق) coniunctam. Idem paene versus in sequente versu et p. ٣٥٤ recurrit. Vox بها est pro بتلك المعركة »in illo pugnandi loco«. Vox ازل proprie est nomen actionis, quod hoc in loco vim adiectivi habet. Vox محبس locum, ubi quis retinetur, designat.

2. Nam, o Schamlahe! arma te et homines pro eo, quo adflictus es, pete! Neque vindictam simplicem (sed maiorem) pete, neque expiandi pretium admitte!

Ad rem ipsam veniens eum hortatur non solum, ut ultionem exigat, verum etiam ut maiorem petat i. e. ut plures pro uno occidat. Vox القصص significat, idem malum homini inferri, quod alteri intulerit. Verbum تقبل nonnisi voci عقلا convenit. Rectius sic dicendum fuit: ولا تاخذ قصاصا ولا تقبل عقلا. Vox عقل camelos designat, qui pretio sanguinis in atrio eius, cui ulciscendi officium erat, adligabantur. Vox شمل est pro شملة conf. Gram. Ar. T. II, 92.

CCXLIII.

Cansah quoque dixit.

1. Vae genti! quae ad locum Dsu-l'Sid se congregans neque Ahlium neque Ahmruum convenit.

Verba haec sine dubio cum rebus, ad quas versus superiores spectant, cohaerent. Gens illa, quae Bordum, ni fallor, occiderat, in loco Dsu-l'Sid congregata fuerat. Queritur femina, quod neque Ahlius neque Ahmruus cum ea pugnaverit. Fieri potest, ut Ahli et Ahmru singularum personarum aut familiarum nomina sint, quibus ulciscendi officium esset. De voce لهفى conf. Ham. p. ١٩.

2. Sed si opinio mea verax est (et in Schamlaho erga me verax est), eos ibi (in loco pugnae) duro modo retinebit.

Mater in filio spem ultionis ponit. Versus idem est, qui in superiore carmine occurrit excepta postrema voce. Haec vox asperum, salebrosum locum, in quo nonnisi cum difficultate inceditur, significat. Grammaticus Alazmäih, qui vocibus elegantibus in sermone inveniendis operam dedit, vocem وعر nonnisi cum signo Djeschm pronunciari dixit et ne quis verbis Tharafahi فى وعث وعرٍ »in via difficili« in errorem induceretur, monuit. Poetae in fine homoioteleuti وعِرٍ loco vocis وعْرٍ dicere solent; sed hunc permutandi modum, ni fallor, nonnisi in vocalibus Kesra et Dhamma licitum habent.

CCXLIV.

Dixit Schobromah b. Thofail (Poeta p. ٥٥٩ iterum occurrit).

Duo in Hamâsa viri Thofail nomen habentes (p. ١٣٩ et p. ٦٥٧) inveniuntur. Eum aut unius aut alterius filium fuisse, dicere non ausus sim.

1. Per vitam meam! Dorcas alba apud portam Ebn-Mohrisi sonum per nares edens, metacarpiis ornata, nitens

Homines vituperat, qui vitam commodam mollemque pugnis praeferant. Mersukius dicit, poetam hisce verbis virum, qui ulciscendi officium negligeret, respexisse. Amatam ille habuisse videtur, aut filiam Ebn-Mohrisi aut servam, a qua se separare non posset, ut hanc ob causam ulciscendi officio non satisfaceret. Puellam illam pulchram cum dorcade alba comparat. Comparandi modus saepe occurrit conf. Ham. p. ١٨٤ v. 2. p. ٥٢١ v. 4. p. ٦١٩ v. 3. p. ٦٢٩ infr. Tharaf. Moall. v. 6 sq. Antar. Moall. v. 57. Caahb b. Soh. v. 2. Dorcadis speciem albam hoc in versu memoravit, quae pulcherrima est, in arenis degens conf. Diw. Amru-l'Kais p. ٣١ v. 18. Portae Ibn-Mohrisi mentionem fecisse videtur, quod ibi vir, quem vult, cum amata colloquia haberet. Vox غنة sonum pernares editum, qualem muscae edunt, designat et أغن is est, qui talem sonum edit. Ne autem quis poetam re vera dorcadem velle, opinetur, verba عليه اليارقان »metacarpiis ornata« addit. Feminae brachia ornare solebant. Figuras ope acus in brachiis faciebant et in vulnera aut stibium كحل aut pigmentum e fuligine paratum (نور) spargebant. Figurae si temporis decursu minus clarae factae erant, rem renovare solebant. Rei mulieres praeerant (conf. Sohair Moall. v. 2. et Taraf Moall. v. 1. et schol.). In brachii superiore parte annulos gerebant nomine generali معضد, speciali دملج appellatos. In inferiore parte supra carpum ornamentum habebant, cuius in versu nostro mentio fit, يارق aut دستينج appellatum. Ex vocibus, quae ambae Persicae originis, ياره et دستينه sunt, sequi videtur, nomen cum rei usu ex Perside in Arabiam transmigrasse. Plura alia ornamenta Arabes a Persis didicisse, ex nominibus cognoscimus. Vox مشوف in puro, nitido dorcadis colore adhibetur.

2. Carior vobis est, quam domus, cuius columnae gladii sunt et hastae strepentes.

Versus cum priore cohaerens vitam molestam et periculosam vitae molli opponit. Similem sensum poeta versibus sequentibus expressit (metr. Sarih): Per Deum! Somnus in serico stratisque farctis et eburneâ sellâ cum puella tenera gestibus amatoriis utente, facilior est, o Ahmrue! quam initio noctis iter facere et anhelitus novennis (cameli), generosi. In itineribus, quae contra hostes proficiscentes suscipiebant, in quibus tentoriorum apparatus secum portare non poterant, gladiis lanceisque uti solebant, ut contra solis ardorem aut tempestatem vestibus appensis se tuerentur. **(p. 340.)** Scholiastes, in desertis pauperes tali modo sibi umbram parasse, dicit. Rem non nego; sed in versu nostro de pauperibus cogitandum non est. Poeta tentoriorum, quamquam re vera tentoria non sunt, mentionem fecit. Similem in desertis vivendi modum Amru-l'Kaisus descripsit conf. Diwan Amru-l'Kais p. ٢٥ v. 6 sq. Lancearum autem strepitus vento flante, quibus lanceae terrae infixae moverentur, fiebat.

3. Viris dico, quorum pater Dhirarus est, dum nos in pugnae campo stamus,

Suam in proelii campo agendi rationem illis opponit. Cuiusnam Dhirari nati fuerint,

quos alloquitur, nescio, plures enim viri hoc nomine usi sunt. Proelii campum desertum confossionis appellavit, quod maxime lanceis pugnabatur. Abu-Hilalus loquendi modum »quorum pater Dhirar erat« longe petitum et cum studio quaesitum vituperavit (conf. libr. meum Darstell. d. Arab. Verskunst p. 539.). De voce وقوة conferas Amru-l'Kaisi Moall. v. 3.

4. Equorum pectora constituite! Animae vestrae constituto diei tempori destinatae retromanere non possunt.

Versus obiecti verbi اقول in superiore versu locum occupat. Quomodo suos ad acriter pugnandum instigaverit, describit. Mortem, quam nemo effugere possit et quae a Deo decreto tempore veniat, timendam non esse. Hortatur suos, ut locum contra hostem teneant, neque equos a pugna deflectant. Pectora equorum commemoravit, quum hostibus opposita pars primum convertatur, si eques fugae se dat. Verbo أقمر tam intransitiva quam transitiva significatio est. Sequente praepositione من verbum abeundi quoque significationem habet. Sic Amru-l'Kaisus in hemistichio (metr. Motakarib): Et num inter eos, qui e gente abeunt, Hirra est[1]). In sequente autem versu poetae vertendi significationem habet (metr. Wafir): Matri Sinbahi dixi: Pectora camelorum alborum (nobilium) ad gentem Tamim converte! In posteriore versus parte dixit, animas a tempore aut die mortis a Deo constituto retromanere non posse, ut cautio inutilis sit. De hac Arabum cogitandi ratione conferas Meidan. T. III. P. 2. p. 139.

CCXLV.

Dixit Kabizah b. Djabir.

Poetam ad gentem Thai pertinuisse ex versu quinto videmus. Vir huius nominis Mohammedem vidit et cum eo versatus est (صحب) Kam., sed diversus est conf. Tahdsibo l'Asmäi p. ٥٠٩.

1. O filioli duo Haizami! num in remediis tardum me invenistis, dum rem peto?

Duos viros, qui de ipso experientia edocti iudicium ferre poterant, interrogavit, num se in remediis inveniendis tardum ostenderit. Aut hi duo de ipso mala retulerant, ut hisce verbis se defendere vellet aut hos duos rogavit, ut testimonio ipsum prudentem esse probarent. Si illud statuimus, deminutivi formâ usus est, ut se eos parvi facere significaret; sin hoc, deminutivi formam, ut iis blandiretur, adhibuit. Verba فوجدتمانى est pro أوجدتمانى et sic quoque ab aliis legitur. Mersukius, quamquam in textu eius eodem modo legitur, hunc legendi modum reiecit et alterum praeferendum censuit, qui ita sonat: بثنيي تضيمر جد نمانى »In anfractibus duobus vallis Hidhjam fortuna me elevavit«. Poeta sine dubio significare vult, se in ista valle prudentiâ suâ aut fortitudine gloriam nactum esse. Lexicographi quum verbo نما transitivam significationem non tribuerint, de Sacyus نما بى legisse videtur: sed tam in Mersukii scholio نمانى invenimus, quam Hamas. p. ٥٥٥ v. 3. نمتنا غيوثها occurrit, e

1) Vir illustr. de Slane verbis contrarium sensum tribuit vertens: Manetne (amata mea) Hirr inter contribules sedem fixam tenentes.

quo verbum cum accusativo obiecti construi, videre licet. Vox بطيئا statui describendo inservit et a voce نمانى regitur Gram. Ar. T. II. p. 541. et subiectum (فاعل) vox احتيالى est ibid. p. 519. Suffixum vocis احتيالى obiectum est, ut sensus sit: Astutia hominum erga me, quum eam adhibere volunt, tarda est, quod ego prudens et cautus sum. Simili modo in loco Corani Sur. 42, 39. in voce ظلمه suffixum adhibitum est, sensus enim est: »Iniuria ab iniusto ei illata«. In scholii postrema linea post verba هو اسم لمكان vox ضيق (quae in Mersukii scholio legitur) propter sequentia verba deesse non potest. Vox origine sua locum angustum designans vallis nomen est.

2. *Ego res expertus sum et me expertae sunt, quasi inter gentes praeteritas degissem.*

Experientiâ multâ se edoctum describit. Qui dubitat, num res dura sit nec ne, eam mordet, ut eam experiatur. Inde verbum عاجم in experiendo adhibitum est et res tanquam personae, quae hominem mordentes experiuntur, descriptae sunt. Tam multa autem se expertum esse, ut vitae spatium tot rebus non sufficere videatur.

3. *Nos non sumus filii camelae parris mammis praeditae, iuvencae, sed acris disputationis filii sumus.*

Sensum prioris versus explicat et qualis experientia sit, quam sibi comparaverint, ostendit. Ex posteriore versus parte priori opposita, quomodo prioris comparandi modus intelligendus sit, cognoscimus. Ut in posteriore de bello sermo est, sic in priore comparationi belli significatio sit, necesse est. Ut infortunium cum camelo comparatur, qui decumbens hominem premit conf. Ham. p. ٣٣٥ v. 2. p. ٥٣٩ v. 3., sic quoque bellum p. ١٣٠ v. 1. p. ١۴٥ v. 5. Bellum quoque cum mordace camelo comparatur et mors cum camela, quae mulgetur Ham. p. ٣٣٨ v. 2. A comparandi modo Arabibus usitato igitur alienum non est, quod bellum, in quo parum et non acriter pugnatur, cum camela iuvenca, cuius papillae resectae sunt, ut non mulgeatur, comparatum est. Loco verborum scholii l. 1. والبكر الناقة على حالتها الاولى in Mersukii codice legitur: والبكر الباقية على etc. Camela, cuius papillae uberis resectae sunt, nomine جداء designatur. Hoc autem Arabes facere videntur, ut animal, quod non mulgeatur, pinguefiat. Alii voci significationem camelae parva ubera habentis et lacte destitutae, **(p. 311.)** quae significatio ab illa priore orta videtur, tribuere. Vox بكر camelam designat, quae semel tantum peperit, ut bellum significare possit, in quo semel tantum pugnatum est. De bello durante vocem عوان adhibent. Quod eos filios appellat, intimam coniunctionem indicat. In posteriore parte bellum cum colloquio et disputatione contulit. Verba بنو جد النقل Mersukius hisce verbis explicavit: بنو النقال البليغ المتناهى الذى لا مسائلة فيه ولا مياسرة »Filii disputationis eloquentis, in qua res ad summum perducitur et in quo facilitas aut lenitas non est«. Praeterea Mersukius adnotavit, esse, qui in explicando versu in variam sententiam abeant. Priorem versus partem indicare multitudinem potentiamque gentis, quum eius proles numerosa sit, posteriorem autem ipsos esse oratores, ut utraque pars sensu non cohaereat. Re sic se habente Abu-Tammamum hosce versus recepisse, ut et in ea, quae poesis minus probanda produxerit, legentium animos verteret. Id vero multum abest, ut Abu-Tammamo in animum venerit, ut nonnisi pulchros versus collegerit. In versu verborum lusus est.

4. Ovo eius (terrae) rupto prodiimus et filii durarum regionum eius et arenarum fuimus,

Ad potentiam gentis suae et terrae situm describendum transit. Terra cum ovo comparata est, ut unde venerit, nesciatur. Fieri potest, ut ad tubera terrae (بيضة البلد) respiciatur, quae e terra subito prorumpunt, ut unde orta sint, nemo sciat conf. Ham. ٣٠٤ v. 1. Sed nil obstare videtur, quin simplex sensus sit, eam gentem in terra sua ortam esse, nam statim ad terram ipsam describendam transit. Suffixum ها ad vocem الارض referendum est, cuius vocis quamquam in antecedentibus mentio non fuit, tamen res licita est, siquidem ob verba, quae sequantur, in sensu dubium non sit. Abu-Hilalus suffixum ad matrem الام spectare contendit. Posterior versus pars, se totam terram occupasse indicat, terra enim dura arenae opposita est. Terra dura montes, arena campos designat. In hoc autem multitudinis indicium esse potest.

5. Nobis duae arces, Adja et Salma sunt et eius duae orientales partes sine arrogatione,

Quae in superiore versu generatim dixerat, in hoc speciatim explicat. Terrae conditionem, quam incolebant, describit. Montes duo, Adja et Salma, qui gentis Thai erant conf. Ham. ٢١٤ adn., arces appellat, quippe qui incolas contra hostium invasiones defendebant. Verba غير انتحال prioribus confirmandis inserviunt. Se revera illas regiones possidere et sibi non falso arrogare. Orientales partes addidit, ut totum ambitum terrae describeret.

6. Et Taimu, quam a tempore Ahdi lancearum cuspidibus defendimus.

In describenda terra pergit. Taima ad desertum Syriae pertinet et gentis Thaî fixi domicilii locus est. In ea arx munitissima Alablak cognominata, quae in proverbii consuetudinem venit conf. Meid. 3, 22. Samueli b. Ahdija (conf. Meid. 26, 93.) adscribitur conf. Abulfed. Geog. p. ٨٩. Mersukius, oppidum in tractu Medinae esse dicit. Oppidi Amrul'Kaisus in Moallaka v. 74. mentionem fecit. Hoc oppidum ab antiquissimis temporibus armis se defendisse dicit. Ahd gentis antiquissimae nomen est, quae regionem Hadhramant post linguarum confusionem habitasse dicitur. Ad eam quum propheta Hud a Deo missus esset, maior gentis pars, quae ei adversaretur, a vento, qui per septem noctes et octo dies flaret, perdita esse dicitur. Secundum alios trium annorum poenâ, quibus pluviâ carebant, afflicta est Meid. 3, 49. Tempus Ahdi antiquissimum tempus designat conf. Pocock. spec. hist. Ar. p. 36. Vox من hic loci pro منذ est. Vox عالية, quae proprie superior hastae pars est, poetis lanceam ipsam designat.

CCXLVI.

Dixit Salim b. Wabizah. (Occurrit ولد)

1. Rectum modum in eo, quod facis, tene! Ut aliam naturam induamus, natura nostra non permittit.

Hortatur poeta, ut in agendo rectum modum teneamus et contra naturam nostram non agamus. De voce عليك conf. Gram. Ar. T. I. p. 483. Verbum omissum est et hanc

ob causam nominibus verborum i. e. iis, quibus verbi significatio est, adnumeratur. Vox excitando ad agendum inservit. Vox القصد Mersukio medium rei est. Quod supra medium sit سرف, quod infra, قصور appellari. Qui neque pinguis neque macer neque longus neque brevis sit, eum قصد appellari. In nostro igitur versu eum agendi modum significat, quo rem, quae neque supra vires, neque infra eas est, aggredimur; sed modum naturae nostrae aptum sequimur. In posteriore scholii parte verba الى خلقك الاول voci صعب congrua non esse videntur. De Sacyus Tebrisium scripsisse putat: صعب عليك وعدت الى خلقك الاول »tibi difficile erit et ad naturam priorem redibis;« sed in codice verba typis impressa scripta sunt. Mersukius hunc sensum pluribus verbis sic circumscripsit: ومعنى البيت عليك باستقامة الطريقة وملازمة الاعتدال فى القضية فيما تلابسه وتفعله واترك تكلفك ما ليس من شيمتك وسجيتك فانك ان تجشمته صابرا على البلوى فيه نزعت نفسك قريبا عنه وعدت الى مذهبك الاول فلحقك الذم له.

2. Quoties loco aciei gladii simili steti, quo rem tuendam defendebam, dum oculi in me directi erant!

Se forti animo res difficiles peregisse, ut videntes admiratione adficerentur. Locum periculosum, in quo quis haud firmiter stat et cadendi periculum est, cum acie gladii poeta comparavit. Cum hoc loco pons ille comparandus est, quem super medium Gehennae exstructum, acutiorem gladio et pilo tenuiorem examine absoluto post mortem sibi transgrediendum esse Mohammedani orthodoxi credunt conf. Pocock. specim. p. 2?3. In tali loco poeta se stetisse dicit, ut res defenderet, quas defendendi officium haberet. Vox ذمار omnes res, complectitur, ut familiam, honorem etc., quas vir tueri debet. Oculos aliorum in ipsum fixos fuisse dixit, ut admirationem eorum, qua ipsum in tanto periculo conspicientes tenerentur, significaret. Rem autem oculorum pupillis tribuit, quae adspicientibus tribuenda fuit. Est ac si dixerit: رمانى القوم بابصارهم »homines oculos suos in me coniecerunt.«

3. Ego inde neque delapsus sum neque rem inhonestam edidi, quum viri tali loco stantes delabebantur.

Ut sibi maiorem laudem quam aliis deberi ostendat, cum aliis se comparat. Quum alii tali periculo expositi aut labuntur aut timoris signa manifestant, se intrepidum suam rem peragere. Vocem زلق adhibuit, quod in tali loco standi facultas non est ut in loco lubrico. Vox فاحشة generalem rei foedae et inhonestae significationem habens, hoc in versu metus, qui viro turpis habetur, significationem offert. Suffixum ها in voce امثالها ad substantivum مواقف aut مقامات referendum est. In versu autem ordo inversus est, nam propositio, quae vocem اذا sequi debet, verbis فما زلقت etc. continetur. Alius poeta dixit (metr. Thawil): **(p. 342.)** Si inter viros mediocris staturae sum; tamen, si res in aream meam venit, magnus sum et alius (metr. Thawil): Si inter homines longos sum, in eos beneficium confero, ut dicatur: Longus! Silentio praetermittendum non est, in Mersukii codice versum priorem tanquam Hamâsae partem, cui commentarius additus sit, scriptum esse. Posterior autem versus in commentario locum obtinuit. Hunc Mersukii scribendi modum rectum esse, non dubito.

CCXLVII.

Dixit Ahmir b. Althofail (conf. p. ٧٢).

1. In quibusdam rebus ingratis Deus virum in rectam viam duxit, et in quibusdam rebus, quas amat, ei carendum est.

2. Nescisne, quum socius ad iniustitiam me ducat, me non obsequi, dum socius iniustus est.

Vir agendi rationem suam laudans dicit, se semper iniustitiam fugere. Mersukius in Corani loco (Sur. 2, 213.) similem sensum, quam in priore versu invenit: عسى ان تكرهوا شيا وهو خير لكم وعسى ان تحبوا شيا وهو شر لكم »Fieri potest, ut rem, quae vobis commodo est, recusetis et fieri potest, ut rem desideretis, quae vobis noxae est« et in Tharafahi versibus (metr. Camel): كم مرحة مطوية لك تحت اثناء النوايب ومساءة قد اقبلت من حيث تنتظر المواهب Quot gaudia tibi sub calamitatibus occulta sunt et quot mala e locis advenerunt, unde dona exspectabas. Silentio praetermittendum non est, vocem الهوى voci المكاره non bene oppositam esse. Si loco huius vocis الحاب (res amatae) dixisset, verba melius convenirent. Cautio quoque loco erroris opposita rectae viae est. Quod vero loco pronominis وهو جاير substantivum (والاالف) repetivit, eo tam vis quam perspicuitas sermonis augetur.

CCXLVIII.

Dixit Modjammah b. Hilal b. Chaled ..... b. Tsahlebah b. Sahd b. Said Manat.

Abu-Hilalus dixit, alios praeter Abu-Tammamum, dicere b. Tsahlebah b. Ohcabah b. Becr b. Wajel. Eum aetate centum et novem annorum, quum sine praeda ex incursione hostili rediens ad aquam gentis Tamim, ubi homines e gente Banu-Modjaschih castra haberent, alios occidisset, alios captivos fecisset, hosce versus dixisse. Ex versu quinto, in quo diem proelii ad aquam Alhojaima commemoravit, poetam ante tempus Islami vixisse, cognoscimus.

1. Si nunc senex grandaevus sum, diu tamen vixi; sed vitam utilem esse non video.

Mersukius versui hunc sensum tribuit, longam vitam inutilem homini esse, quum eius finis mors sit; sed verbis hic quoque sensus inesse potest, se, quum diu vixerit, experientiâ edoctum esse, vitam homini commoda non adferre. Vir iuvenis spem semper fovens in ipsa vita bonum invenit; sed vir senex factus spem inanem esse expertus in vita nil boni videt. Forma اك pro اكن Ham. p. ٣٩ v. 1. et vox ما superflua est Ham. p. ٢٣١, ٢٧٠, ٤١٤. Pro voce اك in Mersukii codice امس sensu haud diverso legitur. Eadem in Tebrisii codice superscripta est. Vocem طالما aut separatim aut coniunctim scribunt. Si separatim scribitur, cum sequente nomine locum nominis actionis tenet et auctore grammatico Sibawaihi particula est, ut idem sit ac si dixerit طال عمرى »longa est vita mea«; sin vero coniunctim scribitur, ita ut eius pars sit, qua vox completa fit, impedit, quominus verbum regat et efficit, ut

77

طال non amplius verbum sit. Hanc quoque ob causam verbum statim sequi licet. Mersukio autem vox العمر est pro اتصال العمر »vita continua«, ut antecedens vox omissa sit.

2. A tempore, quo natus sum, centum anni praeteriere, eusque tanquam vestem exui, tum quinque sequentes et quatuor,

Longam vitam suam commemorans, se centum et novem annos vixisse, dicit. Post vocem مائة vox سنة omissa est. Aetatem cum veste comparavit et eam ob causam فنضوتها (tum eam exui) dixit. Sed pro hac voce فنضيتها eadem cum significatione legitur. Scholiastae vox تباع nomen actionis est, quod loco adiectivi adhibetur. Amru-l'Kaisus in Moallaka v. 19. cor cum veste, quae exuitur, comparavit. Scholiastes quoque adnotavit, poetam verborum praeteritorum nulla ratione habita بعد ذاك dixisse, et sensum esse بعد ما ذكرت »post id, quod commemoravi.« Simili modo poetam Dsu-l'Rommah locutum esse (metr. Wafir): Majja pulcherrima creaturarum duarum (hominum daemonumque) genis, colli latere et pulcherrima occipite est. Dicendum fuisse واحسنهما, quum suffixum ad vocem الثقلين referendum sit.

3. Et quot equitibus instar agminum avium Katha restiti, quibus pluvia erat, in qua mors fulgebat!

Narrat res antea ab ipso peractas. Se fortem strenuumque describit, qui equitum agmina cohibuerit. Equites illi cum avium Katha agminibus comparavit. Aves Katha in comparando saepius adhibentur conf. Ham. ۱۴۳ v. 2. ۳۹۹ sup. Hoc in versu tam multitudinem equitum quam celeritatem, qua equitum turma advenit, comparandi modus significare videtur. Aves istae in desertis viventes, a voce quam edunt, nominatae, quapropter in proverbio dicitur: »Veracior quam avis Katha« (Meid. 14, 90.) et »Celerior, quam sonus, quem avis Katha edit« (Meid. 12, 142.) agminatim volant. Aves Katha descriptae sunt in Chrestomathia de Sacyana T. II. p. 26 sqq. ed. pr. Voci وزعتها varium sensum tribui posse putant. Scholiastes dixit, sensum esse· Eos retinui, donec congregarentur. Tum in incursione repellebantur aut eos retinui, ne nimis festinarent aut eos distribui, ut se disponerent et incursionem facerent. Hoc admisso, verbo وزع dividendi in agmina significatio tribuitur. Quod scholiastes equites gentis suae, quibus dux praeerat, intellexit, huius rei causam nonnisi in versu proxime sequente, ubi verbo شهد adhibito de praeda facta agit, invenit. **(p. 343.)** Sed si verbum وزع et de retinendo hoste, ne incurrat, adhiberi potest, nil impedire videtur, quominus versus significet, eum fortitudine sua hostium equites territos prohibuisse, ne in suam gentem irruerent. In posteriore parte equitum agmen cum nube comparavit. Sic Ham. p. ۱۹۹ v. 1. poeta exercitum cum nube comparavit, cuius media pars sanguine manat. Ut in nostro versu huic nubi pluvia adscribitur, sic quoque in versu primo Ham. p. ۱۹۸ simili modo, quo noster in ista pluvia mortem (i. e. mortis arma) splendere dixit. Poeta armorum splendorem cum fulgure nubis Ham. p. ۱۷۹ v. 1. contulit (conf. p. ۲۱۹ v. 3. ۲۲۱ v. 2.). Non autem scholiastes comparandi modum recte intellexisse videtur, qui equites, quorum unus alterum sequatur, cum pluviae guttis comparari statuit. Ni fallor, tela

missa et decadentia cum guttis decadentibus comparata sunt. Huc accedit, quod vox سبل potissimum pluviam significat, quae in aere est et nondum terram attigit. Cum hac pluvia non tam equites, qui in terra sunt, quam tela, quae in aere sunt, comparari possunt. Cuspides autem, quae mortem inferunt, mortem appellari, a re alienum non est. Cuspides quum splendeant, mors fulgere dicitur.

4. Adfui et quot praedas collegi et quoties gaudium percepi! Vita autem non est nisi delectatio.

In vitae praeteritae ratione describenda pergit. Verbum شهدت cum priore versu cohaeret et جواب رب (responsum vocis رب) i. e. propositio, quae istam vocem sequatur, necesse est, appellatur. Genitivus enim vocis خيل in priore versu ex ista voce رب, cuius vicem littera و agit, pendet. Voces igitur وخيل aut رب خيل phrasin per se subsistentem i. e. quot equites (erant), efficiunt, ut post verbum شهدت obiectum supplendum sit. Eadem quoque ratio verbis حويت et اتيت est. In fine versus dicit, vitam re vera nonnisi eam appellandam esse, qua quis illis rebus delectetur. Hanc vitam senectuti opposuisse videtur, quam senectutem, quum tales res perficere non possit, vitae nomen non mereri putat. Hic autem sensus cogitandi rationi Arabibus propriae consentaneus est. Vox العيش voci ذا appositioni est, modo a grammaticis عطف البيان appellato Gram. Ar. T. II. p. 284. 529. Post vocem التمتع, qua fructus, quem ex re per longum temporis spatium percipimus, significatur, verba بهذه الاشياء supplenda sunt, nam ad illas res, quarum antea mentio facta erat, vox referenda est.

5. Quot autem feminas caespitantes die Alhojaima vidi, quas timor ex intimo animo ortus occupaverat!

Ad diem proelii describendum transit. Dies Alhojaima proelium est ad aquam huius nominis commissum, in quo gens Taim-Allat gentem Modjaschih fugavit (conf. Meid. T. III. P. I. p. 566). Versum nostrum Djeuharius sub radice هيمر citavit. Caespitantes mulieres commemorat, ut trepidationem significet. Qui timore correptus proruit, obstacula non videns facile labitur Gentis igitur suae victoriam describit. Terrorem venisse dicit من داخل القلب »ex intimo corde«, ut eum magnum et durantem esse significet. Terror, qui ex rei conspectu subito oritur, statim disparet, quum causam terroris re vera non adesse, cognoscimus; at vero terror, qui ex accurata status terribilis cognitione ortus est, totum animum nostrum occupans manet. Loco vocis القلب in Mersukii codice الخلب legimus, quae vox, si scholiasti fides est, cordis tegumentum significat. Sed lexicographi iecoris tegumentum esse dicunt. In Tebrisii codice الخلب superscripta est.

6. In pectore eius ardor est inde non abiens, moeror infixus, dum oculus lacrymat.

Feminas illo die terrore impletas describit. Summo moerore adflictae plorant. Verba لها غلل aut tanquam adiectivi cum voce عاثرة coniungendi locum tenentia, cui casus genitivus sit aut tanquam secundum obiectum verbi رايت, ut accusativum habeant, explicantur. Voci غلل moeroris significationem tribuendam cum significatione aquae inter arbores fluentis cohae-

rere putant; sed eam e *sitis* significatione ortam esse non dubito. Abu-Hilalus vocem cum littera Dhamma tanquam pluralem pronunciat; sed poetae, si hoc voluerit, بارحة dicendum fuisse. Haec Mersukius dixit. Scholiastes autem noster vult, poetam masculini formam adhibuisse, quod non naturâ, sed tantum usu femininum sit (غير حقيقى) conf. Gram. Ar. T. I. p. 346. Verba شجا نشب voci غلل adpositionis loco esse. Scholiastes adnotavit, verba والعين statui describendo inservire et voces شجا نشب statum illum regere. Particulam و ad haec verba cum praecedentibus coniungenda necessariam esse. Si in propositione pronomen esset (i. e. si poeta عينها dixerit) particulam aut omitti aut poni potuisse. Pronomine eodem modo, quo particulâ و statum cum praecedentibus coniungi conf. Gram. Ar. T. II. p. 383 sqq.

7. Dicebat, dum eam a marito suo separaveram: Pereas! quemadmodum me perdidisti, o Modjammahe!

Feminam, quam captivam fecerat et a marito separaverat, loquentem inducit. Illa ei male precatur. Scholiastes, poetam illius feminae maritum occidisse, putat. Hoc factum esse, e versu nono coniicere possumus. Verba تقول etc. propositionem, quae particulam رب sequitur, efficiunt. Scholion usque ad vocem صاحبه ad hunc versum pertinet; quae sequuntur, ea versui sequenti explicando inserviunt.

(p. 344.) *8. Tum ei dixi: Imo, pereat mater Modjaschihi et gens tua, dum hodie gena tua depressa est!*

Feminae, quae ipsi male precata est, respondet dicens, se non mereri, quod ipsi male precetur; genti eius potius male precandum esse, quae ita egerit, ut captiva facta sit. Pro امر مجاشع in Mersukii scholio اخت مشاجع »soror Modjaschihi« legitur et nonnisi huius legendi modi in scholio ratio habita est. Moschadjih nomen gentis est. Soror autem Modjaschih eodem modo dicitur, quo frater gentis Becr i. e. Becrita dicitur. In explicanda voce تعس scholiastes dixit, hanc vocem modo vocis ويل cum sequente voce coniunctam esse. Infinitiva (مصدر Gram. Ar. T. I. p. 278 sq.), e quibus verba derivata sint, si invocando inserviant, nonnisi ope praepositionis ل cum sequente voce coniungi, ut in verbis تبٌّ لزيد; e quibus autem verba derivata non sint, ut voces ويل, ويح, ويس aut ope praepositionis ل cum sequente voce aut sine ea coniungi posse. Si ope praepositionis coniungatur, voci casum nominativum esse, sin altero modo, accusativum conf. Ham. ٣٤٠, ٥٣٣, ٥٥٣. Particulam حتى cum praecedentibus coniungi posse non puto; sed, eam e verbis omissis ex. gr. quae fugam cepit aut huiusmodi verbis pendere, non dubito conf. Gram. Ar. T. I. p. 479.

9. Lanceam longam ei praeparaveram et hastam breviorem, quae, quando dirigitur, flammam adtollere videtur.

Poeta modum, quo maritum illius feminae occiderit, indicat. Lanceâ eum confoderat. In eo, quod vir alterum nonnisi uno telo adhibito occidere soleat, causa quaerenda videtur, cur Mersukius voci آلة cuspidis (سنان) significationem tribuerit; sed fieri potest, ut si quis

lanceâ confossus non statim vitam exspiret, adhibito pugione aut alio telo occidatur, nec non, etsi uno telo hostem occiderit, dicere quis potest, se contra eum duo praeparasse. Quae res si ita est, nulla prorsus causa est, cur a vera vocis آلة significatione a nobis recedatur. Ut poeta Ham. p. ٢٠٧ v. 1. gladii splendorem, sic noster hoc telum cum flamma comparavit. Scholiastes vocem قبس et casum nominativum et accusativum et genitivum habere posse adnotavit. Si casum nominativum habet, vox كان est pro كأنها, si accusativum, vox كَأَنْ est pro كَأَنَّ; sin vero genitivum, vox ان superflua est, ut particula ك genitivum requirat. Sic vox ان in verbis sequentibus superflua est والله ان لوجئتني لاكرمتك »Per Deum! si ad me venisses, honore te adfecissem!« Post vocem لما vox ان pleonastice posita est Ham. ١٣٩ v. 3 et ١٦٧ v. 3.

10. Quot generosas gentis feminas reliqui vulneratam unguibus faciem habentes, tristitiâ adfectas et dolentes

Fortitudinem suam descripturus addidit, se saepissime feminas hostium captivas abduxisse, ut ista agendi ratio suae consuetudinis fuerit. Vox كاين (ut كم) magnam copiam indicans genitivum regit aut ope praepositionis من cum nomine coniungitur (Gram. Ar. T. II. p. 65 sq.). Vocem عليها scholiastes verbis ركبها et علاها »eam invasit« explicavit; sed mihi potius id quod ei faciendum erat, significare videtur conf. Gram. Ar. T. I. p. 481. Vox تفجع pro تتفجع scripta est.

CCXLIX.

Dixit Alachnas b. Schihab etc.

Cognomen اخنس silo vir, quod resimas nares haberet, accepisse videtur.

1. Qui in terra habitationis versatur interrogans domus vestigia, quae non respondent.

Versus hic ad statum poetae describendum praeparat. Duo in versu sunt legendi modi, unus بلاد معامة, alter بلاد مقمه. In priore vox مقامة eandem significationem, quam اقامة habet. Significantur regiones, quae ad habitandum aptae sunt, contrariae iis, quae بلاد قلعة appellantur. Nomen autem verbi امسى est pronomen tertiae personae, quod in verbo occultum est. In posteriore vox مقمه nomen verbi امسى est, eiusque praedicato verba في بلاد inserviunt. Hunc legendi modum in Mersukii codice invenimus et sensus est: »Cuius locus in regionibus est.« Sive hoc sive illud praefertur, verba يسايل statum subiecti describunt. Voci بلد partis terrae amplae significationem Mersukius tribuit et eius probandae causa sequentem versum adnotavit (metr. Redjes): Iam dactyli suaves eius os tanquam terram amplam reliquerunt. Scholiastes dixit, poetam velle os dentibus destitutum esse; sed ego in hoc versu non video, quomodo vox adhibita significationi probandae inserviat. Lebidus in versu decimo Moallakae dicit, se stetisse, ut illa rudera interrogaret; sed rem inutilem esse, quum respondere non possint. Mersukius huiusce versus sensum sequentibus verbis explicavit: من كان الوقوف على ديار الاحبة من همه فامسى مقامه في بلاد مسايلا الاطلال فيها لا تجاوبه فامرى كيت وكيت.

2. *(Is sciat), filiae Hiththani b. Kais domus esse, similes libri titulo, quem scriba in charta eleganter exaravit,*

Hic versus cum priore ita cohaeret, ut propositio sit, quae conditionem sequitur. Scholiastes جواب الجزاء pro جواب الشرط dixit conf. Gram. Ar. T. II. p. 597, nam propositione tam id quod grammatici جواب, quam id quod جزاء appellant, continetur ibid. p. 571. Sed Mersukio dicere جواب الجزاء consuetus loquendi modus est. Ellipsis autem inter utrumque versum statuenda est, nam verba فلابنة etc. haud bene cum priore versu cohaerent, ellipsis verborum: is sciat, se a me hac in re superari, nam filiae Hiththani etc. Vestigia domus, quam amata reliquerat, describit. Similia sunt scripturae eleganti. Elegantis autem scripturae mentionem fecisse videtur, ut strias tenues esse indicet. Initio quoque libri aut in titulo pulchrius exarare scriba solet. Domus vestigia cum scriptura Lebidus quoque (in Moallak. v. 8.) comparavit. Vox منازل Nunnationem ob metrum accepit, cui verba كما نمق etc. loco adiectivi sunt. Poetae autem dicendum fuit: كعنوان نمقه كاتب »sicut titulus, quem scriba exaravit.« Loco vocis العنوان legitur العنيان et العلوان cum eadem significatione.

3. *In quibus pulli struthiocamelorum incedunt, servis similes, quae ligna colligentes vesperâ impelluntur.*

Domorum vesigia describit tanquam omnino deserta, ut struthiocameli pulli ibi degant. Et in Moallaka Lebidi struthiones ibi ova deponunt v. 6. Struthiocamelus pavidum, fugax et cautum animal est, ut in proverbium venerit conf. Meid. 5, 161. 6, 189. 13, 137. De struthiocamelo conf. Bochart hierozoicon P. II. p. 223 sq. et p. 248. Oedmann vermischte Sammlungen aus d. Naturkunde 6. Heft. In locis igitur desertis et incolis destitutis degere solent. Pullus quoque pavidior esse solet; sed silentio praetereundum non est, poetam vocem حول adhibuisse, quae in camelis, quae nondum conceperunt, adhibita struthiocamelis minus congrua videtur. Struthiocamelorum pullos ibi incedentes cum servis ligna colligentibus, quae vesperâ impelluntur, comparavit. Comparandi modus in eo mihi esse videtur, quod struthiocamelorum pulli alas paulo demittunt. Hisce igitur demissis lignorum fasces, quos in utroque latere servae portant, similes sunt; sed, ut comparatio ex omni parte apta sit, struthiocameli quum nil timeant, lente incedunt, sicut servae onere fatigatae, quae, ut festinent, ab aliis impelluntur. Scholiastes quidem dicit, non esse, qui eas impellat, sese **(p. 345.)** ipsas, quum fatigatae sint, impellere. Sed quum nil in versu hunc intelligendi modum postulet, alium quendam illas cunctantes et lente incedentes, quum lignum opus sit, eas ad festinandum impellere puto conf. Antar. Moall. v. 43. et Reisk. adnott. ad Taraph. p. 93.

4. *Flens ibi steti interiore febris ardore correptus, sicut Chaibari febre correptum tremor invadit.*

Moerorem suum describit. Rudera illa conspiciens lacrymas retinere non potest et tremore corripitur. Et ille status non transit; sed durat. Confert eum igitur cum febri Chaibarensi. Chaibar nomen oppidi est initio Islami a Iudaeis gentis Koraitsah et Nodhair habitati, postea in ditione gentis Ahnasah, quae ab Asado b. Rabiah originem ducit, ab urbe

Medina spatio sex (al. quatuor) dierum versus Orientem et Septentrionem distantis. Locus quum in regione aquosa esset, febris ibi frequens erat, ut proverbiali modo male alteri precans diceret: In ore eius febris Chaibari sit (conf. Meid 2, 36. 108.). Verbum اشعر primum de interiore veste شعار adhibitum in animum eiusque conditionem translatum est. Vox سخنة in versu tam cum vocali Dhamma, quam cum vocali Kesra effertur. Voce صالب autem usus est, ut vehementem febrem, quocum capitis dolor coniunctus est, significaret.

5. O amici mei duo! Subsistite apud celerem camelam, in qua vir sedet similis gladio, pulcher extenuatus.

Simili modo Amru-l'Kaisus initio Moallakae duos socios alloquitur petens, ut subsistant et cum ipso ploreut. Ad istum locum scholiastes dixit, minimum sociorum numerum esse Arabibus duos, camelorum pastorem oviumque. Versus hic in Mersukii codice desideratur, et si verum est, quod in scholiis proxime sequentis versus legimus, vocem خليلاى etc. verbo وقفت tanquam statui describendo inservire, res duobus versibus interpositis vix cogitari potest. Sed quamquam aut vox خليلاى alio modo explicari, aut versus خليلى alium locum habere potest, tamen hosce versus, qui in priore hemistichio simillimi sint, in eodem carmine inveniri non puto. Praepositio من ex verbis omissis pendere videtur, nam cum verbo عوجا coniungi non potest, et poetam suam camelam velle, ex modo, quo in ea vehentem describit, cognoscimus. Vehens nemo nisi poeta ipse esse potest. Virum in ea vehentem cum gladio comparavit. Viri fortes cum gladio comparantur Ham. p. ١٣٩. ٢٣١ v. 6. In hoc autem versu se tum ob pulchritudinem tum ob maciem, quae laudi est et statui poetae convenit, cum gladio contulit. In accurata verborum أروع et شاحب significatione definienda lexicographi non consentiunt.

6. Amici mei duo sunt camela citato gressu incedens, celeris et undulatus ensis, quem socius non recusat.

Ad fortitudinem suam describendam transiens, socios suos esse camelam velocem ensemque dicit. Ensem cum viro consentiré Ham. p. ٤٨ v. 5. et virum cum gladio foedus facere p. ١٦١ v. 1. vidimus, et ut in nostro loco sic p. ٣٨٤ v. 2. gladius viri socius est. Scholiastes adnotavit, verba خليلاى etc. verbi وقفت (v. 4.) statui describendo inservire et poetam copulam و omisisse, quum pronomen in voce خليلاى eodem modo, quo ista particula coniungat conf. Ham. p. ٣٤٣ v. 6. Gram Ar. T. II p. 383 sq. In hoc versu adiectiva more poetarum loco substantivorum posita sunt. Vocibus عوجاء النجاء coniunctis maximam camelae celeritatem poeta significare vult et hanc ob causam vocem شملة addidit, qua levitas et agilitas corporis, quae cum celeritate necessario coniuncta est, designatur. Masculini forma raro adhibetur ut in verbis Manthsuri Asaditae (metr. Sarih): E t s u b s e l l a m e a c a m e l u s n o v e n n i s, a g i l i s e s t. Gladius ذو شطب cognominatus is est, in cuius superficie undulatus splendor se ostendit, quem, ni fallor, poetae cum repentibus formicis comparaut. Qua in re quum praestantiae indicium sit, ut in tali gladio fiducia ponatur, vir eum

socii loco esse non recusat. Scholiastes putat, poetam hisce verbis indicare, se a sociis in deserto relictum esse.

7. Iam tempus peregi, quo errantes socii mei erant. Quos mihi nunc socios elegi, sinceri amici mei sunt.

Socios duos, quos nunc habet, cum sociis praeteriti temporis comparat. Tempore adolescentiae se cum iis, qui rectam agendi rationem non sequerentur, coniunctum fuisse. Sensus vocis الغواة (errantes) generalis est. Eos significat, qui ad res vanas eum perducerent, sed re vera amici non essent, quum eum in periculis desererent. Tam vox صحابة quam vox خلصان origine infinitiva sunt, qua in re causa est, cur adiectivorum significationem accipientes tam unum quam plures designent. Post verbum اصاحب suffixum هم supplendum est.

8. Coniunctus cum eo, qui insipidus et funi suo permissus erat et cuius crimen amicus propinquus cavebat.

Socios suos praeteriti temporis tanquam improbos protervosque describit. Se ipsum et socios in hoc versu cum camelis comparavit. Sic quoque Ham. p. ٢٧٣ v. 4. duo viri coniuncti cum duobus camelis comparantur. Vox قرين proprie camelum cum altero fune coniunctum designans, tum in hominem cum altero societate coniunctum translata est. Littera ة signum feminini non est; sed voci, quum substantivum fieret, addita est. Casum accusativum vox accepit, quod statui pronominis in verbo عشت describendo inservit. Et in verbis قلد حبله ille cum camelo comparandi modus est, qui habenâ in collum proiectâ pastum libere dimittitur. Eodem sensu القى حبله على غاربه dicitur. Quod si quis inter Arabes temere omnino ac inconsiderate agebat, ut nullius rei rationem haberet, hunc gens exulare solebat, ut ab eius criminibus immunis esset eumque non defenderet. Talis خليع appellabatur. Poeta Schanfara hoc modo a suis relictus erat conf. Mersukius ad p. ٢٤٣ Ham. Tales poeta in posteriore versus parte respexit. Pluralis الاقارب cum voce الصديق, quae sensum collectivum habet, coniunctus est.

9. Et iuvenilis amoris debitum persolvi, quod mutuo acceperam; sed nunc opibus apud me custos quaestorque est.

Istam agendi rationem iuventuti tribuit, quae lusui etc. dedita sit. Cognito autem errore se non amplius illis occupationibus indulsisse, quibus opes suas dilapidaret. Debitum, quod a iuventute commodo acceperit, se solvisse. Iam opibus tam acquirendis quam conservandis se operam dare. Adhibita voce عنى ostendit, se pro se ipso (non pro alio) illud debitum solvisse.

10. Equos circum domos nostras ultro citroque euntes vides, quasi caprae regionis Hidjas sint, quibus caulae deficiunt.

Gentem suam tanquam bellicosam describit. Hic versus posteriori parti prioris explicandae inservit; quales enim opes sint, quibus conservandis et acquirendis operam dent, indicat. Non camelos aut oves, sed equos sibi comparant; quibus in bello utantur. Ne equi

remoti sint a domibus, si ad hostes repellendos aut incursionem faciendam opus sunt, apud domos adligati esse solent. Poeta autem equos hosce cum capris regionis Hidjas comparans, dicere vult, tot equos circum domos ultro citroque ire, quot caprae in regione Hidjas. Comparandi ratio autem maxime multitudine et eo, quod libere incedunt, nititur. Regio Hidjas, quum montana sit, capris alendis maxime idonea est (De hac provincia conf. Abulf. Geogr. p. ٧٨ sq.). Verba اعوزتها الزرايب addidit significaturus capras libere incedere. Scholiastes adnotavit, particulam قد supplendam esse, ut forma praeteriti statui describendo aptior sit conf. Gram. Ar. T. II. p. 385 sq. Similem autem sensum poeta Salamah b. Chorschob sequentibus verbis expressit (metr. Thawil): Portas tentoriorum equis gracilibus obstruunt apud caulas, dum eorum (equorum) funes firmiter ligati sunt.

11. Omnibus hominibus e gente Maahd, (omni) familiae tractus latusque est, quo confugiunt.
12. Et nos homines sumus, quibus Hidjasi regio patria non est, cum pluvia non invenimur, et quis superans est?

Hi versus, qui in Mersukii codice desiderantur, cum prioribus sensu non cohaerent, neque quomodo inter se connexi sint, patet. Maahd filius Ahdani est, e quo Arabes originem duxerunt (conf. Ebn-Kotaib. p. 63.); Arabes igitur significantur. Vox عمارة aliis minorem gentem, quam vox قبيلة, aliis magnam gentem significans voci الناس adpositioni est. Vox عروض, cui quoque pali tentorii significatio est, in hoc versu, quippe cum voce جانب coniungenda sit, tractus significationem tribuendam puto. In alia quam prosodiae significatione genus femininum ei convenire videmus (conf. Gram. Ar. T. I. p. 345.). Scholiastes voci viae significationem esse dicens hoc in versu dorsi, quo quis fulcitur, et in rebus nititur significationem convenire contendit. Verba cum pluvia non invenimur significant, eos in regionibus, ubi pluvia decidat, non inveniri. Poeta suam gentem tanquam patientem fortemque describit, quippe quae ipsas regiones infertiles incolat.

13. Vesperâ multum lactis bibunt eodemque modo mane. Ob cursum autem graciles aridique sunt.

In hoc versu, qui cum decimo cohaeret, quomodo equi alantur et quomodo se habeant, describit; sed duplex interpretandi modus invenitur. Unus, quem in versione expressimus, alendi modum docet. Equis lac camelorum dari Ham. ١٠ infr. et ٣٠٨ v. 1. vidimus. Scholiastes dicit, voces صبوح et غبوق eandem formam, quam فطور et سحور habere et significationibus similes illis esse Sensum similem in verbis poetae invenit (metr. Redjes): Edendam iis (equis) damus carnem, quum plantae rarae sunt et carnem pro lacte poetam dixisse vult et in hisce verbis (metr. Basith): Accipit medicamentum optimi incolarum, educati. Pluralem احلاب adhibuit, ut lac multum significaret. Posterior pars causam addit, cur, etsi tam bene lacte nutriti sint, tamen graciles et aridi sint. Cursus in proeliis aut certaminibus eos emaciant, nam in itineribus camelis vehi solebant. Scholiastes in variam sententiam abiisse videtur dicens: انها تصنع وتضمر. Arabes ad certamen equos praeparaturi pabulo abundante primum equos nutriebant, ut pinguefierent, tum pabulo diminuto in hippodromo eos exercebant, ut emaciarentur et ad currendum aptiores

fierent (conf. Kam. s. v. صنع et ضمر). De hoc sermonem esse scholiastes putat. Alter interpretandi modus eo nititur, quod voci احلاب vocis اشواط (pluralis vocis شوط, qua cursus ad scopum designantur, significationem dedere. Haec significatio, quae in lexicis non reperitur, eo nititur, quod dicunt: احلب فرسك قرنا او قرنين »ad unum aut duos cursus equum tuum instiga!« Tum potum matutinum vespertinumque de cursus tempore matutino et vespertino intelligunt; simili modo, quo Abu-Tammamus dixit (metr. Sarih aut Redjes i. e. aut septima species Sarih aut hemistichium secundae speciei Redjes): Eo pabulo nutritur, quod sella et freno instruitur et alius (metr. Thawil): Locus, ubi post potum pascuntur, ars sellâ instruendi est et tum quod ad equitandum conscenditur. Scholiastae posterior versus pars hunc interpretandi modum confirmare videtur; sed istis verbis cursum in proeliis certaminibusque significari posse dixi.

14. Eorum (equorum) equites e gente Taghleb filiae Wajeli sunt, defensores armati, in quibus turbae e variis gentibus mixtae non sunt.

(p. 317.) Equites illorum equorum describens dicit, eos viros e gente Taghleb fortes beneque armatos et puri generis esse. Versus construendi modum hunc esse dicunt. Vocem فوارسها subiecti locum tenere et voces من تغلب ابنة وايل praedicati, ut vox حماة praedicatum alterum sit. Nil quoque impedire, quominus verba من تغلب statui describendo inserviant, ut sint pro وهم من etc. et vox حماة praedicati locum teneat. Equites e gente Taghleb oriundos esse, laudi est; ista enim gens numerosa et clara erat. Equitum turma, quae e pluribus gentibus mixtis composita non est, fortitudine insignis est, quum unus pro altero et omnes pro gentis gloria pugnent. Vocem اشايب e singulari اشابة ortam esse scholiastes dicit, sed nil obstat, quin adiectivi forma أشوب (quae lexicis ignota est) derivetur. In Tebrisii margine vocem الاشوب e lingua Persica in linguam Arabicam translatam esse lego. Similem sensum expressisse dicitur poeta Salamah b. Chorschob (metr. Thawil): Vesperâ subsistunt haud separati ad omnem aquam inter Faid et Sadjir[1]). Alter gentem satyrâ perstringens dixit (metr. Wafir): Quum gens Banu-Djowain vidissem, inter eam conviva non erat. Quotiescunque dixi: Quinam sunt? Cuinam humeris et capitibus inter se similes? Hic gentem talem descripsit, inter quam conviva non erat. Ob avaritiam igitur eam vituperavit.

15. Ii ducem percutiunt, cuius galea fulget, dum in facie eius multae sanguinis striae sunt.

Equites tanquam tales describit, qui in pugna nonnisi cum ducibus dimicant aliorum nullam rationem habentes. Simili modo poeta (Ham. p. ١٩٥ v. 1.) suos laudat, quod pugnantes nonnisi reges captivos faciant aut occidant. Loco vocis همر in Mersukii codice فهمر legitur.

1) Non plane eundem sensum expressit poeta: dicit enim, istam gentem continuam terrae partem occupare, ut inter eam aliae gentes non habitent. Faid oppiduli nomen est in terra Nedjd in propinquo montis Salma in medio viae, quâ peregrinantes Iracae incedunt, siti, ab urbe Cufa 109 parasangarum spatio distantis (Abulf. Geogr. p. ٩v.). Sadjir autem nomen aquae in regione Iemamah et nomen loci est Kam.

Principem saepius cum ariete compararunt Ham. p. ٨٣ v. 3. ٢٨٤ v. 2. ٣٦٠ v. 3. ٧١٤ v. 5. Verbum يبرق vocis الكبش et verba وجبه على etc. subiecti verbi يبرق statui describendo inserviunt. Ipsis et gladiis laudi est, quod galeam fulgentem percutiunt, ut in faciem e capite sanguis defluat.

16. Si gladii nostri nimis breves sunt, gressibus nostris ad hostes propius accedimus, ut pugnemus.
17. Quam bonum gentis meae agmen est, quum apud reges agmina conveniunt!

In priore versu fortitudinem gentis suae laudat, in posteriore gentem suam caeteris omnibus praeferendam esse putat. Gladius brevis laudi est, quum percutienti propius ad hostem sit accedendum. In proverbio est: »baculus timidi multum longus est« (Meid. 18, 65.). Similem sensum Ham. p. ٤٨ v. 3. et in scholiis expressum legimus. In Tebrisii margine alter legendi modus الى القوم الذين نضارب adnotatus est. Quum Deo omne magnum et in suo genere excellens tribuatur, poeta لله etc. dixit conf. Harir. p. ٣٨ schol. Gram. Ar. T. I. p. 474. Voci عصابة casus accusativus datus est modo a grammaticis تمييز appellato. Voce addita vocis قوم significatio specialior redditur (Gram. Ar. T. II. p. 113 sq. 446.). Posteriore autem versus parte poeta indicavit, suam gentem aliis apud reges congregatis, admiratione dignam esse, ut, caeteris eam praestare, dubitari non possit. Loco vocis اجتمعت in Mersukii codice حفلت legitur. Sensus idem est.

18. Omnes gentes camelorum admissarium suum in propinquo adligare video, dum nos eum non ligamus, ut pastum libere incedat.

Potentiam gentis describit, quae tanta sit, ut nemo contra eam rem suscipere audeat, sed verba vario modo intelliguntur. Scholiastes putavit, alios admissarium adligare impedituros, quominus cameli illum semper sequentes in pascendo nimis a gentis domibus recedant, quod timeant, ne hostes in illos incursionem faciant, suam autem gentem potentiâ sua fretam nil timere. Ego autem causam non video, cur non admissarius generosus et magni pretii, quem gens custodire soleat, ne alii eo ad initum utantur aut eum rapiant, significetur. Scholiastes dixit, admissarium principem gentis significare posse, ut versus sensus sit, omnes gentes a principe suo non recedere hostium incursionem timentes, suam autem gentem hostes non timere. Ducem et virum fortem quamquam cum camelo admissario comparari scio (conf. Ham. p. ٣٣. p. ٦٠٢ v. 4.); tamen in nostro versu sensum hunc longius petitum puto. Abu'l-Ahla in nostro versu hunc comparandi modum videns sensum versus esse dicit: Nos principi nostro obedimus et debellamus eum, quocum bellum gerit. Et is admissario similis est, cuius vinculum depositum est.

CCXLX.

Dixit Alohdail b. Alfarch Ihdjlita.

Poeta nomine Alohdail b. Alfarch b. Mahn b. Alaswad etc. egenus tempore Omajjadarum vivens octo fratres habebat. Quum Hadjdjadjum satyrâ perstrinxisset, fugâ ad imperatorem

Graecum perveniens securitatem impetravit; sed postea ab imperatore, qui minis coactus esset, Hadjdjadjo traditus est. Hunc carmine sic incipiente (metr. Thawil): Aedificavit templum Islami, ita ut post errorem Dei legatus homines ducere videretur laudans veniâ donatus est. Dimissus igitur cognomen العياب »multum vituperans« accepit. Iterum fugienti intercedentibus principibus gentis Becr b. Wajel venia data est.

1. Eheu! O salva sis brachialibus ornata et monili colli et dentibus splendentibus et nigro crispoque capillo.

Feminae, partem ornamentorum eius et partem pulchritudinis describens, salutem perpetuam optat. Abu-Rijaschus longi huius carminis auctorem Abu-l'Achjalum Ihdjlitam, qui **(p. 318.)** fine temporis Omajjadarum viveret, fuisse dicit. Qui quum ad Ohmarum b. Hobairah Fesaritam venisset, hic ut eum maximo honore exciperet, e sede surgens ipsum introduxit, eumque in pulvinari suo sedere iussit. Sedentem autem rogavit, ut carmen, quo utramque partem aequali modo descripserit (منصفة conf. v. 9.) recitaret et desiderio satisfacto veste poetam ornavit et triginta millibus dirhemis donavit. Verba الا يا اسلمى sunt pro يا هذه اسلمى personâ, quam allocutus est, omissâ (Gram. Ar. T. II. p. 508.). Vox ذاتَ accusativum accepit, quum persona sit, quam iterum poeta alloquitur ibid. p. 89 sq.; explicandi modum autem, quo ex verbo اذكر supplendo pendet, minus probo. Quod poeta talibus verbis, haud nomine suo, feminam alloquatur, modum metonymiae esse scholiastes adnotavit. Arabum feminas armillis in superiore brachio et pericarpiis se ornare (Hamas. p. ٣٣٩ v. 5.) monuimus; ornamentum, quod in collo habent, عقد aut قلادة appellatur. Vocem ذات poeta repetivit, ut sermonis vis augeretur. Sic in Corani loco Sur 231, 1—5. verba الذين هم quater repetita invenimus et in versu poetae (metr. Thawil): Certe per eum, qui lacrymas et risum excitavit, per eum, qui morti dedit et in vitam vocavit, per eum, cuius mandatum verum mandatum est. Capilli nigerrimi crispi laudantur conf. Motenabb. in commentat Bohleni p. 54. Ex homoioteleuto in medio versu hunc versum primum totius carminis esse cognoscimus.

2. Et gingivâ obscurâ praedita nubeque, in qua datâ operâ albo instar mellis fulgurat!

Feminam gingivâ et ore dentibusque pulchris praeditam describit. Ut omnes gingivae partes significaret, pluralem لثات adhibuit; nigram autem illam gingivam esse dixit, ne pallida putaretur. Alter legendi modus الحو rei aptior videtur, quae vox colorem rubrum in nigrum vergentem designat. Vox العارض autem interpretibus molestiam creavit, et in versibus poetarum causa erat, cur voci varias significationes, de quibus lexicon meum inspicias, tribuerent. In scholio nostro Abu-l'Ahla dixit, eum proxime ad verum accedere, qui voci dentis ناب appellati et dentis molaris (ضرس) ei contigui significationem tribuat, aliis autem voce locum designari, in quo dentes nascantur. Dicunt eos, qui voci significationem dentium ثنية et ضرس dederint, non omnino errasse; sed voci significationem ampliorem dedisse. Mersukius dicit, vocem partem oris significare, quae in loquendo ab utroque latere appareat.

In versu nostro oris partem significari patet; sed dentes non significari, ex eo videmus, quod poeta in versu priore dentium mentionem iam fecerit. Nisi me fallit, in nostro versu voci **nubis** significatio convenit; sequuntur enim verba الذى بدا برقت عمدا »per quam datâ operâ fulmen emisitu, nubis enim significationi fulminis emissi significatio aptissima est. Os apertum, in quo dentes splendentes conspiciuntur, cum nube fissa, e qua fulmen prorumpit, poeta comparasse videtur, quamquam oris comparatio cum nube ex omni parte apta non est. Fortasse poeta crines nigros, quibus ex omni parte caput et os circumdata sunt, in comparatione cogitavit. Interiores oris partes, sive dentes sint, sive saliva, quemadmodum scholiastes sine dubio comparatione cum melle commotus, putavit, voce ابيض significantur. Dentes nitidi laudantur et saliva amatae dulcis habetur conf. Abulf. Ann. T. III. p. 88. Antara Moall. v. 13. et adnott. et Motenabb. comment. Bohleni p. 55. Comparationem salivae cum melle invenimus apud Reiskium in libro: Proben d. Arab. Dichtkunst aus dem Motenabbi p. 43.

3. Quasi dentes eius vesperâ vino rigati sunt, quod per plures annos in capite cacuminis montis separati mansit.

Amatae halitum oris gratum describit. Halitum cum odore vini veteris comparat. Sic halitui odor gratus a Motenabbio apud Reiskium (Proben d. Arab. Dichtkunst p. 48.) tribuitur et saliva cum vino comparatur ib. p. 37. Ut autem huic feminae tempore matutino, quo halitus oris ingratus esse solet, odorem gratum adscribat, eam tempore vespertino vinum vetus bibisse videri dicit. Vinum vetus odorem gratum fortemque exhalare solet. Ut vetus esse designet, id in montis separati cacumine i. e. in arce per plures annos asservatum esse describit.

4. Per vitam meam! Aves transeuntes mihi initio id nuntiarunt, quod quum aves transiissent, necessario accidere debebat.

Ad res describendas transiens dicit, se quum augur sit, augurio, quae acciderent, vidisse. Arabum augures, qui زاجر aut ob duas lineas, quas in terra ducebant, خاط appellari solebant, ex avium volatu futura cognoscere putabantur conf. Ham p. ١٠٣ et Diwan Amru-l'Kaisi p. ٦ et ٨. In voce لعمرى praedicatum omissum esse dicunt, ut sensus sit: »Sane vita mea iusiurandum meum estu et propositio cum iureiurando coniuncta, responsi iurisiurandi nomen habens (conf. Gram. Ar. T. II. p. 612.) verbis لقد مرت etc. continetur. Iusiurandum autem ut ad singulam vocem refertur, sic propositioni affirmandae inservire potest. Accusativus voci الاقنا datus est, quod tempus definit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 69. 97.). Sic vox in Corano Sur. 47, 18. adhibita occurrit. Voci طير genus femininum tribuit, quod agmen avium جماعة significare vult. Dixit autem: Transiere cum eo i. e. transeuntes id adtulere, nam aves rem futuram adferre putabantur. Scholiastes verba من بد nominis verbi كان locum tenere et praedicatum omissum esse, quasi dixerit: لم يكن بد من وقوعه, quippe vocem بد praepositio من sequi solet.

5. Fratribus meis, quorum pater in ioco serioque pater meus erat, mortem propinabam.

Malum, quod viris cum ipso intime coniunctis intulerit, describit. Mors cum potu

comparatur et poetae tum poculi mortis tum veneni mortis mentionem fecerunt conf. Ham. ٣٢٨ v. 3. ٣٣١ v. 5. Sed pro voce الموت in Mersukii textu الهمر »curae« (cui moeroris quoque significatio tribuitur) legitur, et hunc legendi modum Tebrisius, quum scholion e Mersukii opere hauserit, explicavit. Legendi quoque modus in Tebrisii codice superscriptus est. Verbum ظل, quod proprie agendi diei tempore significationem habet, in verbi صار (factus est) **(p. 349.)** significationem transiit. Sic in Corani loco Sur., 16, 60. occurrit. Mersukius, e quo verba scholii l. 1. p. ٣٤٩ desumta sunt, pluribus rem describit: كانه كان يبات اخوته واصفياءه (sic in Mers.) بما كان يدور عليه امر عشيرته من الخلاف المؤدى الى التغالى والتحزب وما كان يخافه من التقالى عليهم عند التحارب. Vox الالى pro الذين est, quacum verba sequentia modo a grammaticis صلة appellato coniuncta sunt (Gram. Ar. T. II, 261.). Postrema versus parte coniunctionem fraternitatemque intimam esse et omni tempore constantem, significare vult modo, quem Arabum grammatici تاكيد appellarunt (conf. Gram. Ar. T. II, 526. conf. p. 486.). Loco verborum المزاحة والجد in Mersukii codice المزاح وفى الجد sensu non diverso legitur. Idem in Tebrisii codice superscriptum est. Vox المزاح cum vocali Dhamma tanquam nomen, cum vocali Kesra tanquam nomen actionis pronunciari potest.

6. Nos ambo, „o Nisar!" vocabamus, dum inter nos lanceae Chaththaeenses aut lanceae Indicae erant.

Proelium inter utramque partem gentis commissum describit. Dicit, utramque partem Nisarum vocare indicaturus, utramque partem a primo auctore Nisar ortam cognatamque esse. A Nisaro filio Maahddi, nepote Ahdnani, Nisari secundus filius Rabiah erat, a quo gens Ihdjl, ad quam poeta pertinebat, originem duxit. Ihdjl enim filius Lodjaimi b. Zahb b. Ahli b. Becr b. Wajel erat (conf. Ebn-Kotaibah p. 63. 124. et Djeuh.) conf. Ham. p. ٨٠. Verba وبيننا etc. statui describendo inserviunt. Ante vocem قنا antecedens اختلاف (dissensio) suppleri potest i. e. eo in dissensione perventum est, ut lanceis dimicaretur. Lanceae Chaththaeenses ab ora inter provinciam Bahrain et Ohman خط appellata nomen acceperunt conf. Ham. ٣١ v. 1. conf. de lanceis Ham. ١٨٧ v. 1. ٢٢٧ v. 2. Ante vocem الخطى vox المكان aut الموضع supplenda est. Silentio praetermittendum non est, in carminibus veterioribus lancearum Indicarum mentionem non inveniri. Gladii Indici celeberrimi erant. Scholiastes autem dixit, easdem lanceas significari. Arundinem nonnisi in India crescentem in regionem Chathth exportari. Huic interpretandi modo assentiri non possum.

7. Admissarii (duces) e gente Nisar, qui de gloria invicem certant, vestiti loricis duplicatis a Davide factis et Soghdicis.

Duces gentis eorumque armaturam describit. Duces gentis cum camelis admissariis comparantur. Occurrit comparandi modus Ham. p. ٣٤٧ v. 4. Voce قرم camelus designatur, qui ad onus ferendum non adhibitus in magno honore habetur. Hac voce adhibita praeclaros duces esse indicavit poeta et ut unum prae altero dignitate meritisque haud excellere, ostenderet, vocem تسامى, quae est pro تتسامى, addidit. Heroes optimis loricis in pugna vestiti esse solent. Eorum loricas Davidicas et duplicatas fuisse dicit. Loricarum Davidicarum in carmine Caabi b. So-

hair v. 54. et Hamas p. ١٨٩ v. 1. (ubi plura de loricis leguntur) mentio facta est. Ante vocem مضاعفة vox درع (lorica) supplenda est. Duplicatae sunt, in quibus duo semper annuli invicem coniuncti sunt conf. Ham. p. ٨٤ v. 3. In scholii linea tertia in Mersukii codice حلقتين حلقتين legitur. Hoc praeferendum puto, quum in numero dualis formam unitatis adhibere soleant. Alterum quamquam adhibetur, tamen minus accurate dictum est. Soghdicas loricas autem poetae veteres non commemorarunt, quippe quae regio seriore tempore magis nota fieret. Soghd provincia regionis Maweralnahr est conf. Abulf. Geogr. p. ٤٨٥. Scholiastes dixit, verba عليهم مضاعفة statui describendo inserviro et a verbo تسامى regi; verba من نسج داود loco adiectivi voci مضاعفة esse. Vocem مضاعفة autem casum nominativum accepisse (id quod doctrinae utriusque scholae (Bazrensis et Cufensis) consentaneum sit, ob vocem عليهم, quae loco definiendo inserviat modo a grammaticis ظرف appellato (conf. Gram. Ar. T. II, 511), quia talis vox locum adiectivi occupet. Eundem loquendi modum inveniri in verbis, de quibus in libro Sibawaihii quaestio est. Mersuk.) »Transii ad virum quocum accipiter erat, dum matutino tempore cum eo venabatur.«

8. Quotiescunque in eos impetum fecimus, nobis steterunt cum gladiis tenuibus, qui decidentes brachia abripiunt.

Pugnam describens fortitudinem adversariorum laudat, qui impetui resistunt gladiis secantibus pugnantes. Loco vocis مثلو in codice Mersukii نصبوا cum eadem significatione legitur. Ante vocem مرقفة vox سيوف (gladii) supplenda est. Tenuis autem acies gladii laudi est. Simili modo in sequente versu gladius descriptus est (metr. Redjes): Deiicit per tremorem, quem excitat, dexteram iurantis, crassiorem brachii partem modo, quo herbam demetit pabulator.

9. Et si gladiis secantibus contra eos pugnam inimus, loricis ferreis induti accurrunt, sicut nos accurrimus.

In versu priore modum descripsisse videtur, quo equis vehentes pugnarunt, nam in hoc versu pugnandi modum exposuisse videtur, quum ab equis descenderent. In locis, pugnae in equis minus faventibus, ab equis descendentes pedibus pugnare solebant. Hic pugnandi modus verbo نزل designatur. In voce بصوارم Nunnationem metri causa invenimus. Loricam appellat tunicam ferream. Utrique autem genti aequalem in describendo laudem tribuit, id quod Arabes الانصاف appellarunt.

10. Satis tristitiae in eo est, quod lanceas semper video bibentes sanguinem brachii mei inferioris et superioris.

Dolorem se percipere dicit ex eo, quod cognati bello adfligantur. Cognatos suos appellavit brachium suum. Ut autem vir brachio suo se defendit, sic vir aut gens per cognatos. Dicitur: »Frater viri brachium est.« Similem sensum poeta Ham. p. ٩٩ v. 2. expressit. Lanceas bibere Ham. ٨٠ v. 4. ٢٠٥ v. 3. legimus, lanceae a viris una et altera vice, ut bibant, ducuntur Ham. p. ١٩٤ v. 4. Poeta noster, lanceam ex ore sanguinem eiicere minus, bene

dixit. Vox أزال aut futuri simplicis aut Nasbati formam habere potest. Si illud admittis, **(p. 350.)** vox أن pro ألى posita est. Sive unum sive alterum praefertur, verba loco subiecti vocis كفى sunt. Vox حزنا autem casum accusativum habet, quod distinguendo (تمييز) inservit (Gram. Ar. T. II. p. 78. 446.

11. Per vitam meam! Si contra eos cum Kaiso contra Kaisum prodire vellem et cum Auhfo contra Sahdum

Hoc in versu, qui cum sequentibus sensu intime cohaeret, propinquae cognationis mentionem fecit. Propinquam autem cognationem eo indicavit, quod gentem Kais Kaiso et gentem Auhf genti Sahd opposuit, nam Auhfus Sahdi filius est. Rem accuratius definire difficile est, quum Arabes plures Kaisos, Sahdos et Auhfos habeant. Si scholiastae fides est, Auhfus filius Sahdi b. Said-Manat b. Tamim b. Morr b. Odd significatur. Kaisus b. Tsahlebah autem cum Ihdjlo, ad quem poeta noster originem referebat, ab eodem Becro fatre Taghlebi originem ducebat (conf. Ebn-Kotaib. p. 124.). Mersukius tres sequentes versus sic explicat: نبّه بهذا الكلام على قرب القرابة بينهم وتاكل الالتحام فيهم وان تمازج الانساب وتواشج الاسباب يوجبان ان طوائف هؤلاء الجموع كطوايف تلك فان اخذ يطلب الخروج عليهم والنكاية فيهم احتاج ان يخرج بقيس على قيس وبسعد على سعد لان عوفا هو ابن سعد واحتاج ان يراغم عمروا والرباب ودارما ودا وان يضيع حظوظهم وحقوقهم ويفيت نفسه وذويه مامول الخير من جهتهم والتكثر والتعزز بمكانهم وذلك ايسر نتايج التقاطع والتدابر والتنازع والتنابذ والتجاذب والتحارب هذا الى ما فيه من مجانبة الرشاد والتباعد فى طرق الضلال والفساد.

12. Et Ahmruum et Alribab et Darimum et Ahmruum b. Odd perderem; quomodo Oddo carere possum?

Verba haec cum antecedentibus cohaerent, ut verbum ضيعت cum verbo رمت, coniungendum sit. Plurium gentium mentionem fecit, quarum singulae quum sint cognatae, omnes cognatione coniunctas esse puto. Quaenam prima gens Ahmru sit, maxime dubium est, plures enim sunt huius nominis gentes; sed quum caeterae cum gente Tamim cognatae sint, nil obstare videtur, quin gens Ahmru b. Sahd b. Said Manat b. Tamim b. Morr b. Odd significetur. Cognomen Alribab quinque gentes foedere coniunctae gerebant, Dhabbah b. Odd scilicet et Taim, Ohel, Tsaur, Adijj filii Ahbd-Manat b. Odd. Darem autem gens a Maleco b. Hentselah b. Malec b. Said-Manat b. Tamim b. Morr b. Odd originem duxit. Gens Ahmru b. Odd non dubito, quin Ahmru b. Tamim b. Morr b. Odd sit. Odd denique, quae vox in Mersukii codice Wodd scripta est, nemo esse potest, nisi filius Tabechahi b. Aljasi b. Modhar. Difficile autem dictu videtur, quid poeta hisce gentibus veteribus commemoratis voluerit, quum scholia de rebus gestis, quae hisce versibus ansam dederint, taceant. Concordiam inter diversas cognatasque Arabum gentes commendare videtur conf. versus proxime sequentes. Verba كيف اصبر etc. cum antecedentibus non cohaerent; sed poeta modo التفات appellato (conf. Darstell. d. Arab. Verskunst. p. 530. et Diwan Amru-l'Kaisi p. 125.) ab uno loquendi modo ad alterum subito transiit. Ista verba ad viros, qui apud ipsum praesentes sunt, dirigit.

13. Profecto! ei similis essem, qui id, quod uter continet, propter vaporem super colle arido se moventem effundit,

Spem vanam futuram exprimit, ut qui rem, quam habet, ut rem incertam obtineat, abiicit. Talem autem cum viro comparat, qui vapore meridiano, qui speciem aquae habet, deceptus aquam, quam in utre secum portat, in deserto effundit. Talis nil assequitur. Vapor ille meridianus, qui tempore summi aestus in desertis apparet, tanquam res nullius pretii describitur conf. Meid. 24, 357. et res, quae hominem decipit conf. Meid. 23, 41. 22, 139. 212. 213. et T. III. P. I. p. 129. conf. Meid. 13, 96. Stultus autem est, qui tali spe fallitur. Ut autem stultissimum se futurum esse indicet, si ita agat, se cum eo confert, qui aquam, quam secum habet, tali spe deceptus effundit et, ut omnino frustratum eum futurum indicet, hunc vaporem in colle duro, arido esse dicit, in quo aqua esse non potest. Scholiastes adnotavit, verba, si لَكُنْتُ legatur, propositionem efficere, quae iusiurandum sequatur, sin autem فَكُنْتُ legatur, illam propositionem omissam esse. (In Tebrisii margine لَكُنْتُ tanquam rectus legendi modus adscriptus est, litteris صح (pro صحيح) additis.) In verbis poetae nonnisi sensus rationem esse, qui clarus sit; etsi voces ipsum constituentes deficiant. Mihi autem, si فكنت legitur, verbis propositio conditionem verborum ان رمت sequens continetur. Fit interdum, ut eadem phrasis utrique sensui inserviat (conf. Gram. Ar. T. II. p. 612.). Ante vocem الذى vox الماء (aqua) supplenda est. Verba رقراق الال sunt pro الال رقراق adiectivo modo poetarum anteposito. Djeuhario autem monente vox الال illum vaporem meridianum, qui aquae speciem habet, non significat; sed vaporem, qui tempore vespertino et matutino personas adtollat, ut poeta haud accurate locutus sit. Ut noster vocem adhibuit, sic quoque Haririus p. ٣١٤. Ebn-Kotaibahus in libro inscripto ادب الكاتب dixit, homines utriusque vocis significationem vix distinguere. Ille autem vapor meridianus maxime سراب et يلمع appellatur.

14. Similis mulieri infantes alius (mulieris) lactanti, dum suos liberos perdit. Haec aberratio a via recta est!

Alia comparatione instituta eandem rem poeta explicat. Se istam rem facturum cum muliere, quae liberis suis neglectis alios lactet, comparandum esse. Scholiastae omnino adsentior, qui feminam tali modo agentem significari putat. Similia sunt verba poetae sequentia (metr. Thawil): Similis mulieri lactanti liberos alius (feminae), dum suos perdidit. Haec ne pannum quidem resarcit (i. e. nullam utilitatem ex eo capit). Alii in struthiocamelum feminam verba referri posse putant, quum ista avis ob stupiditatem ova sua relinquens aliis incubet. Struthiocameli stupiditas hanc ob causam in proverbium venit conf. Meid. 6, 182. 24, 418. eiusque ovum vile esse Meid. 9, 61. et corrumpi Meid. 15, 60. dicitur. Poeta Ebn-Harmah cognominatus dixit: (metr. Motakareb) Ego dum liberalitatem generosorum relinquo et manu mea ignitabulum avari percutio, ei similis sum, quae ova sua in campo relinquens alius ova alis suis tegit. Postrema versus pars كذا etc. modo التفات dicto, cuius paulo ante mentionem feci, prolata est.

15. Vos, o duo filii Nisari moneo; sequamini igitur eius monitum, qui cum sinceritate, veracitate et amore vos hortatur!

Monitum suum gentes Rabiah et Modhar spectare dicit. Hi filii Nisari, filii Maahddî nepotis Ahdnani erant. Nisarus tres filios habebat, Modhar, Rabiah et Anmar. Dum posteritas Anmari in Arabia felici sedes habebat, ex Modharo et Rabiaho orti Arabes vera Ismaelis posteritas putabatur (Ebn-Kotaib. p. 63 seq.). Loco vocis مفضى in codicis Mersukii textu محضى sincerum exhibens est; sed, quum haec significatio verbis sequentibus contineatur alterum legendi modum, quem in scholiis Mersukius explicat, praefero.

16. Ne (post mortem meam) inter animas anima mea bellum esse sciat neque post me, vos duo! vae vobis! sagittis iaciatis!

Hortatur, ut, quae monuerit, etiam post mortem suam conservent, ut bellum inter ipsos non renovetur. Arabes opinantur, mortuorum ossa fieri aves (bubones), quae circumvolantes viventium res explorent. Quae de hisce rebus Arabum opinio sit, pluribus ad Ham. p. ۴۰۰ expositurus sum. Hanc opinionem poeta respexit dicens: في الهام هامتى. Has voces »inter animas anima mea« minus accurate quidem verti; sed ita, ut sensus intelligi posset. Ponit animam suam cum animis aliorum mortuorum congregatam gentium illarum viventium nuntios explorare, ut si bellum inter eas geratur, huius rei certior fiat. Sed triplex verborum legendorum modus est. Modum, quem typis expressimus, vitiosum non esse, ex Mersukii margine cognoscimus, in quo hic legendi modus adnotatus est, ut vox الحرب verbi subiectum sit et vertatur »ne bellum inter animas animam meam cognoscat.« Vox الحرب generis feminini est. Alter modus eo consistit, quod voci الحرب accusativus datur, ut vox هامتى subiectum sit. Hunc legendi modum in vertendo secutus sum. Tertius denique modus est تُعْلِمُنَّ, ut pronomen in verbo latens subiectum sit et vertatur: »Ne animam meam inter animas bellum esse doceatis.« In posteriore autem versus parte poeta monet, ne de honore inter se certent; futurum enim esse, ut hoc ad mutuum odium ducat. Iaculando certare Arabibus idem esse ac de honore certare, scholiastes adnotavit.

(p. 351.) *17. Nonne ob filios duos patris vestri ignem timetis et in Deo in paradiso vitae alterius spem ponitis?*

18. Non autem terrae humus, si eius pulverem collegisses, numerosior numero quam duo filii Nisari esset.

In priore versu, qui cum posteriore sensu non cohaeret, tanquam bonus Mohammedanus monet, ne poenae obliviscantur, qua ii adficiantur, qui officia erga cognatos negligant, tum praemium in paradiso a Deo exspectandum commemorat, si officio illi satisfaciant. In textu Tebrisii ترهبان الله legitur; sed ego in margine adnotatam vocem النار posteriori versus parti oppositam praeferendam putavi. In versu 15 duos filios Nisari monuerat. Hosce duos in hoc versu allocutus est; sed verba ad omnes ab his duobus ortos Arabes spectant.

In posteriore parte gentium illarum duarum copiam comparatione a pulvere terrae de-

sumta describit. Vox اثرى, quum articulo careat, tanquam nomen proprium terrae positum est. In vocibus ابنى نزار litteram Alif Hamzam obtinuit, ut metro satisfieret. Scholiastes idem in sequente inveniri adnotavit (metr. Thawil): Quum secretum ad plures quam duas personas transit, divulgando et augendo delatorum fornax fit. Necessitatem autem, qua littera cum Wezla Hamzam accipiat, maxime in nominibus frequenter adhibitis inveniri. Litteras Alif cum Wezla autem praecipue in verbis locum habere, ut in nominibus numero definiri possint, siquidem in nominibus actionis locum non habet. Nonnisi in decem nominibus littera cum Wezla invenitur conf. Gram. Ar. T. I. p. 66. Et si res ita se habeat, plerumque in nominibus litteram Alif cum Hamza reperiri. Litteram Hamzatam igitur in nominibus placere, etsi metri causa Wezlam accipere possit.

19. Ii duo terrae latera sunt, quae si commoverentur, terra inter meridiem et vallum (septentrionem) commoveretur.

Gentium duarum magnitudinem et potentiam describit dicens, eas terrae latera amplecti et totam terram a meridie usque ad regiones septentrionales tenere. Haec ad verborum sensum non intelligenda esse, nemo non videt. Septentrionem non suo proprio nomine; sed voce السد definivit. Grammatici dicunt, vocem, si vocali Fatha pronuncietur, vallum arte factum, sin vocalem Dhamma habeat, naturâ ortum significari. Scholiastes adnotavit, in versu vallum Gogi سد ياجوج significari. Gens Jadjudj (Gog) cum gente ماجوج (Magog) coniuncta esse solet. Vallum Gogi et Magogi in Corano Sur. 18, 93. mentio facta est, cuius opus admiratione dignum Alexandro (Dsu-l'Karnain) tribuitur. In Corani loco vox tam cum vocali Fatha quam cum vocali Dhamma pronunciatur. Arabes igitur vallum istud aut arte factum aut naturâ ortum esse putarunt. Qui istum murum contra gentes septentrionales exstruxerunt, montes collesque in usum suum adhibuerunt. Abulfeda in Geographia de montibus gentes Gog et Magog circumdantibus loquitur (p. ٢٠٩). Vallum Gogi et Magogi ibidem p. ٢٠ memoratur. Dubium esse non potest, isto vallo murum significari, quo Chinae terra a septentrionalibus regionibus Mongolorum et gentis Mandju separatur. Terrae autem, quas istae gentes incolere dicuntur, miram magnitudinem geographi veteres tribuere. Ex geographia Nubiensi p. 249. videmus, nomen Gog gentes terram Chinensem adiacentes complecti, nomen Magog in septentrione summo habitantes, quippe quibus statura brevior et fabulosa adscribatur. Abulfeda p. ٣١٢ nomen Gog et Magog arctioribus finibus circumscripsit, loquitur enim de terris praeter regionem Gog et Magog, quarum notitia ad Arabes non pervenerit. Vox اللذا ex licentia poetica pro اللذان est conf. Diwan Amru-l'Kaisi p. ٤٤ v. 3. et Darstell. d. Arab. Verskunst p. 475. Hoc quoque in versu sequente invenimus (metr. Camel): O duo filii Colaibi! patrui mei sunt, qui reges occiderunt et vincula ruperunt.

20. Quibus etsi infestus sum et iniuriam infero, tamen eo, quod corda eorum laedit, cor meum laeditur.

21. Nam in defendendis iuribus pater eorum pater meus est et avunculus eorum avunculus meus et avus eorum avus meus.

22. Lanceae eorum longitudine lanceis nostris similes sunt et ii nobis similes sunt modo, quo lora ex corio dissecta.

In hisce versibus causam adfert, cur, etsi arma contra eos tulerit, tamen ad pacem faciendam propensus sit. Quum enim intimo cognationis vinculo coniuncti sint et moribus et natura similes, non posse non ex illorum calamitate dolore se adfici. Cognationem autem tam a matris parte quam a patris latere esse, ex eo videmus, quod avunculi quoque mentionem fecit. Eadem lancearum longitudo eosdem mores esse indicat. Lora ex una cute resecta res simillimas designant et in proverbio est: Resecta sunt eius lora ex corio tuo i. e. tibi simillimus est conf. Meid. 21, 98. Poeta dixit (metr. Wafir): وقدت من اديمهم سيورى Et lora mea ex corio eorum resecta sunt. In medio versu loco vocis فان in Mersukii codice لان legitur et tertius versus in Mersukii codice desideratur.

Abu-Hilalus narravit, tempore, quo Albarradhus b. Kais Ohrwahum b. Ohtbah Djahfaritam [1]) occideret, gentem Koraisch in loco Ohcats [2]) fuisse et inde Meccam castra movisse. Gentem Hawasin autem istius caedis nuntio perlato Koraischitas, quos persecuti essent, ad locum Nachlah assecutam esse et cum ea proelium commisisse, donec Koraischitae regionem ditionis sacrae intrassent. Ibi nocte superveniente gentem a persequendo se abstinuisse. Poeta Chidasch b. Sohair istius rei mentionem fecit dicens (metr. Basith): O quem impetum fecimus haud levem contra gentem Sachinah (cognomen gentis Koraisch conf. Meidan. T. III. P. I. p. 555 adn.), nisi nox et ditio sacra intervenisset. Mohammedem isto tempore viginti [3]) annos, Abu-Thalebum sexaginta annos habuisse. Albarradhus autem rem commemorans dixit (metr. Thawil): Viri Cilabitae gloriationem vindicavi et iam olim gloriandi modum non ferebam. Gladii acie summum eius caput percussi et ille effecit, ut utriusque vallis incolas planctum audirent.

CCLI.

Ahticah filia Ahbd-Almoththalebi (avi Mohammedis) dixit eandem rem respiciens.

Scholiastes nomen Ahticah explicaturus, quae vox veterem et rubicundum (arcum) de-

---

1) Ipse ad gentem Ahmir b. Zahzaah pertinens cognomen الرحال (multum iter faciens) gerebat. Nonnulla virum spectantia et causam caedis vide apud Rasmussen in libro: Additamenta ad histor. Arabum etc. p. ٨. Caedes viri bellum Alfidjar cognominatum accendit.

2) Ohcaths nomen loci in deserto inter oppidum Thajef et vallem Nachlah (spatio noctis ab urbe Mecca distantem) est. In isto loco cum novilunio mensis Dsu-l'Kahdah usque ad vicesimum nundinae erant. Multae Arabum gentes ibi convenire et carminibus quoque inter se de gloria certare solebant.

3) In Meidanii opere T. III. P. I. p. 554. legimus, Mohammedem quatuordecim annos isto tempore natum esse.

signet, dicit, tam قوس عاتكة quam قوس عاتك (vox قوس generis feminini est) dici. Huiusce rei causam in eo invenit, quod adiectivum simile sit significatione nomini deminutivo, quippe vox رُجَيْل eandem significationem, quam vox رجل صغير habeat. Nomen deminutivum vocis قوس tam قُوَيْس quam قويسة esse. Qui hanc formam adhibeat, eum dicere عاتكة, qui illam praeferat, eum عاتك ponere.

1. De nobis in gente nostra interroga! Malum audire sufficiat! **(p. 352.)**

Eos, qui de rebus gentis certiores fieri velint, invitat, ut gentem interrogent. Malum ex rebus narratis satis cognosci posse, ut oculis cernere non opus sit. Hunc sensum verbis inesse puto, ut posterior versus pars cum priore sensu cohaereat. Mersukius putavit, eam fortasse ad interrogandum excitare, ut quaenam suorum in gente sua dignitas excellens sit, audiat. Tebrisius posteriori parti, quae proverbium sapiat, sensum tribuit: Satis mali est, quod narratur, et si verum non est; maius autem est, quum a veritate alienum non est.

2. Gentem Kais (interroga) et exercitum, quem contra nos collegerunt, cuius dedecus manet,

Propius ad rem accedens invitat, ut ipsos hostes interrogent. Illos fortitudinem gentis Koraisch non negaturos esse. Scholiastes dixit, fortitudinem die Alfachar probatam eam respicere. Dies ille Alfachar, ut scripsi, in codice Hamâsae appellatus est, et sic in margine codicis Mersukii nomen adnotatum invenimus; at vero tam in Meidanii opere T. III. P. I. p. 554, quam in Kamuso et Djeuhariique lexicis الفجار legitur causâ nominis additâ. Fieri potest, ut dies duo nomina habeat, quae res in nonnullis diebus invenitur (conf. ibid. p. 561 et 563.), aut ut unum nomen ex altero ortum sit. Nomen dies proeliorum quatuor complectitur. Pugnatum est inter gentem Koraisch, quacum gentis Cenanah pars foederata erat et gentem Kais Ghailan. Gens Koraisch victoriam reportavit (De diebus singulis conf. Meidan. T. III. P. I. Nro. 4. 5. 6. 8. Gentis Kais dedecus mansurum esse dicit, quod in isto proelio victa erat.

3. In quo loricae lanceaeque erant et dux, cuius arma fulgebant

Exercitum illum tanquam bene armatum describit. De accurata vocis سنور, quam peregrinam esse putant, significatione non consentiunt (conf. Ham. p. ۴۴۷). Maxime de loricis e loris confectis adhibita est. Arietem principem significare, pluries invenimus conf. Ham. ۸۳ v. 3. ۴۸۴ v. 2. ۳۴۷ v. 1. etc. In explicanda voce ملتمع scholiastes adnotavit, proverbium اكذب من يلمع, in quo voci يلمع tam fulminis quam vaporis meridiani significatio tribuitur (conf. Meid. C. 22, 212.). Silentio praetermittendum non est loco vocis ملتمع legi ملتمعا. Si voci casus accusativus datur, statui describendo inservit, sin nominativus, voci الكبش praedicato est, ut propositio statum definiat.

4. In loco Ohcaths, cuius splendor observantes, quum leviter adspiciunt, luscos reddit.

Locum, ubi pugnatum sit, locum Ohcats dicit et ibi quoque pugnatum esse videmus ex Meid. T. III. P. I. p. 556). Huic loco splendorem tribuit, quod armorum splendor in eo

erat; sed suffixum ad vocem الْقناع versus superioris referri potest. Praepositio in voce بعكاظ cum verbis فى مجمع versus secundi cohaeret.

5. In eo Malicum vi occidimus, dum eum sui iuvenes viles deseruerant.

Rem narrat, quae hostibus dedecori futura erat. Principem a suis relictum occisum esse, magno genti dedecori erat. Ne autem quis putet, eum casu quodam occisum esse, vocem قسرا addit et hostes despectus causa رعاع appellat. Scholiastes homines haud puri generis ignobilesque, quibus fortis animus non sit, significari dicit. Suffixum in voce فيه aut ad vocem مجمع (v. 2.) aut ad vocem بعكاظ (v. 4.) referri potest.

6. Et prostratum reliquerunt eum in campo, ut hyaenae eum lacerarent.

Addit res, quae ipsis magno dedecori erant, eos nempe illum inhumatum in campo fugientes reliquisse, ut hyaenis cibo esset. Terrae tradere funus officium erat. Vox مجدلا verbo omisso, quod e sequente cognosci potest, pendet, quasi dixerit: وغادرن مجدلا. Scholiastes suffixum verbi غادرن vocem الخيل (equitatus) esse dixit; sed eius subiectum vox رعاع, cui sensus collectivus est, cogitari potest. Legitur autem in versu تنهسه et تنهشه. Grammaticus Alazmäih utrique verbo eandem significationem o r e c a r n e m c e p i t tribuit; sed grammaticus Abu-Said ei repugnans, verbum نهس o r e a n t e r i o r e s u m e n d i significationem habere dicit. Suffixum in voce ضباعه ad campum (الْقاع) redit.

CCLII.

Dixit Ahbd-Alkais b. Chofaf (unus e gente Banu-Hentselah b. Malec Mersuk.) Bordjomita.

1. Ad sanam mentem redii et, per vitam patris tui! vanum meum iam diu a me se separavit.

(p. 353.) Se rebus vanis diu valedixisse dicit. In hoc propositio, quae iusiurandum sequi solet, praemissa est. Si quis miratur, quod cum voce زيال vocem طويل (longus) poeta coniunxerit, sciat, re vera istam longitudinem ad tempus referendam esse. Ut vox عريض (largus) tam in rebus corporeis, quam in rebus incorporeis adhibetur, sic quoque vox طويل. Ut نعمة عريضة et جاه عريض et زمن عريض, sic quoque زمن طويل et دعو طويل dicitur.

2. Et haud levis ad contumeliam factus sum et carnes amicorum meorum non edens.

Quae in superiore versu verbis generalibus dixerat, ea in hoc clarius exponit. Se animi levitatem abiecisse, qua quis ad contumeliam inferendam pronus sit et amicorum honorem laedat. Carnes aliorum edere significat absentes traducere. Hic loquendi modus in proverbium venit. In Meidanii opere C. 1, 165. legimus »Carnem meam edo, sed eam alii edendam non permitto« i. e. In viros gentis meae invehor; sed alii rem facturo non permitto. Et in Corano Sur. 49, 12. legimus: ايحب احدكم ان ياكل لحم اخيه ميتا »Num unus vestrûm cupit edere carnem fratris sui, dum mortuus est?« Et usu vocis لحوم in versu voci صديقى sensum collectivum esse, cognoscimus.

3. Et me non praecedit odium animo fovens, longe remotus in vindicta, quotiescunque vindictam peto.

Quamquam in contumeliis dicendis lentus sit, se tamen in ulciscenda iniuria tam festinare, ut nemo ipsum praecedat. Sed quum vox نازح cum voce كاشح coniuncta sit, verbo سبق effugiendi significatio tribuenda esse videtur. Sensus est. Me non effugit inimicus odium occultans, etsi a me longe remotus est, ut vindicta difficilis effectu et molesta sit. Sed voci سابق praevenientis significatione tributa sensus sic explicandus videtur: Vir, qui odium animo occultat, ut nemo eum caveat et is, cuius domus longe remota est, ut vir eum ad vindicandum praesentem non putans, securus vivat, me in ulciscenda iniuria non praevenit.

4. Et casibus fortunae honorem purum gladiumque politum praeparavi

5. Et linguae ictum, ut cuspidis aciei et lanceam longa arundine praeditam, multum trementem.

Res, quas contra fortunae casus praeparaverit, enumerat. Se ita vixisse, ut honor contaminatus non esset. Qui autem ita vixit, tum in conscientia sua et animi fortitudine, tum in aliorum reverentia contra calamitates auxilium invenit. Praeterea se gladio secante armatum esse, quo contra hostium vim et temporis noxam se defendere possit. Arabes aliis vim inferre non dubitare, ut se paupertate et penuria liberent, scimus.

Ponit autem esse fortasse, qui ipsi temporis noxà adflicto contumelias dicant; contra hos linguà acri defensum se esse dicit. Ut autem poeta Ham. p. ١٨٢ v. 2. cum lima, ut eam laedere significaret, linguam comparavit, sic noster cum cuspide lanceae. Contra eosdem quoque lanceà longà armatum se esse. Quo longior autem lancea est, eo magis tremere solet.

6. Et loricam amplam, praestantem, cuius tinnitus gladio cadente auditur.

Loricae aut longiores aut breviores erant conf. Ham. p. ١٨٩, ubi plura de loricis adnotata sunt. Ut longiorem designet سابغة, ante quam vocem vox درع supplenda est, dixit. Sed quum non omnes illae loricae excellentes essent, verba من جياد addidit. Huic voci جياد posterior versus pars explicandae inservit. Loricae annulis ferreis invicem insertis et duplicatis interdum confectae erant. Quo melius autem ferrum annulorum erat, eo praestantior lorica. Talis autem lorica gladio percussa tinnitum edidit.

7. Instar superficiei stagni, quod Zephyrus commovit, quo si quis omnino tectus est, eius pars redundans humi trahitur.

Loricam duplici ratione ferri praestantis, e quo confecta erat, et longitudinis describit. Splendorem loricae cum superficie stagni comparavit; sed quum, singulis loricae annulis commotis, splendor mutetur, ut comparatio perfecta sit, stagnum zephyri aurà leniter commotum esse dicit. Longam esse loricam, ut non solum corpus tegat; verum etiam pars eius abundans ipsam terram tangat. Simili modo poeta dixit (metr. Thawil): Digitos viri et manum et pedes texit. Scholiastes, si virum laudare in animo habuerit, potius breve indusium et curtam loricam commemoraturum fuisse, adnotavit. Poetam Cotsajjir appellatum, quum Ahbd-Almalico verba sequentia recitasset (metr. Thawil): Filius Abu-l'Ahzi ve-

stitus est loricâ splendente firma, quam bene contexuit textor et laciniâ instruxerat[1]) huic dicenti verba, quibus poeta Alahscha Kaisum b. Mahdi-Carib laudaverit, dictis praestantiora esse (metr. Camel): »Quum agmen in unum collectum strepitu multo carens venit, cuius primum bibentes[2]) (duces) retinentes timore implent, tu omnium primus es, clypeo haud tectus, gladio, dum ipse signo ornatus es[3]) fortes viros eius (agminis) percutis« huic, inquam, respondit, se principem fidelium tanquam cautum prudentemque descripsisse, poetam Alahscha **(p. 354.)** autem illum tanquam amentem et temere agentem. Scholiastes autem poesi magis convenire putat, si quis summum dicat, quam si in dicendo modum teneat, et hanc ob causam poetae Alahschae dicendi modum praeferendum esse putat. Voci المدجج in codice Tebrisii tam activi quam passivi vocales additae sunt.

CCLIII.
Dixit femina e gente Banu-Ahmir.

Abu-Rijischus dixit, feminam istam e gente Koschair fuisse. Koschair est filius Cahbi b. Rabiah. Ahmiri plures erant; sed huius Cahbi fratrem hic significari puto conf. Ebn-Kotaib. p. 108.

1. Et bellum, cuius ob varia mala homines clamant modo camelorum annosorum in dorso vulneratorum.

Hic versus cum priore versu cohaerere et genitivum vocis حرب non inde ortum esse, quod littera و significationem vocis رب habeat, e sequente versu voce سيتركها incipiente videmus. E quibusdam indiciis bellum atrox futurum esse, poetria animo praevidet. Bellum autem atrox esse, cuius mentionem facit, ex eo cognoscimus, quod homines modo camelorum annosorum, si in dorso vulnerati sint, clamaturos esse dicit. Cameli annosi molestiis ferendis maxime adsuefacti non clamant, nisi quum vulnus tale maximum eis dolorem facit. Vox نقيان, quam de bello adhibuit, de torrente dicitur, cuius aquae e superiore loco in inferiorem decidentes omnes res ei obstantes summa cum vi abripiunt. Videtur igitur ista voce adhibita significare, bellum homines secum abripere modo torrentis, ut clamores extollant. Paulo aliter, quemadmodum e sequentis versus scholio videre licet, scholiastes vocem explicavit.

2. Id (bellum) nonnulli fugient, dum filii mulierum, quae orbitatem patienter ferunt, eius ardore adficiuntur.

Bellum atrox futurum esse dicit, ut viri minus fortes ab eo recessuri sint et nonnisi fortissimi animum in eo non abiiciant. Bellum cum igne comparari Ham. p. ۱۸۰ v. 1. videmus et Ham. p. ۱۹۹ v. 3. ipso verbo صلى poeta usus est. Ut fortissimos designet, filios mulierum orbitatem patienter ferentium dixit. Qui ad rem adsuefactus est, eam patienter

1) Poeta annulos coniunctos cum textura comparavit et fabricatorem cum textore. Ei tanquam vesti laciniam addidit

2) Equites in pugnam ad lacum mortis proruentes cum camelis ad lacum, ut bibant, venientibus comparavit. Ne autem ordo agminis turbetur, fortissimos, qui primum in pugnam proruere voluut, retinentur.

3) Signo, quo fortissimus quisque a reliquis in pugna se discernere solet.

ferre solet; sunt igitur mulieres, quarum mariti filiique in pugnis iam occisi sunt. Talium filios restantes fortissimos esse, dubitare non licet, quippi filii aut fratres fortissimorum virorum sint, quorum fortitudo impedivit, quominus sicut alii occiderentur. Vox لَلثكل pro على الثكل est.

3. Et si opinio mea verax est, (et ea de vobis erga me verax est et de prudentia vestra parva)

His verbis, quae cum sequente versu cohaerent, et adhortationes et minae insunt. A via agendi inita, quae necessario ad bellum atrox ductura sit, eos deterrere vult, sed timet, ut recedant, quum prudentia eorum exigua sit. Loquendi modus, quo versus incipit, feminis propria esse videtur, nam Ham. p. ٣٣٩ in duobus feminae versibus occurrit. Vox صفر in vasis vacuis maxime adhibetur et Abu-Hilalus, se vocem cum voce حلم coniunctam nonnisi in hoc versu invenisse dixit. Consuetum loquendi morem esse, dicere عزب حلمه »procul abfuit eius prudentia« et خف حلمه »levis fuit eius prudentia«.

4. Lanceae nostrae in vos iterum agent modo, quo mactandum animal tractatur et fractae iecoribus adhaerebunt.

Versu propositio, quae conditionem ان تك sequatur, necesse est, continetur. Ea, quasi res praeteriti temporis, quibus adflicti essent, recordans, iis easdem res iterum accidentes praesagit. Sed ut indicet, eos resistere non posse, cum animali ad mactandum destinato eos confert. Vox جزر maxime in camelis adhibetur. Sed ista comparandi ratio non ex omni parte tanquam apta mihi placet, quum in camelis mactandis lanceas non adhibeant et modus occidendi diversus sit. In posteriore parte modum occidendi in pugnâ describit. Lanceae iecora confoderunt, et ut vulnus lethale esse indicet, addit, lanceas iecoribus adhaerere et fractas esse, ut e vulnere extrahi non possint. Vox يمسكن tam cum vocali activi quam passivi pronunciari potest. Si activi vocalis pronunciatur, prehendent vertendum, sin passivi adfixae erunt.

CCLIV.

Dixit Omajjah b. Abi-l'Zalt.

Poetam Christianorum Iudaeorumque scripta legisse, apud Abulfedam T. I. p. 88. narratum invenimus. In quibus quamquam legati Dei adventum promissum esse videbat, tamen nvidiâ commotus et legati partes sibi deposcens Mohammedi adversatus est conf. quoque librum تهذيب الاسماء p. ١٦٤. Alii Ahbd-Alahlae, alii Abu-l'Ahbbaso caeco-versus tribuere. Abu-Hilalus dixit, grammaticum Abu-Ohbaidahum agens de inobsequentibus erga parentes et piis versus adtulisse. Ante hos versus in Mersukii codice Mahbadi versus, qui in nostro codice p. ٣١٠ erant, locum habent.

1. Quum natus esses, te alui et adolescentem te nutrivi, dum eo, quod tibi porrigebam, una alteraque vice rigabaris.

Poeta filium alloquitur, dicens se eum recens natum aluisse et summa cum cura adolescentem nutrivisse Vox يافعا statui obiecti verbi علتك explicando inservit. Infantiam et

adolescentiam coniungit, ut longum temporis spatium, quo eum aluerit, indicet. Quod vero voces تعل et تنهل coniunxit, eo summam diligentiam, qua in eo alendo usus esset, ostendit. Verba نهل et عل in camelis adhibentur. Cameli quum primo potu نهل non omnino satientur, **(p. 355.)** iterum ad aquam adducuntur (conf. عل) quietis tempore concesso, ut potus desiderio omnino satisfiat. Voces autem coniungendas metri et homoioteleuti ratione habita poeta disiunxit. Scholiastes dicit, haec verba aut voci يافعا adiectivorum loco esse aut praedicata subiecti omissi esse, quasi انت تعل وتنهل dixerit. Vox ادنى اليك autem est pro ادنيه; sed loco huius vocis اجنى عليك legitur, cui duplex significatio tribui potest. Aut acquirendi aut fructus decerpendi significationem habet. Vox عليك autem pro لك est.

2. Quum noctu morbus tibi supervenit, ob morbum tuum pernoctavi vigilans, inquietus.

Paternam curam, qua de filii salute sollicitus fuerit, describit. Vocem الشكو, qua nonnisi levis morbus significatur, adhibuit eandemque vocem, ut vis sermonis augeretur, repetivit, quo filius cognosceret, magno eum amore patrem amplexum esse, quippe levis filii morbus, patr somnum eripuerit. Nocti autem tribuitur, quod in ea accidit. Pro voce نابتك legitur ابتك!! (venit ad te) sensu haud multum diverso. Quem scholiastes in verbo تململ a voce ملة (cinis calidus) derivandi modum secutus est (conf. Harir. p. ٧٧ schol.), ei adsentiri non possum.

3. Quasi mihi ipsi tuo loco res supervenisset, quae tibi accidit, dum oculus meus lacrymis multis manabat.

Quae in priore versu dixerat, magis explicat. Postrema versus verba وعينى etc. indicant, patrem ob filii dolorem tanto moerore adflictum fuisse, ut multas lacrymas effunderet.

4. Et quum ad eam aetatem terminumque pervenisses, in quo spei meae in te positae meta erat,
5. Rebus ingratis et asperitate me remuneratus es, quasi tu beneficus (ergu me) et benignus sis.

Poeta queritur, quod, quum filius ad maturam aetatem pervenisset, spem suam fefellerit; se pro bono, quod speraverit, malum accepisse. Filium se tali modo gessisse dicit, quasi ipse beneficia ab ipso non acceperit, sed in ipsum contulerit. Maturam filii aetatem cum meta comparavit.

6. Utinam autem tu, quum officium filii in me patrem non implereris, modo vicini vicinitatem colentis ageres!

Optat, ut, quum illis officiis maioribus, filii in patrem non satisfecerit, saltem modo vicini in vicinum agat, qui humanitatis urbanitatisque memor vicinum asperitate morum haud laedit.

7. Et me nomine eius, cuius prudentia delirat, appellasti, et si saperes, tuam prudentiam delirare videres.
8. Paratum ad adversandum eum vides, quasi viros recte agentes repellendi officium ei impositum esset.

Prior horum versuum in Mersukii textu desideratur; sed in margine adscriptus est. Filii agendi rationem pluribus describit. Filium ipsum patrem tanquam senem delirum tractare

eique in omnibus, quae recte agantur, adversari. Et loco Harir. ٥١٥ vocem معد passivi significationem habere videmus. Mersukius adnotavit, hosce versus in Hamâsae (de fortitudine) caput receptos esse, quod sensu versibus proxime antecedentibus similes sint. Ut in prioribus modum gentium cognatarum, quae sibi noxam inferrent, poetam vituperasse, sic in hisce versibus pravum agendi modum inter parentes liberosque poetam perstringere.

CCLV.

Dixit femina gentis Hissan, Omm-Tsawab cognominata in filium inobsequentem.

Nomen Hissan haud derivatum est; sed ad nomam formae فعلان inventum. A verbo حزن, ut forma فعال sit, derivandum non est; rara enim forma فعال, at forma فعلان frequens est; nec non nomen indeclinabile est. Abu-l'Ahla a radice حز nomen derivat, verbum حزن obsoletum esse dicens. Nomen حوزن avis, in quo littera و addita sit, nec non gentis حوازن nomen ab ista radice, quae in usu non sit, derivandum esse.

1. Educari eum, dum pullo avis similis erat, cuius maior pars stomachus est, lanugine tecto,

Ut filii recens nati debilitatem significaret, eum cum pullo avis comparavit, qui lanugine tectus est. Verba autem اعظمه ام الطعام ad pullum avis et non ad puerum referenda puto; sequitur enim »in cute eius lanuginem vides«, quae verba nonnisi pullum spectare possunt. Puellae debiles Ham. p. ١٣٢ v. 2. cum parvis avibus Katha comparatae sunt. Modo, quo cutis cerebri ام دماغ cognominata est, sic stomachum aut ingluviem »matrem cibi« cognominavit.

2. Donec, quum instar palmae maris esset, quam resectis superfluis ramis foecundaturus accommodarit et ramos infimos a superficie removit.

Ad tempus, quo adoleverat, progrediens, ut altam eius staturam significet, **(p. 356.)** eum cum palma mare comparat. Simili modo magnus vir cum palma comparatur Ham. p. ٣٣٥ v. 1. Ut staturae viri palma similior esset, inferiores eius ramos resectos esse dicit. Palmae arbores aut mares aut feminae sunt. Palmas autem feminas insperso floris pulvere foecundare solebant et ut hunc in finem facilius in palmas mares scandere possent, infimos ramos ita resecabant, ut adscendentibus tanquam palis servirent. Quum autem palma mas non fecundetur, اباره dicendum non fuit; sed Arabibus, ut unam rem cum altera levissimam ob causam coniungerent, in morem venit. Simili modo in loco Corani Sur. 29. 4. vocem اجل cum voce الله coniunctam videmus. Vox كالفحال statui adolescentis describendo inserviens scholiastae loco accusativi est, sed mihi ille accusativus post verbum اتى, vox عظيما aut huic similis potius omissa videtur.

3. Vestes meas lacerare incepit, ut me erudiret. Num, postquam senex facta sum, erudiendi modus mihi convenit?

Filii agendi rationem erga ipsam, suae agendi rationi erga eum opponit. Dure et asperrime eam tractat postulans, ut voluntati suae satisfaciat, quasi tanquam adolescens erudiri

possit. Sed istum erudiendi modum senectuti non convenire et inutilem esse, in proverbio invenimus conf. Meid. C. 18. 29. 30. Proverbium, quod scholiastes citavit, vide Meid. C. 24, 277. Verbum انشا, quod proprie cum Hamza enunciatur, cum voce حتى in superiore versu coniungendum est. Verbis vestes meas lacerat durum tractandi modum designat. Pro verbis ابعد شيبي »num post senectutem meam« legitur ابعد ستين »num post sexaginta sc. aetatis annos«. In verbis ابعد etc. poeta modum الالتفات appellatum, cuius iam antea mentio facta fuit, secutus est (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 539.).

4. Ego profecto! eius comam, quam pectit et striam barbae eius in gena admiror.

Filii dure ipsam tractandi modo amorem suum, quo eum amplectatur, opponit. Mater amans in filio omnia pulchra habere et admirari solet. Scholiastes dicens verbum بصر tam in oculi, quam in animi facultate adhiberi, rei probandae causa verba Moahwijahi Ebn-Ahbbaso dicta et Ebn-Ahbbasi responsum adnotavit.

5. Quodam die uxor ei dixit, ita ut ad aures meas verba pervenirent: Lente agas! Mater nostra nobis necessaria est.

6. Sed si in igne flagrante me vidisset, lignum, si potuisset, insuper addidisset.

Ut in matribus amantibus fieri solet, a filio suo culpam removens in nurum convertit. Eam quidem ante oculos ita se gerere, ut maritum a noxa matri inferenda retinere videretur; sed re vera ex noxa, qua ipsa laedatur, gaudium percipere et ad malum ipsi inferendum paratissimam esse.

CCLVI.

Dixit Ebn-Alsolaimanijj.

1. Per vitam tuam! Ego die Salh me ipsum in culpa pono; sed se ipsum culpare quid prodest?

Poeta isto proelii die, de quo notitiam non habemus, quum, ubi locus Salh situs sit, nesciamus, ob agendi rationem se vituperat, sed in re praeterita, quum mutari non possit, culpationem inutilem esse. Poeta in hostium captivitatem venisse videtur, et se vituperavit, quod rem, quam fugâ evitare potuerit, non evitasset. Alii سلع nomen loci esse putant, alii voci fissurae in monte significationem tribuunt et cum hac significatione verbi تسلع et vocis مسلع significationem cohaerere censent. De voce لعمرك conf. Ham. p. ٣٤٨ v. 3. Verbo duplex significatio aut reducendi aut utilitatem habendi datur, et vox ما aut subiecti مبتدا ut sit pro اى شى يرجع اليه التلوم aut obiecti locum tenet.

2. Num hosti meo mei ipsius facultatem dedi errore ductus? Heu! res illa, quae praeteriit, si mihi nota fuisset.

(p. 357.) Si versus prioris et sequentis rationem habemus, huius versus verba, quamquam interrogationem exprimunt, tamen sensum vituperationis sui ipsius continere, intelligimus. Sed poeta interrogans aut ad verba cuiusdam dicentis: امكنت, ut hanc opinionem refellat, respicere aut, nil respiciens, de novo sermonem inire potest. Vox ضلة aut, quia statui

describendo inservit, ut nomen actionis loco vocis ضلا sit, aut quia causam agendi adfert, (مفعول له conf. Gram. Ar. T. II. p. 114. 522.) accusativum obtinuit. De voce الجفى conf. Ham. p. ١٩. Obiectum verbi اعلم sc. مغبته (exitum eius) et propositio vocem لو sequens sc. ما تندمت »poenitentiam non agerem« omissa sunt. Sed propositione ista omissa particula لو optandi sensum accipit. In posteriore versus parte poenitentiam ostendit, quod rei eventum non praeviderit.

3. Si rei initium viro appareret sicut eius exitus, tu poenitentem eum non invenires.

Errorem suum eo excusat, quod rei initium saepe longe alium exitum promittat, quam re vera futurus sit, ut hominis prudentia facile in errorem inducatur. Poeta Ebn-Alrakijjat sensum similem expressit dicens (metr. Basith): فى مقبل الامر تشبيه ومدبره كانما فيه بالليل المصابيح In rei initio assimilatio est; sed in fine eius noctu lucernae esse videntur. Scholiastes ante vocem صدور antecedens موديات »eventus« omissum censet. Littera Hamza, licentiâ poeticâ in voce ان abiecta est Gram. Ar. T. II. p. 493.

4. Per vitam meam! Viae inter montes largae erant et nox nigra ab utroque latere, obscura.

Se illam calamitatem effugere potuisse ostendit, quum tam regionis conditione quam noctis obscuritate adiutus fuerit. Viarum amplarum per montes mentionem fecit, ut significaret, se iis incedentem retineri non potuisse. Quum talibus viis incedens absconditus est, tum maxime nocte obscura. Noctem cum ave, quae alas suas super terram expandit, comparasse videtur. Alae autem noctis duae eius duas extremitates initii finisque significare possunt. Nox autem, cuius neque in una neque in altera parte luna splendet, omnino obscura est. Vox ادحم etiam de illis tribus noctibus potissimum adhibetur, in quibus luna omnino non in coelo adparet. Verbum كان hoc in versu perfectum (تام) est, ut praedicato haud egeat conf. Gram. Ar. T. II. p. 433. Vox سخامى autem a voce سخام additâ litterâ ى derivata est, quomodo vox دوارى in sequente hemistichio (metr. Sarih aut Redjes): Tempus hominem circumvertit (i. e. eius statum mutat). Scholiastae autem assentiendum non esse puto dicenti, verbis سخامى الجناحين lenitatem laterum et paucitatem noxae significari posse, quippe vox ادحم per se noctis obscuritatem indicet.

4. Nam terrae viae mihi ignotae non erant et locus mihi erat, quo a domo contemtus fugerem.

Se rem evitare potuisse, quum viae terrae ei notae essent et locum haberet, quo fugeret. Voci فروج Mersukius significationem finis hostium et inde locorum periculosorum tribuit; noster vero viarum significationem voci esse putavit. Ut autem ignorantia viis tributa est, sic in verbis Corani Sur. 28, 66. فعميت عليهم الانباء »Obscuri iis nuntii erant« nuntiis caecitas. Verbi راغم fugiendi significatio est, quae in Corani loco Sur. 4, 101. reperitur. Haec autem vox causa est, cur in homoioteleuto versus vitium, a rei metricae peritis سناد appellatum, inveniatur. In caeteris enim vocibus, quibus homoioteleuton constituitur, dum tertia ante finem littera signum Djesm habet, hac in voce littera Alif est. Ut

verbis metricorum utar, homoioteleuton in caeteris versibus مجردة, in voce مراغم autem مؤسسة est. Ut hoc evitetur, sunt, qui مرغم legendum putent. conf. libr. meum: Darstellung d. Arab. Versk. p. 333 sq.

5. Et si voluissem, nam res facilis erat, profecto! camela inflexos inferiores pedes habens, celeris sellam meum celeriter abstulisset.

In describendo modo, quo illam rem effugere potuerit, pergit. Camelam se habuisse celerem et itineri faciendo idoneam. Verba فتلاء الذراعين camelam designant, cuius inferiores pedis partes non admodum propinquae sunt, ut se fricantes laedantur. Scholiastes dixit, voce فتلاء eam camelam designari, cuius cubitus a pectore remotus sit. Talis res camelae laudi est conf. Caab. b. Sohair v. 22. et Taraf. Moall. v. 21. Mersukius ad Hamas. p. ٥٥٢ v. 1. dicit, camelam, quae tali modo constituta non sit, aut حاز aut ناكت aut ضاغط aut ناقر esse, quae res impediat, quominus longa itinera faciat. Vox حاز significat, eam calloso pectoris tumore cubitum fricando laedere, ناكت distorto cubito latus terere, ضاغط carnoso in axilla tumore premi. Quam autem noxam vox ناقر in camelis significet, quum lexicographi taceant, non liquet. De voce عيهمر lexicographi non consentiunt.

6. Cui insidet viae dux in deserto; per diem suum et per noctem ungula eius a recto non aberrat.

Singulis rebus expositis, quibus hostes effugere potuerit, addit denique, se desertorum gnarum esse die nocteque. Scholiastes putat, praepositionem ب in voce بالفلاة in vocis دليل significatione fortasse causam habere, quod poeta voci دليل vocis عالم aut عارف significationem dederit; sed non video, cur a vocis دليل viae ducis propria significatione recedatur, quippe quae sensui omnino apta sit. Dicere autem vult, viarum in deserto se notitiam habere talem, qualem viae duces habere soleant. Sed pro voce الفلاة in Mersukii codice بالبلاد terrarum legitur, quae vox in scholio nostro explicatur. Uter horum praeferendus sit ab auctore profectus, quum uterque sensui aptus sit, difficile dictu est. In altera autem versus parte sibi summam in itinere diligentiam et cautionem, ne a via noctis tempore aberret, adscribit. Quod enim camela, qua vehitur, a recta via, nam haec significatio voci القصد tribuenda est, non aberrat, id vehentis in ea diligentiae tribuendum est. Quod in fine versus vocem منسم (ungula) adhibuit, huius rei causa in homoioteleuto quaerenda est.

CCLVII.

(p. 358.) **Alius dixit.**

1. Bellis loricam splendentem praeparavi et ensem in utraque acie politum, qui loricae annulos frangit.

Curam diligentiamque suam, qua ad bella gerenda bona arma sibi comparaverit, describens se tanquam fortem laudat, quippe nonnisi fortibus arma cordi esse soleant. More poetarum res, quarum mentionem facit, nominibus suis non appellans, adiectiva adhibuit. Sic vox بيضاء (alba) omissa voce درع loricam splendentem designat conf. Ham. p. ٢٨٤. Sic quoque

ensem politum in utraque acie appellat et loricam voce الحلق designat. Homoioteleuti causa huic voci littera Alif addita est. Poeta autem in lorica diffindenda verbo فصم recte usus non est, quippe loricae partes gladio separari non possunt.

2. Et arcum, cuius nervus a medio distat, e ramo arboris Nabah factum et pharetram sagittis impletam, quae folia esse putantur.

Arma enumerans arcum et sagittas describit. Voces فارج et فرج, quibus vox فريج addi potest, scholiastae arcum designant, cuius nervus a loco كبد appellato distat. Quamquam in accurata vocis كبد significatione lexicographi non consentiunt, tamen medium arcus significari non dubito; dicitur enim ضع السهم على كبد القوس »pone sagittam in loco كبد arcus«. Nonnisi in medio arcus, ut recta procedat, omni arcus vi impulsa sagitta ponenda est. Talis igitur arcus multum curvatus esse debet. Arcum illum نبعة appellat i. e. e ligno flavo arboris Nabah appellatae confectus est. E ligno istius arboris optimi arcus conficiebantur conf. Harir. p. ٩٥ l. 9 schol. conf. de arcu Ham. p. ٣٨٤ v. 2. Voce نبعة hoc in versu loco adiectivi usus est ut خاتم حديد dicunt. Significare vult, arcum non ex ramo fisso, sed integro factum esse, quo fit, ut maiorem vim habeat. Pharetram ligno confectam et largam sibi adscribit, ut videtur, quod talis pharetra firmior esset et plures sagittas caperet (de pharetris conf. Ham. p. ١٥٤). Vox نصل, cui cuspidis significatio est, hoc in versu sagittas designat. Loco Hamâsae p. ٣١٣ sagittis varia nomina esse diximus. Addimus, sagittas, quibus pueri ad se exercendum utantur, جماح appellatas esse. Cuspide carebant, cuius loco globus parvus aut interdum dactylus manducatus erat conf. Meidan. 7, 112. Sagittae quoque a loco, ubi factae erant, nomen acceperunt. Sic السهام الرقميات a Rakam loco oppidi Medinae cognominantur. Verba من نصال voci ملء explicandae inserviunt. Scholiastes noster voci الورق foliorum significationem tribuit et folium plantae الحواء appellatae, quae a me accuratius definiri non potest, esse contendit, quod folium cuspidibus largis, mediam partem protuberantiorem habentibus similis sit. Tales sagittae e vulnere difficilius retrahi possunt. In Mersukii commentario voci الورق nummorum significatio tributa est. Istas sagittas albas splendentes argento similes esse.

3. Et Arjahensem (gladium) secantem et intricatâ comâ praeditum (equum), in dorso valde glabrum, celeritate praestantem, alacrem,

Gladium et equum describit. Vox ارجحى hominem liberalem designat (conf. Harir. p. ٥٠٥. Haec res sine dubio causa est, cur Mersukius in hoc versu voce virum laetum alacremque in rebus perficiendis significari putaverit, vocem عضب in virum strenuum similem gladio secanti transferens. Cui autem sententiae, si eius ratio habetur, quod in praeteritis arma et in sequentibus equus describuntur, assentiri non possumus. Accedit, quod vox عضب proprie gladium secantem significat. Abu-l'Ahla dixit, dubium non esse, quin vox ارجحى gladio describendo inserviat, quippe qui in percutiendo quasi laetus alacerque sit. Versus Zachri Alghajj probare, enses a voce اريح cognominari (metr. Monsarih): Et ensis secans,

cuius indoles ruda vitiorum expers erat, splendidus, tenuis, nitens in latere, quem ex ensibus Arjahi elegi, quum in manum meam perveniret et vix inveni (quum inter plures tenues esset). Arjah Syriae vicum esse dicunt. In Kamusi opere Syriae oppidum fuisse legimus. Gladios Maschrefiticos, a vicis Syriae appellatos, celebres esse scimus Chrest. Ar. T. III. p. 53. Ham. ١٩٤. Et lamina Bozrae laudantur Ham. ١٨٩ v. 1. Equum خصل ذا intricatâ comâ seu cincinnis praeditum appellat; sed quomodo equo id laudi sit, non video. Pag. ٤٩٩ v. 1. eiusdem rei mentio facta est. Quae sequuntur laudi sunt. Crines glabri in equo indicium nobilis generis sunt conf. p. 408 Ebn-Doraidus in Makzur. v. 85. simili modo dicens مخلولق الجمهرة »Dorso glabro praeditus«. equum laudavit conf. Amru-l'Kaisi Moallak. v. 52. Loco vocis سابقا (celer) i. e. qui caeteros cursu vincit, ساجا legitur, qua voce currendi modus natando similis significatur. Et hic modus laudi est conf. Ham. ٢٧٧ v. 3.

4. Qui in loco ante domum patente oculos tuos pulchritudine occupat et cursu iterato, si vis, tibi placet, aut levitate motus.

In equo laudando pergit. Tanta pulchritudine eum esse, ut nonnisi hunc equum adspiciat et ab eo oculos avertere non possit. Scholiastes in sequente versu similitudinem sensus invenit (metr. Hesedj): Adligatus domum ornat et magnum desiderium equitantium implet. Sed loco vocis الركب (equitantium) in Mersukio codice الرب (domini) est. Vocibus oppositis نزق et عقاب, quibus initium cursus eiusque celeritas (conf. Ham. p. ٢٧٧ v. 2.) et iteratus cursus significantur, equum domino suo omnino satisfacere dicit.

CCLVIII.

Dixit Katadah b. Maslamah Hanefita.

Vir hic tempore belli Dahes et Ghabrah ante Islami tempus in regione Jemamah vivens liberalitate tanta notus erat, ut cognomen pluvia pauperis acciperet conf. Meid. 21, 96. 135. Gens Hanifah filius Lodjaimi b. Zahb b. Ahli b. Becr b. Wajel erat (conf. Ebn-Kotaib. p. 124.). Scholiastes nomen Maslamah origine nomen actionis esse dicit, et voce حنيفة significari feminam loripedem. Cum hoc quoque cohaerere, quod religio Islami Hanefitica appelletur, quippe tam a Christianorum quam Iudaeorum cultu remota sit.

1. Ob stultitiam ea me vituperare incepit; stultitiae est, quod maritum suum impotentiae arguit vituperatque.

(p. 359.) Uxorem ipsum ob agendi rationem vituperantem inducit; tum eius vituperationem a stultitia profectam esse dicit, ut vituperatio, qua eum insectetur, in ipsam redeat. Scholiastes adnotavit, poetam in priore hemistichio dicere تلومنى me vituperat et in posteriore dicere تعاجز بعلها »debilitatis arguit maritum suum«, personam autem eandem esse. Hunc loquendi modum, quum res nil dubii habeat, Arabibus in usu esse. In scholii linea

quarta pro الالباس melius الالتباس, quemadmodum in Mersukii codice est, legendum puto. Prioris partis sensum hisce verbis Mersukius explicavit: ابتدرت علىّ تلومنى وتنسبنى الى العجز من السفاه اى مما تصورته سفاها من احوالى »Mane ad me venit me vituperans et me debilem esse dicens ob stultitiam i. e. ob id, quod mei status tanquam a stultitia profectum sibi in animum induxerat.« In posteriore hemistichio vox سفها primo loco posuit, ut audiens in eam intentus esset. Accusativus voci datus est, quod agendi causam indicat (Gram. Ar. T. II. p. 114.). Ut autem agendi modum stultum esse ostendat, vocem بعلها pro suffixo ponit. Quod uxor maritum, quem melius cognoscere debeat, aut debilitatis accusat aut vituperat, quem excusare debet, stultitiae tribuendum est.

2. Quum me eum vidisset, qui equitibus occisis detrimentum passus erat, et in cuius corpore plaga vulneraque apparebant.

Hoc in versu vituperationis causa est, ut versus prior huiusce versus propositio consequens sit, sensus ordine inverso. Poeta cum equitibus suis hostibus occurrens victus erat. Sociis, ut videtur, omnibus occisis ipse vulneratus erat. Hanc rem uxor debilitati tribuens maritum vituperaverat. De voce نكية conf. Ham. p. ٣٧٨. Vox رزيت est pro رزئت, ut sensus sit اصبت بفوارسى.

3. Primus eorum non eram, quos tempus damno adfligeret. Gens autem strenua erat et genere pura.

Duplicem solatii causam profert. Alios ante ipsum temporis calamitatibus adflictos esse, nam, quae in tempore sunt, tempori adscribuntur, et se a gente strenua et puro genere orta victum esse. Si gens vilis de eo victoriam reportasset, hoc dedecori fuisset. E voce اول cum voce من coniuncta videmus, vocem من indefinitam sensum collectivum offerre conf. Gram. Ar. T. II. p. 357. 360. Post verbum اصاب obiectum supplendum est. Adnotatione dignum est, quod poeta vocem دهر sine articulo adhibuit. Grammatici Abu-Said, Abu-Obbaidah et Iunus nomina temporis الدهر, الزمان, الزمن et الحين tam in spatio temporis definito quam indefinito adhiberi et tempus, quo mundus exstitit, ab initio usque ad finem designari dixerunt. Grammaticus Chalil voce tempus fine carens significari contendit. Tum de rebus tempore accidentibus adhiberi, et de singulo temporis spatio, ut دهر من الدهر »spatium temporis universi« simili ratione, qua حين من الدهر, dicatur. Vox صميم tam in uno quam in pluribus adhibetur.

4. Cum iis pugnavi, donec agmen eorum fugiebat, dum equi in sanguinis pluvia natabant.

Statum rei in pugna describens fortitudinem suam laudat. Formae sextae verbi كف significatio formae septimae tribuenda est. Haec autem fugiendi significatio a vertendo scholiastae derivata videtur. Alteram scholiastes proponit significationem ab aequali (كفء) derivandam, ut sensus sit: Inter se in me debellando aequales erant, dum omnes eandem fortitudinem ostendebant. Hanc significationem in verbis traditione ad nos delatis invenit: المسلمون تتكافأ دماؤهم »Mohammedanorum sanguis inter se aequalis est.« In versu quoque تكافا جمعهم

»congregatum fuit (contra me) agmen eorum« legitur, sed verbo تكاكا retrocedendi significationem quoque tribuerunt. Guttas sanguinis autem ob multitudinem cum pluvia in terram decidente contulit, quae tanta erat, ut terrae faciem omnino tegeret. Hauc ob causam equos natare dixit poeta.

5. Tempore, quo gens Tamim per principes gentis Mokaihs cuspides lancearum et gladiorum acies cavebat.

Pugnam illam, cuius in priore versu mentionem fecerat, accuratius designat. Cum gente Mokaihs pugnatum erat. Gens illa pars gentis Tamim est. Mokaihs cognomen auctoris illius gentis est, qui nomen Alharets b. Ahmru b. Cahb b. Sahd b. Said b. Manat b. Tamim gerebat (Djeuh.). In Ebn-Kotaibahi libro p. 89. aut tabula non bene disposita est aut diversus genealogiae modus invenitur. In scholiis Mersukii alter legendi modus حذر الاسنة »ob metum cuspidum« explicatur, quae verba causam cautionis, modo a grammaticis مفعول له appellato, indicant.

6. Ante eos equitibus iis similibus non occurri, magis defendentibus, dum aut fugabant aut fugiebant.

Versus equites describit; sed interpretes tam in poetae quum in hostium equites verba referri posse putant. Ratione habita eius, quod poeta in superioribus versibus de hostium equitibus agit, quod in hoc versu verbis لم الق قبلهم »non occurri ante eos« etc., utitur, quae in hostium equites convenire videntur, ad eorum sententiam accedo, qui hostium equites laudari contendunt. Ut enim fugae dedecus a se removeant, poetae hostes quoque, a quibus victi sunt, laudare solent. Post vocem احمى vox منهم (quam ii) omissa est. Haec enim vox, qua comparativi sensus completus fit, omitti potest, si comparativi forma praedicati et non adiectivi locum tenet (Gram. Ar. T. II. p. 304.). Silentio praetermittendum non est, in priore versus parte suffixum masculini formam habere, in posteriore pronomen feminini generis esse. In priore parte hostes ipsos, in posteriore equitum agmina طوايف **(p. 360.)** significare voluit. Et haec quoque res causa est, cur هوازم dixerit, cui formae ob metrum Nunnatio convenit. Verba وكرن etc. casui describendo inserviunt Gram. Ar. T. II. p. 387. Scholiastes adnotavit, formam فواعل nonnisi pluralibus nominum generis feminini, exceptis paucis ut فوارس, designandis inservire. Sic quoque الخوارج (haeretici) dici, quia vox الفرق diversas partes designet. Mersukius in versu Alkathamii, a grammatico Abu-Ahli Alfaresi ipsi citato, eandem formam adhibitam invenit (metr. Wafir): Equites cum lanceis quasi in iis essent funibus longis ligantes (funes longi), quibus evellebantur[1]). Eundem grammaticum Abu-Ahli dixisse, in eius poesi inveniri quoque ما ينوم سوافره »non dormiunt eius iter facientes« et formam سوافر a singulari سافر, qui nomen actionis sit, derivari posse, ut in sequente hemistichio (metr. Sarih): Iam viderunt videntes haud vanum«, vox البطل a voce الباطل tanquam a nomine deri-

1) Sensus versus mihi clarus non est; sed hastas cum funibus longis comparasse videtur poeta.

vetur, quum vox الباطل eodem modo, quo vox الحق, (quae re vera nomen actionis est) adhibita sit [1]). Voci حريم sensus collectivus est.

7. Quum duae acies occurrissent et lanceis pugnatum esset, dum in elato pulvere equi frena mordebant

Pugnam describit. Cum hoc versu versus nonus cohaeret. Equos frena mordere dicit, ut significet, equos iratos fortesque esse. Obiectum (frena) post vocem ازم omissum est. In proverbio vox adhibetur »Quam bonum remedium est morsus!« [2]) (Meid. 25, 65.) Vox نقع cum voce العجاج coniuncta interpretes multum exercuit, quippe utrique voci eadem aut non multum diversa significatio tribuatur. Mersukio maxime placet, voci نقع tanquam nominis actionis multitudinis et elationis significatione tributâ pulveris significationis omnino nullam rationem haberi. Grammaticus Abu-Hilal autem vocibus نقع et عجاج, quum eadem significatio sit, has duas voces, quae sono diversae sint, coniunctas esse putat. Tebrisius autem voci نقع densi pulveris et voci عجاج in aere elati pulveris significationem maxime convenire dicit, ut voces cum diversa significatione coniungantur. Quae autem scholiastes lin. 3. ad explicandas voces رهج الغبار adtulit, ea alterum hunc legendi modum, qualis in Mersukii textu reperitur, spectant.

8. In pulvere faciebus pallidis, torris, dum in iis lancearum confodientium vulnera erant,

Pugnam atrocem fuisse dicit. Quamquam in posteriore hemistichio equorum mentionem fecit, tamen in hoc ob verba ساهمة et عوابس equites describi puto. Voce سهوم mutationem coloris cum macie et ariditate coniunctam significari scholiastes dixit; sed in hoc versu de macie et ariditate sermo esse non potest, quum mutatio coloris ob pulverem et pugnae molestiam subito oriatur. Vox عوابس Nunnationem ob metrum accepit.

9. Ducem eorum ictu certamen finiente adii, ut in faciem nobilem sanguine contaminatus prorueret,

Fortitudinem suam laudat, se eorum ducem occidisse, dicens. Arabibus ariete ducem significari, saepe vidimus conf. Ham. ۸۳ v. 3. ۲۸۲ v. 2. ۳۴۷ v. 1. ۳۵۲ v. 3. Confessionem talem appellavit, qua lis inter utramque partem dirimeretur i. e. occidentem. In Kamusi opere, si pronunciandi modus rectus est, vox فيصل tanquam adiectivum cum nomine coniuncta est. Verbis حر الوجه poeta significat, eum in faciei partem apparentem nulla re faciem defendente, procidisse i. e. eum statim vitam exspirasse.

---

1) Gramaticus in eo erravit, quod formam ex significatione, quae ei usu tribuitur, iudicavit. Significatio vocis e forma pendet, nec vero forma e significatione. Quod una vox eandem significationem quam altera habet, cui forma nominis actionis est, eo vox ipsa nomen actionis non fit. Silentio praetermittendum non est, in codice Tebrisii voci غير casum nominativum esse, qui vix locum habere potest.

2) In Meidanii opere vocem الحمية, qua vox الازم explicatur, de ardore febrili intellexi; sed me errasse cognovi. Est potius temperantia in cibo sumendo (Diät) et fames. Rectum hoc esse, ex verbis, quae comparationis causa scholiastes adtulit »Non est impletioni ventris melior res, quam fames«, quae eam sequitur, videmus. Codicis auctoritate fretus in Meidanii opere voci participii formam dedi, nam litterae ﺯ a vocalis Kesra subscripta erat.

10. Dum mecum leones e gente Hanifah in proelii campo erant; in quorum capitibus ob galeas vestigia erant,

Ad laudem sociorum transit, quos in fortitudine cum leonibus (Ham. ١٠ v. 3. ١٥٣ v. 1. ١٧٨ v. 2. Harets. Moall. v. 57.) comparat; in proeliis multum versantes, ita ut galeae, quibus semper tecti essent, crines in capite adtriverint. Posteriori versus parti poetae verba similia sunt (metr. Sarih): قد حصت البيضة راسى فما اطعم نوما غير تهجاع »Galea caput meum iam abrasit et somnum non facio nisi levem.«

11. Homines, qui, quum armis induti sunt, in galeis loricisque laevibus stellae videntur.

In laudandis sociis pergit. Socios ob arma splendentia, nempe galeas loricasque, quae armorum maxime splendentia sint, cum stellis comparat. Principem Ham. ٧٠ v. 2. cum stellis et splendentem faciem p. ٦٩٩ v. 4. cum stellis poeta comparavit. Vox الحلق proprie annulos significat; tum in loricam annulis confectam translata est.

(p. 361.) *12. Quod si superstes ero, profecto! ad incursionem hostilem proficiscar, in qua aut praedâ potimur aut generosus occiditur.*

Carmini finem imposuit dicens, se cladem vindicaturum esse. Prior littera ل ad iusiurandum praeparat, posterior propositionem iurisiurandi consequentem efficit conf. Gram. Ar. T. I. p. 504. Loco vocis تحوى, quae loco adiectivi voci غزوة est, ut pro حاوية للغنايم sit, in Mersukii codice نحو (versus praedam) legitur; sed prior legendi modus multum praeferendus est, nam posteriore admisso verbis او يموت كريم multum sensus non inest, quum verbo بقيت idem significetur. Altero autem recepto, qui in Tebrisii quoque codice ad marginem scriptus est, caedes in pugna significari potest, qua impeditur, quominus praedam reportet. Se ipsum generosum appellat. Hoc in versu post particulam او futurum Nasbatum sequitur, quod post eam particula ان omissa est conf. Gram. Ar. T. II. p. 28.

CCLIX.

Vir e gente Jeschcor res, quae inter hanc gentem et gentem Dsohl gestae erant, respiciens dixit.

Duae gentes sunt Jeschcor appellatae, una a Jeschcoro b. Ahli b. Becr b. Wajel originem ducens, altera a Jeschcoro b. Mobaschschir b. Zahb. Genealogiam prioris gentis, quam hic significari puto, in tabula (Ebn-Kotaib. p. 124.) recte descriptam esse dubito. Gens Dsohl maxime nota a Schaibano b. Tsahlebah originem duxit; sed in versu virum Dsohl, qui frater illius Schaibani erat, praecipue significari e scholio videmus, hic enim Dsohl, si tabulae fides, filium Ahmirum, nepotem autem Malicum habuit.

1. Eheu! Ad gentem Dsohl nuntium perfer et praecipue principibus gentis Banu-l'Bolhah dic,

Simili modo carmen p. ١٣١ infra incipit. In Mersukii codice loco vocis البطاح legitur النطاح et in scholiis voci عامر vox عمر superscripta est.

2. *Nos in loco Almotsanna ex iis occidisse Ahbidahum et Abu-l'Djolahum.*

Se pro uno occiso duos illos viros occidisse. Loci Almotsanna mentionem non inveni. Nomen Ahbidah in Mersukii codice Ohbaidah enunciatum est. Versu ipsa verba continentur, quae a nuntio perferenda sunt. Magis ad sermonis normam esset, si منهم (ex iis) poeta dixisset.

3. *Si vos contenti estis, nos contenti sumus: sin vero nolitis, cuspides lancearum*

In hoc versu minas profert, si caedem illorum virorum ulturi sint; sed sensus imperfectus et suspensus est, nam vox مقومة versus proxime sequentis ad hunc pertinet. Hoc vitium rei metricae periti تتميم et تضمين appellarunt (conf. Darstell d. Arab. Versk. p. 332.). Sed cui hoc minus placet, is dicere potest, verba قطراف الرماح subiecti loco esse, cuius praedicatum omissum sit, et vocem مقومة in proxime sequente versu esse praedicatum, cuius subiectum هن (eae) omissum putetur.

4. *Directae sunt et gladii fulgentes, tenues, qui crania et digitos manus resecant.*

Ut cum verbo تتر obiectum coniunctum est, sic post vocem مقومة vox, quae obiecti loco est, supplenda videtur sc. اليكم in vos directi sunt. Vox بيض suppleta voce سيوف fulgentes gladios designat. De voce مرهفة conferas Ham. ٣٤٩ v. 3. Cranium hoc in versu loco totius capitis est, nam significatio cranii cum verbo اتر »amputavit, ut in terram decideret« non apte coniungitur. Vox جماجم metri causa Nunnationem accepit. Male autem mihi poeta fecisse videtur, quod crania et manus digitos sensu connexuit. In homoioteleuto rei causa quaerenda est.

CCLX.

Dixit Djoraibah b. Alaschjam Fakahsita.

Nomen Djoraibah aut ab adiectivo جرب (scabiosus) aut a nomine جربة (arvum) tanquam formam deminutivi derivant. Nomen Alaschjam eum designat, qui naevum habet. Natura شيمة, quae cum illa radice cohaeret, a grammatico Abu-Said cum Hamza adfertur. Abu-Hilalus poetam fratrem fuisse dicit Mothairi b. Alaschjam, qui diabolis gentis Asad accensebatur. Alii quam Abu-Tammâmus Sabraho b. Ahmru versus adscribunt. Ad versuum sensum explicandum narrant, gentem Banu-Fakahs [1]) gentis Ihdjl ducem Abu-Salhab incursione facta occidisse. Huius rei vir ad gentem Ihdjl pertinens mentionem fecit dicens (metr. Motakarib): Quum gentem Banu-Fakahs vidissem, unam rerum advenientium (aut mori aut vincere) recordatus sum. Tum equi nos ad aequales nobis adtulerunt et hi dixerunt: Descendite in campum! et nos, bene! diximus. Ii vulneribus adflicti ad suam gentem redire et nos cum ariete (duce), qui cornu petitus erat, cornibus carente. Tum Sabrahum b. Ahmru (nostros ver-

1) Ad gentem Asad pertinebat. Djeuharius hanc originem fuisse dicit. Fakahs b. Tharif b. Ahmru b. Alharets b. Tsahlahah b. Daoud b. Asad.

sus) dixisse. Alii autem rem aliter referunt, dicentes Alnohmanum b. Bodjair b. Ahbed Ihdjlitam, cognomine Abu-Salhab in incursione genti Fakahs occurrisse, quae ducem Ohban b. Ohrfothah haberet. Gentem Fakahs, quum advenientes conspexisset, dixisse, camelos dactylos portantes esse et, ut eos assequerentur, equites festinasse. Djoraibahum b. Alaschjam autem cognomine Abu-Sahd, quum eos conspexisset, rediisse. In proelio commisso **(p. 362.)** Ohbanum ab Alhazfo b. Mahbad .... b. Ihdjl occisum esse. Huius rei mentionem facientem Djoraibahum dixisse (metr. Camel): D i x e r u n t: O A b u - S a h d e! N o n n e e o s n o v i s t i? F i l i o s u o m a t e r D j o r a i b a h i o r b a t a s i t! Q u i s n o v i t? P e r D e u m! E r g a m e b e n e v o l i n o n e r a n t. N o n n i s i e q u a S c h a r a f i a p p e l l a t a e r g a m e b e n e v o l a e r a t, q u u m d e f l e c t e r e t c u r s u. Tum dixisse Alhazfum versus, quos Abu-Tammamus ad Djoraibahum retulerit. Conferas quae in fine carminis grammaticus Alahrabi retulit.

1. Liberentur equites mei signis distincti sub pulvere, avunculis meis patruisque!

Ob fortitudinem socios suos laudat. Laudandi modus, quo quis rem sibi carissimam ad eos deliberandos dare dicit, frequens est et eodem modo carmen Ham. p. ١٢ incipit. Laudat quoque equites dicens, eos signis distinctos fuisse; fortissimus enim quisque, ut e longinquo cognosceretur et ad eum strenui prodirent, signo quodam distinguere se solebat particulâ lanae equo appensâ alioque modo c o n f. Kamus. s. v. اعلم et Amru b. Kelth. Moall. v. 83. Si verba sub pulvere de pugna intelliguntur, nil laudis verbis hisce additur, sin vero sensus est, talibus signis eos distinctos fuisse, ut in ipso pulvere cognoscerentur, laus eorum quodammodo augetur. Avunculum et patruum dicit, ut omnes utriusque partis cognatos designet. Vox عجاجة de pulvere ab equitibus excitato maxime adhiberi; ex eo concludo, quod dicitur: ثعب عجاجته على بنى فلان »Pulvis eius gentem quandam involvit«, quum in eam incursionem hostilem facit. Vox عمر est pro عمى.

2. Ii absentiam absentium removerunt, quorum facies ob opprobrium carbonibus similes erant.

Hoc in versu causam exponit, cur laude dignissimi sint. Duplex legendi modus est, e quo accurata sensus explicatio pendet Legitur عيبة العايبين. In hoc quum voci عيبة loculi e corio confecti significationem dent, in verbis verborum lusus et comparandi modus est. Sensum ita definiunt. Loculum eorum, qui calumniantur, detegunt, ut mendacium in eo, quod finxerint, appareat et ob dedecus eorum facies nigrae fiant. Hunc legendi modum, quum poeta verbo كشف, et non verbo حفظ usus sit, scholiastes praeferendum esse habet. Qui autem legendi modum غيبة الغايبين recipit, in versu hunc sensum invenit: Qui ex eorum numero occiduntur, ob dedecus facies nigras habent. Horum caedem hi equites ulciscentes dedecus ab iis removent. Sic promisso eorum, qui absentes sunt, satisfecisse videntur. Quis autem non videt, tam in uno quam in altero sensus explicationem longe petitam esse. Priore autem legendi modo admisso hunc sensum invenio. Verba كشفو عيبة العايبين من العار dicta esse puto pro: كشفو العار من عيبة العايبين »Detexerunt (removerunt) dedecus a vitio

vituperantium«, ut praepositio من loco praepositionis عن sit i. e. Fortitudine sua effecerunt, ut vituperatio vituperantium falsa et dedecus ab iis remotum esset. Altero autem legendi modo recepto, eandem verborum inversionem esse statuo, ut sensus sit: Fortitudine sua effecerunt, ut absentes e pugna, quum praesentes soli hostibus pares essent, dedecus non adtingeret, quo dedecore et pudore facies nigrae erant conf. Coran. Sur. 3, 102 seq.

3. Quum equi falconum modo vocem edunt, flagellis costarum cartilagines sauciamus.

Equites illos tanquam fortissimos describit, dicens eos, si equi momento, quo lanceis hostium vulnerentur, sonum argutum edentes retrocedere cupiant, flagellis ad procedendum impellere. Equos simili modo descripsit Chidaschus b. Sohair dicens (metr. Motakarib): Clamant modo, quo falcones clamant, propter lanceas ad bibendum ultro citroque venientes. Verba صياح النسور sunt pro صياحا مثل صياح النسور. Vocem شراسيف, qua latera equi mollia, ubi costae desinunt, designantur poeta adhibuit, quia in isto loco flagelli ictus maximum dolorem facit. Ut vehementem quoque ictum esse, quo equus vulneretur, significet, حززنا (secamus) dicit. Ni vox الجذم homoioteleuton constitueret, ut in hoc causa, cur voce usus sit, quaeratur, eum significasse dicerem, equites equos tantopere flagellis percutere, ut flagellorum nonnisi partes restarent. Abu-Hilalus dicit, equos in incursione hostili hinnitum omittere adsuefactos esse, ut si equi sonum lenem edant, flagellis percutiantur. Hoc frigidum videtur.

4. Quum tempus in calamitate dentibus te mordet, eodem modo id morde!

Forti animo calamitatis tempori resistendum esse docet. Tempus cum milite tela mittente comparatum esse, Ham. ۲۷۱ v. 2. vidimus; hoc in versu modo, quo bellum cum animali rapace confertur (conf. Ham. ۱۷۹ infr.) collatum invenimus. Scholiastes sine dubio cognoscens, hominem tempus, quum hoc nil corporei habeat, mordere non posse, dixit, poetam in posteriore versus parte فَأزم به »id morde! ut consensum [1]) inter verba efficeret, dixisse. Sed quum tempori persona tribuatur, res nil difficultatis habet. Dicere vult: Ut hosti dure erga te agenti eodem modo resistendum est, sic tempori forti animo resistendum, ut nullo modo cedatur. Cum hoc loquendi modo quodammodo cohaeret, quod dicitur: انه تعضيض عيش »Is vitae molestias patienter fert.« Sed est alter legendi modus فارزم به ما رزم. Scholiastes verbis sensum tribuit: Firmo animo ei resiste, quemadmodum firmum animum tibi ostendit! et cum loquendi modo cohaerere dicit loquendi modum: اسد رزم »leo praedae incubans, dum murmurat.« Sed quae in Kamuso voci tribuitur significatio capiendi cum praepositione ب rei, ea sensui versus contraria non est. Scholiastes dicit, verba ما ازم loco nominis actionis esse, ut nomen temporis omissum sit. Phrasin autem tempori definiendo inservire, quasi poeta dixerit: مدة ازمه بك »spatio temporis, quo te mordet.«

---

1) Voci مطابقة significatio generalis, et non ea, quam in arte rhetorica habet, danda est conf. Almookthusur p. 568. et Darstell. d. Arab. Versk. p. 532. Similis est loquendi modus a scholiaste e Corano citatus conf. Sur. 2, 190.

5. *Ne in eius malo metuens invenīaris, quasi in eo morbum celes.*

Monet, ne in calamitate superveniente timori se tradat, quasi eius remedium non sit. In posteriore versus parte, calamitati, cui remedium non est, cum morbo gravi, qui sanari non potest, comparavit. Poeta autem voce مسر (abscondens) usus videtur, ut ostenderet, re vera illam calamitatem talem non inveniri, ut, qui eam talem esse putet, ei similis sit, qui morbum insanabilem ab aliorum oculis occultet. Sunt autem, qui مشر السقم (morbum manifestans) legant i. e. quasi in ea calamitate morbum manifestas, quem alii haud norunt.

(p. 363.) 6. *Eis pugnam pedibus obtulimus; sed in pugnae campum non descenderunt et vox Descendite! eis gravis erat.*

Suorum fortitudinem laudat dicens, eos hostes invitasse, ut pedibus cum ipsis dimicarent, quod facere illi recusaverint. Arabes, quum spatium equis pugnandi, nimis angustum erat, ab equis descendentes pedibus pugnare solebant. Qui alterum, ut faceret, hortabatur, voce نزال descende! utebatur. Sed in loco Har. p. ٣٢٥ l. 2 g. ita explicatae sunt voces, ut adhortationem generalem significare videantur. Voces huius formae grammatici nomina verbi appellarunt, quod verbi sensum exprimunt (conf. Gram. Ar. T. I. p. 432. 544.). Vocem autem hanc locum nominis occupare, ex eo, quod verbi عرضنا obiectum est et feminini generis esse, ex voce كانت cognoscimus. Vox أطمْر est pro أطمّ et multum operientis significationem habet. In Tebrisii margine voce اشد explicata est.

7. *Equos nostros camelis commeatum portantibus similes putaverant; sed commeatum eorum frigidum esse invenerunt.*

Poeta id respicit, quod e longinquo advenientes camelos dactylis onustos esse putaverant conf. Ham. p. ٣٦١ infr. Eorum spem falsam fuisse dicit. Scholiastes vocem عير proprie pluralem vocis عَيِّر formae فعل esse contendit, in qua vocalis Dhamma in vocalem Kesra ob mediam radicalem Ja mutata sit. In scholio legendi modus ذا بشم, qui in Mersukii codice reperitur et in Tebrisii codice ad marginem scriptus est, explicatur. Vox بشم stomachi gravationem ob cibum et inde ortum fastidium designat. Sensui aptissima vox est. Pro dulcibus dactylis vulnera ictusque, quae cum cibo stomachum gravante comparantur, invenerunt. Legendi autem modus, qui in textu nostro est, diversum sensum offert. Scholiastes ludibrio dicta esse verba putat, ut sensus sit, eos res suae opinioni contrarias invenisse. Quid, quod ferrum naturâ frigidum sit et ferrum frigidum in proverbio appelletur conf. Meid. III, 30. Nonne igitur, eos gladiis occurrisse, poeta significare potest? Abu-Rijaschus verbis mortem designari putavit; et mortem et venenum frigidum esse. Chidaschum b. Sohair simili modo locutum esse (metr. Basith): Inter loca Alomailih [1]) et Altharfa caeruleae cuspides eos frangunt, in quarum extremitate frigus est. Sed et in hoc versu frigus tam ferrum quam mortem significare potest. Grammaticus Abu-Mohammed Alahrabi res sequentes retulit. Salhabum et patrem Salhabi e gente Dhobaiah b. Ihdjl cum

1) Omailih nomen aquae gentis Rabiah-Aldjouh et nomen loci est Kam.

agmine ad gentem Becr b. Wajel[1]) pertinente praedae faciendae causa exeuntem agmini gentis Banu-Fakahs eadem de causa profecto occurrisse. Quum in occursum ventum esset, gentem Banu-Fakahs ad proelium pedestre illos invitasse et quum recusarent, equestre proelium factum esse. Farwahum autem b. Martsed etc. cum patre Salhabi pugnasse et utrumque adversarii ictu occisum esse. Tum gentem Banu-Fakahs victoriam reportasse et illorum nonnullos occidisse. Virum Ohban appellatum, qui ad gentem Fakahs pertineret, ictu in capite percussum, ut sanguis deflueret, tamen salvum evasisse. Hanc fuisse causam, cur Djoraibahus versus diceret.

CCLXI.

Dixit Schakik b. Solaic Asadita.

Tempore Dhahhaci b. Kais, qui Moahwijahi tempore cohortis praetorianae praefectus anno 64 occisus est, poeta vixit.

1. Ad me Abu-Ahnasi minae perlatae sunt, et ob iram Dhahhaci tabuit corpus.

Mersukius adnotavit, libri auctorem in eo, quod hosce versus in Hamâsae libro locum dederit, quamquam, si sensus ratio esset, ad eum non pertinerent, morem suum secutum esse, quo interdum versus sensu contrarios receperit. Sunt vero, qui putent, eum irrisisse et facete dixisse. Versuum autem omnium ratione habita priori sententiae assentiendum puto. Loco verborum فسل تغيظ الضحاك legitur: فَسُلَّ لغيظة الضحاك »et corpus meum ob iram Dhahhaci tabuit«. Formam غيظة adhibuit, ut unius irae significationem designaret. Vir, quem patrem Ahnasi appellavit, idem Dhahhacus est. Dhahhacum b. Kais Fihritam significari puto, qui sub Moahwijaho cohorti praetorianae praeerat. Anno 64 in pugna Mardj-Raheth contra Merwanum b. Alhacem pugnans cecidit.

2. Ego principi adversatus non sum aut suspicionem dedi aut in Abu-Ahnasum prius odium fovi.

Minas Dhahhaci iniustas esse probare studet. Verbum اريب tam cum vocali Dhamma, quam cum vocali Kesra pronunciari potest. Sunt, qui primam et quartam verbi formam eandem significationem habere dicant. Djenhario quarta forma dialecto Hudsailitarum propria videtur. Scholiastes autem inter utramque formam distinguendum putat. Primae formae significationem tribuit: rem gravem adtulit, ut alter, quid ageret, nesciret et quartae: suspicionem iniecit. Diversam hanc significationem in versu poetae invenit (metr. Thawil): Frater tuus est, qui, si rem gravem peregisti, dicit: Nonnisi suspicionem mihi iniecisti et cuius latus, si eum obiurgas, lene est.

3. Sed quod saepius contra hostem missi sumus, id nos iniuriâ adfecit, nam modo in terra longe remota versati sumus, modo aere alieno pressi.

Iniustitiam a principe factam esse, quum nimis saepe contra hostem missi sint. Eo effectum esse, ut aut in terra remota contra hostem dimicantes belli molestias perferrent aut domi aere alieno premerentur. Ipsis a suis remotis res familiaris negligenda et in bellum

1) Gens Ihdjl ad gentem Becr b. Wajel pertinebat conf. Ebn-Kotaib p. 124.

proficiscentibus impensa facienda erat, ut bene se armarent: Loco verbi جنت in Mersukii codice جرت legitur. Hunc autem legendi modum verba scholiastae spectant, quibus verba ضرب البعث et اجرى البعث in usu esse dicit. Pluralis formam بعوث poeta adhibuit, ut rem saepius repetitam esse significaret. Simili modo a voce ضرب pluralis ضروب (sic legendum est) **(p. 364.)** formatur, Cum verbo طوح et molestiarum perferendarum et periculorum significatio coniuncta est.

4. Et anima mea e montibus Soghdi et montibus Chawaresmiae timorem concepit.

Quod in bellum profectus non sit, se excusat. Terrarum illarum longe remotarum montes ob molestias perferendas et pericula subeunda timorem ipsi iniecisse. Ad paginam p. ٣٤٩ vidimus, Soghd nomen provinciae terrae Mawerannahr esse; sed in nostro versu cum terra Chawaresm coniuncta totam terram Mawerannahr significari puto. Metri causa nomen terrae خوارزم mutatum est, neque vero hanc ob causam poetae nomina propria mutare dubitant. Sic Sohairum b. Abi-Solma in Moall. v. 32. Ahmar-Ahd pro Ahmar-Tsamud metri causa dixisse contendunt Propius ad verum terrae nomen alter legendi modus accedit. Terra Chawaresm in utroque fluminis Djihun (Oxi) latere sita in meridie terram Chorasan, in occidente terram Mawerannahr (Transoxana) adtingit conf. Abulf. Geogr. p. ٤٧٧.

5. Ego cum iis, quibus in bellum proficiscendum erat, sortitus sum et illi mecum sortiti sunt. Tum mihi sors in gente dormiendi contigit.

Causam, cur domi remanserit, explicat. Quum incertus esset, utrum in bellum proficisceretur an domi remaneret, sorti discernendam rem se tradidisse dicit. Voeis البعوث duplicem explicandae modum scholiastes proposuit. Aut antecedens اصحاب supplendum esse aut nomen actionis adiectivi significationem accepisse, út inde pluralis formaretur, id quod in nominibus actionis اسم الحدث (Gram. Ar. T. I. p. 278.), si locum adiectivi occupant, licitum habetur. Voci بضجعة alter legendi modus بقرعة in Tebrisii codice superscriptus est.

6. Stipendium autem viro morti se offerenti, levibus femoribus praedito e gente Djarm[1] *dedi.*

Loco suo virum, cui stipendium militare concesserit, profectum esse dixit. Initio Islami stipendium fixum non erat. Quilibet suis sumtibus se armabat et in bellum proficiscebatur. Divites pro pauperibus sumtus necessarios fecisse videntur et in bellum sacrum, tributa, quae hanc ob causam elemosynae appellatae sunt, erogabantur. Mohammedes praedam factam in templo sacro, modo quo ipsi videbatur, distribuere solebat (conf. in libro a me edito Lokmani fabul. p. ٣٢ excerpta Fachr-Aldini.). Anno 15 Hedjrae (secund. alios anno 20) quum opes direptae multarum terrarum apud Ohmarum confluerent, hic a Persa quodam monitus et morem Persicum sine dubio secutus rem ita disposuit, ut in libris Diwan voce Persica appellatis singulae res notarentur et singulis stipendium fixum designaretur. Patrui prophetae Ahbbasi stipendium summum 25000, minimum centum et quinquaginta dirhemorum fuisse, Abulfeda adnotavit conf. Abulfed. Annal. T. I. p. 228 sq. et adn. 93. Stipendium hoc nomen عطاء

---

1) Duae familiae Djarm appellatae sunt, una ad gentem Kodhaah (gentem Iemanensem) altera ad gentem Thai pertinens Djenh.

(donum) habebat. Incolae Medinae mense Moharrem id accipiebant (conf. Ebu-Challik. No. 574. p. 94. sup. ed. Wustenf.). Et poetis stipendium datum erat. Alaghlab Idjlita 2500 dirhemos accepit; sed postea quingenti ei detracti Lebido, qui post Islami tempus versus haud composuerat et duo millia dirhemorum stipendio acceperat, addebantur. Chalifas in Syria viventes, quoties in defuncti imperium sequens succederet, toties decem dirhemis stipendium auxisse Meid. 18, 38. legimus Stipendium autem in diversis terris pro temporum et personarum ratione varium fuisse, non est, quod dubitemus. Singulas Arabum gentes a Chalifis stipendium accepisse certum est. Genti Kodhaah a Chalifa Abhd-Almalec stipendium concessum erat Ham. p. ٣١٢. Rei autem ratione modoque postea mutato, nomen اعطيات antiquo tempore ortum manebat. Poeta noster, ut militem laudet, qui pro ipso in bellum profectus sit, cum مستميت appellat, quo nomine is appellatur, qui nullo timore retentus mortis periculo se exponit. Quamquam in accurata vocis الحان significatione definienda lexicographi non consentiunt, tamen e nostro versu et ex loco Ham. p. ٤٤٣ v. 2. vocem laudi esse videmus. Hoc in versu alacrem et in rebus agendis haud cunctantem designat. In verbis autem traditione ad nos delatis eum designari volunt, cui neque familia neque opes sint. Haec est causa, cur scholiastes ad locum Ham. p. ٤٤٣ v. 2. voci الحان conditionis et status significationem tribueret; sed num iure fecerit, dubito, nam cum propria vocis significatione sensus, qui in verbis traditionis invenitur, coniungi potest. Virum, qui loco poetae in bellum profectus sit, scholiastes Hiththanum b Chofaf etc, qui Aldjowairijae[1]) pater sit, esse dicit. Sensui verborum similia inveniuntur, etsi ioci causa dicta sunt, verba poetae (metr. Basith): Ego ad Rauhum confugio, ne in pugnam me mittat, ut per me gens Banu-Asad infelix sit. Almohallebus[2]) mortis amorem haereditate vobis reliquit; ego vero fortitudinem in bello haereditate non accepi. Hostium propinquitatem ad eas res pertinere scimus, quae corpus ab anima separant« et alius poetae verba (metr. Basith): Hinda noctis tempore ad fortitudinem me instigavit, dum cum strenuitate interitum coniunctum esse noverat. Mersukius huic versui alterum addit sequentem: يا هند لا والذى حج الحجيج له ما يشتهى الموت عندى من له ادب »O Hinda! per eum iuro, cuius causâ peregrinantes Meccam proficiscuntur, ex mea sententia is, cui boni mores sunt, mortem non cupit«. Eodem metro utens alius dixit: »Ad bellum homines destinati sunt, quorum viam Deus errori obnoxiam reddidit, qui, quum vocat, ad id properant. Ex eorum numero ego non sum, neque eorum facta mihi placent, neque eorum caedes aut rapina admiratione me adficiunt«. Summam autem timiditatem sequente versu poeta descripsit (metr. Redjes): »Duo ex nobis unum vincunt, quum sibi mutuum auxilium praestant et ille dormit.«

1) Mulieris nomen esse puto, quae p. 16. versus finem occurrit. Eius fratris Chofaf Ham. p. ١٥ mentio fit.

2) Almohalleb b. Abi-Zofrah, qui anno 82 mortuus est, significatur (conf. Meidan. append.).









